SVMMA ARTIS NOTARIAE

Do. ROLANDINI RODVLPHINI Bononiensis, viri præstantissimi, cui per excellentiam AVRORAE nomen est.

Cum luculentissima D. Petri de Boaterijs Bononien. in eandem Summam expositione.

Huic accesserunt,

Philippi Decij Consilium, de Reprobatione instrumenti.
Iacobi Buttigarij Renuntiationes Iuris Ciuilis.
Ioannis Iacobi Canis, de Tabellionibus Libellus.

INDEX *omnium, quæ in singulis huius Summæ capitibus tractantur, in sequenti pagina habetur.*



LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D. LIX.

INDEX OMNIVM, QVAE IN HAC DO. ROLANDINI Summa explicantur.

Eiuſdem Do. Roland. Tractatus Notularum, Cum praedicti D. P. de Boateriis expoſitione, in quo ſequentia inuenientur.

INDEX RVBRICARVM, QVAE IN SINGVLIS HVIVS SVMMAE CAPITIBVS COMPLECTVNTVR.

Capitis Primi, de Emptione, & Venditione rerum mobilium & immobilium tractantis, Rubrica.

* 2

Si fili

Cap. II. De Dotibus. Rubri. 210

Cap. III. De debitis & creditis. Rub. 261

Instru

Cap. IIII. De Cessionibus.

Cap. V. De Locationibus & conductionibus.

Instru

Quot

Cap. ix. de ordine iudiciorum, Rubr. 571

De con

Satisd

Nunti

Tertiæ partis cap. Iudiciorum, super epistolis in officiis opportunis. Rubr. 716

Literæ

De cont

**

Casus.

Casus.

Casus.

De bene

Rolandini iam dicti de officio tabellionatus in Villis & Castris operando.

Philip

PHILIPPI DECII

CONSILIVM CI.

De reprobatione instrumenti, & quales debeant esse testes, & qualiter debeant deponere ad hoc vt instrumentum tanquàm falsum reprobetur.

Diuino implorato præsidio, & pro tenui facultate mea consideratis diligenter omnibus, quæ in præsenti consultatione occurrunt, reuocatur in dubium, & quæritur de fide instrumenti, in quo continetur renũtiatio facta per dominam Laxinam Bertoni Galcoto, & Ioanni fratribus de Virguletæ consanguinei suis de hæreditate & bonis Bertonis patris eius & sororis suæ Luciæ præmortuæ, vt in instrumento latius cõtinetur. Et ad impugnandum tale instrumentum plures testes inducũtur, ex quibus prima facie argui potest falsitas instrumenti, vel saltem fides eius eneruari videtur. In instrumento enim narratur, & dicitur quòd domina Laxina talem contractum fecit præsentibus Alexandro eius viro & Mariano eius socero consentientibus, & authoritatem præstantibus. Ipsi verò cum iuramento examinati attestantur & deponunt non interuenisse in tali instrumento renuntiationis, nec dictæ Laxinæ præstitisse aliquem consensum: vnde ex hoc falsitas instrumenti deprehenditur, quando non interuenerunt illi, quos instrumentum dicit fuisse præsentes. l. optimam. C. de contrahend. & cõmit. stipul. §. item verborũ. Insti. de inuti. stipu. Secundò, quia Ianinus vnus ex testibus nominatis in instrumento deponit contra instrumentum, dum inquit, quòd nulla renuntiatio fuit facta, & quòd non refutauit iura, nec bona, nec donauit, nec facta fuit ibi aliqua mentio de Lucia sorore dictæ Laxinæ: Et vnus testis instrumenti, si contradicit instrumento, facit vacillare fidem instrumenti. l.

j.§.si quis neget.& ibi Bar.ff.quemadmo.testam.aperi.Ioan.
& alij in c.cùm Ioannes.de fide instru.Car.in cõsi.xlj.& Aret.
consi.xlviij.cũ si.Tertiò,adsunt alij testes non descripti in ta-
li instrumento,qui contra instrumentum similiter deponũt,
ex quibus etiam instrumentum reprobatur:vt per glo.in d.
l.j.§.si quis neget.& in d.c.cùm Ioannes.ex quibus omnibus
saltem simul iunctis suaderi videtur quòd tali instrumento
tribuatur fides.Sed tamẽ his & similibus,quę adduci possunt,
non obstantibus,contrarium verius esse de iure existimò,se-
cundum ea,quæ proponuntur more Scæuolæ Iureconsulti.
Nam intentio Galeoti & Ioannis fratrum videtur fundata
ex tali instrumento,quòd producitur:quia præsumitur verũ,
nõ falsum,nec simulatum:l.cũ precibus.vbi Bal.C.de proba.
ex instrumento enim oritur præsumptio,ꝙ sit verũ & solẽne,
vt Bal.inquit in consi.incip.proponitur ꝙ contractus.reperi-
tur in cõsi.ccxxxvij.in prima parte. Vis tota cõsistit in respon
dendo ad dicta testium,qui contra instrumentũ inducunt:qui
bus remotis de manifesta in fauorem Galeo.& Io.apparebit.
Non obstat ergo ꝙ duo primi testes dicunt, scilicet, Chri-
stoph.& Melchio,qui non sunt in instrumẽto descripti:quia
probatio falsi debet de necessitate concludere:vt est glo.not.
quam ibi no.Bal.in l.iuregẽ.§.quod ferè.ff.de pact.in glo.in
ver.probetur.& Car.consi.lvj.In elucidatione.col.fi.& idem
Saly.in l.de tutela.C.de in inte.rest.mi.sequitur Alex.in cõsi.
lxix.Viso processu inquisitionis.lib.j.sed dicta istorum mini-
mè concludunt contra instrumentum.Primus enim forma-
liter dicit,quòd reperiit se in domo Galeoti & Ioannis in
terra Virginitate,quando Alex.sponsauit dictam Laxinam,
& audiuit quòd facta fuit mentio de libris centum : sed non
intellexit,ꝙ ipsa Laxina aliquid diceret,nec quòd fuerit fa-
cta mentio de aliquo contractu.Ex his enim non infertur,ꝙ
instrumentum non sit verum:quia ipse non erat testis roga-
tus in instrumento.vnde licet ipse nõ audiuerit,nec intellexe-
rit,sufficit ꝙ alij testes descripti in instrumento vnde hoc au-
diuerint.Et per hoc etiam respondetur ad quædam verba di
cta in præsentia domini Abbatis Anullæ: ex quibus nullo
modo infertur ꝙ sit falsum instrumentum. Sic etiã respon-
detur ad ea,quæ secundus testis deponit,dum dicit formali-
ter ibi,ꝙ intellexerit,non facit dicta Laxina aliquam renun-
ciationem:nec quòd fuerit præsens ipse testis:& alia quædam
verba

verba refert dicta in præsentia reueren. domini Abb. Anullæ, ex quibus nihil concludenter infertur contra instrumentum prædictum: & ideo in aliquo non derogatur fidei & authoritati instrumenti: ex quo probatio non concludit per supradicta: facit tex. in c. in præsentia. de probatio. & in l. non hoc. C. vnde legit. Prædicta comprobantur etiam alio fundamento: nam instrumētum dicit cōtractum factū fuisse anno 1482 indictio. xv. die verò octaua mensis Septembris. Testes verò prædicti non deponunt præcisè de tali tēpore, sed simpliciter dicunt de mense Septembris. Secundus & primus dicunt, quòd fuit de mense Septembris vel Octobris, & non recordantur de quo anno: vnde quamuis dicta eorum de se probarent, tamen ex quo non restringuntur ad tempus instrumenti, per hoc non tollitur fides instrumenti & dicta testium de alio actu intelliguntur, & interpretantur: vt est text. in c. cùm Ioan. de fide instrum. vbi Abb. post alios not. illum text. in ij. colum. quòd vbi testes instrumento videntur contradicere, concordari debent præsumendo quod actus multiplicatus fuerit, ex quo præcisè non deponunt de tempore instrumenti: sicut etiam dicimus in testibus in cap. cùm tu. de testib. vnde vt excludatur talis præsumptio, practica est, quæ per illum text. colligitur, vt fiat interrogatio super vnitate actus: vt factum fuit in dicto c. cùm Ioannes. bene facit quod domi. Cardin. consuluit, prout eum refert & sequitur Abb. in dicto cap. cùm Ioannes. colum. fin. versi. sed ex glo. quæro de no. q. vbi inquit, pone quòd in instrumento descripti sunt A. & B. pro testibus, eorum cognomine expresso: posteà instrumentum dicitur falsum: & duo producuntur, qui vocantur illis nominibus, sed negant se interfuisse illi instrumento: an hoc sufficiat ad reprobationē instrumenti? domi. Cardi. consuluit quòd non: quia non est probatum illos eosdem esse, qui sunt descripti in instrumento. & sequitur Abb. ibi, qui dicit quòd possibile est tempore instrumenti alios fuisse, qui eisdem nominibus vocarentur, qui contractu & interfuissent: vnde probatio non concludit, & in dubio est fauendum instrumento secundum eum: ar. c. cùm tu. de testi. in c. ad audientiam. de præscrip. & ita in proposito dicendum est: nā licet nō fuerit facta renūtiatio tēpore, quo fuit despōsata domina Laxina, potuit fieri alio tēpore, de quo instrumētū loquitur: & sic probatio non concludit, prout requiritur, maximè ad te-

probationem instrumenti:vt suprà dixi. Et ad confirmationem supradictorum accedat:quia vt Bald. post Iacob. But. simpliciter dicit in l.presbyteri circa fi.C.de episc.& cler. testes,qui inducuntur ad impugnandum instrumentum, non probant,nisi rationem adducant etiam non interrogati: & ideo isti,qui simpliciter deponunt, nō faciunt fidē contra instrumentum:quod maximè videtur in isto casu procedere: quia isti deponunt negatiuam,scilicet quòd domina Laxina renuntiauit:vnde nullo modo probant,nisi rationem adducant:vt per Bal.in l.si actor.col.iij.C.de proba.Ang.in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. & qualis ratio requiratur, docet Ang.in §.hinc nobis.circa fi.in auth.de her.& Fal.Ex quibus omnibus patet,quòd pluribus modis dicta testium non offendunt instrumentum.& ista fundamenta seruiunt etiam ad alia dicta aliorum testium,de quibus infrà statim dicam.

Successiuè duo alij testes inducuntur Marianus & Alexāder qui præsentes fuerunt in instrumento, non tamen vt testes interuenerunt:& isti cum iuramento examinati dicunt non interuenisse in tali instrumento renuntiationis: sed per hoc non derogatur instrumento.Primò, quia vt suprà dixi, non apparet ex processu,nec deductum fuit quòd isti sint illimet Marianus,& Alexander,de quibus instrumentum loquitur:&,vt conseruetur fides instrumenti, præsumitur quòd aliæ sint personæ eiusdem nominis,secundum quòd Car. & Abb.tradunt in d.c.cum Ioan.in col.fin. vt suprà retulimus. Secundò,licet isti dicant non fuisse præsentes, non erant testes in instrumento,& in eis fides instrumenti non fundatur: vnde eis non creditur,sed potius statur instrumento, nisi eorum absentia aliter probetur:vt est text.in l.optimam. C. de contrahen.& committen.stipu.& in §.item verborum. Insti. de inuti.stipul.Tertiò considerandum est,quòd in instrumento sunt tres alij testes,in quibus fides instrumenti consistit,vt præsupponitur:& ita instrumentum habet debitum numerum testium,imò duo sufficiunt.l.vbi numerus.C. de fide instru.alij ergo,qui sunt supra numerum,licet instrumento cōtradicant,non eneruant fidem instrumenti:vt notanter Bart. concludit in l.j.§.si quis neget.in j.col.& in l.cùm tabulæ. ff. de secund.tab.& do.Abb.in d.c.cùm Ioan.in col. penult. post Ant.de But.ibi in versi.ego credo hoc verius, vbi testes sunt de non necessariis,&c.& ita hoc idem tradit Alex. in instrumento

mento renuntiationis in consi.xciij.In causa & lit.colum.pe-
nult.& fi.lib.v. vnde in proposito bene infertur quòd instru-
mentum non offendatur ex dictis testium,qui sunt vltra nu-
merum,maximè quia testes supradicti non sunt instrumen-
tarij. Tertiò principaliter & vltimò contra instrumentum
inducuntur duo testes,qui sunt descripti in instrumento:& in
hoc videtur aliqualis difficultas,quia isti videntur necessarij
in instrumento:& ex istis duobus vltimis testibus alter Iani-
nus,scilicet,expressè dicit,quòd ipsa Laxina non renũtiauit,
nec refutauit iura,nec bona,nec donauit:nec fuit facta ibi ali
qua mẽtio de Lucia sorore:sed etiã in isto teste potest funda-
mentum fieri contra instrumentum,& hoc ex pluribus. Pri-
mò,quia ista negatiua non probatur,nisi ratio adducatur : vt
suprà dixi.& ratio,quæ assignatur, dum dicit, quia præsens
fuit,audiuit,& intellexit,non est bona ad probandum nega-
tiuam:vt not. Ang.in §.hinc nobis.in auth.de hære.& Fal.cir-
ca fi.debuit enim dicere,quòd renuntiatio fieri non potuisset,
quin ipse vidisset.Secundò, quia necessariò non infertur ex
verbis dicti Ianini contra fidem instrumenti,ex quo non de-
ponit de tempore instrumenti,sed simpliciter dicit de men-
se Septembris:vnde intelligitur instrumentum de diuerso a-
ctu,vt concordetur cum testibus per supradicta.Tertiò, quia
non fuit etiam deductum,quod sit iste ille Ianinus,qui vt testis
nominatur in instrumento,per ea quæ suprà dixi.Quartò cõ-
siderandum est: quia vltimus testis deponit secundum instru-
mentum,ad quod se refert:ex tribus ergo testibus, qui sunt
nominati in instrumento,vnus dicit contra instrumentum,
alius pro instrumento,tertius mortuus est: & ille pro instru-
mento iudicatur:& sic sunt duo testes omnino pro instrumẽ-
to,meritò tertius dicitur vltra numerum: & ideo per illum
nullo modo derogatur instrumento,per ea quæ suprà dixi. Et
hoc quidem in proposito comprobatur:quia, vt dixi, ex his
tribus testibus in instrumento descriptis,vnus deponit secũ-
dum tenorem instrumenti:vnde succedit illud,quod no.dicit
Io.de Imo.in d.c.cùm Ioannes.col.pe.vbi inquit,quòd si vnus
tantùm testis deponit pro instrumento, & duo sint qui con-
tradicunt instrumento,per hoc non erit reprobatum instru-
mentum:quia vnus testis instrumẽtum coadiuuat,& fides ta-
bellionis etiam concurrit:& ista duo non superantur ex eo,
quòd alij duo testes contradicunt instrumento,quod dictum
pro

pro notabili sequitur Alex.in d.consi.xciij.col.pe.in fi.dicens alibi hoc non legisse,quod à fortiori in isto casu procedit, in quo vnus tantùm ex testibus instrumenti contradicit: item nullo modo contradicit,vt ex suprà dictis patet.Præterea cõsiderari debet conditio & qualitas testium supradictorum, qui inducuntur contra instrumentum,quia nõ videntur esse omni exceptione maiores,vnde non reputantur idonei contra instrumentum.l.optimam.C.de cõtrahen.& commit. stipu.no.Bart.in d.l.j.§.si quis neget.circa finem.Raph.Cu.in cõsilio cxxxv.Ad primum.col.pe.& ibi etiam alia tradit, quæ ad propositum conferunt.& idem Fulg.in consi.lxxix. Quidam nomine col.fi.Ex quibus omnibus indubitanter existimo instrumentum prædictum præualere.Multa latius deduci potuissent,quæ traduntur in locis suprà allegatis: sed propter angustiam temporis sufficiat veritatem breuiter, vt puto,retulisse. Ad allegata suprà in contrarium responsio colligitur ex supradictis.Nam primò Marianus, & Alexander non sunt testes in instrumento:vnde absentia illorum debuit probari,vt dicitur in d.l.optimam.& in c. ex tenore.de testa. Præterea dato quòd fuissent testes,non sunt de necessariis: & ideo non statur dicto eorum quòd fuerint absentes,prout dominus Abb.concludit in d.c.cum Io.cùm aliis supra allegatis.Item non fuit deductum,quòd sint illi Maria. & Alex. de quibus instrumentum loquitur:vt suprà dixi. Postremò sunt affines & coniuncti cum aduersario,& sic nõ dicuntur omni exceptione maiores:vt no.in cap.j.de consang. & affi. & tradit Bald.in d.l.optimam.vnde non reputantur idonei contra instrumentum.d.l.optimã.cum si.suprà allegatis.Secundò nõ obstat quòd vnus testis instrumenti contradicat instrumento:quia suprà pluribus modis respondetur.Primò, quia non probat negatiuam,super qua deponit,cùm rationem bonam non adducat.Secundò,ex verbis suis non infertur necessariò contra instrumentum,cùm non referat se præcisè ad tempus instrumenti.Tertiò,non constat istum esse illum Ianinum nominatum in instrumento.Quartò,non dicitur de numero necessario ad instrumentum:quia alij duo remanent, in quibus instrumentum sustinetur: & maximè quia vnus reperitur,qui instrumentum coadiuuat,vt suprà dixi. Tertiò non obstat quòd sunt alij duo testes non descripti in instrumento,qui contra instrumentum deponunt:quia nõ bene dicunt

nec

nec deponunt concludenter, vt suprà latè fuit demonstratum:& gratia breuitatis non repeto.

Additio.

De materia suprascripti consilij, quando testes contradicunt instrumento, latè ponunt Can. in c. tertio loco de probation. in c. cùm Ioannes eremita. de fide instr. Legistæ. in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmod. test. aper. in l. in exercendis. C. de fi. instr. Ang. de Are. in §. item verborum. Insti. de inuti. stipu. Guid. Pap. q. cccccxl. inci. Testes. & consi. lxxv. ij. dub. Pau. de Cast. consi. clxviij. inci. Super primo dub. lib. j. vbi omnes consulunt in fauorem instrumenti. & dictum Imo. quod suprà in ver. iiij. refert Decius post Alex. est summè signandum secundum Hippo. not. lxj. inci. Dictum. & est de mente Felin. in d. c. cum Ioannes. colum. xj. versi. iiij. declara. & pro eo facit Pet. in l. quæstionem. C. de fideicom. col. ij. in tribus locis, dicens quòd scriptura notarij habet vicem duorum testium: & propterea quinque testes cum tali scriptura probabunt testamentum, in quo requirebantur septem testes: & sequitur ibi Bal. col. iij. & in d. c. tertio loco, col. fi. sed quia Corr. in d. l. quæstionem, col. pe. dicit quòd communis opinio est contra Petrum. Et Curtius senior consi. lv. incip. Super processu. & Barba. lib. iij. consi. iij. incip. Illud referam. consuluerunt pro testibus deponentibus contra instrumentum, Ideo sint bene cauti notarij, vt in suis instrumẽtis nõ admittant passim & indistinctè omnes testes, sed solùm sibi notos & probos: Quia sæpe vidi legales & fidelissimos notarios ex imperitia & leuitate testium multipliciter vexari.

Ioan. Neuizanus.

FINIS.

INCIPIT SVMMA DOMINI ROLANDINI,

CVM BREVI EXPOSITIONE, PER DOM. PETRVM DE BOATERIIS BONON. EDITA.

Iesus sacri ventris fructus,
Pia matris prece ductus,
Sit via, dux, & conductus
Liber, in hoc opere, Amen.

PROOEMIVM.

ANTIQVIS temporibus super contractuum & instrumentorũ formas & ordines fuerunt per quosdam prudentes viros, ignaros fortassis ex conscientiæ puritate sagacitatum subtilium modernorum quædam cõpilationes, & Summæ, iuxta tunc viuentium mores & consuetudines adinuentę. Sed cùm venerit, quò iunior, eò perspicacior ætas nostra, nouos & subtiliores mores, sicut in multis aliis, ita in contractuum ordine secum ferens, oportuit vt antiquis omissis ritibus, non tanquam quos reiiciamus, vel indicemus erraticos, aut iuri contrarios, sed vt quodammodo alienos, & in paucis, vel nullis cõgruentes subtilitatibus modernorum, nouellam (quemadmodũ quasi in cæteris facimus,) ita in contractuum dispositionibus & modis nostri formã temporis imitemur, vt nostræ vtamur ætatis moribus, & vitæ obseruantia reformetur. Igitur cùm forma hæc, nisi post longa exercitia sciri nequaquam potuerit, vel haberi, neque de modernis quisquam in compilationem & memoriam redegisse repertus sit: Suggessit multorũ fraterna charitas magnis & continuis instantium precibus hanc collectionem contractuũ, (vtpotè protinus ipsa cognita in exercitiũ deducentem iuxta nostri temporis obseruan-

l. cũ quid. cũ ibi not. ff. si cer. petatur.

tias) compilari. Verùm quia nihil ex omni parte in humanis inuentionibus adeò est perfectum, quod si ad perspicacis correctionis regulam deducatur, multa nō indigeat tonsione, supplico quatenus suspiciens vnusquisque correctionis gratiam habens, operis huius rubiginem considerationis debitæ lima purget, cauens solicitè ne subintret liuoris aculeus, qui sub quadam se solet ostētatione prudentiæ palliare. Sed moueat eū purus, & simplex charitatis affectus propter eruditionem legentium & profectum. Quoniam quæ in virtute fiunt, in & sub charitate fieri debent, aut vana sunt.

Cæterùm opusculum hoc per decem partitum capitula, ab insipiētibus & simplicibus, quorum est principaliter causa factum, affectione oportet suscipi vehementi: debet tamen à prouectioribus nō cōtemni: quia etsi prodesse simplicioribus posit, exercitatis tamen plerunque poterit non obesse.

EXPOSITIO.

ANtequam descendamus ad expositionē istorum versuum, seu rithmorū, dicemus quædam generalia, quę solent in aliis librorum principiis declarari. Et primò dico sic: In principio istius libri, sicut in aliorū librorum principiis, septem sunt per ordinē notabiliter attendenda. Et primò, quis sit libri titulus, seu libri nomen. Secundò, quis fuerit author, compositor, seu promulgator huius libri. Tertiò, quæ sit materia, seu materiale subiectum. Quartò, quæ fuerit authoris intentio. Quintò, quæ vtilitas, siue finis ex isto libro nobis repræsentetur. Sextò, quis sit modus agendi. Septimò & vltimò, cui parti Philosophiæ supponatur liber iste. Ad primum igitur reuertamur, scilicet, quis sit libri titulus: & dico quòd libri titulus est, cùm dicit, incipit Summa domini Rolandini de arte vel super arte notariæ. Antequàm exponamus ista verba, videamus primò ad quid se habeat titulus: & dico quòd se habet ad multa. Nam titulus quandoque sumitur pro dignitate, quandoque pro causa, quandoque pro puncto, quandoque pro præscriptione libri, quandoque pro abbreuiatione, quandoq; pro laude. Pro dignitate, vt habeo titulum sancti Marcelli, id est, dignitatem. Pro causa, vt possideo istam domum titulo emptionis, id est, causa. Pro puncto, vt cùm dico, non est titulus, id est, punctus. Pro præscriptione libri, vt:

Titulus quot modis sumitur.

incip

incipit liber, &c. Pro abbreuiatione, vt dñs. Pro laude, vt habeo magnum titulum, id est, laudem, prout patet in versibus infrascriptis. Istis ergo visis exponamus verba in nostra titulatione contenta, quare dicit, incipit Summa. Nota hic duo: Primò quare dixit, Summa. Secundò ad quod se habeat Summa. Ad primum, scilicet, quare dixit Summa: quia summatim & breuiter fuit comprehensa, & præcepta artis notariæ breuiter in se comprehendit. Circa igitur hanc dictionem, Summa, duo notantur, scilicet, etymologia vocabuli, ad quod se habeat in corpore iuris. Nam etymologia talis est, quia summatim & breuiter artis notariæ præcepta in se comprehendit. Vel sic dicitur Summa, quia multa præcepta ad vnum opus numero, vno comprehensa simul comprehendat ac contineat. Sed posset quis hic opponere, tu dicis quòd appellatur Summa, quia summatim & breuiter artis notariæ præcepta in se comprehendit: videtur quòd male dicas, quia illud, quod est diuisum in tres partes & decem capitula, non videtur breuiter esse comprehensum: sed Summa nostra est diuisa per tres partes & decem capitula, ergo non est breuiter comprehensa. Ad hoc respondendum est, quòd totum corpus iuris est tam magnum, & non tractat nisi de istis tribus, de quibus Summa tractat: ergo videtur breuiter esse comprehensa. Quia in primis septem capitulis tractat de contractibus & pactis. In octauo de vltimis voluntatibus defunctorum. In nono de iudiciis, & ordine iudiciorum: sed decimum est generale ad omnia præcedentia capitula, & ideo meritò potest appellari Summa. & ita nomen est consequens rei, vt esse debet: vt in Insti. de donation. §. est & aliud. Secundò nota, quòd Summa quandoque accipitur in iure multis modis: Nam summa quandoque accipitur pro magna, vt legitur in Instit. §. fin. in procemio. summa itaque ope, & alacri studio. & sic summa, id est, magna. Quandoque pro maxima, vt C. de summa Tri. & fide Ca. vbi accipitur summa, id est, maxima. Quandoque pro prima, vt Instit. de iure person. ibi dicitur. summa personarum diuisio, summa, id est, prima. Quandoque pro breui, vt in Insti. de actioni. §. omniū autem actionum. Quandoque sumitur pro fine, vt in Insti. de actio. & oblig. quæ ex delic. nascun. §. in summa. Quandoque pro ratione, vt dicitur quotidie in instrumentis de pretio quod capit in summa centum librarum, id est, ratione c. librarum.

Quare præsens liber intitulatur, Sũma domini Rolandini.

Hoc nomē, Summa, multis modis accipitur

Nota ideo quòd dicitur notariæ, ad differentiam aliarum summarum in aliis scientiis compositarũ: vt summa Grammatices, & summa domini Azonis. Et dicitur domini Rolandini demonstrando causam efficientem, vt infra: & ad differentiã aliorum Doctorum, qui in ista arte composuerunt, vt dominus Azo, Petrus Perusinus, & dominus Ioannes Bonon.

Et super isto primo possumus notare duo. Primum, quòd nomen consequens rei esse debet, vt in Insti. de donat. præallegato. §. est & aliud. Regula est in qualibet facultate, Congruant suis nomina rebus. Secundum, quòd vna dictio habet diuersa significata aliquando. Ad secundum, quis fuerit author, compositor seu promulgator: actor siue author immediatus, siue primarius, fuit ipse Deus, à quo cuncta bona procedunt, & qui est omnium præsentium, præteritorũ, & futurorum princeps, dominus, & origo. Compositor seu promulgator secundarius aut mediatus fuit dominus Rolandinus, cuius anima suis meritis & virtutibus requiescat in pace. Compositor fuit dominus Rolandinus in quantum alterius dictum, id est, antiquas formas & compilationes in melius reformauit, Et promulgator, quia alias formas, dicta, & compilationes de nouo adinuenit. Et sic no. quòd differẽtia est inter componere, & promulgare: quia componere est dicta alterius in melius reformare. Sed promulgare est aliquid de nouo adinuenire, vt not. Insti. in prooemio, in §. omnes vero populi. in gl. & sic dominus Rolandinus fuit compositor & promulgator. Ad tertium, quæ sit materia seu materiale subiectum. Materia istius libri est duplex, scilicet, theorica, & practica. Sed quid est theorica, datur duplex diffinitio, vna est talis: Theorica est illuminatio, intellectus, & cognitio veritatis. Nam habere theoricã nõ est nisi habere rationes: vnde si vnus diceret, quia nõ potest contrahere: vel testari, quia est minor xiiij. annis, vel est filiusfa. modò cognoscere hæc ista est theorica habere intellectum plenum, sanum & luminosum regulis cum rationibus artis siue sciẽtiæ suæ. Et ista diffinitio prædicta est generalis ad omnes scientias de mundo. Sed deinde videamus alteram diffinitionẽ specialem solùm arti & scientiæ notariæ. Theorica est artis notariæ scientia, personarum, rerum, & negociorum naturas circa ciuilem sapientiam rationabili inuestigatione comprehendens. Constituitur ergo sic theorica est scientia artis notariæ, & per hoc collige

Quis fuit author huius libri.

Cõponere & promulgare qualiter differũt.

Theorica quid est.

collige quòd solùm ista diffinitio conuenit scientiæ notariæ comprehendens naturas personarũ, scilicet contrahentium, paciscentium, testantium, siue litigantium: rerum, scilicet super quibus potest cõtrahi, testari, & litigari: & negociorum, id est, contractuum & pactorum, vltimarum voluntatum & iudiciorum: rationabili inuestigatione, id est, cum ratione. & sic not. quòd scientia notariæ est inuenta cum ratione. Et dicitur theorica à theos, quod est Deus, & icos sciẽtia: quia sicut Deus videt omnia, ita theoricus videt omnia præcepta artis suæ: vel dicitur à theo, quod est video, à quo fit theorare, id est subtiliter videre. Sed quid est practica, similiter de ista datur duplex diffinitio. Prima est talis: Practica est exercitij prõptitudo rationi deseruiens. Nota rationi, ad differentiam practicæ facti: quia hîc diffinitur solùm practica iuris. Et dicit quòd practica non est nisi exprimere audacter illud quod homo theoricus habet in corde, scilicet cum ratione: & illa est practica. Vel sic, practica est subiectam theoricam demonstrare operatione manuum secundum præexistẽtis theoricæ intellectum. Et dicitur practica à praxis, quod est terminatio actualis, vel materia, vt est contractus & pacta, vltimæ voluntates & iudicia. Ad quartum, scilicet, videre, quæ fuit intentio domini Rolandini. Intẽtio fuit duplex: vna fuit intentio adducere nobis quandam nouellam formam, & leuẽ doctrinam, quæ nostris moribus conueniret. & certè ista fuit satis bona intentio. Intentio etiam fuit remouere antiquas formas & compilationes, quæ formæ recesserunt à consuetudine nostri temporis: & inducere nouas formas & compilationes: Nam quò iuniores, eò perspicatores. nam natura semper nouas deproperat edere formas, & gaudet ipsa suis nouatis in semine formis. Ad quintum, scilicet, quæ vtilitas nobis ex isto libro reportetur. Respondeo, quòd scito isto libro, perfectè intellecto, & memoriæ commẽdato, quis erit perfectissimus notarius, & perueniet in perfectissimam cognitionem. Quo ad primam partem contractuum & pactorum: quo ad secundam, scilicet, vltimarum voluntatum defunctorum: & quo ad tertiam partem, scilicet iudiciorũ, non videatur tibi modicum. Ad sextum, scilicet quis sit modus agendi: & dico quòd est triplex, quia primò tractat de cõtractibus & pactis tãquam de dignioribus: Nam digniora sunt præferenda, & à dignioribus est inchoandum, vt in Insti. de

Theorica vnde dicitur.

Practica quid est.

Practica vnde dicitur.

Modus agẽdi huius libri.

iure nat. gentium & ciuili. §. fin. & hoc in primis septem capitulis. Secundò, de vltimis voluntatibus defunctorum, & hoc in octauo capi. Tertiò, de iudiciis & ordine iudiciorum, & hoc in nono capitulo: posteà additur decimum, quod est generale ad omnia præcedentia capitula. Ad septimum, scilicet, cui parti Philosophiæ supponitur liber iste? Et dico, quod supponitur Ethicæ, id est, morali Philosophiæ. Nam Ethica est quædam pars Philosophiæ, quæ de moribus tractat: & isti mores omnium versantur in contrahendo, paciscendo, testando & litigando.

Iesus sacri ventris fructus,
Pia matris prece ductus,
Sit via, dux, & conductus,
Liber in hoc opere, Amen.

Metrica lege sic starent.

Fructus sacri ventris Iesus,
Prece piæ matris ductus,
Dux, via sis & conductus,
Finitor hoc opus, Amen.

IN nomine Domini Amen. In principio istius libri author præmittit titulum Rubeum siue quandã Rubricã, in qua quidem tria facit. Secundò ponit quẽdam ornatum, scilicet, procœmium generale ad totum librum. Vnde continuãdo possumus sic dicere: Visis nostri libri generalibus documentis, sequitur nunc eius Rubrica, quæ cõstat in tres partes esse diuisa. Nã in prima parte author vtitur inuocatione altissimi Creatoris. Secundò, vtitur oratione. Tertiò, vtitur conclusione: & cõcludendo tria petit. Prima pars incipit ibi: In nomine Domini. & durat vsque ad, Iesus sacri. ibi secũda, & durat vsque ad versiculum, Sit via. ibi tertia, & durat vsq; ad finem Rubricæ. In prima parte Rubricę author vtitur inuocatione: sed diceres tu, quare author noster vtitur inuocatione, sed quare nõ dicebat ipse, antiquis temporibus absque alio? Respondeo quòd ipse fuit vsus inuocatione propter triplicem rationem. Prima est propter quintuplex mandatum. Secunda, propter responsa Prudentum. Tertia, propter rationem potẽtissimam. Prima ratio est, quòd dominus Rolandinus inuocauit nomen altissimi Creatoris propter quintuplex mandatum, scilicet diuinum: vnde dixit Christus: Inuocabit

Ad Coll. 3.

tabit me,& ego exaudiam eum. Et etiam, Quicquid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis. Secundũ fuit Apostolicum:nam dixit Apostolus:Quicquid facitis,& quicquid dicitis,siue in verbo,siue in opere,totum in nomine Domini faciatis,& dicatis. Et quotiescumque dicimus absolutè de Apostolo,intelligimus per excellẽtiam de beato Paulo:imò Saluator in sacro Euangelio precepit,dicens:Quæcunque feceritis,in nomine meo facietis. Tertium fuit Euangelicum, vnde Euangelista,scilicet,beatus Ioannes per excellentiam: Omnia per ipsum facta sunt. Quartum est Canonicũ. Quintum humanum,& ista duo tendunt insimul:nam omnes Canonicæ constitutiones & Leges humanæ dicunt,quòd quilibet debeat in omni suo principio nomen Domini inuocare: quoniam Saluator inquit,Sine me nil potestis facere. Secunda ratio fuit propter responsa Prudentum:nam vidimus cunctos viros peritos in eorum principiis nomen Domini inuocare:vnde facit Iustinianus sanctissimus princeps, legumlator,in principiis omnium suorum librorum voluit inuocare,& inuocauit nomen Domini:vt in prin. Instit.in rubrica. ideo author noster voluit nomen Domini inuocare. Tertia ratio fuit potentissima:quia ex Christi inuocatione sequitur bonum principium,melius medium,& optimus finis: vt in Insti.in principio in glo.& vniuersa videntur rectè geri,si in principio fuerit decens & amicabile Deo. Extra literã, si quis esset ambasciator,vel arẽgator,ipse posset arengã suam triplici modo inchoare,sicut sunt tres rationes prædictæ. Primo modo sic: *Li cinque comandamenti.* vt suprà habes, *Che hi dinseno & confortano che ciascaduna persona debia lo nome de Dio chiamare,impercio in lo comento del mio dire voglio chiamare lo suo nome santissimo* narrando vsque ad finem. Secundo modo sic propter secundam rationem *ad vsanza de sauio huome sie de chiamare in tutti li suoi comintiamenti il nome de cholui che tutto muoue e gouerna,& anchora ch'io non sia sauio io voglio seguire li comandamenti di saui huomini chiamando lo nome del eterno Padre e Signore &c.* Tertio modo propter rationem tertiam: *Ogni verace Christiano & buon in tutti li suoi comincia menti de inuocare lo nome del eterno Padre e Signore, dapo questo si segua buon cominciamento,migliore mezzo,e molto meglior fine: & accio ch'io consegua queste cose in lo mio dire io voglio inuocare lo nome del Creatore de tutte le cose, &c.* In secunda parte Rubrica

Io.c.1.

Ioan.c.15

vtitur oratione: sed quare diceres tu, voluit ipse inuocare oratione: quia aduertens dictum beati Hieronymi sic dicentis: Nequaquam fiat, nisi oratione præmissa: idcirco ipse voluit orare sicut dicendo Iesus sacri ventris, &c. Et in ista oratione colliguntur duo. Primum quod ipse Iesus Christus est natus ex ventre incorrupto, & intacto, & intemerato. Nam ipsa fuit virgo ante partum, in partu, & post partũ. & hic fundatur tota fides christiana, & ex hoc damnãtur Iudęi: quia non credunt, quòd vnquam aliqua virgo posset parere filium non corrupta: quod est falsum. Secundum quòd dominus Rolandinus interposuit virginẽ Mariam, tanquã mediatricem: quia inimicus ab inimico nunquã postulat gratiã. Ideo quia dominus Rolandinus senserit se esse inimicum Dei propter peccatũ primi parentis, scilicet Adæ & Euæ: & propter hæc ipse iuit ad virginem Mariam tanquam ad fontem pietatis & misericordiæ, vt ipsa esset mediatrix, & intercederet pro eo. In tertia parte Rubricæ author vtitur conclusione, seu concludit: & concludendo tria petit, dicẽs: Domine, ego oraui, & inuocaui vos, modò ego peto tria. Primò quòd indicetis mihi viam, per quam ego vadam. Nam per me ego sum cæcus. Secũdum quòd sitis dux, qui me ducat. Tertium, quòd sitis conductus, per quem ego conducar. Et conductus propriè est locus, per quẽ aqua dilabitur de loco ad locũ. & ipse idẽ Iesus sit liber, id est, liberalis in hoc opere, id est, det liberale principium, liberalius medium, & liberalissimum finem. Quod ipse facere dignetur, qui viuit per omnia secula. Amen.

Incipit procemium.

Procemiũ vnde dicatur.

VIsis igitur generalibus nostri libri, & eius rubrica exposita, sequitur modò nostri libri Procemiũ, dictum à Protos, quod est primum, & cemio, quod est orno: vnde Procemiũ quasi primus libri ornatus. vnde quælibet scriptura procemio decoratur vel procemium dicitur à protos & cemi verbum, quasi primum verbum. Quod quidem procemium diuidatur in quatuor partes. Nam in prima parte ponitur causa inuentionis huius libri vtilis, expediens, & necessaria: quæ notatur in verbo, oportuit. In secunda, quæ fuit causa motiua, quæ mouit eum ad compilationem huius libri. In

tertia

tertia parte tradit librum correctioni iuuenibus recommendando. In quarta tradit librum iuuenibus recommendando prouectis & exercitatis. Prima pars incipit ibi, Antiquis temporibus,& durat vsque ad §.igitur cum forma hæc. Ibi secunda,& protenditur vsque ad §.verùm quia.Ibi tertia, & durat vsque ad §.caeterùm opusculum. Ibi quarta & vltima, & durat vsque ad finem procemij. In prima ergo parte sic ponitur casus: Accessit iuuenis ad dominum Rolandinum, & coram eo sic casum proposuit:Domine Rolan.dicatis mihi,& non sit vobis molestum,quæ fuit causa inuentionis huius libri,nónne erant sapientes,sicut vos in ista ciuitate? Certè respondet dominus Rolād.quia erant olim antiquæ summæ & compilationes nostro iuri contrariæ:sed quia nō conueniunt nostræ ætati,eò quòd recesserunt ab vsu nostri temporis oportuit remittere nouellam formam, & nō solùm in contractibus & pactis,sed in multis aliis:Quia quò iuniores eò perspicaciores,& natura semper nouas deproperat edere formas. Aurora quærit hîc de vno:quomodo antiqui nostri, si erant sapientes,non poterant prouidere & facere librum, qui conuenit & suis moribus antiquis & nostris modernis, vt Auroramet: & in hoc nō peccauit antiquitas,si huius Decreti fuerit inscia.Nam antiqui nō potuerunt diuinare quid potuisset accidere,ideo excusantur,& possunt excusari quadruplici ratione. Prima ratio est propter humani ingenij exiguitatem.Nam ferè inhumanum est, quòd homo posset diuinare quid posset accidere.Secunda propter negotiorum mutabilitatem:quia homines quotidie de diuitibus efficiuntur pauperes,& miseri:quis de gaudio peruenit ad tristitiā: & quis de altitudine quotidie demergitur in profundum. Tertia propter peccatorum multiplicitatem. Nam si tu dixisses olim:Promittis tu mihi centum ? & ipse respondebat, Promitto:& interrogatus,quomodo sum ego certus & securus de ista promissione?& ipse dicebat: In signum seruandæ fidei accipe istam palleam,& hoc apud antiquos firmum appellabatur. Sed hodie si tu dares vnum currum palleatum, ipse non obseruaret promissa:& hoc contingit propter peccata. Quarta propter incognitam hominum infidelitatem. Nam olim antiqui erant simplices & puri in omnibus suis moribus.Nam viuebant more Apostolorum; quia paterfamil.comedebat cum tota familia in vno catino.Ibant etiam

Casus in terminis.

Vt habetur in proœmio libri sexti Decre. et in l.ij. §. sed quia diuinæ.C. de vete. iure enucle.

Vt l.si postulator. ff. ad legem Aquil.

induti grosso modo, sed hodie homines sunt sagaces & subtiles: quia quò iuniores, eò perspicaciores. Ideo vbi maius versatur periculum, ibi cautius est agendũ: sed versatur maius periculum, quia hodie homines sunt magis malitiosi, & citius denegarent promissa: ideo agendum est cautius, vt fiat pacta & obligationes diuersæ. Ideo fuit necesse vt fieret noua compilatio, & sic excusantur antiqui. Nota ergo quòd in hoc antiquitas non peccauit, si huius Decreti fuit inscia. Secundo not. quantò homines iuniores, tantò perspicaciores. Nota quòd antiqui excusantur quatuor rationibus. In secunda parte sic ponitur casus, quæsiuit iuuenis: Domine Roland. dicatis mihi, quæ fuit causa motiua, quæ mouit vos ad compilationem huius libri? Respondit domi. Roland. quòd causa est, quia author facit tria. Primò tradit librũ diuisum & partitum iuuenibus. Secundò dicit quòd ipsi accipiant vehementi studio. Tertiò recommendat librum prouectis & exercitatis. No. quòd ars notariæ siue notariatus diuiditur in partes tres. Nam in prima parte tractat de contractibus & pactis, & hoc in primis septem capitulis. In secunda de vltimis voluntatibus defunctorum, & hoc in octauo capitulo. In tertia de iudiciis & ordine iudiciorum, & hoc in nono capitulo. & decimum capitulũ tractat de refectionibus scripturarũ quod est commune ad omnia præcedentia capitula.

Agendũ e. vbi periculum. de elect. lib. vj. cũ similibus.

Modò gratia iuuenũ volo construere totũ proœmium: & sic, quãdã compilationes & summæ fuerunt adinuentæ antiquis temporibus super formas & ordines cõtractuũ, & instrumentorũ per quosdam viros prudentes, ignaros fortassis ex puritate conscientiæ sagacitatum subtiliũ modernorum iuxta mores & consuetudines tunc viuentium. Sed cùm venerit ætas nostra quo, id est, quãtò iunior, eò, id est, tantò perspicacior, ferens secũ nouos & subtiliores mores, ita in ordine cõtractuũ, sicut in multis aliis oportuit, vt imitemur nouellam formã nostri temporis, oportuit vt vtamur moribus nostræ ætatis, & oportuit vt reformetur obseruantia vitę, ita in modis & dispositionibus contractuũ, quemadmodũ quasi in cæteris facimus, omissis antiquis ritibus, id est, scripturis, non tanquã quos reiiciamus, vel iudicemus erraticos, sed vt quodammodo alienos, & in paucis, vel nullis congruentes, id est, conuenientes subtilitatibus modernorum. Igitur cùm forma hæc sciri nequaquam potuerit vel haberi nisi

post

post longa exercitia, eò quòd nondum sit hucusque repertus quisquam de modernis ipsam redegisse in compilationem & memoriam: Suggessit (supple) in bona parte fraternæ charitatis multorum amicorum instantia magnis & continuis precibus hanc compilari collectionem contractuum, vtpote protinus, id est, animo ipsa cognita in exercitiū deducentem iuxta obseruantias nostri temporis. Verùm pro, scilicet, quia nihil adeo est perfectum ex omni tempore in humanis inuentionibus, quòd si reducatur ad regulam perspicacis correctionis, multa non indigeat tonsione. Supplico quatenus suspiciens vnusquisque habens gratiam correctionis, purget rubiginem huius operis lima debitæ considerationis, omnes alias caueat, ne subintret liuoris aculeus, id est inuidia seu stimulus inuidiæ, quod idem est, qui sub quadam ostentatione prudentiæ se solet palliare. Sed moueat eum purus & simplex charitatis affectus propter vtilitatem legentium & profectum. Cæterùm præsens opusculum hoc partitum per decem capitula, subdiuisum in tres partes, vt suprà, oportet suscipi vehementi affectione à simplicioribus & ab insipientibus, quorum causa est principaliter factum: debet tamen à prouectioribus non contemni: quia si prodesse simplicioribus possit, exercitatis tamen plerunque poterit non obesse.

Incipit primum capitulum, mobilium & inmobilium rerum diuersis titulis & causis continens dationes.

HIc author noster volens tractare de prima parte notariæ, scilicet, de Cōtractibus & Pactis, præmittit duas rubricas, quarum vna est generalis ad totum primum capitulū: Altera est specialis ad instrumentum subsequens. Vnde ista rubrica non bene potest continuari, eò quòd aliqua alia non præcessit. Sed possumus sic dicere: Nos suprà vidimus in procemio. §. fi. quòd ars nostra diuiditur in partes tres. In prima parte author ponit de Cōtractibus & Pactis: & hoc in primis septem capitulis. modò author noster volens tractare de prima parte, scilicet de Contractibus & Pactis: præmittit vnā rubricā generalem ad totum primū capitulū. Sed primò exponamus generalem rubricā, & posteà specialē, quæ quidem

quidem generalis sic incipit: Incipit primum capitulum.

Ideo dicit, incipit primum capitulum: quia quotiescũque habet plura dicere, ipse incipit. In primis dico sic, item sicut, &c. Ita dominus Rolandinus, quia volebat dicere plura, ideo dixit, Incipit primum capitulum septem capitulorum tractantium de contractibus & pactis. Istud est primum capitulum. Nam ista sunt idem, scilicet capitulũ, principium, & initium. Sed tamen vtimur legalibus ibi, nos dicimus hîc capitulum, dicetur ibi liber. Dicitur posteà vltrà, rerũ mobilium & immobilium. ideo dicitur, quia nomen, rei, Prætor generale elegit. Sed tamen quædam sunt res mobiles, vt quæ possunt moueri per se vel per alium, sicut lignũ, equus, bos, & similia. Quædam sunt immobiles, vt sunt res, quæ nõ possunt moueri, vt vrbana prædia, sicut sunt domus, turres, & palatia: & rustica prædia, vt terra buschinia, vallès, syluæ, vinearia, & aratoria, & similia, de quibus omnibus infrà per totum capitulum habemus. Et dicuntur immobiles, quoniã à suis sitibus & locis immotæ dicuntur ac permanent. Vlterius dicitur, continens dationes. Nam dare est accipientis facere, vt in Instit. de actionibus. §. sic itaque discretis. hoc verbum, dare, sumitur in iure tribus modis: vno modo strictè, & propriè: & hoc accidit quando transfertur dominium in accipientem, vt quia emptor sit dominus: vt Anto. dedit, vendidit, & tradidit: & sic sumitur in illis cõtractibus, in quibus transferetur dominium in accipientem, vt in venditione, permutatione, datione insolutum, & similibus. Secundo modo sumitur impropriè, & hoc accidit quando nõ transfertur dominium in accipientẽ, sed sola possessio: quia solum vtile, vt in concessione feudali & concessione emphyteotica, in quibus dicitur, dedit, & concessit. Tertio modo sumitur magis impropriè, & hoc accidit quando transfertur ius aliquod in accipientem, vt in locatione, & conductione, cum dicitur, Antonius dedit, & locauit. nam conductor non habet aliquod ius in re locata, nisi vsum. & de isto verbo, dare, melius & clarius dicetur in instrumẽto venditionis post instrumentum arrharum. Dicitur posteà, diuersis titulis, quia hîc sunt in isto capitulo diuersi tituli & modi, quibus transferuntur rerum dominia in alterum vt infrà patebit per singulas lectiones. Vlterius dicitur, titulis & causis. Nam hæc dictio, &, est copulatiua, & oportet copulare diuersa: sed titulus & causa

causa in isto loco sunt idem: vt verbi gratia, quo titulo possides tu librum tuum? titulo emptionis, quia ego emi, vel titulo permutationis: eodem modo de causa, vt qua causa possides tu librum? causa emptionis, &c. quia ego emi, & sic titulus & causa sunt idem in isto loco. & exponitur, &, pro, id est. Et hęc dictio titulus, sumitur multis modis. Nam interdum titulus idem est quod dignitas, vt iste habet titulum sancti Petri, id est, dignitatem. Interdum titulus idem est quod litera siue epistola, vt titulis vestris percepi sic & sic, id est, in literis vestris. Interdum titulus sumitur pro nigro, vt in præsenti titulo sic ponitur casus, id est, litera facta de nigro. Interdũ titulus sumitur pro nomine libri, vt incipit summa notariæ domini Rolan. Interdum titulus, id est, abbreuiatura, vt faciũt scriptores. Interdum titulus, id est, signum, vt mulier peperit, ergo habet lac. Interdum titulus, id est, honor: & ista sunt idẽ, hic titulus, hic honor, vel honos, vel honorificẽtia. & pluraliter nominatiuo hi fasces, id est, honor.

Titulus quot modis sumitur, de quo dixit suprà, sed hic latius ponit.

Construatur ergo sic rubrica, incipit primum cap. inter septem capitula tractantia de contractibus & pactis continens dationes rerum mobilium & immobilium diuersis titulis & causis, id est, diuersis causis. Et ex ista rubrica possumus notare duo. Primò diuisionem totius libri. Nam nostra ars notariæ diuiditur in partes tres, vt suprà in procemio §. cæterum. Secundo modo diuisionẽ totius capituli in duas partes: Nam in prima parte ponuntur instrumenta rerum immobilium. In secunda parte ponuntur instrumẽta rerum mobilium. Prima pars durat vsque ad illam notam, quæ incipit, restat ergo viso penes instrumentum equorum. ibi incipit secunda pars, & durat vsque ad finem capituli. prima pars, in qua ponuntur instrumenta rerum immobilium subdiuiduntur in partes sex. In prima parte author ponit de emptione & venditione. In secunda de permutatione. In tertia de insolutum datione. In quarta de donatione inter viuos. In quinta de concessione feudali. In sexta de cõcessione in emphyteosim seu in emphyteotica. Prima pars incipit in instrumento venditionis, & durat vsque ad instrumentum permutationis rei propriæ, &c. Ibi secunda, & durat vsque ad rubricam ibi, prope instrumẽtum dationis in solutum. Ibi tertia, & durat vsque ad instrumentum dationis in solutum. Ibi tertia, & durat vsque ad instrumentum donationis inter viuos.

Ibi

Ibi quarta,& durat vsque ad rubricam instrumenti concessionis in feudum. Ibi quinta,& durat vsque ad rubricam instrumēti concessionis in emphyteosim factæ à monasterio. Ibi sexta,& vltima,& durat vsque ad secundā partē principalem. Secunda pars remanet indiuisa. Possumus tamen opponere ad istam diuisionē: quia tu dicis quòd prima pars subdiuiditur in sex,imò videtur quòd debeat subdiuidi in septē: quia in prima parte ponit de arrhis,in secunda de emptione & venditione. Respon. quòd est bona diuisio in sex partes,nō autem in septē: quia arrhæ,quāuis habeant suā naturam,nō possent esse arrhæ,nisi præcederet alter cōtractus.& illa pars non stat per se,quæ indiget auxilio alieno,& quæ est iniuncta cū alia parte,vt sunt arrhæ,quę cōtinentur in venditione tanquam in principali. Modo exponamus secundā rubricā specialē ad instrumentū arrharū,quæ sic dicit. Instrumentū arrharū,rubrica. Per hoc quòd dicit instrumentū,denotabis scripturā factā per notariū. Et no. quòd in omni instrumēto de mūdo ad hoc vt de iure procedat,requirūtur duo. primū, publicatio secundū tenorē negotij. Publicationes sunt sex de consuetudine,quāuis secundū librū authenticorū sint septē, scilicet,anni Domini,secūda indictio,tertia dies,quarta locus,quinta testis,sexta subscriptio tabellionis:& istæ seruantur de cōsuetudine. Est septima,scilicet,scribere nomen Imperatoris regnantis tūc. De quibus publicationis infrà habebimus ad plenū in tractatu Notularū,in titulo,de instrumētis. De tenore negotij habebimus infrà per singulas lectiones in primis septem capitulis tractantibus de contractibus & pactis.& per hoc quod dicit,arrharum,notatur cōtractus, qui fit à partibus quomodo cōtrahūt,& dicunt insimul, vna pars alteri: Vis tu mihi vēdere librū tuum? volo. pro quanto sit meus,mihi placet. modo ista verba sunt contractus qui fit & celebratur à partibus. Instrumentū vero fit & celebratur à notario: vnde si vnus diceret tibi,fac mihi vnū instrumentū; dicas tūc sicut docet litera. In Christi nomine, Amen. Anno Domini millesimo,&c.& sic faciūt notarij corā partibus. Sed si diceres,facias vnū cōtractum: quia de materia cōtractus est dubiū,tūc debes dicere: Respōde ad interrogata,pet. s. Vis tu vēdere equū tuū? ipse dicit,volo: pro quāto? pro tāto.& sic ista verba sunt cōtractus. In quo quidem contractu requiruntur tria. s. personæ,res,& obligationes,de quibus cōtractibus habebimus

Et nota. Quæ requirātur ad validitatem instrumenti publici,vide per do. Feli. in c. j. extr. de fide instr.

debimus ad plenum in tractatu Notularum; in titulo, quid sit contractus, & de contractuum diuisionibus. § fina.

Primum capitulum incipit, in quo hi continentur tituli, videlicet, Arrha.

IN nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo ducẽtesimo quinquagesimoquinto, indictione xiij. die xvj. intrante Decẽbri. Antonius filius quondam Boëtij promisit per se, & suos hæredes, sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando Corrado filio quõdam Titij, pro se & suis hæredibus stipulanti, dare, vẽdere, & tradere sibi iure proprio in perpetuum, & chartam venditionis, & traditionis eidem facere, cum boni, & idonei fideiussoris præstatione: quę ad eiusdem sapientis sensum se principaliter & insolidum obligabit, promittet, & renuntiabit de quadam petia terræ aratoriæ sita in pertinentiis sancti Rophili in loco, qui dicitur Riuus, quam esse dixit, & conuenit cl. tornat. & eiusdem tales esse confines: ab vno latere possidet Petrus, ab alio Martinus, à tertio & quarto sunt viæ publicæ, pro pretio cl. sol. Bon. pro qualibet tornatura hinc ad xv. dies proximos. Item quòd faciet & curabit ita quòd tẽpore dictę vẽditionis domina Berta eius vxor, & dominus Iacobus pater ipsius vxoris eius, & quælibet alia persona, quæ ius haberet in dicta re vendita, prout prædicto sapienti ipsius emptoris videbitur, cõsentient dictæ venditioni & renuntiabũt omni iuri suo, quod habent in dicta re vendita, & remissionem, promissionem, & obligationem, & in omnibus chartam rationabilem ei facient ad ipsius sapientis sensum. Et hoc promisit & fecit dictus Antonius: idem Corra. præsentialiter, coram me notario & testibus infrascriptis, dedit, & soluit ipsi Antonio, arrharum nomine pro ipsa venditione, & pro parte solutionis pretij eiusdem rei xx. lib. Bon. prout ipse Anto. confessus fuit tantam esse quantitatem: & quia etiam ipse Corradus promisit & conuenit dicto Anto. pro se, & suis hæredibus stipulanti, soluere, & dare eidem, ipsa venditione facta, vt dictum est, residuum dicti pretij, prout in summa ascendet ad rationem decem libr. Bon. pro qualibet tornatura. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt vicissim, scilicet vnus alteri ad inuicẽ, solennibus stipulationibus hincinde interuenienti

uenientibus, firma; & rata habere & tenere, & obseruare, & adimplere, & nō contra facere, vel venire, per se vel alios, aliqua ratione, vel causa, vel ingenio, de iure vel de facto, sub pœna centum lib. Bo. ad inuicem inter ipsos stipulātes promissa: qua soluta, vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere, vnus alteri ad inuicem omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis in iudicio, & extra: quod vel quas vnus occasione alterius siue culpa contra prædicta facientis fecerit, vel sustinuerit in iudicio, siue extra: pro quibus omnibus, & singulis firmiter obseruandis obligauit vnus alteri adinuicem omnia sua bona. Actum Bononiæ in domo prædicti Antonij, præsentibus Petro, Iacobo, & Andræa testibus ad hæc vocatis & rogatis. Quòd verò dictum est suprà de fideiussore dādo, vbi incipit: Cum boni & idonei fideiussoris præstatione, &c. intelligas ponendum esse in instrumento, si expresse inter partes agatur: nam aliter venditor de fideiussore præstando nō tenetur.

Instrumentum arrharum. Rubrica.

AVthor noster volens tractare de prima parte notariæ, scilicet de contractibus & pactis, præmittit hic materiam arrharum, quæ solet multoties occurrere & venire inter contrahentes. vnde non potest cōtinuari istud instrumētum ad præcedētia, eò quòd nō præcessit aliquod instrumentū, sed ad subsequentia dicendo sic: Nos suprà vidimus in rubrica generali, quòd istud capitulum diuiditur in partes duas: prima subdiuiditur in partes sex. In prima parte author ponit de venditione: sed quia domina vēditio vult venire ad nos, & ostendere vires suas: ideo ipsa præmittet arrham, tanquam nuntium ipsius venditionis: ideo de ipsa arrha loco præsenti est agendum & videndum. hoc est quod dicit rubrica, cùm dicit, instrumentum arrharum. Ad euidentiam dicendorum ante omnia volo primò ponere casum in terminis in nostro instrumento, & casus talis est. Quidam Antonius habebat vnam petiam terræ, quàm vendere volebat. Coradus sciens hoc accessit ad ipsum, & sic inquit: Antoni, dictum est mihi, quòd tu habes vnam petiam terræ, quam vendere vis: vis tu eam mihi vendere? certe sic: pro quanto, pro tanto: dixit Coradus, bene placet. In præsenti ego non habeo pecuniam: sed

Casus in terminis super isto instrumēto.

sed ego volo quòd tu promittas mihi, quòd tu mihi vendes istam petiam terræ, & quòd tu facias chartam venditionis & traditionis cum boni & idonei fideiussoris præstatione ad sensum sapientis mei: dicit Antonius, & ego tibi promitto. Econtrà Corradus dedit & soluit ipsi Antonio decem lib. nomine arrharum, & pro parte solutionis pretij: & promisit dare residuum hinc ad certum tempus, prout summa ascendet. hæc omnia, promiserunt adinuicē, & obseruare & adimplere & nō venire contrà, aliqua ratione, vel causa sub certa pœna, cum refectione damnorum & expēsarum in iudicio siue extra quæ vel quas vnus occasione alterius fecerit vel sustinuerit. Qualiter & quomodo istud instrumentum debeat ordinari, ecce præsens forma te docet. Istud instrumentum eò quòd vna pars tantùm alteri obligatur, non diuiditur per capitula, sed per partes tres. Nā in prima parte ponitur Anto. cum suis pactis & conuentionibus. In secunda parte ponitur Corra. cum suis pactis & promissionibus. In tertia parte ponitur clausula finalis quæ ligat & obligat ambos cōtrahentes, scilicet Anto. & Cor. ad inuicē sub certa pœna cū refectione damnorum obligatione vtriusque partis bonorū. Prima pars durat vsque ad §. & hoc promisit & fecit. Ibi secunda, & durat vsque ad §. sine causa clausulam fina. quæ omnia. ibi tertia & vltima, & protenditur vsque ad finē instrumenti. & ista pars debet signari & addisci in mente, & nihil aliud de toto instrumento, eò quòd est necessaria in omnibus instrumētis regulariter. Vnde no. quòd omne instrumentum arrharum diuiditur in partes, & non in capitula. Et omne instrumentū, in quo vna pars tantū alteri obligatur, non diuiditur per partes, sed per capitula: modo nō esset nisi legere literā & vulgare pro iuuenibus, sed pro prouectis & exercitatis de iure, & materia arrharum: quia alibi non estis habituri in toto isto libro. & ibi est specialis tractatus, & ideo volo quærere octo. Primò quid sit arrha diffiniendo. Secundò quare dātur arrhę in contractibus & pactis. Tertiò videtur quæ sit pœna arrharum. Quartò qui possunt dare arrhas & qui non: quibus dari possunt, & quibus non. Quintò formare aliquas quæstiones pro iuuenibus & rudibus, & quosdam pro prouectis & exercitatis. Sextò exponere singula verba in nostro instrumento contēta quæ indigent expositione. Septimò opponere ad nostrū instrumētū, dicēdo ipsum fore malè dictatū & ordinatū

Enumerat quæ sit tractaturus in præsenti glossa.

puncto iuris:& posteà dare cõpetentem & cõtrariam solutionem. Octauò reiterare casum, diuidere literã per suas partes, & legere literã cũ suo vulgari:& erimus expediti de præsentis instrumenti materia. Ad primum quid est arrha. Arrha est arg. emptionis & venditionis cõtractæ, sed nõdũ perfectæ secũdũ quosdã, sed secundũ alios ponitur illud verbũ, simul & nos ita facimus. Arrha est argu. emptionis & vẽditionis cõtractæ, sed nondũ perfectæ: vt est Instit. li. iij. de emp. & vẽdi. tit. j. emp. & vendi. Exponitur arg. duobus modis: vno modo arg. prout litera sonat. Nam maximũ argumentũ & maxima probatio quòd cõtractus præcessit: vnde si vnus contrahentiũ negaret, cõtractum nõ esse perfectũ, & datæ sunt ei arrhæ:& alter probaret dationẽ arrharum, tunc est maximũ argumentũ quòd contractus præcessit: & nõ est necesse probare cõtractũ esse factum. & sic probando arrhas, probat cõtractũ. Secundo modo exponitur argumentũ, id est, principiũ, & initiũ: nam ab initio cõtractus dantur arrhæ, vt quãdo partes sunt cõcordes ad inuicem, & vna dat arrhas. Sed nũquid arrhæ possunt dari ex interuallo, id est, partibus separatis à cõtractu? videtur quòd non: quia dicitur in diffinitione quòd dantur tantũ in præsenti, nõ autem ex interuallo. Sed tamen dicas quòd plurimùm dantur in principio cõtractus de consuetudine. Sed tamen si partes volunt, arrhæ possunt dari in principio, & ex interuallo: sed si nolunt, non. Quare dicitur, emptionis & vẽditionis? quia sæpius & sæpissimè dantur arrhæ in venditione, potius quàm in aliis cõtractibus: & ideo dicitur emptionis & vẽditionis. Sed tamen possunt ita dari arrhæ in aliis cõtractibus, quemadmodũ in emptione & vẽditione. Cõtractæ sed nondum perfectæ ideo dicitur, quia nõ dantur arrhæ in vẽditione perfecta: quia in ipsa perfecta nunquã dantur, sed in imperfecta. hoc etiã satis patet ad sensum. Sed probo quòd ista diffinitio non procedat, & nõ sit bona. Nam illa nõ est bona diffinitio, quæ nõ cõuertitur cum suo diffinito: sed ista est huiusmodi, ergo, &c. Nam habetur in Insti. de empt. & vendi. in prin. in gl. quòd vẽditio perficitur multis modis: vno modo, solo cõsensu, secundo modo, re tradita, & pretio soluto: tertio modo, per finalem actum scripturæ: & hoc in venditione in scriptis, sed antequàm dentur arrhæ, oportet quòd perficiatur contractus solo cõsensu, alioquin nunquã darentur arrhæ, si perficitur solo cõsensu: & in venditione perfecta non dantur

arrhæ

arrhæ, vt suprà in diffinitione: ergo &c. est mala diffinitio. Respondeo, quòd est bona diffinitio, & bene conuertitur cum suo diffinito: sed cũ dicitur ꝙ venditio perficiatur solo cõsensu, verum est ꝙ perficitur quo ad quid, vt partes nõ possint discedere ab ea: sed in venditione perfecta nõ dantur arrhæ, ergo &c. Verũ est si est perfecta quæ ad omnes partes, vt quia sit res tradita, & pretium sit solutũ, bene possunt dari: & ita intelligitur diffinitio, sed nondũ perfectæ (supple) quo ad omnes eius partes. Ad secundũ, scilicet quare dentur arrhæ? & dico ꝙ duabus rationibus: prima est, vt metu pœnę arrharum partes citius accedãt ad perfectionem contractus: quia si ego dedi arrhas magnas, tunc timore arrharũ, ne arrhas perdam, ego citius perficio cõtractũ cõsensu primitus celebratũ. Nam emptio & venditio perficitur solo cõsensu, vt in præal. leg. titu. in prin. Secunda est, vt metu pœnæ arrharum partes citius perueniant ad perfectionẽ contractus: quia si staret per dantem, perderet arrhas: vt in tertio, & per tertiũ melius declaratur istud secundum. Sed hìc quæro, nunquid arrhæ sint de natura contractus? Respondeo quòd non, imò contractus posset esse sine arrhis potius quàm cũ arrhis. imò quod plus est, arrhæ potius veniũt ad destructionẽ quàm ad perfectionẽ, vt infrà statim patebit. Sed oppono ad illud quod dictũ est suprà, ꝙ dantur arrhæ, vt partes citius accedãt ad perfectionem cõtractus. Probo ꝙ nõ: quia ego video, si cõtractus est perfectus solo cõsensu, partes nõ possunt discedere à contractu vna inuita altera: sed si sunt datæ arrhæ, possunt discedere cum amissione arrharum: ergo veniunt potius ad destructionem, quàm ad perfectionem. Respondeo cum distinctione, quia aut sunt datæ nudæ arrhæ, id est, nomine arrharum tantùm, vt quia dixit emptor: Do tibi x. lib. nomine arrharum. & tunc dico quòd bene veniunt potius ad destructionem, quàm ad perfectionem: quia soluendo arrhas, siue perdendo arrhas, potest discedere à contractu. Si verò sunt datæ vestitæ, id est, nomine arrharum, & pro parte solutionis pretij, tunc dico quòd partes non possũt discedere à contractu vna inuita altera, imò cogitur consummare & adimplere contractum: vnde versus solent dari de arrhis sic,

Quare dãtur arrhæ.

Arrha an sint de substãtia cõtractus

Arrha cùm dantur, pro se pretióque tenentur
Partes seruare, quæ promisère vicißim:
Si dantur nudæ, nulli est nisi pœna timenda

Illarum tantùm, sic pacta caduca manebunt. Sed si partes vellent discedere de communi concordia, tunc dico quòd bene possent: quia contractus de conuentione partium legem accipiunt: & nihil magis est conueniens naturali æquitati, quàm vnumquodque dissoluere eo genere, quo legatum est. Ad tertium, scilicet, quę sit pœna arrharum: aut stat per dantem, id est, per emptorē qui dat arrhas: aut per recipientē, id est, per venditorem qui recepit arrhas. Si stat per dantem, tunc perdit arrhas, quas dedit. Si verò stat per recipientē, & tunc perdit arrhas duplicatas, id est, tantundem de suo: quia si habuit decem nomine arrharum, restituit illa decē, & dat posteà tantundem de suo. vnde possumus notare quòd duplum sumitur in iure duobus modis: vno modo sumitur pro tantundem, & hoc in contractibus & pactis, vt hìc in præsenti loco. Secundo modo sumitur pro bis tanto. Vnde fur non manifestus tenetur ad duplum, id est, bis tantū: quia si res valet decē, quam fur furatus fuit, tenetur ad xx. & illius xx. non inest rei persecutio. Ad quartum, scilicet qui possunt dare arrhas: accipe regulam, quam habebis adhuc multoties: Omnes illi, qui possunt alios contractus facere, & de rebus suis alienare, possunt dare arrhas. Sed à contrario sensu, qui non possunt de rebus suis alienare, nec alios contractus facere, non possunt dare arrhas. Sed qui sunt illi, qui non possunt de rebus suis alienare? qui est minor, Prodigus, inde Deceptus, perpetuo morbo laborans, & multæ aliæ personæ, vt Insti. quibus alie. licet vel non. de quibus omnibus habebimus infrà in tractatu Notularum, in titulo de inutilibus contractibus ratione personarum. Sed quibus possunt dari arrhæ? omnibus qui possunt se obligare ad arrhas restituendas. Illis non possunt constitui arrhæ, qui nō possunt se obligare ad ipsas restituendas. Qui autem sunt illi qui non possunt, infrà habebis in eodem tractatu de inutilibus cōtractibus ratione personarum. Nam minor non potest se obligare ad recipiendum arrhas etiam cum tutoris authoritate: & si recipit arrhas, vt cōsummauerit, non tenetur reddere arrhas, neque adimplere contractum: quia sibi habet imputare, qui contraxit cum minore, & dedit ei arrhas, & non procurauit quòd cōuerteretur in eius vtilitatem. Nam damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet, & non alteri: vt in Institu. quibus modis re contrahitur oblig. §. prætereà. & si. Sed in quibus rebus

Vt habetur. ff. de depo. l. j. §. si cōueniat.

Qui possunt dare arrhas.

Arrha quibus dari possunt

Nādānū. vt habetur in ca. dānū. de reg. iur. libro vj.

possunt

possunt constitui arrhæ? dico quòd possunt constitui in pecunia numerata, & in aliis rebus, scilicet, mobilibus & immobilibus, vt in auro & argento. Sed probo quòd non possunt dari nec constitui in pecunia numerata: & sic quotiescunque prohibetur aliquid, & per consequens omne id, per quod cõuenitur ad illud: sed hoc etiam pretium prohibetur in alia re esse quàm in pecunia numerata: vt in Insti. de emp. & vendit. §. pretium: ergo nec arrhæ poterunt cõstitui in alia re quàm in pecunia numerata: quia per arrhas peruenitur ad pretiũ. Sed tamen dicas ꝙ possunt ita in pecunia numerata quàm in alia re, vt infrà habebis in secundo capitulo, de dotibus in vltimo instrumẽto, quo Antonius dedit vnam domũ, Corrado pro arrhis sponsalitiis pro filia sua, vt ibi habebis de hoc. Ad quintum, scilicet formare aliquas quæstiones. Et prima quæstio talis est: quare, nunquid arrharum datio faciat rem desinere esse integram. Hoc est dicere, quòd quando arrhæ sunt datæ, non incipiat res esse mea, scilicet mei emptoris. & desinat esse sua, scilicet venditoris. Si autem sunt datæ nomine arrharum tantùm, tunc non faciunt rem desinere esse integram. Si verò sunt datæ nomine arrharum. & pro parte solutionis pretij, & tunc faciunt rem desinere esse integrã, id est, illa res incipit esse mea, & desinit esse tua. Sed tamen si quis intelligeret, possum dicere quòd non absolutè. Sed si diceres, quando arrhæ sunt datæ nomine arrharum, & pro parte solutionis pretij, faciunt rem desinere esse integram. Respõdeo quòd tunc non sunt arrhæ, sed est pars pretij. Et sic nota quòd arrharum datio nunquam facit rem desinere esse integram.

In quibus rebus possunt arrhæ constitui.

Arrharũ datio an faciat rẽ nõ esse integram.

Fideiussoris datio an faciat desinere rẽ esse integram.

Secũda quæstio talis est: nunquid fideiussoris datio faciat rẽ desinere esse integrã, vt verbi gratia, facio contractũ dixit vna partium: ego promitto tibi tradere istam rem pro tanto pretio: & ad hoc obseruãdum ego do tibi Philippum in fideiussorem, & ita fideiussor promittit, & alia pars promisit pretiũ soluere, & iste dedit fideiussorem. Quæro, nunquid ista fideiussoris datio faciat rem desinere esse integram? Respondeo quòd non, quamuis fideiussores vt principales sint obligati ex sua promissione, & possunt conueniri: non tamen res desinit esse integra. Tertia quæstio talis est: nunquid stipulatio seu verborum obligatio faciat rem desinere esse integram, vt quia dixit vnus contrahentium, promittis tu mihi vendere domũ tuam pro centum? & aliter respondet ꝙ sic: alter posteà

Itẽ quid in stipulatione.

interrogauit,& tu promittis mihi dare cētū lib.nomine pretij? & ipse respōdet ꝙ sic. Quæro nūquid ista stipulatio faciat rē desinere esse integrā? Respōdeo ꝙ nō, quia ista verba prędicta nō habent tantū effectū, ꝙ res desinat esse integra, quāuis cōtrahētes sint adinuicē obligati ex sua promissiōe. Quarta quæstio est, nunquid pignorū datio faciat rē desinere esse integrā, vt quia partes adinuicē dederunt pignus de faciendo contractū? Ad hoc sciendū sic distingue: quia aut pignora fuerunt data æstimata, tunc nō faciunt rē desinere esse integrā. Si verò fuerūt data æstimata,& tunc aut nomine arrharum simpliciter,& tunc non faciunt rem desinere esse integram, sicut nec arrhæ. Si verò fuerunt data nomine arrharū,& pro parte solutionis pretij, tunc isto casu res desinit esse integra: quia cedunt loco pretij, sicut arrhæ, quando sunt datæ nomine arrharū,& pro parte solutionis pretij. Quinta quæstio talis est: ponamus ꝙ pignora sunt data inæqualia: vt verbi gratia, vnus contrahentiū dedit pignus decē librarū propter perfectionem contractus,& alter dedit pignus xx.& ille qui dedit magnū pignus, non vult adimplere contractū,& stat per eū quominus cōtractus adimpleatur: Quæro, nūquid perdat totū pignus quod dedit? Quidā dicunt ꝙ debet tantū perdere, quantū poterat lucrari: nā si alter noluisset adimplere cōtractū, potuisset lucrari illud pignus quod valet x. ita debet tantū perdere de suo. s. x.& hoc est de æquitate. Alij dicunt ꝙ debet perdere totum pignus: nā ipse debebat ponere pignus æqualis valoris. Et dānū quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet, vt Insti. quibus mod. re contrah. oblig. §. prætereà.& hoc est de stricto iure.& hæ quæstiones sint pro rudibus & iuuenibus. Nā non debebat ei dare pignus tanti valoris:& quis potest se obligare ad quantū vult. Tamen dicit Aurora, naturalis æquitas de cōsuetudine nō vult ipsum perdere nisi tantū, quantū ille esset lucraturus vel lucrari potuisset, vt no. in Institut. de mandato. C. eo. quòd si æquitas inuenitur scripta, præferatur iuri. Nam si stat per istū emptorē quòd contractus nō adimpleatur, amittit suū pignus valoris x. libra.& ita iste venditor tantū perdet:& ideo si stat per istum, qui dedit pignus xx. lib. de æquitate non debet amittere nisi decē sicut potuisset lucrari. Sexta quæstio talis est: quidā cōtraxerūt,& fuerūt datæ arrhæ, modò per vnū stat ꝙ cōtractus non adimpleatur: dicit vnus, da mihi arrhas:& alter dicit, nolo

Quid in datione pignorum.

dolo: Qua actione potest agi contra eum? distinguendum est: quia Aurora dicit, quòd aut vēditio fuit cōtracta in scriptis, aut sine scriptis: sed autem in scriptis, vtputà, quia facta fuit mentio de scriptura: & tunc potest agi officio iudicis, vel cōdictione ex lege. Si autē venditio fuit facta sine scriptis, agitur actione ex empto. Septimá quęstio talis est: quæritur, vtrū interesse posit peti vltra pœnam arrharum. Nam multæ fuerunt opiniones. Nā dicit Aurora, quòd quidā dicunt, vt Martinus & Azo, quòd tacitè videntur cogitare in cordibus eorum de amittendo arrhas, si vult à contractu discedere: & iste tacitus consensus expressè est habendus vel habetur, & ita dicunt, quòd quis non debeat amittere arrhas. Alij verò, vt dicit Aurora sunt in opinione alia: vt Bulgarus & Ioannes, quòd agatur ad interesse, vt no. in Institu. de emp. & vendit. in princ. in glo. super verbo, compellitur. quòd omnino res tradatur, & pretium soluatur, vel ad interesse agatur. & ideo dicitur omnino: quia importat necessitatem. & sic prima opinio de consuetudine seruatur, sed secunda de iure. Et ideo bene dicit: si æquitas inuenitur scripta, præferatur iuri. Octaua quæstio talis est: quæritur vtrum posit agi ad pœnā in instrumento contentam vltra pœnam arrharum? & videtur quòd nō: Nam partes possunt discedere à cōtractu soluendo pœnam arrharum sine alia pœna, vt in Institu. de empt. & vendi. §. ita tamen. Præterea propter vnicum delictum vnica pœna debet inferri delinquenti: ergo non agitur ad pœnam in instrumento appositā. Sed tamen tu dicas. & melius, quòd potest agi ad pœnam promissam vltra duplicationem arrharum. Nam perdere arrhas duplicatas & simplices, est de natura contractus arrharum: sed pœna apposita non est de natura contractus, imò est de conuentione partium: & ex conuentione partium contractus legem accipit. merito potest peti pœna partium conuentione vallata. Nona quæstio talis est: quæritur nunquid contractus arrharum sit contractus proprius? Dominus Accursius tenet quòd est contractus proprius: Nam ille est contractus proprius, in quo ambæ partes obligantur: sed in isto obligantur ambæ partes, ergo, &c. Et hoc tenet etiam Dominus Roland. author nostri libri in tractatu Notularum, in titulo quid sit contractus, & de contractuum diuisionibus, circa principium. Sed tamen si quis vellet subtilizare, pos-

Arrhā qua actione petuntur.

Interesse an posit peti vltra arrhas.

Alia quæstio.

Arrharū cōtractus an sit contractus proprius.

set dicere quòd est contractus improprius:nam ille est contractus improprius,in quo vna tantū pars obligatur.Sed hic obligatur nisi vna pars,ergo &c.Quia ille,qui dat arrhas,nō est obligatus:sed ille qui recipit,si nō velit adimplere cōtractum.tamen teneatis primā opinionē:quia securior est pro vobis. Decima quæstio talis est,quæ est optima,& cautè notanda,quia sunt duo contraria venditio est facta in scriptis, & datæ sunt arrhæ nomine arrharū,& pro parte solutionis pretij. Quæritur nūquid in ista vēditione sit locus pœnitētię si videtur primò quòd sit locus pœnitentię,donec instrumētum est lectū,& à partibus approbatū,vt in Insti.de empt.& vēd.§.in aliis autē.circa prin.Secundò videtur quòd nō,quādo arrhæ sunt datæ nomine arrharū,& pro parte solutionis pretij,nō est locus pœnitentiæ,vt suprà.in secūdo puncto dictū est.& sic habetis pro & contrà. Aliqui dicūt quòd cōsiderandū est vltimū dictū verborū:quia si vltimò dictū est,quòd exinde stat scriptura,tunc erit locus pœnitētię:si vltimò datæ sunt arrhæ pro parte solutionis pretij,nō est locus pœnitētiæ.Sed tamē hoc nō est verū:quia rebus,& nō verbis legē imponimus:& magis sensum,quā verba spectamus.Sed tamen dicas ꝙ non est locus pœnitētiæ,quia datę sunt arrhæ nomine arrharū,& pro parte solutionis pretij. Sed si tu diceres est venditio in scriptis,& in ea est locus pœnitētiæ:dicas ꝙ fallit in isto casu,in quo nō est locus pœnitētię:& sic non est locus pœnitētiæ.Ad sextum.s.exponere verba in nostro instrumento contenta.In nomine domini amen.Istæ sunt publicationes,quæ debent poni in principio cuiuslibet instrumenti: & sunt sex de consuetudine.de quibus publicationibus habebimus infrà ad plenum in tractatu Notularum,in vltimo titulo de instrumentis,ita quòd hìc non insisto. Sed tamen author ponit hìc de publicationibus,non vt velit tractare,sed exemplificare,& gratia exempli,vt semper ponamus in instrumentis:ideo hìc ponit Antonius,hoc est,nomen propriū contrahentis.& super hoc volumine iiij.regulæ denotātur. Prima est in iure & de iure.Aliæ tres sunt magistrales. Prima est iuris & ista est talis. Nota quòd omnia propria nomina contrahentium,testantium,testium,& litigātium debent scribi & declarari per te notarium,nomine,prænomine,cognomine,agnomine,& nomine loci,ad hoc vt sit clara persona testantis testis, litigantis,& contrahentis. Nam si igno

An in vēditione sit locus pœnitentiæ.

Exponit verba instrumēti.

ignorentur contrahentium nomina, per consequens totus contractus ignoraretur, quorum gratia factus est: dico quòd contrahentium nomina debẽt declarari nomine, prænomine, &c. vt suprà dictũ est, vel per alterum ex his. Sed quid est nomen? Nomen est quod imponitur alicui non habenti nomen. Vel sic: nomen est vox rei imposita, per quã ex impositione rem nominamus, vt Petrus, Ioannes, &c. & hoc accidit in principio natiuitatis: sed tamen aliquando cõtingit, quòd alicui imponuntur duo nomina in baptismate, in vnum nomen compositũ, vt volo quòd habeat nomen aui, & auunculi, vel patrui, vt Girardus & Io. B. &c. & tũc debes scribere nomen magis visitatum. Sed quid est prænomen? est nominis designatio ab aliquo propinquorum, vt B. filius quõdam, &c. Cognomen est nominis designatio à tota parentela vel progenie: vel cognomen est totius cognationis nomẽ à tota parentela, vt Ioannes de Galutiis, Petrus de Popol. & sic de similibus. Item debent declarari agnomine. Agnomen est quod imponitur alicui ab euentu dignitatis vel arte. Ab euentu, vt fecit Imperator in principio Institu. in rubrica: Nam ibi ipse ponit agnomina prouinciarum, quas deuicit: Dignitatis, vt episcopus Bon. & Abbas Nonantulanus. Ab arte vt Petrus no. & Martinus piliparius. & sic de similibus. Secũda regula talis est, & hoc, & quæ sequuntur magistrales quòd omne nomen contrahentis, testantis, testis, & litigãtis debet scribi extensè, non autem abbreuiatè, & hoc ad euitandas lites & quæstiones, quæ exinde possent insurgere, nisi esset nomen de consuetudine approbatum, vt Iacobus & Ioannes: & etiã nomen pretij, seu aliqua quantitas pecuniæ debet scribi extensè, & non abbreuiatè, vt Antoninus promisit Corrado centum, vel vendidit vnam domum pro pretio centum, nec debet scribi abbreuiatè, vt faciunt mercatores: quia faciunt vnum C. Et hæc est causa, quare debent scribi extensè, vt euitetur materiam falsi fabricandi: quia de isto Centum posset fieri vnum Q. & de O posset fieri vnũ M. addendo vnam gambam: & sic illud faceret Mille: ecce qualiter est falsitas. Sed tamen si tu faceres nomina contrahentium. à principio instrumenti extensè, vel faceres pretium, vel aliquam quantitatem pecuniæ extensè simul: tunc tibi licitum est posteà in subsequentibus abbreuiare. Tertia regula est, quia litera prima cuiuslibet proprij nominis contrahentis, litigan-

Nomen quid est.

Prænomẽ cognomẽ.

Agnomẽ.

Qualiter nomina debent scribi.

tis, testis, vel testantis: & litera partis cuiuslibet instrumenti, & etiam capituli, & etiam alicuius quantitatis pecuniæ siue pretij debet esse grossior cæteris aliis, vt in scribendo citius reperiatur tenor negotij: & hoc duabus rationibus. Prima est, vt instrumentum sit magis cautum & ordinatum. Nam sicut mulier se ornat, eius faciem, & personam vestibus multiplici colore fulgentibus: ita debet tabellio suam ordinare scripturam. Secunda est ad euitandam infamiam rusticorum: Nam rusticus malitiosus scit te esse nota. studio inuolutum & optimè addiscente. & scit te etiam quando debes proprios visitare, & venit tibi ouiam cum alia rusticorum caterua, vt te videatur diligere: sed tamen in eius opposito laborat, & secum apportat vnum instrumentum multa turpitudine inuolutum, quod diu in deceptionis reseruauerunt cautelam: & ibi ostendit: vt videas quantitatem pretij vel pecuniæ reseruatæ, quæ in illo instrumento venditionis, vel debiti, vel cuiuscunque alterius continetur. modò propter vituperationem, vel quia non sunt in eo literæ grossæ, tu nequis citius inuenire, quàm velles, statim incipit truffari de te cum signis & indiciis ad truffandum, & nedum signis, sed etiam verbis: quia dicit quod dicitur in vulgari cum alius iste amisit. Sed tu debes, quando tu non inuenies ita cito id quod postulat, ne diuersus videaris in totum, dicere. Hoc instrumẽtum nihil valet: quia est multa fœditate, & sordibus inuolutum. Quarta regula talis est, quòd si est nomen aliquod patriũ vel gentile, & adiungatur in dignitate temporali. Illa dignitas debet discordare cum suo antecedente in numero & in casu: nã res, de qua temporalis dignitas habetur, in genitiuo ponitur: vt rex Francorum, & Imperator Romanorum. Si verò est dignitas spiritualis, debet concordare in numero & in casu, vt Episcopus Florentinus, & Archiepiscopus Romandiolen. Filius quondam Boetij. & hoc est nomen proprium contrahentis. suprà dictum declarat prænomine, & quandocunque declaratur siue ponitur. Et quondam, in contractibus & pactis, vltimis voluntatibus & iudiciis semper denotat mortem alicuius. & est aduerbium temporis: & hic possumus colligere quòd instrumentum potest ordinari per te notarium tribus modis. vno modo, quando non habet patrem, vt in casu nostro. Alio modo, quando

quando habet patrem, sed est emancipatus: & tunc tu debes dare ei onus, hoc modo: Antonius filius Boëtij interrogatus per me notarium an esset filiusfa. an esset homo sui iuris. respondet coram me notario & testibus infrascriptis se esse patrēfa. & hominem sui iuris, promisit &c. Si verò ostendit instrumentum emancipationis tibi notario tunc dices: Antonius &c. emancipatus & à sacris sui patris manibus relaxatus, vt patet in instrumento ipsius emancipationis à me notario viso, lecto, & tacto coram testibus infrascriptis, promisit &c. Per se & suos hæredes. Et ista verba de iure non sunt necessaria: quia quãuis hæredes non ponantur, intelliguntur. Nam pactum est adeò generale, quòd regulariter transit ad hæredes. quamuis nulla mentio de hæredibus habeatur. Fallit in quatuor casibus, in quibus pactũ non transit in hæredes nisi expresse dicatur. Fallit in alio casu quãuis dicatur per se & suos hæredes. Primus casus est, in quo pactum non transit in hæredes, nisi dicatur. In vsufructu: nam vsusfructus finitur morte vsufructuarij, etiam in eo non succedunt hęredes, imò remanent penes proprietarium vsusfructus & proprietas, nisi dicatur: vt Insti. de vsufru. §. finitur. Secundus casus est in pace: quia dicatur, talis fecit pacem cũ tali, & nõ dicatur per se & suos hæredes expresse, hæredes posteà possunt venire, &c. Tertius casus est in compromisso: nam si vnus cõpromitteret, & moritur, hæredes non succedunt, nisi sit dictũ ab vtraque parte per se & suos hæredes: sed quid si vnus cõpromisit per se & suos hæredes, alter non, nunquid succedũt in eo compromisso hæredes? Respondeo quòd non: quid si vnus compromisit sine pœna, alter cum pœna, nunquid valet pœnæ promissio? Certè non: quia contractus compromissi claudicaret, quod facere non debet. Quartus casus est, quòd quamuis dicatur per se & suos hæredes: hæredes non succedunt, vt in societate priuata. Nam qui societatem contrahit, sibi certam personam eligit: vt Insti. de societ. §. soluitur. & quod dico, non succedunt hæredes, scilicet vt socij, sed vt hæredes bene poterunt explicare vetera negotia: noua autem si vellent inchoare possent: secus est in societate publica quæ hæredes non succedunt nisi tria concurrant. Primum, quòd sit societas facta ad publicam seu ad publicorum vectigalium, vtputà ad molendina, vel ad gabellam, vel datium communis. Secundum, quòd dicatur

In quibus casibus pactum non transit ad hæredes.

dicatur inter contrahentes, quòd hæredes succedant. Tertiũ quòd hæredes habeant personas habiles ad succedendum, vt quia sint sanæ mentis, & ꝙ non sint prodigi vel furiosi, &c. Textus sine aliqua exceptione iuris vel facti. de istis exceptionibus dicetur infrà in ix. capitulo sub Rubrica de exceptionibus. & in tractatu Notularum sub Rubrica de renuntiationibus. ideo de ipsis omitto ex certa scientia. Se obligãdo, hoc bene sequitur ex quo promisit quòd obligetur. Stipulanti, expone, id est, interrogando responsionem recipienti. Nam stipulatio habet fieri per interrogationem præcedentem & responsionem statim subsequentem, vt infrà habebimus ad plenum in tractatu Notularũ sub rubrica de obliga. Sed tu dicis quòd stipulatio habet fieri per interrogationem & responsionem. hinc bene apparet compromissio seu responsio, nõ autem interrogatio: ergo, &c. Respondeo: quia ea quæ fiunt à iuris peritis, præsumuntur solenniter acta. Nã præsumit lex quòd interrogatio præcesserit, ex quo apparet promissio: quia nemo promitteret, nisi esset interrogatus dare, vendere, & tradere. Expositionem istorum verborũ omitto: quia infrà dicetur in instrumẽto venditionis. Textus ibi, iure proprio, ad differentiã iuris emphyteotici & iuris subincerti: quia res, quę venditur, potest vendi altero de quinque modis, vt infrà dicetur. In perpetuum, hoc verbum accipitur diuersimodè in iure. Nam quandoque accipitur pro spatio trium annorum, vt in vsucapione inter præsentes. Quandoque pro spatio v. annorum, vt in vsucapione inter absentes. Quandoque pro spatio x. annorũ, vt in præscriptione inter præsentes. Quandoque pro spatio xx. annorũ, vt in præscriptione inter absentes. Quandoque accipitur pro sine fine, vt Deus regnabit in perpetuum, id est, sine fine. Et chartam venditionis & traditionis eidem facere. Circa hæc volo quærere duo. Ad primum, si venditor non promisit emptori facere chartam venditionis, nunquid teneatur? Secundò, si promisit per pactum, nunquid tale pactum valeat? Ad primũ scilicet, nunquid teneatur emptori facere chartam venditionis si nõ promisit? videtur primò quòd non: quia venditor nõ tenetur emptori, nisi ad ea quæ sunt de natura contractus, & de substantia eiusdem venditionis: sed facere chartam nõ est de natura contractus, ergo non tenetur: quia de natura venditionis est rẽ tradere, & de euictione teneri. & videtur quòd sic,

Verbum, perpetuũ, quot modis accipitur.

Venditor an teneatur facere chartã venditionis emptori.

sic,teneatur,quia venditor tenetur ad ea quæ prosunt emptori,& nō nocent venditori:sed facere chartā non nocet venditori,& prodest emptori:quia emptor facilius poterit probare venditionē per instrumentū,quàm per testes,quāuis omne negotiū fiat regulariter sine scriptis,quēadmodum cum scriptura.& hoc fortè seruaretur de consuetudine.Secundū, scilicet,si pactum est factū,nunquid valeat? Certè sic:quia nihil est quod magis hominibus conueniat, quàm pacta seruare: vnde ait Prætor,Pacta bona fide facta seruabo.ff.de pactis.l.j. sed non in fraudem legis.Promittet & renuntiabit de quadā petia terræ,&c.hæc non est res vendita, sed in futurū vendi speratur. *Et nota* quòd res,quæ venditur,debet declarari in instrumēto per te notariū quatuor modis, scilicet,per quantitatem,qualitatem,per locū,latera,& confines.Per quantitatem,vt quanta est decem iugerum,vel befulcorum, vel tornaturarum:& hoc est verum,si partes sciunt, quanta est res vendita:sed si nesciunt,dices simpliciter,dedit vnam petiam terræ.Sed ponamus quòd venditor dixerit decem tornaturarum esse,& agrimensor non inuenit nisi nouem, vel octo in mensuratione,quid erit in isto casu? Dicit Aurora quòd actio datur emptori quatenus quanto minoris, vt venditor restituat pro rata pretium.Sed ponamus quòd terra est vendita in summa pro centum.Quare dixit emptor,dabo tibi centum de tota terra.Nunc dicit Aurora,quòd debeat haberi ratio bonitatis.Quod falsum est:quia vbi res non extat, ibi ratio bonitatis haberi non potest,imò datur actio quantitatis, vel quanto minoris:& in hoc reprehenditur Aurora.Sed ponamus quòd venditor dixit,quòd erant decem tornaturæ, id est,totum:quarum quinque erant aratorię,& quinque vineatæ:postea agri mensor bene adinuenit decem tornaturas in mensura:sed inuenit quatuor vinearias,& sex aratorias,quid erit in isto casu? tunc dico quòd habet locū ratio bonitatis.sicuti dicit Aurora:quia melior est terra vineata,quàm aratoria regulariter:& sic aget emptor ad supplementū illius pluris,quod dicit terra vinearia.Sed quid si venditor dixit emptori,quòd erant decē tornaturæ,& posteà reperiuntur duodecim,nūquid teneatur emptor emere illas duas tornaturas? Respondeo ꝙ non cogitur emere id,de quo non fuit cōuentum,nisi essent apposita ista verba in instrumento, salua ratione pluris minorísue:quia tunc teneretur.Nota quòd quātitas

titas rustici prædij debet declarari per torturas & iugera: sed vrbani per pedes, vncias, & cubitos. Secundò debet declarari per qualitatem, vt qualis est res vendita, vt pratiua, vinearia, valiua, buschiua, aratoria, & sic de aliis: & est qualitas rustici prædij. Qualitas vrbani est, vendidit domum balchionatam vel merlatã cum vno horto, vel vididario ex parte posteriori, vel cum vno puteo in curia, &c. Tertiò per loca, vt-putà per locum generalem, specialem, & specialissimũ. Per generalem, vt vendidit vnam domum positam in ciuitate Bon. Per specialem, in capella sancti Saluatoris. Per specialissimum, apud dictã ecclesiam, vel in capella sancti Bar. iuxta turrim asinellorum. Ita de rustico prædio, vendidit vnã petiã terræ positam in comitatu Bonon. in terra Vlgiani vel sancti Ro. in loco, qui dicitur Podius. Quartò, per confines & latera, & possunt apponi tribus modis: vno modo à quatuor plagis mundi siue partibus, vt à Meridie posidet talis, ab Oriente posidet talis, ab Occidente & à Septentrione sunt viæ publicæ. Aliàs sic, à mane talis, à Meridie talis, à Sero talis, & à Septentrione est quoddã flumen, &c. & isti modi non sunt boni, nec multum placibiles. Tertius modus est, per latera & confines: & iste modus de consuetudine seruatur: quia quamuis domini confinium collateralium immutentur per temporũ successiones, non tamen immutantur collaterales confines: & iste est optimus modus, & hũc modum in instrumentis appones. Et sic vendidit vnam petiam terræ aratoriæ tot torn. cuius rei tales sunt confines bene declarando: ab vno latere posidet talis, ab aliis duobus lateribus sunt viæ publicæ, &c. de confinibus. Sed quid si fuerit erratum in confinibus, nunquid vitiatur instrumentum? Respondeo quòd non, si constat de re vendita: si verò non constaret, tunc vitiaretur. Sed nunquid sepes & fossata veniunt in mensuratione? Respondeo quòd sic, nisi agatur in contractu. Vltimò, quæro nunquid flumina veniant in mensuratione confinium? distinguendum est: quia aut sunt publica, & tunc non veniunt: quia res publicæ alienari non possunt. Si verò priuata: & tunc veniunt vt mollo zellum, nisi agatur in contractu. Vltrà quæro, nunquid venditor teneatur specificare confines sui vicini circunstantes? distinguendum est: quia aut habet bonos, & tunc non tenetur, si non vult. Si verò habet malos, vtputà fructuum depopulatores: vel qui habet

barisell

barisellum in confinibus, vt erat tempore populi, & tunc tenetur specificare, aliàs tenetur emptori ad omne damnũ & interesse. Pro pretio decem libr. Bonon. &c. hoc non est præsens pretium, futurũ speratur. Sed quale debeat esse pretium in venditione appositum, infrà dicam in instrumento venditionis. Item quod faciet & curabit. Ad euidentiã istius pacti volo quærere quatuor. Primò si venditor non promisit vxorem vel socerum facere consentire, nunquid teneatur? Secundò si promisit per pactum, nunquid teneatur virtute pacti? Tertiò, ad quid operantur illa verba. ad ipsius sapientis sensum? Quartò, tradam quoddam consilium. Ad primũ scilicet, nunquid venditor teneatur emptori vxorem facere cõsentire? dicit Aurora ꝙ nõ: quia vẽditor nõ tenetur emptori nisi ad ea quæ sunt de natura cõtractus, id est, rẽ tradere & de euictione promittere, seu cauere, sed vxorẽ facere cõsentire, nõ est de natura cõtractus: ergo nõ tenetur, si non promiserit, & res vendita ad vxorẽ nõ pertineat. Potestis tamẽ allegare ꝙ tenetur: nã venditor tenetur emptori tradere rem liberã & expeditã: sed vxor propter dotes suas habet bona mariti obligata, & sic maritus nõ posset tradere rem liberã & expeditã, nisi vxor renũtiaret. Et ꝙ dico natura cõtractus est *de euictione* cauere, *fallit* quãdo venditio est facta in alea, id *est, in ludo:* Vt verbi gratia, quidã ludebat cũ sorte, causa habendi pecuniam vendidit vnam rem cuidã, dum esset in ludo: tunc isto casu non tenetur de euictione, nisi expressè promittat. Et etiam sunt alij casus, in quibus venditor non tenetur de euictione, vt habetur in lectura illius instrumenti, quædã in se pacta cõtinens. Et alea est omnis ludus, qui nititur viribus Fortunæ, & in se continet omnẽ ludum prohibitum. Et per hæc potes notare, ꝙ ludus calculorũ non est prohibitus: quia non nititur viribus Fortunæ, imò viribus animi: quia in illo ludo tota animi & ingenij subtilitas requiritur operando: & etiã ludus, qui fit gratia experiendarum virium, nõ est prohibitus: vt ludus pilæ. Ad secundũ ponamus quòd venditor promisit vxorẽ facere consentire, nunquid tenebitur eam facere consentire? distinguendũ est, quòd istud pactũ poterit esse ita & taliter ordinatum, quòd nõ valebit: & in talibus casibus & similibus ignorantia tabellionis demõstratur, & boni tabellionis bonitas reseruatur: vt in hoc exẽplo. Itẽ promisit dictus Anton. ꝙ vxor sua domina Matelda

alea quid

& quæ

& quælibet alia persona, quę ius habet in dicta re vendita renuntiabit omni suo iuri, quod haberet in ipsa re, &c. Tūc Antonius nō tenetur: quia promisit factū alienū: & factū alienū promittēdo nemo regulariter obligatur, vt in Insti. de inuti. stip. §. si quis aliū. Et pactum potest esse ita & taliter dictatū, ꝙ valebit & tenebit, & hoc duobus modis: vno modo, quando promittit per ista verba, facere, & curare, vel per alterum ex his: vel quòd faciet & curabit, vel se facturum & curaturū, vt patet in litera. & tunc tenetur: quia non promittit factum alienum, sed suum proprium promittere videtur, vt in præallegato §. si quis alium. Alio modo, per pœnam legitimè appositam. Item promisit quòd vxor sua consentiet venditioni, hoc non valet, vt suprà. Sed si non consentiet, promisit dare centum nomine pœnæ, & tunc valet promissio metu pœnæ. Sed tamen non credas quòd vxor teneatur in aliquo ex istis casibus consentire ea inuita: quia ex alienis cōtractibus nemi nem obligari certissima regula iuris est. Vel potest dicere breuius, aut ipse venditor promisit per ista verba facere & curare, aut non: si non, nō tenetur: si sic, tenetur: & etiam si promisit sub certa pœna. Ad tertiū, scilicet, videre ad quid operātur illa verba, in instrumēto apposita, ad sensum ipsius sapientis: etiam dico quòd operātur ad parū, seu ad nihil: quia si iste Corradus emptor elegit Philippum in sapientem, & iste Philippus dicat Corrado emptori, facias tibi dare bonos fideiussores, vel bona, & idonea pignora, venditor non tenetur dare fideiussorem, nec bona pignora: quia sapiens non potuit excedere substantiam vel materiam contractus venditionis. Ideo dicitur, quòd si est sapiens, isto casu desinit esse sapiens: sed operantur ista verba & istud pactū fortè in hoc: quia sapiens poterit ligare & obligare partē fortius & strictius in his, quę sunt de iure. Sed melius fuisset emptori dixisse: ego volo quòd tu des bona pignora: vel bonos fideiussores. Ad quartū, scilicet dare vnū consilium, &c. tale quòd quotiescunque cōtingat emere vel alium contractum facere melius: & securius est pro te emptore dicere venditori, ego volo quòd tu des plenissimam securitatem, quàm dicere, ego volo quòd tu facias me securum ad sensum sapientis mei, vt patet in litera instrumenti nostri. Nam si promittit plenissimam securitatem, vel ipse tenetur dare bonos fideiussores: vel idonea pignora, quod secus est, si promittit facere securum ad sensum

Quid importāt verba, ad sensum ipsius sapientis.

sensum sapientis tui. Et hoc promisit dictus Antonius. Hæc est pars secunda nostri instrumenti, in qua ponuntur pacta istius Corradi, qui quidē Corradus duo facit: vnū in præsenti, quia ipse dat decē libras nomine arrharum, & pro parte solutionis pretij, & ita tu tabellio, debes scire, secundum quod dat arrhas: quia si dat nomine arrharū tantum, ita scribas: si dat nomine arrharum, & pro parte solutionis pretij, ita tu facias: & noli dicere, ego faciam instrumentū arrharum, sicut iacet in summa. Sed promittit in futurū: quia promittit dare residuum pretij hinc ad certū tempus, prout in summa ascendet. Quæ omnia & singula. hæc est vltima pars nostri instrumenti, in qua ponitur clausula generalis, quæ ligat cōtrahentes adinuicē sub stipulatione pœnali, & sub refectione dānorum & expensarum, & oblig. bonorū: & cōpetens moderamē est, vt in his seruetur æqualitas, id est, dicatur sicut venditor promisit, & se obligat & bona sua emptori: ita emptor venditori facere debet: quia cōtractus claudicare non debet: quia dicit Imperator æqualitatis sumus & iustitiæ amatores. Sed quid si claudicaret iste cōtractus, quia iste venditor promisit sub pœna, & emptor sine pœna sed nunquid valebit contractus? Certè sic, licet claudicet: sed est speciale in cōpromisso, quod quidē cōpromissum si claudicat, nō valet: vt suprà *dixi, & etiam infrà* dicetur in vij. c. & in ista clausula ponuntur tria valde bona, & cuiuslibet istorū trium erit lectio per se suo loco & tēpore, Deo propitio auxiliū exhibente. Nā primò ponit de pœna & stipulatione pœnali, de qua dicetur in tractatu Notularum sub rubrica de pactis, in §. nunc demū videndū est. Secundò ponit de refectione dānorū, & expensarum, & de interesse: & tertio ca. de debitis & creditis, in illo instrumēto debiti cōtracti à scholaribus & clericis ex causa cambij. Tertiò ponit de hypotheca & bonorū obligatione, de qua dicetur in capitulo de securitate: ideo hæc tria duxi ex certa scientia omittēda. Actū Bon. hic author ponit tres publicationes, de quibus in fine instrumentorū de cōsuetudine ponitur. Aliæ tres sunt in principio: & hæc facit gratia exempli, nō vt velit tractare de ipsis, sed suo loco, & tēpore suo reseruatur. No. Quod verò dictū est, &c. hæc, verò, nota posita in fine instrumēti insurgit & exoritur ex illis verbis positis in instrumēto, cū boni & idonei fideiussoris prestatione, &c. quæ nota breuiter & summariè hæc intendit, quòd non debet ap-

C

Tres quæstiones vtiles, poni pactum fideiussoris in instrumento nisi expresse dicatur inter partes: quia venditor fideiussorem præstare & dare non tenetur. & hoc est quod dicit no. Et ad intelligentiam istius notæ volo quærere tria. Primò, si venditor non promisit dare fideiussorem, nunquid teneatur ponendo quandam regulam & casus exceptuatos à regula? Secundò, si tenetur in aliquibus casibus, qualem fideiussorem tenetur dare, & quot? Tertiò, videre si fideiussor moritur, nunquid venditor liberetur? Ad primum, si non promisit dare fideiussorem, nunquid tenetur? Respondeo quòd non: quia venditor non tenetur emptori nisi ad ea quæ sunt de natura vel de substantia contractus: ergo, &c. sed tenetur solummodò rem tradere, & de euictione promittere: & ista est regula, quare venditor regulariter non tenetur dare fideiussorem emptori. Sed fallit in tribus casibus, in quibus tenetur dare fideiussorem. Primus casus est, quando promisit per pactum, & tunc tenetur virtute pacti: vnde ait Prætor: Pacta seruabo bona fide facta, sed nō in fraudem legis. & nihil est quod magis hominibus conueniat, quàm Pacta seruare. Secundus casus est, quādo promisit plenissimam securitatem: quia tunc ipse venditor tenetur dare bonum fideiussorem, vel idonea pignora. Tertius casus est quando contractus est in limine, hoc est dicere, quādo est mota quæstio ante solutionem pretij, & traditionem rei, sed tantùm post consensum: & sic similitudinariè loquitur quādo homo est in limine hostij, nec est in domo, nec extra domū, sed tenet quoddam medium: ita cōtractus est in limine, quando est perfectus quo ad constantiam, sed non quo ad alia, scilicet rei traditionem, & pretij solutionem. Vt verbi gratia, ego emi domum tuam vel aliam rem solo consensu, sed antequam fieret rei traditio & pretij solutio, fuit mota quæstio de re vendita: modò isto casu venditor tenetur dare fideiussorem. Sed nūquid tenetur dare fideiussorem pro illa persona, quæ mouet litem, vel pro aliis omnibus, qui possent mouere in futurum? dicunt quidam quòd debet dari fideiussor pro omnibus in posterum venientibus. Alij dicunt & melius & securius fit ad cautelam, quòd debet tantùm pro isto dare, qui mouet litem, non autem pro aliis qui possent mouere: quia si ille non moueret litem, non tenetur dare: sed ex quo mouet, det tantùm pro illo, qui mouet: ad obuiandum malitiis hominū, quæ possent committi. Vt verbi gratia, posset dicere

dicere emptor cuidam amico suo, ego emi vnam domum à Corrado, moueas mihi quæstionem, quia venditor tenebitur posteà dare fideiussorem ab omni persona de mundo, & facias quòd nemo sciat: Iste dicit, ego faciam, ecce quomodo malitiæ possunt committi. Sed nunquid iste emptor soluet pretium venditori, postquam mota est quæstio, quamuis vellet dare fideiussorem venditori? Respondeo quòd non: quia melius est nõ soluere, quàm solutum repetere. Sed tamen dicas, ex quo dat fideiussorem, quòd non tenetur pretium soluere. Ad secundum, scilicet si tenetur in aliquibus casibus, qualem & quot dare tenetur? Qualem tenetur dare, distinguendum est: quia aut promisit in genere neminem specificando, vt quia dixit venditor, dabo bonum fideiussorem: & tunc tenetur dare bonũ & idoneum, & ad hoc vt sit idoneus, duo requiruntur: Primò quòd habeat tantum in bonis, quãtum valet res vendita: quia si de pretio venditor coarctaretur, non haberet vnde redderet. Secundò quòd sit talis persona, quæ posſit se obligare: quia non sit mulier, non sit minor, non miles, non clericus, &c. sed quilibet præsumitur bonus, nisi probetur contrarium. Si promisit in specie, tunc tenetur dare illum quem promisit. Sed quid si ille fideiussor, quem promisit dare, est pauper? dico quòd mihi emptori debet imputari. Nam damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputari debet, vt ff. de regulis iuris. l. damnum. Sed quot fideiussores tenetur dare? distinguendum est: quia aut ipse venditor promisit in plurali, aut in singulari. Si in plurali, tunc tenetur dare duos: Nam pluralis locutio duorum numero contenta est, vt institu. de mili. testa. in glos. Si in singulari, tunc tenetur dare vnum fideiussorem. Ad tertium, scilicet si fideiussor moritur, nunquid venditor liberetur, antequam datus sit emptori, vel tenetur dare alium? Ad hæc sciendum, sic distingue, quia aut promisit in genere, & tunc si dat homines qui sunt citra mare, si moriantur, non liberaretur, imò tenetur dare bonum & idoneum: quia quod in genere debetur, perire nõ potest. Si verò promisit in specie & tũc aut moritur vẽditore existente in mora: quia venditor poterat dare fideiussorẽ, & nõ dedit, & tunc venditor tenetur dare aliũ: quia omnis mora nociua; & mora trãsfert periculũ ĩ morosum. Si verò nõ existẽte vẽditore in mora: quia volebat dare fideiussorẽ & ipse noluit, vel nõ accepit qñ volebat dare, posteà

Quando venditor debet dare fideiussorem. moritur fideiussor, tunc liberatur venditor. Sed quid si terminus non fuit appositus de fideiussore dando, quæritur quãdo teneatur dare? Distinguendum est: quia aut promisit in genere, aut in specie. Si in genere, semper tenetur dare, si non dat. Si verò in specie, & tunc aut moritur fideiussor, antequã fuerit constitutus in mora venditor: & tunc non tenetur. Imputetur emptori ex quo non constituit eum in mora, vel per litis contestationem vel per denuntiationem. Si verò moritur fideiussor postquàm fuerit venditor in mora vel per litis contest. vel per denuntia. & tunc tenetur emptori dare fideiussorem. Ad septimum, scilicet opponere ad nostrum instrumentum, & dare solutionem competentem. *Opponit ad instrumentum.* Oppositio talis est: videtur quòd istud instrumentum non possit stare aliquo modo, quia inter partes venditio fuit facta solo cõsensu. & postea litera dicit quòd promisit Antonio dare, vendere, & tradere: sed qũo promisit ipse vendere, ex quo iam vendidit: & sic istud instrumentum non fore bene dictatum, imò videtur sibimet contrarium. Secundò dicit, promisit vendere, id est, venditionem factam per solum consensum adimplere, scilicet quo ad rei traditionem & pretij solutionem. & ideo dominus Roland. adinuenit alias formas nouas cõtractuum post istam compilatas, qui vocatur contractus domini Rolan. & ibi emendauit hoc instrumentum. Ad octauum & vltimum, scilicet reiterare casum in nostro instrumento. Casum non reitero: quia ego dixi in principio instrumenti, etiam non lego literam, nec dico vulgare quia hoc per te videas. Sed tamen recitando vulgare accipe tres regulas quæ etiam dicentur in illo instrumento venditionis, quarũ prima hæc est. Quòd quandocũque reperitur aliquod verbum præsentis temporis in vulgarizando, debet reduci ad præsens, vt Anto. dedit ven. &c. *Antonio da & vende*: & noli dicere, *Antonio ha dato & vẽdito*, &c. Secunda regula est quòd quotiescũque reperitur aliquod verbum quod commodè non excipiat vulgare, istud verbum debet omitti, vt tradidit: noli dicere, tradere trade: sed omittas. Tertia regula est, quod quotiescũque reperitur aliquod præteritum præsentis vel præteriti imperfecti temporis, debet vulgarizando reduci ad gerũdium, vt stipulanti stipulando: & noli dicere stipulante. & hîc super hoc non multum insisto: quia hæc etiam dicentur in sequenti instrumento, &c.

Vendit

Venditio simplex.

ANtonius dedit, vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum Cor. pro se, & suis hæredibus recipienti, & emēti petiam vnam terræ aratoriæ positam in pertinentiis sancti Rophili in loco, qui dicitur Riuus, quam esse dixit & conuenit x.tor.& eiusdem tales,&c.ad habendū, tenendum, pos.& quicquid ei & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum,cum omnibus,& singulis,quæ infrà prædictos continentur confines,vel alios,si qui forent, cum accessibus & egressibus suis vsque ad viam publicam, & cū omnibus & singulis quæ habet supra se,vel infra se, seu intra se in integrum omnique iure,& actione,vsu, seu requisitione sibi ex ea vel pro ea re,aut ipsi rei modo aliquo pertinente, Pro pretio lx.lib. Bo. pro qualibet torna. quod capit in summa centum lib.Bo.quod pretium dictus venditor cōfessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse,& recepisse,ac sibi integrè datum,solutū,& numeratū esse: exceptioni sibi nō dati,non soluti,non numerati pretij,& omni alij iuris auxilio omnino renuntians. Quam rem idē venditor se dicti emptoris nomine cōstituit possidere,donec ipsius rei pos. acceperit corporalem,quā accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps,ei licētiam omnimodā dedit:Promittēs per se & suos hæredes dicto emptori pro se & suis hæredibus stipu. litē vel cōtrouersiā ei, vel suis hæredibus de dicta re seu parte ipsius aliquo tempore nō inferre,nec inferenti cōsentire,sed ipsam rem venditam, tam in proprietate quàm in pos.ei & suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare,& desbrigare:& prædictā vēditionē,& omnia singula suprascripta perpetuò firma,& rata habere,& tenere,& non cōtrafacere,vel venire per se,vel aliū aliqua ratione,vel causa,de iure,vel de facto. Sub pœna dupli æstimationis dictę rei habita ratione meliorationis,quę pro tēpore fuerit,stipu. promissa,qua soluta vel nō,prædicta omnia & singula firma perdurēt. Itē reficere,& restituere sibi omnia & singula dāna, & expēsas ac interesse litis,& extra:pro quibus omnib. & singulis firmiter obseruādis obligauit omnia sua bona tam habita quā habēda. Primum capitulum diuiditur in duas partes. Prima pars subdiuiditur in sex membra.

Secunda pars diuiditur in tribus membris.

Instrumentum simplicis venditionis. *Rubr.*

IN isto instrumento & multis sequentibus author ponit de prima parte primæ partis nostri capituli, scilicet, de venditione. Vnde potest continuari ad præcedentia ista forma. De arrha tanquam de nuntio speciali ipsius venditionis in præcedenti instrumento est dictum & declaratum. Sed quia post arrham sequitur venditio, ideo de ipsa venditione est agendum & videndũ: hoc est, quod dicit rubrica, cũ dicit, Instrumentum venditionis. Ecce casum nostri instrumenti summariũ. Antonius dedit, vendidit, & tradidit Cor. vnam domum positam in tali loco infra tales confines pro pretio centum lib. in summa. Quod pretium (dictus venditor contentus) confessus fuit ab ipso emptore habuisse & recepisse, & constituit se ipsam domum suo nomine possidere, donec ipsius rei possessionẽ acceperit corporalem, promisit illam rem defendere ab omni persona sub certa pœna, & obligatione omnium suorum bonorum. Istud instrumentũ de venditione tractatur: & regulariter omne instrumentum venditionis habet vj. capitula, sicut hoc instrumentum habet. Quorum primum est contrahentium, in quo continentur nomina emptoris & venditoris. Secundum est rei venditæ, in quo declaratur res vendita. Tertium est pretij. Quartum traditionis rei. Quintum promissionis de legitima defensione. Sextum & vltimum pœnæ cum obligatione bonorum & refectione damnorum & expensis. Primum durat vsque ad §. petiam vnam terræ. Secundum durat vsque ad §. pro pretio x. lib. Tertium vsque ad §. quam rem. Quartum vsque ad §. promittens per se & suos hæredes. Quintum vsque ad §. sub pœna æstimationis. Sextum & vltimum durat vsque ad finem instrumenti. Ad euidentiam omnium venditionum, quia hic tractatur de vẽditione, vt plenè liqueat eius materia, quæram octo in ordine fore notanda. Primò quid sit emptio & venditio, vtramque partem genere specialiter diffiniendo. Secundò quotuplex sit emptio & venditio seu quæ sit emptionum & venditionum generalis diuisio. Tertiò quot sint necessaria in vnaquaque venditione. Quartò videre qualiter & quomodo contrahatur vnaquæque venditio, &

Quot capitula debet cõtinere quodlibet instrumentum.

& qualiter contracta tollatur,& dissoluatur. Quintò videre ad quid teneatur venditor emptori,& ad quid emptor venditori,& quibus actionibus. Sextò exponere verba in instrumento contenta,quę egent expositione.Septimò videre quot capitula habet instrumentũ venditionis:& videre an omnia capitula sint necessaria,an omnia volũtaria,an quędã necessaria,quędã volũtaria.Octauò & vltimò recitare casum,legere literã cũ suo vulgari:& circa vulgare aliquas regulas recitare,& sic erimus expediti de presentis instrumẽti materia. Ad primum.s.quid est vẽditio. Vẽditio est alicuius rei pro certo pretio datio siue pleno iure rei vẽditæ remissio cũ pluris valoris donatione:vt vult Ange.in sua summa. Singula verba diffinitionis important sententiã. Vẽditio est alicuius:no.alicuius,& non omnis: nam sunt quædam res,quæ non possunt alienari,nec in contractum deduci:vt prædium minoris,res sancta, religiosa, & liber homo:de quibus habebimus infrà in tractatu Notularum sub rubrica de inutilibus contractibus ratione rerum. Rei,nam nomen Rei prætor generale elegit:quia appellatione Rei omnes res continentur. Expositione Rei,scilicet,mobilis & immobilis. Rei,scilicet,corporalis & incorporalis. Rei,scilicet,sensibilis & insensibilis. Rei,scilicet,præsentis & futuræ. Rei,scilicet,demonstratiuę ad oculum vel ad intellectum:de quibus omnibus rebus in isto capitulo habebimus in instrumentis. Pro certo pretio:not.quòd in vnaquaque venditione requiritur pretium,& debet esse certum:vt Institu.lib.iij.de empt. & vendi.§.pretium autem constitui oportet. plenius infrà patebit. Datio,expone,id est,traditio: quia aliàs diffinitio esset mala & non conuerteretur cum suo diffinito: quia dare,est rem accipientis facere. Sed hoc, scilicet, facere rem accipientis,non tenetur venditor:quia si teneretur venditor, statim cessaret regula iuris,quæ dicit,Rem alienam vendere quem posse nulla dubitatio est. Sed emptor bene tenetur facere pretium accipientis : & ista est ratio, quia qui in vno grauatur, in alio debet releuari. Sed hoc est, quòd venditor grauatur, quia remanet obligatus emptori ad defensionem rei. Releuatur in hoc, quia non tenetur facere rem accipientis: ita emptor releuatur in hoc,quia non remanet obligatus venditori: grauatur ergo in hoc, quia tenetur pretium facere accipientis,& soluere de sua pro-

Quid est venditio.

Rei prætor.vt ff. de reb.cre di.l.j.in fine.

pria pecunia, non autem de aliena. Sed quid est emptio? Emptio est alicuius rei pro certo pretio acceptio. Emptio & venditio conuertuntur. Igitur altero diffinito, diffinitur & reliquum. verba diffinitionis eodem modo exponere, sicut suprà tamen dicitur acceptio: hoc bene sequitur, si tu das mihi, id est, tradis rem tuam, accipis pretium. Et dicitur pretiũ, quia præire debet: & propter hoc remouetur quæstio, quæ posset oriri inter cõtrahentes: quia si vnus diceret, volo quòd tu tradas mihi rem, antequã soluam pretiũ: & alter diceret, ego volo quòd tu soluas primò pretium. Hoc potes diffinire per etymologiam pretij: quia primò emptor tenetur soluere pretium, antequàm res sibi tradatur. & ista nomina, emptio, & venditio, sunt correlatiua: cùm de vno dicitur, de alio intelligitur esse dictum. & ex istis duabus diffinitionibus nota duo. Primum est ex parte venditoris, scilicet, rei traditæ. Secundum ex parte emptoris, scilicet, pretij solutionis. Ad secundum, scilicet quotuplex sit emptio & venditio? & dico ꝙ est duplex: quia quædam est in scriptis, & quædam sine scriptis. In scriptis est illa, de qua agitur à principio, vt exinde fiat scriptura: Vt verbi gratia, ego dixi tibi: vis tu mihi vẽdere equum tuum? tu dixisti ita: pro quanto? pro tanto. Cùm sumus concordes de certo pretio, posteà statim dico, ego volo quòd tu facias mihi chartam venditionis: & ista est venditio in scriptis. Venditio sine scriptis est illa, in qua non agitur in principio, vt exinde fiat scriptura: vt quia ego dixi, vis tu mihi vendere tuam domum? tu dixisti, volo: pro quanto? pro tanto. certificato pretio, bene sit mea, sit tua: ista est venditio sine scriptis: quia non agitur à principio, vt exinde fiat scriptura: quamuis posteà interueniat scriptura, non refert: quia est actum sine scriptis: quia respicitur illud, quod est actum à principio, nõ autem quod fit ex post facto. Sed quã vtilitatem habetis vos ex hoc, dicendo quòd duplex est venditio, &c. Primò habemus hanc vtilitatem: quia si est venditio in scriptis, & res vendita si perit, perit periculo emptoris. hæc dico, si periret diuino iudicio vel casu fortuito, nisi sit pactum in contractu. & ista est ratio: quia quando venditio est facta solo consensu: omne commodum & incõmodum spectat ad emptorẽ, ita debet pertinere & spectare dãnum, si venit: quia qui sentit cõmodũ, debet sentire incõmodum. Sed non est ita in venditione in scriptis: quia ibi potest esse

Emptio quid est.

Emptio et venditio quotuplex sit.

Differentia inter emptionẽ factã in scriptis et sine scriptis.

esse locus pœnitentiæ ab vna parte vel ab vtraque parte: & do tibi exemplũ, quod venit de facto in ciuitate Bon. Quidã emerat vnũ pullum in foro pro centũ lib. Bon. solo consensu: quia pullus videbatur emptori ita pulcher, sed tamẽ erat vitiosus. Quidã amicus istius emptoris superuenit, & dixit ei planè, tu male fecisti, ne audiretur: iste emptor fuit cautus, & dixit venditori, ego volo quòd tu facias mihi chartã venditionis: dixit ille, bene placet: posteà emptor recedit. In sequenti die venditor iuit ad domũ suam pro pretio. iste autẽ emptor dixit, & bene, quòd eũ pœnituerat. iste enim vẽditor facit eum citari corã iudice: finaliter visis iuribus vtriusque, fuit absolutus emptor ꝙ nõ teneretur emere pullum: & hoc, quia fuit venditio in scriptis, aliàs nõ. Secũdò no. quòd in vẽditione in scriptis est locus pœnitẽtię, donec lecta est charta, & à partibus approbata. Tertiò no. ꝙ in venditione sine scriptis nõ est locus pœnitẽtiæ, nec vna pars altera inuita pœnitere potest. Ad tertiũ. s. quot sunt necessaria in vnaquaque venditione? & dico ꝙ duo sunt necessaria, scilicet, res, & pretiũ. Primò requiritur res, & debet esse talis, quæ posset alienari, & in cõtractũ deduci, vt infrà dicã in tractatu Notularũ sub rubrica de inutilibus cõtractibus ratione rerũ, Secundò requiritur pretium, & illud pretiũ debet esse triplex. s. verũ, certum, & cõsistens in pecunia numerata: verũ non autẽ fictitiũ, neque simulatũ: & datur exemplũ in eo, qui tẽdit ad vindictã, vel timet propter partes, ne destruantur bona sua, ipse facit chartã venditionis cuidã suo amico, & cõfitetur habere pecuniã, quã de rei veritate nõ habuit, hoc facit propter timorẽ. Ecce pretium fictitiũ: quia cõfitetur habuisse, & nõ habuit: & ista venditio nõ valet. hoc dico, ꝗ approbabitur fictitia: sed tamen prima facie creditur instrumento publico, nisi probetur contrarium. Secundò debet esse certum, hoc est certam continere quantitatem pecuniæ, non autem incertam: & dicitur incertum, quando confertur in arbitrium contrahentis: vt quia ego dixi, quod vis tu de ista summa? tu dixisti dabis mihi illud quod placebit tibi, hoc non valet: primò, quia pretium debet esse certum, hìc autem est incertum. Secundò si valeret ista venditio, tunc sequeretur quòd quis posset esse arbiter in re sua, quod esse non potest. Sed quid si dicis, tu dabis mihi tantum, quantum dicet vnus noster amicus, tunc etiam non valet: quia pretium confertur in arbitrium tertię

personæ incertæ, quod esse nõ debet. Sed quid si cõferatur placibilitas rei, vtputà, si placebit mihi hinc ad decẽ dies, sit mihi empta x. aureis: si placet, valebit: si nõ placet, nõ valebit. Sed quid si dixit: tu dabis mihi quantũ diffiniet Titius, nũquid valebit vẽditio? Si autem diffiniet, & tũc valet, si nõ diffiniet, & tũc nõ valet. Sed ponamus ꝙ nos cõpromisimus in arbitrum, nunquid arbiter cogitur diffinire? distinguendũ est: quia aut arbiter suscepit mãdatum, aut nõ: Si nõ suscepit, nõ cogitur: quia mãdatũ suscipere cuilibet liberũ est, &c. Si verò suscepit, & tũc aut sunt data pignora, vel est roborata pœna, & tũc cogitur diffinire bene vel malè, stabitur eius laudo. Si verò nõ est apposita pœna, vel pignora nõ sunt data, & tũc nõ tenetur diffinire: quia nemo cogitur dicere verba sua in vanum. Vel si diffinit malè, recurritur ad arbitriũ boni viri. i. iudicis. Sed quãdo dicitur bene arbitrari? dicũt quidã, ꝙ quãdo arbitratur vel diffinitur vltra dimidiã iusti pretij tantũ. Alij dicũt ꝙ quãdo arbiter diffinit, & grauat vnã partẽ in enormi, vel in modico dãno: & ista est satis bona. Alij dicũt quòd quãdo relinquitur arbitrio iudicis: & ista est verior. Tertiò debet esse in pecunia numerata conuenta. Sed nunquid potest esse pretiũ in alia re? dicatur quòd nõ, quãuis alij dicãt quòd sic: vt Instit. de empt. & vend. §. item pretiũ. & quòd dico tibi, ꝙ pretiũ debet esse in pecuuia numerata, hoc est verũ in principio cõtractus venditionis: secus est ex post facto: quia emptor poterit dare vẽditori, si volet aliã rem in solutũ: & tamẽ erit venditio. Ad quartũ. s. videre quomodo vnaquæque venditio contrahatur & perficiatur, & quomodo cõtracta dissoluitur, & remouetur. Quomodo perficiatur vnaquęque vẽditio, habetur in Insti. in vna gl. & esset in tex. ti. j. de emp. & vẽdi. in prin. in qua dicitur, no. emptionẽ & vẽditionẽ perfici tribus modis: vno modo solo cõsensu cõtrahẽtiũ, nõ autem vnius. & per istũ modũ perficitur vẽditio sine scriptis. & etiã vẽditio cõditionalis: & in vẽditione cõditionali ante aduentũ conditionis nõ trãsit periculũ ad emptorẽ, si res perit casu fortuito vel diuino iudicio: quia multa possent accidere, quibus cõditio nõ adimpleretur. quod secus est in vẽditione pura facta solo cõsensu, quia in ea trãsit periculũ ad emptorem. Secũdo modo perficitur per cõsensum & per finalẽ actũ scripturæ, vt quãdo est lecta charta, & à partib' approbata, & aliàs nõ. Tertio modo perficitur, & tũc dicitur magis perfici quo ad dominium

Arbiter super pretio electus an cogatur arbitrari.

niam per rei traditionẽ & pretiũ ſolutione,vt quãdo venditor tradit rem,& emptor ſoluit pretiũ,tunc eſt perfecta quo ad omnes partes:& ſi amplius periret,periret periculo emptoris & nõ vẽditoris.& omne cõmodũ & incõmodũ ſpectat ad rem venditã,ſeu ad emptorẽ.Sed quomodo tollitur & diſſoluitur?Tollitur tribus modis,ſicut perficitur:nã hoc potes cognoſcere ex cõtrario ſenſu:quia cõtrariorũ eadẽ eſt doctrina,& vno cõtrariorũ cognito, reliquũ cognoſcit:vt Inſti. de his qui ſunt ſui vel ali.iu.in prin. Primo modo per cõtrariũ diſſenſum,quia cõtrahẽtes diſſentiũt de nõ emẽdo,& nõ vendendo.Secũdo modo per cõtrariũ diſſenſum, & per cõtrariã ſcripturã,ſeu cõtrariũ actũ ſcripturæ : quia ſi ego vendidi & perfeci inſtrumẽtũ, tu facis mihi poſteà cõtrariã ſcripturã. Tertio modo per cõtrariũ actũ.ſ.per rei traditionẽ , & pretij ſolutionẽ:vt ſi ego ſolui tibi pretiũ,reſoluis poſteà mihi:& ſi tradidi tibi rẽ,tu poſteà retradis mihi.& iſtis modis ſoluitur & remouetur venditio cõtracta. Ad quintũ. ſ.videre ad quid teneatur venditor emptori,& emptor vẽditori, & quibus actionibus?Ad eius euidentiã debemus ſcire ꝙ cõtrahẽtes cõtrahunt adinuicẽ de emẽdo & vendẽdo:vt,vis tu mihi vẽdere domũ tuã?volo:pro quãto?pro tãto.iſta verba ſunt cõtractus.& in iſto cõtractu oritur obligatio,quę eſt filia ipſius cõtractus:& ex ipſa obligatiõe oritur actio,quę eſt neptis ipſius cõtractus.Et iſta actio eſt duplex:vna eſt quæ vocatur ex empto,& iſta datur emptori cõtra venditorẽ ad quid , vt teneatur rẽ tradere,& de euictone promittere.Alia eſt actio , quæ vocatur ex vendito,& iſta datur venditori cõtra emptorẽ ad quid,vt teneatur pretiũ ſoluere:& ſic venditor tenetur rẽ tradere.i.emptorẽ in vacuã poſſeſsionẽ inducere,& emptor pretiũ ſoluere,& in hoc tenẽtur adinuicẽ. Ad ſextũ. ſ. exponere verba in inſtrumẽto cõtenta:ſuper hoc eſſet multa dicenda ſuper inſtrumẽti literę expoſitione:ſed tamẽ ad præſens hæc materia alibi reſeruatur.Ad ſeptimum.ſ.videre quot capitula habet vnũquodq; inſtrumentũ venditionis ? & dico quòd omne inſtrumẽtũ vẽditionis regulariter habet ſex capitula. Primũ eſt contrahentiũ.Secundum rei vẽditæ. Tertiũ pretij. Quartũ traditionis rei.Quintum promiſsionis de legitima defenſione . Sextum & vltimum pœnæ . Quomodo autem vnũquodq; capitulũ immutetur, & varietur declarabitur in ſubſequentibus inſtrumentis.Sed nunquid iſtorum capitulorum

lorum omnia sunt necessaria voluntaria, vel quædam necessaria & quædam voluntaria? dico quòd quædam sunt necessaria, vtputà prima quatuor. Nam primum capitulum contrahentium est necessarium, quod probatur: quia in capitulo cõtrahentium fit mentio de persona emptoris & venditoris: & si ignorarentur earum nomina, totus ignoraretur cõtractus, eò quòd contrahentium personarum causa omnia iura sunt statuta & adinuenta. vt Insti. de iure natur. §. fina. & istud primum vendicat in ordine sibi locum. Secundum est rei venditæ, & tertium pretij: etiam ista sunt necessaria, scilicet, res & pretium in vnaquaque venditione. Nam sine re & pretio nulla constat esse venditio: & secundum capitulum rei in ordine vendicat sibi locum: quia primò contrahentes insistunt, & disputant super re, & posteà super pretio. & ideo venit tertio loco scribendum. Alia ratione est necessarium capitulum pretij: quia ad hoc vt dominiũ rei venditæ transeat in accipientem, necesse est, vt emptor pretium soluat venditori, vel alio modo satisfaciat ei: vt Insti. de rerum diuisione. §. venditæ quoque res. Quartum capitulũ, scilicet, traditionis rei, est necessarium: quia per solum pretium venditionis non transfertur dominium in emptorem. Sanè qui rem vendidit, & nondum adhuc dominus est: & sic est necesse quòd fiat traditio, vel aliud equipollens, vtputà quòd venditor cõstituat se possidere nomine emptoris, vt ille possideat cuius nomine possidetur, & per traditionem acquiratur nobis possessio, sine qua possessione nõ procedit vsucapio, vel præscriptio, &c. Quintũ capitulum promissionis de legitima defensione, non est necessarium: quia sine ipsa stare potest venditio: & illud non est necessarium, sine quo illud, quod agitur esse potest: quia siue venditor promittat de euictione, siue nõ, ipse tenetur, eò quòd euictio est de natura contractus venditionis. Sextum capitulum pœnæ, non est etiam necessarium, imò voluntarium: quia sine pœna potest etiam esse contractus venditionis. Ad octauum & vltimum, scilicet recitare casum & legere literam, hoc non dico: quia ego dixi tibi casum in principio instrumenti, sed literã videas per te: tamen accipe aliquas regulas circa vulgare reddendum. Prima est quotiescunque reperitur aliquod verbum, quod commodè nõ recipiat vulgare, illud debet omitti in vulgari reddendo, vt tradidit, hoc nõ recipit cõmodè vulgare: quia rusticus diceret,

ceret, Tabellio vult me prodere, quando debet facere instrumentum meum, si tu diceres à tradito. Secunda regula est, quòd quando reperitur aliquod verbum præsentis temporis in vulgarizando, debet reduci ad præsens, vt dedit & vendidit, id est, da, & vende: tamen debet scribi in præterito, quia posteà in significatione sua verbum illud permanet. Tertia regula est quòd si reperitur aliquod participium desinens in ans, vel in ens, & præsentis temporis, debet reduci in vulgarizando ad gerundium, vt stipulanti, id est, stipulando, &c. & istas regulas semper habeatis in mente: & signa etiam hoc instrumentum, & addicas in mente.

Venditio plurium venditorum, emptorúmque ac rerum diuerso iure traditarum.

ANtonius & Boëtius fratres, & filij quondã Boëtij dederunt, vendiderunt, & tradiderunt Cor. & Federico fratribus, & filiis quondam Titij pro se & eorum hæredibus recipientibus, & ementibus, domum vnam positam in viuario, iure proprio, in perpetuum, cuius domus tales esse dixerunt confines, &c. Item petiam vnam terræ Buschinæ positam in pertinentiis Missani in loco qui dicitur Vallis: si proprium, in perpetuum, si conditicium, vnde pertinuerit, saluo iure domini in pensione, & renouatione: quam petiam esse dixerunt, & conuenerunt xx. tor. & eiusdem tales esse cõfines, &c. Item dederunt & vendiderunt prædictis emptoribus recipientibus, vt dictum est, vnam petiam terræ vineatæ positam in pertinentiis Barbiani in loco qui dicitur Podius iure emphyteoticæ conditionis, pensionis, & renouationis debendæ suis temporibus ecclesiæ sancti Stephani: quam petiam terræ esse dixerunt, & conuenerunt quatuortor. & eiusdem tales esse confines, &c. ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid eis, & eorũ hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos & cuiuslibet prædictarum rerum venditarum confines continentur, vel alios, si qui forent, cum accessibus & egressibus suis, & cuiuslibet earum vsque in vias publicas, & cũ omnibus & singulis, quæ quælibet ipsarum rerum habet supra se vel infra se, seu intra se in integrum, & cum omni iure & actione, vsu, seu requisitione eis nomine dictarum rerum

aut

aut dictis rebus modo aliquo pertinente, pro pretio centum lib. Bon. ipsam domũ, & pro pretio x. lib. Bon. pro qualibet tor. dictæ petiæ terræ buschinæ, & pro pretio xx. lib. Bonon. pro qualibet tor. dictæ petiæ terræ vineatæ, quæ pretia sunt in summa cclxxx. lib. Bon. quam pecuniæ summam dicti vẽditores confessi & contenti fuerunt se ab ipsis emptoribus habuisse & recepisse, ac sibi integrè datam, & solutam, & numeratam esse exceptioni sibi non datæ, non solutæ, ac sibi integrè nõ numeratæ pecuniæ siue pretij in summa omnino renunciantes. Quas prædictas res venditas dicti venditores se ipsorum emptorum nomine possidere constituerunt, vsquequo ipsi emptores dictarum rerum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi sua authoritate & retinẽdi deinceps eis licentiam omnimodam contulerunt, Promittentes per stipulationem, vnusquisque eorum principaliter & insolidum, sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dictis emptoribus pro se & eorum hæredibus stipu. litem vel controuersiam eis vel eorum hæredibus de dictis rebus, aut aliqua earum vel parte ipsarum vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: sed ipsas res & quamlibet earum, tam in proprietate quàm in possessione eis & eorum hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare: & prædictam venditionem, & omnia singula suprascripta perpetuò rata tenere, habere, & non contrà facere, vel venire per se vel alios aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto, Sub pœna dupli æstimationis dictarum rerum, quæ pro tempore plus valuerit stipu. promissa, qua soluta vel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Item reficere & restituere omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis, & extrà: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauerunt eis omnia eorum bona renuntiantes nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio. Et nota quòd in tertia re vendita iure emphyteoticæ conditionis, omittitur illud verbum trado: quia cùm tradere, sit proprietatem rei in alterum transferre: huiusmodi rei proprietas in alium transferri non potest, nisi à vero domino.

Instrum

Instrumentum plurium emptorum, & plurium venditorum, & plurium rerum diuerso iure venditarum. *Rubr.*

IN isto instrumento author ponit de pluribus emptoribus,& pluribus vẽditoribus,& de pluribus diuerso iure venditis,quod non fuit adhuc in aliquo alio instrumento. Vnde potest continuari ad præcedentia tribus modis: vno modo sic de vno emptore & de vno venditore in præcedenti instrumento est declaratum:sed accidit aliquãdo, quòd sunt plures,qui vendũt:ideo de pluribus emptoribus & pluribus venditoribus loco præsenti est agendum & videndum , hoc dicit prima pars rubricæ,cùm dicit,Instrumentum plurium venditorum.Secundo modo sic de vno emptore in pręcedenti est dictum & declaratum:sed accidit aliquando,quòd sunt plures emptores:ideo de pluribus emptoribus loco præsenti est agendum & videndum. hoc dicit secunda pars rubricæ, cùm dicit,Et plurium emptorum.Tertio modo sic de vna re vendita,in præcedenti est dictum & declaratum:sed accidit aliquando,quòd venduntur plures : ideo de pluribus rebus venditis loco præsenti est agendum & videndum.hoc etiam demonstrat tertia pars rubricæ,cùm dicit . Et plurium rerũ diuerso iure venditarum . Causa breuitatis omitto casum. Hoc instrumentum habet sex capitula : quia de venditione tractat.Primum est contrahentium. Secundum rerũ venditarũ.Tertium est pretiorũ.Quartum est traditionis rerum. Quintũ est promissionis de legitima defensione.Sextũ & vltimũ est pœnę.ibi secundũ,domũ vnã.ibi tertium, pro pretio centũ lib.ibi quartum,quas prędictas res.ibi quintũ,promittens.ibi sextũ,sub pœna dupli.& protenditur vsque ad finem instrumenti.De iure & materia vẽditionis nõ expedit plus dicere,cùm satis in præcedenti instrumẽto fuerit declaratũ. Sed ad declarationẽ literæ huius instrumẽti quæramus quatuor in ordine fore notanda.Primò,in quo cõuenit & differt cum superiori instrumento.Secũdò nunquid duo vel plures possint vẽdere vnam rem insolidũ. Tertiò, formare aliquas quæstiones ad materiã facientes . Quartò exponere notã in fine instrumenti contentam, quæ indiget expositione. Ad primum,scilicet,in quo conuenit hoc instrumentum cũ pręcedenti

Praesens instrumẽtum quot habet capitula.

Conuenientia, & differẽtia inter præsens instrumẽtũ, & suprà proximè positum.

cedenti

cedenti:& dico ꝙ conuenit in duobus:primò,quia ficut pręcedens instrumentum tractat de venditione,ita & istud. Secundò,quia ficut illud habet sex capitula,ita & istud,ergo di ces tu,sunt idem.Dicas,quòd quamuis ista duo instrumenta habeant ista cōuenientia,tamen differunt in istis vij.Primò, quia in præcedenti instrumento est tantū vnus venditor,hic autē sunt plures venditores:& ista est satis bona differentia. Secundò,quia in precedēti instrumēto est vnus emptor,hic verò plures.Tertiò,quia in præcedēti instrumēto est vna res, hic verò sunt plures res venditæ.Quartò,quia in præcedenti instrumento res vendita non venditur nisi vno iure,hic ve rò res venduntur multiplici iure.Quintò,quia in præcedēti instrumento ius,quo vēditur res,ponitur in primo capitulo, hic verò in secundo,quæ sit ratio diuersitatis, infrà dicam in tertio membro. Sextò, quia in præcedenti instrumento non fit mentio de pacto solidi,hic verò accipit pactum solidi. Septimò,quia in præcedenti instrumento exceptiones non apponuntur,hic verò in fine instrumēti apponuntur, & omnes hæ differentiæ possunt colligi ex litera instrumenti. Ad secundum,nunquid duo vel plures posint vendere vnam rem insolidum?& dico quòd sic:sed non alienare, quia dominiū vnius rei apud duos vel plures eodē tempore esse non potest: vnde pro toto mundo ego nō possum esse dominus vnius rei in totum,& tu dominus illius rei in totum: ideo non potest vendi insolidum à duobus. Sed bene possum habere ius in parte,& tu in parte altera,& bene potest vēdi talis res:vt sunt multoties fratres,qui habent bona in communi. Sed nūquid possunt duo vel plures obligari insolidum? dicas certè sic: quia aliud est obligare,& aliud est vendere insolidum. Et hæc dictio,insolidum,propriè habet locum in promissionibus stipulatione vallatis:quia dum vallatæ sunt, pactum solidi accipiunt.Ad tertium,scilicet,formare aliquas quæstiones. Et prima quęstio talis est:Quidam vendidit vnam rem, & non expresſit quo iure vendebat eam,nec tabellio scripsit in instrumento quo iure,intelligebatur esse vendita eo iure, quod habebat.Quidam dicunt & melius,quòd venditur iure proprio,non dico quod sit,imò erit tantum vendita iure illo,quod habebat venditor sed tenebit ad omne damnum & interesse,ex quo tacuit, quia debebat exprimere iure rei suæ.Secunda quæstio talis est,ponamus casum:Quidam venditor

Dictio, in solidum, quādo locū habet.

dam vendidit duas res, vnam iure emphyteotico, de secunda nihil dixit exprimendo quo iure intelligetur esse vendita. Quidam dicunt, quòd est vendita illo iure quo vendita fuit prima res. Quidã dicunt ꝙ non, imò videtur esse vẽdita iure proprio: quia venditor debebat declarare vires rei suæ, quod non fecit, imò tacuit, & tacendo cõmittitur dolus, & sic videtur esse vendita iure proprio in odium istius venditoris. Tertia quæstio talis est, ponamus casum: Quidam vendidit tres res, vnam iure proprio, aliam iure cõdititio, siue emphyteotico, de tertia non fuit expressum ius, quo iure venderet, quo iure intelligetur esse vendita. Quidã dicunt iure condititio, quia ad proximiora est faciẽda relatio: & quæ in præsentibus dicuntur in subsequentibus repetita censentur, vt Inst. ad le. Aquil. §. capite tertio. ergo intelligitur esse vendita iure condititio secundum hanc oppositionem. Sed dicas quòd intelligitur esse vendita iure proprio: quia in potestate venditoris fuit legem apertius declarare, quia debebat vires rei dicere, & non dixit, & sic commisit dolum: & sic ratione ipsius doli dicitur esse vendita iure proprio, & tenetur ad omne damnũ & interesse. Vltrà quæro de vno dubio: Quæritur, iura, quibus venditæ fuerunt istæ res positæ in instrumento, fuerũt posita in secundo capitulo: & ius quo venditur illa res posita in præcedenti instrumẽto, fuit positũ in primo capitulo instrumẽti. Respondeo ideo ponũtur illa iura in secũdo capitulo, vt sciatur quæ res sit vendita iure proprio, & quæ condititio, & quæ sub incerto: quod nesciretur, si esset postea in primo capitulo. sicut est illud ius in præcedenti instrumento: quia nõ est nisi vna res, & illa venditur tantùm vno iure. & ideo vbicũque ponatur illud ius, refertur ad rem. Ad quartum, scilicet, exponere notam in fine instrumenti contentam, quæ nota breuiter hoc dicit, ꝙ in tertia re vendita iure emphyteotico omittitur illud verbum, trado: quia tradere est dominium & proprietatem rei in alium transferre: sed hoc non potest fieri nisi à vero domino, & in hoc reprehenditur nota, quòd non bene dicat: quia tradere sumitur duobus modis, vno modo, trado, id est, transferens do: & isto sumitur in nota. Secundo modo, trado, id est, in vacuam possessionem induco, & hoc bene potest facere emphyteota. & in hoc male dixit Aurora, sed fortè melius diceretur, si dixisset omittitur illud verbum dare sit rem accipientis facere, sed hoc emphyteota nõ potest. Sed ta-

mẽ dare accipitur tribus modis,scilicet propriè, impropriè, & magis impropriè,ita ꝙ secundũ quod ius accipias in nota, quòd nõ possumus seruare Auroram & authorẽ nostrum, & nota hoc modo dicit:nota quòd omittitur hoc verbum, trado,in tertia re vẽdita iure emphyteotico:quia tradere est dominium & proprietatem in aliũ transferre:sed hoc nõ potest emphyteota.dicas ꝙ dicit bene no.secundum istum modũ,& debet omitti,sed si tu vis accipere,trado,alio modo,hoc nota non vetat:sed accipiẽdo alio modo,trado,id est,in possessionem induco,tunc non bene dicit.

Venditio facta emptori ementi pro se & nomine fratrum eius,de re,de fructibus cuius debentur decimæ.

ANtonius dedit,vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum Corra.ementi & recipienti pro se & suis hæredibus,& vice,& nomine Ioãnis & Petri fratrum eius,& eorũ hæredũ,petiã vnam terræ aratoriæ, & vineatæ positã in pertinẽtiis sancti Rophili in loco,qui dicitur Riuus: quam esse dixit,& conuenit x.tor.& dimidiũ.& xx.tabulas, & eiusdẽ tales esse confines,&c.ad habendum,tenendum, & posidẽn.& quicquid sibi,& dictis eius fratribus & eius eorúmque hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum cum omnibus & singulis,quæ infra prædictos continentur cõfines,vel alios, si qui forẽt,cum accessib. & egressib. suis vsq; in viã publicã, & cum omnibus & singulis, quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrũ omníque iure actione,vsu, seu requisitione sibi,ex ea vel pro ea,aut ipsi rei modo aliquo pertinente:Salua tamen cõditione,cui subiecta est dicta res,scilicet,ꝙ ex fructibus ipsius rei singulis annis debentur decimæ domino tali,siue tali ecclesiæ,ad quem ius ipsarũ pertinet decimarum,Pro pretio tali,quod tantum capit in summa:quod pretium dictus venditor confessus & contentus fuit, se ab ipso emptore dante & soluente pro se,& vice & nomine dictorum eius fratrũ habuisse & recepisse,& exceptioni sibi non dati,& non soluti pretij,omnino renuntians. Quam rem idem venditor se ipsius emptoris & dictorũ fratrũ eius nomine constituit posidere,donec ipsius rei possessionẽ acceperint corporalem,quã accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps eis licentiam omnimodã dedit,promittens per se & suos hæ-

redes dicto emptori stipulanti & recipienti pro se & suis hæredibus & vice & nomine dictorum fratrũ eius, & suorũ hæredum litem vel controuersiam eis vel eorum hæredibus de dicta re seu parte ipsius vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem dicto emptori & dictis eius fratribus & eorum hæredibus ab omni homine & vniuersitatem legitimè defendere, authorizare, &c. vt suprà, in primo contractu venditionis.

Instrumentum venditionis facta emptori ementi pro se & vice & nomine aliorum fratrũ eius de re, ex cuius fructibus debentur decima. Rubrica.

HOc instrumentũ ponit de vno emptore ementi pro se & nomine fratrum suorum, & de vna re, ex cuius fructibus debentur decimæ. Vnde potest continuari istud instrumentum ad præcedentia ista forma, vel altero de duobus modis. Vno modo sic, ratione emptoris. De pluribus emptoribus ementibus pro se tantum in præcedentibus instrumẽtis est dictum & declaratum. Sed aliquando contingit quòd est vnus emptor, qui emit pro se & vice & nomine aliorum, scilicet fratrum, hoc est quod dicit prima pars rubricæ, cùm dicit instrumentum venditionis factæ emptori ementi pro se & nomine aliorũ fratrum. Secundo modo sic, ratione rei venditæ: de re vendita iure proprio iure cõdititio, & iure subincerto & emphyteotico, in præcedenti instrumento est dictum & declaratũ: sed aliquãdo cõtingit quòd vẽditur res, ex cuius fructibus debentur decimæ: ideo de ipsa re loco præsenti est agendũ, & videndũ: hoc est, quod dicit rubrica in secunda sui parte: per has duas cõtinuationes possumus colligere duplicẽ differẽtiam inter istud instrumentũ & præcedens. Prima est quia iste est tantũ vnus emptor, q emit vice & nomine aliorũ fratrũ, &c. Sed in præcedẽti sunt plures emptores, & emũt tantùm suo nomine. Secũda differẽtia est, quia in præcedẽti sunt plures res, quæ vẽduntur diuersis iuribus: sed in isto instrumẽto nõ est nisi vna res, quæ venditur iure proprio, sed tamẽ ex eius fructibus debẽtur decimæ. Ad euidẽtiã dicẽdorũ in isto instrumẽto sic ponitur casus. Quidã noïe Anto. habebat vnã peciã terræ vænalem, quidã nomine Cor. habet plures fratres, quorum negotia pertractabat, & sic erat valdè pecuniosus.

accessit ad Antonium,& sic inquit. Vis tu mihi vẽdere talem petiam terræ,quam tu habes?dicit Anto. certè sic : pro quanto?pro tanto pretio:& sic fuerunt concordes de pretio : sed tamen dixit Anto.de istius petiæ terræ fructibus, debentur decimæ tali domino vel tali ecclesiæ:dixit Corra.cõtento : quia consensus, vt suprà efficit venditionem. & sic Anto. vendidit Corra.iure proprio,& in perpetuum vnam petiam terræ aratoriæ & vineatæ positam in tali loco infra tales confines ad habendum,tenendum,&c. Salua tamen conditione decimarum,cui dicta res est subiecta,scilicet quòd ex eius fructibus decimæ debentur tali domino vel tali ecclesiæ pro tanto pretio:quod pretium dictus venditor fuit cõfessus habuisse & recepisse. Renuntians exceptioni non dati & non soluti pretij. Quam rem idem vẽditor constituit possidere nomine dicti emptoris & eius fratrum,vt ille possideat cuius nomine possidetur.Promittit dictam rem venditam defendere ab omni homine & vniuersitate sub certa pœna cum obligatione bonorum & refectione damnorum &expensarum litis & extra. Qualiter & quomodo tale instrumentũ debeat ordinari,ecce præsens forma,quæ docet.Istud instrumentũ habet vj.capitula,sicut alia instrumẽta de venditione tractantia. Primũ est cõtrahentium. Secundũ rei venditæ.Tertiũ pretij. Quartum traditionis rei.Quintum promissionis de legitima defensione.Sextum & vltimum pœnæ. ibi secundum, petiam vnam. ibi tertiũ,pro tali pretio.ibi quartum,quá rem. ibi quintum promittens.ibi sextũ,quod non est in litera , sed subauditur sub pœna,istud durat vsque ad finem instrumenti. Continuatio instrumẽto lecto siue posito casu, & diuisa litera per capitula,quæram quatuor in ordine fore notanda. Primò, vtrum valeat ista venditio facta in præsenti instrumẽto,&quæ sit ratio dubitationis. Secundò,si valeat ista venditio,nunquid alij fratres teneantur ratificare, & approbare venditionẽ factam per istũ fratrẽ. Tertiò, videtur quid acquiratur isti qui emit pro se,& quid illis,quorum nomine res est empta. Quartò, videtur de decimis per se. Et circa idem volo iam quærere quatuor. Ad primum,scilicet,nunquid valeat venditio facta in isto loco? Sed diceres tu,quæ est ratio dubitationis? ista est ratio:quia in Insti.de inuti.stipula.§. alteri. ibi dicitur quòd alteri stipulari vel pacisci nemo potest:ergo iste qui emit vice & nomine fratrum suorum nõ potuit emere pro ipsis.&

fic ista

sic ista venditio non valet quantum ad istos fratres. Sed tamen tu dicas quòd valet & tenet venditio facta in isto casu. Nec obstat quod dicitur alteri stipulari vel pacisci nemo potest. Dico quòd fallit in xviij. casibus numeratis in quadam glo. magistrali. & iste est casus vnus de illis §. quando stipulatur vel paciscitur per ista verba nomine & vice. Sed quid si fratres nollent quòd ista res esset empta pro sua parte, nunquid erit res vendita in totum vel in parte? Respondeo, in totum: quia venditoris interest rem esse venditam in totum, quod secus est in stipulatione, vt si ego sic stipularer: O Titi, promittis mihi & Martino dare centum? ipse respondet, promitto: tunc ista stipulatio non valet in totum, nisi pro parte mei stipulatoris: quia materia non interest stipulari alteri, pro parte Martini non valet. Sed quid si ego emerem de pecunia alicuius aliquam rem, nunquid acquiritur illi, cuius est pecunia? dico quòd non, ex quo non est empta suo nomine. Nam res semper acquiritur illi, cuius nomine empta est. Fallit tamen in quatuor personis, siue casibus, in quibus ille de cuius pecunia res est empta, habet electionem an velit rem vel pecuniam suam. Primus casus est in minore: Nam quidam emit quandam rem de pecunia minoris, modò minor habebit electionem an velit rem vel pecuniã suam. Secundus casus est in ecclesia: quia si quidam emit aliquam rem de pecunia ecclesiæ, nunc ecclesia habebit priuilegium, an velit rem emptam vel pecuniam suam. Tertius casus est in fisco siue commune: quia si quidam emit aliquam rem de pecunia communis, eodem modo habet electionem. Quartus casus est in milite: quia miles habet electionem, an velit rem an pecuniam suam. Ad secundum, scilicet nunquid isti fratres, quorum nomine res est empta, teneantur approbare & ratificare venditionem factam à fratre? Ad hoc sciendum sic distingue: aut iste emit pro se tantum aut vice & nomine aliorum fratrum. Si emit pro se tantum, tunc non tenentur ratificare, imò non possent si vellent propter iuris regulã dicentem, Quod meo nomine gestum non est, id ratum habere non possum. Si vero emit pro se, & vice, & nomine aliorum fratrũ, & tunc aut gessit vtiliter, aut inutiliter. Si gessit vtiliter, & tunc tenentur ratificare propter iuris regulam dicentẽ, Quod meo nomine vtiliter gestum est, id ratũ habere cogor. Si verò inutiliter, tunc non tenentur ratificare, si no- *Quid acquiritur ementi.*

sunt:sed si volunt,bene possunt.Quia quod meo nomine inutiliter gestũ est,id ratum habere non cogor:sed si volo,possum,aliàs non:quia consensus siue voluntas id,quod gestum est,ratum efficit.Ad tertium.s.quid acquiratur isti qui emit, & quid istis quorũ nomine res est empta? Dico quòd illi qui emit acquiritur dominiũ,possessio,& acquisitio:dominiũ,id est,rem ratione dominij:si tradens erat dominus, alioquin operatur viam vsucapiendi & præscribendi. Etiam acquiritur possessio,quia constituit se possidere nomine meo. Tertiò acquiritur actio.s.de euictione & ex empto. Sed quid acquiritur illis,quorum nomine res est empta? Dico φ acquiruntur duo,scilicet,dominium,id est,res ratione dominij,& possessio.Nam venditor cõstituit se possidere nomine illius qui emit,& nomine illorũ quorũ nomine res est empta,& ille possidet cuius nomine possidetur:sed ista actio non acquiritur,quare?quia per liberam personam nostro iuri nõ subiectam nobis actio non acquiritur.imò dicũt quidam,quòd ista actio stat in aëre,donec fuerit cessa:sed hoc non est verũ quòd statim vt nata est actio competit alicui.Sed isti quãdo poterunt agere de euictione:dico φ debent sibi facere cedere istam actionem de euictione.Sed si non valet cedere quòd potius fugitaret, tũc in subsidium illius actionis datur vtilis actio ex empto.Ad quartum,scilicet,videre de decimis:circa quas decimas quæram quatuor in ordine fore notanda. Primò,quid sit decima,& quare sic appelletur. Secundò quotuplex sit decima.Tertiò,qui sunt illi qui debent soluere decimas,& quibus.Quartò,formabo aliquas quæstiones ad materiam congruentes. Ad primum,scilicet, quid sit decima.

Quid acquiritur illis quorũ nomine emitur.

Decima quid sit.

Decima est omnium bonorum iustè acquisitorum pars Deo debita. Nota omnium,& non aliquorum:quia ex omnibus rebus debentur decimæ. Iustè acquisitorum, non autem de malè ablatis:quia de malè ablatis non dantur decimæ,vtputà de vsuris, de rapinis,& furtis.& de istis talibus non fiunt decimæ. Nam de alieno sacrificari species est furti. Deo id est,presbytero siue sacerdoti tuæ capellæ,vt patebit in tertio.Vel decima est tributum egentium animarum. Et appellatur decima,hoc est,de decem partibus vna. Sed vnde deriuatur decima, à demo,is,id est, minuo,is: vel quia domino ex decem partibus vna demitur. Ad secundum,scilicet, quotuplex sit decima: & dico quòd est triplex. Nam

Decima quotuplex sit.

quædam

quædam est personalis, quædam prædialis, & quædam conuentionalis. Personalis est illa, quæ debetur ex persona: Vt verbi gratia, Si fui lucratus hodie decem solidos, debeo dare vnum: quia ex mammona iniquitatis facite vobis amicos, inquit Saluator. Prædialis est illa, quæ debetur ex prædio: vt si habeo decem corbes frumenti in campo meo debeo dare vnum: & sic de quocunque prædio. vel si habeo domum, & habeo pro pensione ipsius decem libras debeo solidos xx. &c. Conuentionalis est illa, quæ debetur ex conuentione partium. Vt verbi gratia. Quidã erat pauper, & debebat multa debita multis creditoribus: & habebat nisi vnũ prædium, & venit ad te, & dixit: vultis vos emere hoc prædium? dabo vobis pro bono foro: quia volo soluere debita mea: dixit iste emptor, certè sic, &c. Sed tamen dicit venditor: ego volo vnum, scilicet, habere decimam ex fructibus omnibus, qui percipientur ex illo prædio: dixit emptor, bene placet: modò ista est decima conuentionalis, quæ fit ex conuentione partium. Sed inquantum debetur ex prædio, posset dici quòd esset prædialis: & sic isto modo decima non erit nisi duplex, scilicet, personalis & prædialis. Ad tertium, scilicet, qui sint illi, qui debent soluere decimas? dico quòd omnes prædia possidentes tam rustica quàm vrbana. Vnde si tu habes decem corbes frumenti, da vnum pro decimis: & sic in omnibus fructibus. Idem in vrbano: si tu locas domum tuam, & habes in anno decem lib. da pro decimis solidos xx. Sed quibus debent dari decimæ? dico quòd debent dari presbyteris, quorum ecclesiis seu parochiis prædia adhærent: & ita erat olim ex lege Mosayca: & hoc tenet lex gratiæ: sed per quandam constitutionem Papalem debent dari episcopo illius diœcesis tanquam generali administratori & procuratori pauperum. Sed de quibus debentur decimæ? de omnibus rebus iustè acquisitis, vt patet suprà in primo membro. Ad quartum, scilicet, formare quasdam quæstiones circa decimas. Et prima quæstio talis est: Quęritur an hodie debeantur decimę? & videtur quòd non: quia cessante causa, cessat effectus. sed hoc est quòd cessat causa, quare debebantur olim decimę, quia ecclesię erant pauperes, & diuidebant decimas in tres partes. Primam partem pro alendo se tenebant.

Qui tenentur ad solutioné decimarum.

Quibus debent dari decima.

Decima an hodie debeãtur.

Secundam partẽ tenebant pro ornamentis ecclesiæ. Tertiam partẽ debent dare pauperibus amore altissimi Creatoris: sed hodie ecclesiæ sunt in magna opulentia, & abundãtia, & pauca exhibent pauperibus: & sic debet cessare effectus: quia hodie non debentur decimæ. Sed tu dicas contrà: hodie etiam debentur decimæ propter verbũ diuinũ, quod est ineuitabile. Nam dixit Deus, Decimas & primitias vestras non tardabitis offerre. Secunda quæstio est talis: Quidam vult dare decimas secundũ quod debet, & nõ vult dare presbytero parochiæ suæ: quia habet cõcubinam, & ex ea filios: & sic timetur quòd daret istas decimas concubinæ: modò quæritur, vtrum dando alteri decimas ipse sit liberatus? & dico quòd nõ tam de iure humano quã diuino: quia decimæ proprio sacerdoti sunt soluendæ: & si malus, tamen vt dei minister, bonus supponitur. Humano, quia qui soluit alteri, quàm cui debet, nõ liberatur. Diuino, quia dictũ fuit suprà in diffinitione, quòd decimæ debentur Deo, & non presbytero: ex quo non soluit presbytero suæ parochiæ, non liberatur. Sed si tu vis dicere, dabit concubinæ suæ: hoc non facit propterea aliquid tibi: quia ipse debet coram Deo suæ vilicationis seu administrationis reddere rationem. Tertia quæstio talis est, & ista facit ad instrumentum. Nam istud instrumentum videtur molestare, & sibimet contrarium: quia dicit quòd vendidit vnã petiam terræ iure proprio, & in perpetuũ, posteà dicit quòd ex fructibus deberentur decimæ: & sic erit ius proprium, & ius condititium quod esse non debet, nec potest vna res vendi iure proprio, & iure cõditítio. Respõdeo, vt dicit Aurora, conditio decimarum non mutat rei proprietatem. hoc est dicere, quòd quãuis hæc res habeat hoc grauamẽ, nõ tamẽ venditur iure condititio, modò bene iure proprio.

Venditio minoris cum fideiussore de rebus seruitutem debentibus.

ANtonius dedit, vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum Cor. pro se & suis hæredibus recipiẽti & ementi domum vnam positã in parochia sanctæ Agathæ, cuius tales dicuntur confines: ab vno latere possidet dicta ecclesia, ab alio P. ab aliis duobus lateribus sunt viæ publicæ. Item vnam petiam terræ aratoriæ positam in pertinentiis

Barb

Barbiani, in loco qui dicitur Iffigoro, quam esse dixit, et conuenit x. tor. & eiusdem tales esse cõfines: ab vno latere possidet episcopus Bononiensis, & ab aliis B. ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid sibi suisque hæredibus placuerit deinceps perpetuò faciendum, cum omnibus & singulis quæ infra prædictos continentur confines, & cuiuslibet prædictarum rerum, vel alios si qui forent, cum accessibus & egressibus vsque in vias publicas, & cum omnibus & singulis, quæ quælibet dictarum rerum habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum omníque iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex eis vel pro eis rebus modo aliquo pertinentibus. Saluis tamen conditionibus & seruitutibus, quibus dictæ sunt res subiectæ, quæ tales sunt, videlicet, quòd dicta domus altiùs, quàm modo sit, extolli non potest, ne domus ecclesiæ sanctæ Agathæ, iuxta quam posita est, luminibus officiatur: cuius prædictæ domus venditæ altitudo est, & esse potest decẽ pedibus, & non vltrá. Dictæ verò petiæ terræ conditio est, & seruitus, quòd per ipsam petiam terræ debet esse liber actus & aditus, ingressus & reditus cum personis, plaustris, hastis, & equis dicto Episcopatui B. & nuntiis eius ad terram ipsius Episcopatus, iuxta quam hæc petia terræ posita est, pro pretio centũ lib. Bon. in summa: quod pretium dictus venditor cõfessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datum, solutũ, ac numeratum esse, exceptioni sibi non dati, & non soluti pretij, doli mali, ac metus in factum omnino renuntians. Quas res dictus venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsarum rerum possessionem acceperit corporalem, quã accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps ei licẽtiam omnimodam dedit: Promittens per se & suos hæredes dicto emptori pro se & suis hæredibus stipula. litem vel controuersiam ei vel suis hæredibus de dictis rebus, vel aliqua, seu parte earum vllo tempore non inferre nec inferenti consentire: Sed ipsas res, vel quãlibet ipsarũ ei, & hæredibus ab omni vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & nullam restitutionem impetrare cõtra prædicta, vel aliquod prædictorum, vel infrascriptorum, occasione minoris ætatis, vel minoris pretij, aut pretij non sibi soluti, vel in vtilitatem suam non conuersi, vel non durãtis, aut alia quacunque ratione vel causa: & prædictam venditionem, &

omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere, tenere, & nõ contra facere, vel venire per se, vel alium aliqua ratione vel causa de iure vel de facto: Sub pœna, &c. Insuper dictus Antonius, quia minor erat xxv. annis, maior tamen xiiij. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia prædicta omnia & singula firma & rata perpetuò habere, & tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Prętereà Philippus dicti Antonij precibus & mã datis se principalem constituens principaliter & insolidum sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando promisit dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipu. prędictas res ab ipso Anto. venditas ipsi Cor. pro se & suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & se facturum & curaturũ omni exceptione remota, quòd dictus Anto. prædictam venditionem, pretij solutionem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma, & rata habebit, & tenebit, & obseruabit, & adimplebit, & nõ cõtrauenier aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Itẽ quòd non dicet, vel opponet ipse Philippus quòd pro minori fuerit obligatus, certificatus & sciens ipsum Anto. minorẽ esse, & nullam contrariam exceptionem vel defensionem seu negationem iuris vel facti specialem vel generalẽ contra prædicta vel aliquod prædictorum in aliquo faciet vel opponet: Sub pœna lib. c. Bono. stipu. promissa, & refectione damnorũ & expensarum litis, & extrà, & obligatione suorum bonorũ omnium, & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent, renuntians beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alio auxilio.

Instrumentum venditionis factæ à maiore fideiussorem præstante, de rebus seruitutem debentibus. Rubr.

HOc instrumentum ponit de venditione facta à minore fideiussorem præstante, de rebus quæ debent seruitutem quod non fuit in aliquo prę cedenti instrumento. Vnde potest continuari ad præcedentia forma tali vel altero de quatuor modis. Primo modo sic. De maioribus vendentibus, in præcedentibus est dictum & declaratũ: Sed quia plerunque

con

contingit quòd minor vendit, ideo de minore vendēte loco præsenti est agendū, & videndū: hoc est quod dicit prima pars Rubricæ nostræ, cū dicit, Venditionis factę à minore instrumentū. Secundo modo sic: De venditoribus nō præstantibus fideiussorē, in præcedentibus est dictū & declaratū: sed quia aliquādo contingit ꝙ vēditor dat fideiussorē, ideo de minore fideiussorē præstante loco præsenti est agendū & videndū: hoc est, quod dicit Rubrica nostra in secūda sui parte, cū dicit, fideiussorē præstante. Tertio modo sic: De rebus venditis nō debentibus seruitutē, seu quæ non debent seruire, in præcedentibus instrumentis est dictū & declaratū: sed quia aliquando cōtingit quòd res vēdita debet præstare alteri seruitutē, ideo de seruitutibus loco præsenti est videndū, hoc est, quod dicit Rubrica in tertia sui parte, cū dicit, seruitutē debentibus. Vltimo modo sic: De venditoribus nō iniuriātibus in præcedētibus est dictū & declaratū: sed quia aliquando cōtingit ꝙ vēditor iurat & præbet in vēditione sacramētū: ideo de ipso sacramento loco præsenti est agēdū & videndū: casu causa breuitatis omisso. Istud instrumētū habet sex capitula, sicut & alia de venditione tractātia. Primū est contrahentiū. Secūdū rerū venditarū. Tertiū pretij. Quartū traditionis rei. Quintū promissionis de legitima defensione. Sextū & vltimū pœnę cū obligatione bonorū & refectione dānorū & expēsarū: ibi secūdū, domū vnā. ibi tertiū, pro pretio centū libr. ibi quartū, quas res. ibi quintū, promittēs per se & suos hæredes. ibi sextū, sub pœna. & durat vsq; ad finē instrumenti. Sed si qua alia in litera reperiūtur, illa nō sunt capitula, sed pacta inter partes agitata. Et declarationē literę, sicut litera tāgit, quærā quatuor in ordine notanda. Primò de minore. Secūdò de sacramēto. Tertiò de seruitutibus. Quartò de fideiussoribus. Ad primū. §. de minore, circa quē quęrā quatuor in ordine fore notāda. Primò, quot sunt species minorū. Secundò, de quo minore loquatur nostrū instrumētum. Tertiò, si minor vult vēdere, cū quibus solēnitatibus debet vēdere. Quartò videre, si vēditio facta in isto præsenti loco valeat, & quæ sit ratio dubitationis. Ad primū. §. quo sunt species minorū: dico ꝙ sunt quatuor. Nā quidā est infans, quidā proximus infantiæ, quidā proximus pubertati, & quidā pubes: & de istis minoribus habebimus ad plenū in tractatu Notularū sub Rubr. de personis & earū diuisionib. §. itē fit sexta diuisio. circa fi. ideo, *Species minorū quot sunt. Not.*

hic

hic breuiter & succinctè dicã. Dico ꝙ quidam sunt infantes, & hi sunt à die natiuitatis vsq; ad septimũ annũ, seu ad septẽ annos, masculus, & fœmina. Et dicitur infans quasi nil fari valens. Quidam sunt proximi infantiæ, & hi sunt à septem annis suprà masculus vsque ad decem cum dimidio, fœmina vsque ad nouem cum dimidio. Et dicitur proximus infantiæ, quia magis respicit infantiam adhuc, quàm pubertatem. Quidam sunt proximi pubertati, & hi sunt à x. annis cum dimidio, scilicet, masculus vsque ad xiiij. & fœmina à ix. cum dimidio vsque ad xii. Et dicitur proximus pubertati, cùm respicit suprà, scilicet, ad pubertatem: quia incipit conuersari cum maribus. Quidam sunt, qui vocantur puberes, & hi sunt à xiiij. ann. suprà masculi, sed à xij. fœminæ vsque ad xxv. annos. Ab inde verò suprà vocantur maiores, seu legitimæ ætatis. Et dicuntur puberes, quia habent pubem, id est, lanuginem, primam barbam. Nam ipsi sunt habiles ad matrimonium cõtrahendum, & ibi quatuor nominibus decorantur. Nam vocantur puberes, adulti, adolescentes, & viri potentes: quia masculus potest coire cum muliere, & mulier pati virum. De secundo, & quicquid est dictũ de isto primo, dictum est causa deueniendi ad istud secundum, scilicet, de quo maiore loquitur instrumentum, nõ loquitur de infante: quia nihil potest facere. Non de proximo infantiæ, nec de proximo pubertati: quia isti non possunt iurare de iure ciuili propter authenticam Federici imperatoris, quæ sic incipit. Sacramenta puberum sponte facta, &c. Sed tamen secundum ius Canonum, quod præualet, potest iurare: ita tenent Canonistæ ꝙ proximus pubertati posset iurare, & valet iuramentum: propter istã rationem proximus pubertati tenetur de omni delicto, præter quàm de delicto criminis. Sed quando proximus pubertati iurat, & vult posteà venire contra sacramentum, deierat: & deierare, est delinquere: ergo valet sacramentum, ex quo non potest venire contra. & hoc est de iure Canonum: de iure ciuili secus, sed ius Canonum pręualet. Nam dicunt Leges, non dedignamur sacros Canones imitari. Relinquitur ergo si non sunt illa tria genera seu species minorum, sed quòd illud instrumentum loquatur de quarta specie, scilicet de pubere: qui quidem pubes potest iurare, & valet eius sacramentum propter authenticã pędictã, quæ dicit, Sacramenta puberum, &c. Ad tertiũ, scilicet si mi-

nor

nor vult vendere, cũ quibus ſolennitatibus debeat facere? ſic diſtingue: quia aut habet curatorem, aut nõ. Si habet curatorem, & velit vendere de rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, debet vendere, vel alium contractum facere cum tribus ſolennitatibus, ſcilicet cauſa legitima, decreto iudicis, & curatoris authoritate: iſtis deficientibus, vel vno tantum, non valet contractus ipſo iure: quia quotieſcunque aliquid debet fieri ſub certa ſolennitate, ſolennitate omiſſa, nõ valet quod agitur. Quod ſecus eſt ſi vellet vendere de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt vinum, & alia mobilia: quia tunc poteſt cum ſola curatoris authoritate, aliàs non. Si verò non habet curatorẽ, & vult vendere de rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: tunc habet facere cum duabus ſolennitatibus, ſcilicet, cauſa legitima, & decreto iudicis, non autem cum tutoris authoritate, ex quo non habet: quia inuitus non cogitur habere curatorem. Nam inuiti adoleſcentes curatorẽ non accipiunt, præterquàm ad lites: quod ſecus eſt, ſi vult vendere de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: quia tunc ipſemet pubes poteſt vendere ſine aliqua ſolennitate, ita ſi periculum emineat deinceps ſeruando. Ad quartum, & iſtud eſt tertium dictum cauſa deueniendi ad iſtud quartum, ſcilicet, vtrum valeat iſta venditio facta in iſto pręſenti inſtrumento. Sed quæ eſt ratio dubitationis? Ratio dubitationis eſt iſta: quia dictũ eſt ſuprà proximè: Si minor vult vẽdere, & habet curatorẽ debet facere cum tribus ſolennitatibus ſupradictis. Sed ſi non habet curatorem, debet facere cum duabus, vt ſuprà continetur: quia quotieſcunque aliquid debet fieri ſub certa ſolennitate, ſolennitate omiſſa, non valet quod agitur: ergo non valet venditio facta in inſtrumento noſtro. Dicas tamen quòd venditio facta in iſto loco valet & tenet, & hoc virtute ſacramenti poſiti in fine noſtri inſtrumenti: quia ſacramentum in inſtrumentis eſt promiſsionũ: & tria in his operatur. Nam repræſentat minorẽ eſſe maiorem, quantũ eſt in effectu, nõ propterea quantũ ad perſonam. Secundò facit valere contractum, qui de iure non valeret. Tertiò, priuat minorem reſtitutione. Ad ſecundum principale, ſcilicet, de ſacramento: circa quod quæram quatuor in ordine fore notanda. Primò, quot ſint ſpecies ſacramentorum, & de quo ſacramento loquamur, & quid ſit ſacramentum ſecundum noſtrum modum acceptum? Secundò, ſi minor

iurauit

iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia non venire contra contractum ratione minoris ætatis, nunquid possit contrauenire? Tertiò, ad quid operatur sacramentum à minore præstitum. Quartò, de quo damno minor priuetur restitutione. Ad primum, scilicet quot sint species sacramentorum? & dico quòd sunt multæ. Nam quoddam est sacramentum fidelitatis, quod præstatur officialibus, cùm intrant in officium. Quoddam est sacramentum veritatis, quod præstatur testibus de veritate dicenda. Quoddam est sacramentum iudiciale, quod datur à iudice. Quoddam est sacramentum arrogationis, quod datur commissariis. Quoddam est sacramentum conseruationis: & de isto sacramento loquimur. Quoddam est sacramentum credulitatis, quod præstatur in positionibus. Sed quid est sacramentum secundum modum nostrum acceptum? Sacrametum est rei negatio vel affirmatio adhibita religione: & appellatur sacramentum, quia in se sacra continet. Ad secundum, scilicet, si minor iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia non venire contra contractum ratione minoris ætatis, nunquid possit contrauenire? distinctio talis est: quia aut iurauit se maiorem, aut iurauit non venire contra contractum. Si iurauit se maiorem, & etiam distinguendum est: quia aut iurauit corporaliter, aut verbo tenus. Si corporaliter, tunc non potest contrauenire. Si verbo tenus, & tunc potest. Si verò iurauit non venire contra contractum, sic distingue: quia aut iurauit corporaliter, aut verbo tenus. Si corporaliter, non potest venire. Si verò verbo tenus, & tunc potest. Ad tertium, scilicet ad quid operatur sacramentum à minore præstitum? respondeo quòd operatur ad tria. Nam primò facit valere contractum, qui de iure non valeret. Secundò repræsentat minorem esse maiorem in effectu. Tertiò priuat minorem restitutione. Ad quartum, scilicet, de quo damno minor priuetur restitutione? & videtur quòd priuetur tantùm de enormi, & non de modico. Nam sacramentum facit eum esse maiorem: maior si est læsus, & deceptus in contractu, non petit restitutionem, nisi de enormi: ergo, &c. Alij dicunt, quòd sacramentum habet tantum effectum, quòd priuat eum de modico & de enormi. Sed tamen dicas hoc, quòd hoc consistit in virtute notarij: nam ipse poterit ita apponere formam sacramenti, quòd minor non priuabitur nisi

Species sacramẽtorum quot sunt.

Sacramẽtum quid est.

Sacramẽtum à minore præstitũ quid operatur.

de enor

de enormi damno tantum, vt in litera nostra ponit: Insuper dictus Anton. quia minor erat, &c. Ad tertium principale membrum, scilicet, videre de seruitutibus, circa quas essent sex videnda. Primò quid sit seruitus, &c. Sed de istis non dico ad præsens: quia in duobus vltimis instrumentis istius capituli materia seruitutum dicitur ad plenum. ideo illic hæc materia plenius reseruatur. Ad quartum principale, scilicet, videre de fideiussoribus: circa quod quæram tria. Primò, vtrum quis possit se obligare seu fideiubere ita pro minore, quemadmodum pro maiore? Secundò videre, an restitutio minore, restituatur eius fideiussor? Tertiò, quot & quibus modis fideiussor apponatur in instrumento? Ad primum, scilicet, nunquid quis possit se obligare seu fideiubere pro minore, quemadmodum pro maiore? Ad hoc sciendum sic distingue: quia minor obligatur aliquo iure, aut non. Si non obligatur aliquo iure, vt est infans vel hebes, lunaticus, dico quòd quis potest fideiubere pro illis: si fideiubet, non valet fideiussio. Si verò obligatur aliquo iure, & tunc dico quòd quis potest fideiubere ita pro minore, quemadmodum pro maiore, siue minor obligetur naturaliter, siue ciuiliter, siue naturaliter & ciuiliter: quia semper fideiussor tenebitur naturaliter & ciuiliter: quia non posset fideiuberi ita pro minore quemadmodum pro maiore, tunc sequeretur quòd minor esset deterioris conditionis quàm maior: quod esse non debet. Nam aliquando continet quòd minores dant fideiussores, quando contrahunt cum aliquo. Ad secundum, scilicet, restituto minore si restituitur fideiussor. Et tunc distinguendum est: quia aut minor fuit læsus & deceptus dolo & calliditate aduersarij, aut sui fatuitate seu simplicitate. Si dolo aduersarij, quia fortè minor volebat contrahere, & iste inducit eum ad contrahendum suo dolo, dicendo verba dolosa & fraudulosa: tunc restituto minore, restituitur eius fideiussor. Nam dolus non debet alij patrocinari: quia quod dolo fit & in fraudem, minori & innocenti non debet imputari. Si vero fuit deceptus sui simplicitate, quia minor nesciuit contrahere rem suam vendendo. Et tunc subdistinguendum est: quia aut ille, cui datus est fideiussor, habet regressum contra alium: & tunc restituto minore, restituitur eius fideiussor. Si verò non habet regressum: & tunc restituto minore, non

Tractat materiã fideiussorũ.

re, non restituitur eius fideiussor. Nam homines ad hoc fideiussores accipiunt, vt tutius eis caueatur, & securius in pace rem possideant. Ad tertium, scilicet, videre, quot & quibus modis fideiussor apponatur in instrumento? & dico quòd apponitur tribus modis. Vno modo quòd non appareat à principali, vtputà quòd notarius eos ambos scripsit principales, & vnus de rei veritate debebat esse fideiussor, & sic dixit, An. & Ia. fuerunt confessi contenti se recepisse à Cor. tantam pecuniæ quantitatem: qui ambo An. & Ia. & quilibet eorum insolidum promiserunt Cor. dictam pecuniam restituere. &c. Secundo modo potest apponi fideiussor post quartum capitulum in quinto capitulo promissionis de legitima defensione hoc modo: Qui quidem venditor promisit dicto emptori & eius precibus & mandatis talis existit fideiussor &c. Tertio modo potest poni facto toto instrumento in fine ipsius instrumenti, relicto aliquo spatio, &c.

Quot modis fideiussor apponitur in instrumento.

Venditio rerum cum aliquibus adiacentibus ad ipsas spectantibus.

ANtonius dedit, vendidit, & tradidit iure proprio & in perpetuum Cor. pro se & suis hæredibus recipienti & ementi domum vnam positam in contrata Castellionis in tali parochia, cuius tales dicuntur confines: ab vno latere possidet Rolandinus, ab alio Martinus, & ab aliis duobus lateribus sunt viæ publicæ cum medietate Andronæ, siue muri positi vel positæ inter ipsam domum venditam & domum dicti Rolandini, & ipsam medietatem eiusdem Andronæ siue muri. Item vnam aliam domum positam in contrata sancti Geruasij cum vno orto, curte, & viridario, & quandam domunculam paruam positam post ipsam domum. & ortum, curtem, & viridarium: quorum omnium tales dixit esse confines, &c. Ponendo confines, qui circunstant non solùm ipsi domui, sed etiam omnibus, quæ post eam posita sunt. Quibus confinibus positis insubsequenter dices, ad habendum, tenendum, possidendum, &c. prout prædictorum instrumentorum doctrina superior exprimit.

Instrumen

Instrumentum venditionis rei siue rerum venditarum cum aliquibus adiacentibus siue pertinentibus ad ipsas. Rubrica.

PRæsens instrumentum ponit de vna re seu pluribus rebus cum quibusdam adiacentibus & pertinentibus ipsis rebus. Vnde potest conti- nuari ad præcedentia ista forma de rebus venditis simpliciter, vt in præcedentibus instrumentis est dictum & declaratum. Sed quia quandoque contingit quomodo debeat declarari res vendita, & cũ adiacentibus & pertinentibus: ideo qualiter debeat declarari res vẽdita cum adiacentibus seu pertinẽtibus ad ipsas res loco presenti est agendum & videndum. hoc est quod dicit Rubrica, cùm dicit: Instrumentum venditionis rei siue rerum venditarum cum aliquibus adiacentibus siue pertinentibus, &c. In isto instrumẽto summariè & breuiter sic ponitur casus: Quidam nomine Anto. dedit & vendidit iure proprio, & in perpetuum Cor. ementi & recipienti vnam domum positam in contrata Castellionis, cuius tales dicuntur confines, &c. cum medietate Andronæ, & cuiusdam muri positæ vel positi inter domum venditam, & domum vicini, & ipsam medietatem Andronæ siue muri. Item vnam domum positam in contrata sancti Geruasij cum vno orto, curte, & viridario, & quandam domũculam paruam: quorum omnium dixit esse tales confines &c. Ad habendum tenen. &c. pro tanto pretio: quod pretium dictus venditor fuit confes. & conf. &c. Constituens dictas res possidere eius nomine, vt ille possidet; cuius nomine possidetur: promisit dictas res vẽditas defendere ab omni persona, collegio, & vniuersitate sub certa pœna, &c. Istud instrumentum de ven. tractat. & habet sex capitula, sicut alia de ven. tractantia: quãuis thema mutetur. Primum est cõtrahentium. Secundum rerum venditarum. Tertium pretij. Quartum traditionis rei. Quintum promissionis de legitima defensione. Sextum & vltimum pœnæ. Ibi secundum domum vnam posteà alia intelliguntur, sic in instrumentis supràdictis. Ad euidentiam istius instrumenti quærã duo in ordine fore notanda. Primò, si aliquis venditor vendit vnam domũ, vel duas, vel plures res: nunquid intelliguntur esse vendita de iure omnia adiacentia & pertinentia illarum rerum: & si in-

Casus in terminis in præsenti instrumento.

telliguntur esse vendita, quare fuerunt apposita & declarata in isto instrumento? Et de isto primo possent fieri duo puncta, vt infrà patebit. Secundò, qualiter & quomodo debeant declarari confines? Ad primum, scilicet, si aliquis vendit vnam, vel plures res, vtrum intelligantur esse vẽdita omnia adiacentia, id est, pertinentia illarum rerum: vtputà quidam vendidit vnam domum, & illa domus habebat vnum ortum, vel puteum, vel debebat recipere seruitutem, vel totum murum inter vicinum & domum venditam ipsius: & de istis omnibus nihil dictum fuit, nũquid intelliguntur vendita? certè sic de iure. Et est ratio, ædibus distractis omnia intelligũtur esse vendita, quæ sunt ipsius domus vel pars eius: vel quare totaliter & penitus vendita nulla expresse portione retenta, cum ea venditur integralis ac partialis quælibet eius pars. Et si ipsa adiacentia essent à remotis per vnum miliare: Vt verbi gratia, ego vendidi vnum fundum, & iste fundus habebat vnum aquæductum, seu canale, quo aqua veniebat ad fundum meum: illud canale intelligitur esse vẽditum. Nam res vendita transit cum omni onere, & grauamine, & causa id est vtilitate, cum qua est, ad quemcunque dominium ipsius perueniret. & hoc verum est si res venditur, ꝙ intelliguntur esse vendita adiacentia & pertinentia, si agatur in contrariũ: quia tunc non transeunt adiacentia virtute pacti. Secundò, si intelliguntur esse vendita, quare apponuntur in instrumento? Et dico quòd apponuntur multis rationibus, quę dicentur in instrumento sequenti. Sed tamen accipe duas rationes, quare apponuntur. Prima ratio est, quia plus timẽtur expressa quàm tacita: vel quia dum adiacentia exprimuntur, emptor à suo venditore certior fit & tutior de re empta, & eius limitibus &c. quia venditor posset dicere, si non exprimentur ista adiacẽtia ꝙ nõ vendidisset: quod secus est, si in instrumẽto expressisset. Secũda ratio est, quia est vtile pro emptore, vt possit melius agere de euictione: quia non posset agere, quia non posset dicere emptor venditori, res est mihi euicta: dicet venditor, non possum facere aliquid, quoniam non vendidi tibi. Sed si tu velles dicere, quòd spectabat ad rem vẽditam: & ego iterum dico, ꝙ facta est tibi iniustitia seu violentia: & de violentia tibi lata non teneor. Sed si velles dicere, quòd nõ spectabat: & tunc nõ est tibi facta iniuria seu iniustitia, quia ipse fuit vsus iure suo: & nemini iniuriam facere videtur, qui vtitur

tur iure suo, nisi illius rei vsus alteri maximum damnum inferret. Est etiam vtile pro tabellione, quia si tu bene declarabis rem venditam cum omnibus adiacentibus & pertinentibus, & pacta agitata inter partes, tunc homines dicent, talis est bonus tabellio: quia bene declarat pacta: & sic fama diffusius peruolabit. Ad secundum principale, scilicet, quomodo debeant declarari confines, & dico quòd debent poni confines, qui circunstant rei cum omnibus adiacentibus, quæ spectant ad ipsam rem, hoc modo: Antonius dedit, & vendidit Corrado vnam domum positam in tali loco cũ vna curte, & viridario, & quandam domũculam positam post ipsam domum, curtem, & viridarium: quorum omnium tales dicuntur confines ab vno latere possidet P. ab alio M. à tertio & à quarto sunt viæ publicæ, &c. Declarando bene confines.

Confines quomodo debeant declarari

Venditio rei & cessionis iuris ad ipsam spectantis cum conditione vel seruitute debita.

ANtonius dedit, vẽdidit, & tradidit, si propriũ, imperpetum: si condititium, vnde pertinuerit, Saluo iure domini in pensione, & renouatione, Corrado pro se & suis hæredibus ementi & recipienti domum vnam positam in tali loco, cuius tales confines: ab vno latere possidet P. ab alio M. à tertio & quarto sunt viæ publicæ, cum omni iure & actione seruitutis & conditionis, & omni seruitute & conditione, quæ ipsi domui debentur in domo & aduersus domum dicti Petri positam iuxta hanc domum venditã: quam seruitutem & ius tale dixit & conuenit esse, videlicet, quòd ipsa domus dicti P. extolli vel eleuari non potest, ne dicta domus vendita luminibus officiatur ad habendum, tenendum, possidẽdum, & quicquid sibi & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum, cum omnibus & singulis quæ intra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis vsque in viã pub. & cum omnibus & singulis quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum & omni alio iure & actione, vsu seu requisitione sibi ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei, modo aliquo pertinente. Insuper idem

venditor dedit, vend. & concessit eidem emptori dictam seruitutem, & ius omnéque aliud ius & actionem realem & personalem vtilem & directam quod & quam habebat vel habere poterat in dicta vel aduersus domum prædictam ipsius P. siue ipsum P. & quelibet possessorem eiusdẽ domus, & qualibet aliam personam, nomine & occasione dictæ seruitutis & conditionis constituens eum procuratorẽ, vt in rem suã, & ponẽs ipsum in locũ suũ, ita quodãmodò suo nomine actiõibus vtilibus & directis posit prædictorũ occasione aduersus quoscunque agere & experiri, excipere & replicare, consequi & se tueri, & omnia & singula facere queadmodum ipse facere poterat. Pro pretio centum lib. Bon. quod pretiũ dictus emptor præsentialiter coram me notario & testibus infrascriptis dedit & soluit ipsi venditori, prout ipse venditor confessus fuit tantam esse quantitatem, exceptioni sibi non dati, & non soluti, & non numerati pretij omnino renuntians. Quam rem dictus venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere vsquequo ipsius rei possessionem acceperit corporalẽ, quã accipiendi sua authoritate & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se & suos hæredes dicto emptori pro se & suis hæredibus stipu. litem vel controuersiam ei vel suis hæredibus de dicta re seu parte ipsius vllo tẽpore controuersiam non inferre, nec inferenti cõsentire: sed ipsam rem, seruitutẽ, & ius ei & suis hæredibus ab omni homine, persona, & vniuersitate legitimè defendere, authorizare & desbrigare: & prædictam venditionem, cessionẽ, & prædicta omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere & tenere, &c. vt suprà, in primo instrumento vẽditionis.

Instrumentum venditionis rei, & cessionis iuris, ad ipsam rem spectantis, cui debetur conditio vel seruitus. Rubrica.

PRæsens instrumentum ponit de venditione rei siue rerũ, quibus debetur seruitus. Vnde potest cõtinuari ad præcedentia altero de duobus modis. Vno modo sic, de rebus, quæ debent alteri seruitutem, superiora instrumenta tractarunt. Sed quandoque contingit quòd res, quæ venditur, debet recipere seruitutem ab alia re: ideo de ipsa re loco præsenti est agendum, & videndum: hoc est quod dicit Rubrica, cum dicit, cui

tit,cui debetur conditio vel seruitus. Secundo modo sic, de rebus corporalibus venditis in praecedentibus instrumentis est dictum & declaratum.Sed quia aliquando contingit quòd res incorporales venduntur,meritò de ipsis loco praesenti est agendum & videndum:hoc est quod dicit Rubrica, cùm dicit,Cui debetur conditio vel seruitus.Istud instrumentum de venditione,& tractat,& habet sex capitula, sicut alia de venditione tractantia.Primum est contrahentium. Secūdum rei venditae.Tertium pretij.Quartum traditionis rei.Quintum promissionis de legitima defensione.Sextum & vltimū poenae cum obligatione bonorum,&c. Ibi secundum, domum vnam.ibi tertium,pro pretio centum lib.ibi quartum,quam rem.ibi quintum,promittēs.ibi sextū,sub poena.quod subauditur in litera.Omisso casu causa breuitatis circa istud instrumentum quaeram quatuor in ordine fore notāda.Primò,quibus verbis debeat vti tabellio ad translationem dominij rei corporalis,& quibus ad translationem dominij rei incorporalis. Secundò, vtrum cessio facta in nostro instrumento sit voluntaria, an necessaria:& si est voluntaria,quare fuit apposita in instrumento. Tertiò,vtrum cessio facta in casu nostri instrumenti valeat,& quae sit ratio dubitationis. Quartò videre si quis dixit bonitatem adesse, quae non erat:& vitium abesse,quod erat,vtrum teneatur, & ad quid, & in quanto, & qua actione. Ad primum,scilicet quibus verbis debet vti tabellio ad translationē dominij rei corporalis?& dico quòd debet vti duobus verbis,scilicet titulo, & traditione, scilicet qua causa alienatur,an ex causa vēditionis,vel permutationis vel donationis,vel dationis insolutum,&c.Et in quolibet instrumēto necessarius est titulus,id est, causa:& traditione debet vti, quia per traditionem acquiruntur nobis rerum dominia:vt Insti.de rerum diuisione.§. per traditionem. & Institu. de emptione & venditione.§.sanè qui rem vendidit,& nondum tradidit, adhuc dominus est, quia nondum de re vendita se deuestiuit. & bene dico quòd debet vti tabellio titulo,& traditione: non autem titulo tantùm, nec traditione tantùm: sed oportet quòd ista duo sint simul,ad hoc vt dominium rei corporalis transferatur in alterum: nam si esset tantùm traditio,& non titulus,sine causa non valet traditio: quia esset nuda, vel sine causa:vel titulus solum sine traditio-

Per quae verba transfertur dominiū rei corporalis.

ne nihil operatur ad transferendum dominium in alterum: quia solus titulus non facit quem dominum, sed denominat esse dominum: ideo oportet quòd ista duo, scilicet, titulus & traditio, sint simul ad hoc vt dominium rei corporalis in alterum transferatur. Sed ad translationem dominij rei incorporalis debet vti duobus, scilicet, titulo, & cesione: titulo, id est, causa: nam cesio sine causa facta non valet. debet etiam vti cesione, non autem traditione: quia incorporalia non traduntur, sed ceduntur, & in translatione rei incorporalis requiruntur ista duo, scilicet, titulus & cesio: non tantum alterum istorum duorum. Ad secundum, scilicet, videre vtrum ista cesio facta in nostro instrumento sit voluntaria, an necessaria? & dico quòd est voluntaria, non autem necessaria: quia illud non est necessarium, sine quo quod agitur stare potest: sed ista venditio potest esse sine ista cesione, ergo relinquitur quòd sit voluntaria. nam licet non esset dictū aliquid de seruitute in instrumento, ipsa tamen seruitus intelligitur esse vendita: quia vnaquæque res intelligitur esse vendita cum suo onere, & grauamine, & sua causa, id est, vtilitate, ad quemcunque dominium peruenerit: siue res debeat seruitutem, siue subiecta sit conditioni seruitutis, seu seruitutem recipere debeat semper transit cum suis omnibus iuribus, sequens more infirmi. Nam Aurora similitudinariè loquitur, & dicit: Sicut infirmus, quocunque vadat, secum portat languorem: ita seruitus semper sequitur rem, cui debetur, quocunque vadat, id est, ad quemcunque dominium perueniat: nam seruitus incorporata intelligitur rei, cui imponitur. Si cesio est voluntaria, ad quid operatur, seu quia fuit apposita in instrumento? dico quòd multis rationibus. Prima ratio talis est, ne oriatur quæstio inter emptorem & vicinum: quia faciliter verti posset, quia vicinus vellet fortè eleuare domum suam: & si eleuaret, domus vendita luminibus offuscaretur, ita quòd emptor non vult, dicendo quòd habet seruitutem altius non tollendi: & vicinus negat, & sic sunt in quæstione. quia non est expressum, & si esset expressum, fortè non esset quæstio: quia esset præsumptio, non autem probatio: quia emptor debet habere seruitutem aduersus rem vicini. Secunda ratio est, ne oriatur quæstio inter emptorem & venditorem: quia fortè diceret emptor venditori, tu vendidisti mihi talem seruitutem, ille fortè

Cesio in præsenti instrumento an sit voluntaria vel necessaria.

forte negaret.& sic essent in quæstione, si non esset expressum in instrumẽto. Tertia ratio est quia magis timentur expressa quã tacita, vt suprà in illo instrumento ven.rei siue rerum cum quibusdã adiacentibus & pertinẽtibus. Quarta ratio est, quia emptor non posset agere de euictione seruitute euicta contra venditorem, nisi expressa fuisset in instrumento seruitus: quia posset dicere venditor, Aut tu dicis ꝙ huic domui venditæ vel alteri rei debebatur seruitus, aut non? Si vis dicere quòd debebatur, & ego etiã volo dicere. sed quare dimisisti tu euictione, tibi facta fuit violentia, de violentia ego non teneor. Si vis dicere quòd non debebatur habere, quid ergo tibi facit iniuriam, qui vtitur iure suo. Nam nemini iniuriam facit, qui vtitur iure suo. Etiam erit vtile pro te bene declarare quæ partes exprimunt contrahendo. Nam summa bonitas inter cunctos mortales diffusius peruolabit. Ad tertium, scilicet, nunquid cessio facta in nostro instrumento valeat? Sed quæ est ratio dubitationis? Dubitationis ratio est ista, quia cessio sine causà non valet: sed ista est facta sine causa, ergo non valet: quia hic in litera non est causa venditionis nec alterius contractus. Dicendum est ꝙ valet, & est cum causa, scilicet, venditionis, ex qua res principalis intelligitur esse vendita. Vel posset sic opponere, videtur quòd non valeat: quia ibi non oportet pretium, quomodo ista cessio cedatur alteri, & est sine pactis & sine causa, ergo non valet: quia sine re & pretio, &c. & ista est ratio dubitationis. respondeo quòd ista cessio valet & tenet, quia fit illo pretio, quo venditur principalis: quia seruitus semper transit cũ re, cum qua est applicata & conuenta, id est, cum qua habet pactum conuentionis, quãuis non dicatur, vt suprà. Sed ad tollẽdum omnes dubitationes adde alteram, vbi dicitur, Insuper dictus venditor. adde ex causa vend. & pretij supradicti dedit, & cessit, &c. & sic propter illa verba remouetur & tollitur omnis quæstio. Ad quartum, scilicet, videre si venditor dixit vitium abesse, quod erat, & bonitatem adesse, quæ non erat, quid iuris, nunquid venditor teneatur? distingue: quia aut dixit animo commendandi & laudandi rem suam, aut animo obligandi se. Sed quomodo possumus nos cognoscere animum? Respondeo quòd per exteriora intrinseca demonstrantur, vt in Institut. de rerum diui. §. pauonum: seu in §. in his autem. Si non dixit

Cessio facta in præsenti instrumẽto an valeat.

Qualiter vẽditor teneatur de vitio rei venditæ.

animo obligandi se, sed animo commendandi: quia tu volebas emere vnum librũ, vel vnam aliam rem, dixit venditor, ô emptor, ego dico tibi quòd iste est melior liber & magis correctus, qui sit in ciuitate Bono. neminem excludendo: modo ista verba non faciunt ad obligandum, sed ad cõmendandum siue laudandum, & sic non tenetur: quia vnicuique licitum est cõmendare rem suam. Si verò dixit animo obligandi se: quia dixit venditor, ô emptor, ista domus, quam ego vẽdo tibi, habet istam seruitutẽ aduersus domum vicini: quia non potest altius eleuari, ne ista domus vendita luminibus officiat. & tunc indistinctè tenetur & obligatur. Sed in quantum distingue: quia aut dixit scienter, aut ignorãter. Si scienter dixit vitium rei abesse, quod erat: vel bonitatem adesse, quæ non erat, tunc tenetur ad omne damnum, & interesse. Si ignoranter, & tunc non tenetur.

Venditio partis pro indiuiso rei alicuius.

ANtonius dedit, vendidit & tradidit iure proprio in perpetuum Cor. pro se & suis hęredibus recipienti & ementi, medietatem pro indiuiso vnius petiæ terræ pratiuę positæ in curte talis villæ, vel in tali loco, cuius talis petię terrę sunt cõfines, &c. quam petiam terrę possidebat pro indiuiso cum Iaco. ad ha. te. pos. & quicquid sibi & suis hęredibus placuerit deinceps perpetuò faciendum, cum omnibus & singulis, quæ intra prędictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum acces. & egress. suis vsque in viam pu. quãtum ad ipsam medietatem pro indiuiso spectat, & cum omnibus & singulis quæ pro ipsa medietate indiuisa habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum omníque iure, actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea vel pro ea parte vendita modo aliquo pertinente, Pro pretio quinquaginta lib. Bon. quod pretium idem venditor contentus & confessus fuit se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, & exceptioni non dati, & non soluti pretij omnino renuntians. Quam rem pro dicta parte vendita, idem venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsius rei pro eadem parte vendita possessionẽ acceperit corporalẽ, quam accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps ei licẽtiam omnimodam dedit: Promittens per se & suos hęredes dicto emptori pro se & suis hæredibus stipu-

ftipul. litem vel controuerſiam ei vel heredibus de dicta re vendita vllo tempore non inferre, nec inferenti conſentire, ſed ipſam rem venditam ei & ſuis hæredibus ab omni homine & vniuerſitate legitimè defendere, &c. vt ſuprà in primo inſtrumento venditionis.

Inſtrumentum venditionis partis pro indiuiſo alicuius rei. Rubrica.

AVthor noſter dominus Rolan. ponit hîc de venditione rei indiuiſę. Vnde poteſt continuari iſtud inſtrumentum cum ſubſequēti ad ſuperiora iſto modo, de rebus venditis in totum in pręcedētibus inſtrumentis eſt dictum & declaratū. Sed plerunque contingit ꝙ res venditur pro parte indiuiſa, & hoc in iſto inſtrumēto: vel pro parte diuiſa, & hoc in ſequēti. & hoc eſt quod dicunt inſtrumētorū Rubricę. Prima, cū dicit, Vēditionis partis pro indiuiſo. Similiter & ſecunda, cū dicit, Vēditionis partis pro diuiſo. Secūdo modo ſic, & hoc eſt pro prima Rubrica primi inſtrumēti, de rebus venditis, demonſtrans ad oculū quod in pręcedētibus eſt dictum & declaratū, Sed quia plerūque contingit ꝙ res vendita nō poteſt demonſtrari ad oculū, ſed ad intellectū, vt eſt res indiuiſa: ideo de ipſa re indiuiſa loco pręſenti eſt dicendū. hoc eſt, quod dicit Rubrica noſtra, cū dicit, partis pro indiuiſo. Res indiuiſa eſt, in qua plures domini pluribus iuribus quilibet pro ſuo cōiunctum dominium habent. Caſum inſtrumēti ſatis breuiter ex litera ſumere potes: ideo omittitur in præſenti loco. Iſtud inſtrumētum de venditione tractat, & habet ſex capitula ſicut alia de venditione tractantia. Primum eſt contrahentium. Secundum rei venditæ. Tertium pretij. Quartum traditionis rei. Quintum promiſsionis de legitima defenſione. Sextum & vltimum pœnæ. Circa præſens inſtrumentum quæram quatuor in ordine fore videnda. Primò, vtrum res pro indiuiſo poſsit vendi & alienari. Secundò, qualiter res indiuiſa debeat declarari in inſtrumento à tabellione. Tertiò, qualiter ſunt apponendi confines in iſto inſtrumento. Quartò, qualiter & quomodo verba nimis generalia ſunt reſtringenda in iſto inſtrumento, & ſi non reſtringuntur de iure, nunquid intelligantur fore reſtricta. Ad primum, ſcilicet, vtrum res pro indiuiſo poſsit vendi & alienari? & dico quòd ſic in di-

Ponit caſum. l. falſo tibi. C. de cōmu. re. alie.

stinctione. Sed ratio dubitationis est talis: quia accessit iuuenis ad Iurisconsultum,& coram eo sic quæsiuit: Potest ne res indiuisa vendi,& alienari?cui respondet Iurisconsultus. & dixit quòd non:quia pauca nouit.sic responso iuuenis iuit à dominum Imperatorem,& coram eo sic quæsiuit. Potest ne res indiuisa vendi & alienari?dixit dominus Imperator, certè sic. Sed quare dubitas tu?certè quia quidam Iurisconsultus dixit mihi quòd non poterat vendi & alienari: certe dixit dominus Imperator,malè suasit tibi: Nam ita res indiuisa,sicut diuisa vendi potest. Quia quod iuris est in toto quo ad totum,idem iuris est in parte quo ad partem. Ad secundum, scilicet,qualiter & quomodo debeat declarari res vendita pro indiuiso? dico quòd debet bene declarari quanta sit pars vendita,an medietas,an tertia pars:sed quare,nónne sufficit dicere, vendidit partem vnius domus, quam habet cum Ioanne fratre suo?dico quòd non:quia appellatione partis indistinctè prolatę medietas cõtinetur:& forte nõ haberet nisi tertiam partē,vel quartam,& tunc intelligitur partem,id est,medietatem rei vendidisse. Ad tertium,scilicet, quomodo sint apponendi confines?& dicam quòd debent apponi omnes confines circunstantes,& non vni parti tantum: quia pars diuisa per se non habet confines.Ad quartum,scilicet,restringere quædam verba hic apposita nimis generalia: & dicitur in stipu.medietas vnius petiæ terræ,& posteà prosequitur cũ omnibus & singulis quæ infra prædictos continentur confines,&c.& infra confines, & sic tota res videtur vendita.quod falsum est:tamen tu debes restringere hoc modo,cum omnibus & singulis,quę infra prædictos continentur confines,quantũ spectat ad rem siue partē venditam. Sed nũquid ista verba intelligũtur restricta de iure,quãuis per notariũ nõ restringãtur?dico ꝙ sic:quia cõstat de iure cõtrahentiũ. Vnde hic nota,ꝙ magis sensum quã verba spectam⁹:quia verbũ sine sensu nullũ est,& à sensu sumitur ratio ac discretio rei:vt omnia presumãtur solẽniter facta,siue à viris peritis, siue à dominis tabellionib⁹.Cõtinuato nostro instrumẽto ad superiora per instrumẽtũ prędictũ videamus casus positionē, vt plenã instrumenti nostri materiam habeamus. Casus in terminis talis est: Quidam An.habebat quandam domum pro indiuiso cum Ioanne fratre suo,modò diuiserunt eam signis,& cum carbone, vel alio signo: modò iste Antonius

vna

vendidit istam partem suam domus positam in tali loco infra tales confines cuidam Cora. & promisit eam legitimè defendere & authorizare sub pœna centum lib. & obligatione bonorum & expens. &c.

Venditio partis pro diuiso.

ANtonius dedit, vendi. & tra. iure proprio in perpetuũ Cor. pro se & suis hæredibus recipiẽti & ementi tertiã partem cuiusdã domus positæ in viuario, cuius totalis domus tales dicuntur esse confines: à mane possidet Ia. à Meridie Pe. à sero Phi. à Septentrione est via publi. s. dictã tertiã partẽ ipsius domus à latere mane iuxta prædictũ Iacobũ, prout termini in anteriori & posteriori muro positi diffiniunt, & designant, quæ pars tertia est in anteriori facie latitudinis v. pedum, & posteriori totidem, siue trium pedum & totidem vnciarum ad haben. te. & pos. & quicquid sibi & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendũ, & cũ omnibus & singulis, quæ infra prædictos cõfines & terminos prædictæ partis venditæ continentur, vel alios si qui forent, cum accessibus & egres. suis vsque in viam pub. & cum omnibus & singulis quæ ipsa pars vendita habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum omnique iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi pro ipsa re aut ipsi rei venditæ modo aliquo pertinente, Pro pretio, &c. vt suprà in instrumento venditionis.

Instrumentum venditionis partis pro diuiso alicuius rei. Rubr.

CIrca hoc instrumentum quærã duo in ordine fore notanda. Primò in quibus prædiis habet locum casus præsentis instrumenti. Secundò, qualiter res diuisa debeat in instrumento declarari à tabellione. Ad primũ, scilicet, in quibus prædiis habet locum casus nostri instrumenti? Et dico quod dicit Aurora, habet locum in vrbanis prædiis, per hoc quod dicit, vendidit partem tertiam. Nam si esset rusticum prædium, dixisset, vendidit vnam petiam terræ, & non partem prædij, nec partem petiæ terræ: quia rusticum prædium signis, id est, terminis diuisum quodlibet eorum est, prædium, & fundus per se manet, dicit Aurora. Sola patrisfa. destinatio facit prædium rusticum: quod sic non est in vrbano *Præsens instrumẽtũ in quibus prædiis habet locum.*

prædio

prædio, causa est ista: quia quãuis prędium vrbanũ, vt domus sit signis diuisum, non est propterea quęlibet pars, prædiũ. nã non possunt de vno prædio vrbano duo prædia vrbana cõfici tantũ signis, nisi murus vel paries interponatur in medio, nec ecõuerso: quia nõ potest fieri de duobus prædiis vrbanis vnũ nisi paries, vel murus tollatur de medio: ergo per prædicta valet quod loquitur de vrbano prædio. Ad secundũ, scilicet; qualiter res vendita debeat declarari in instrumento? & dico ꝙ debet optimè declarari. s. quot pedũ sit, & quot vnciarũ. Nam posset esse, quòd vna domus tantùm est melior à parte anteriori, quàm à parte posteriori, vtputà quia à parte anteriori est ædificata turris, vel domus balchionata, vel est ibi aliqua statio: ita quòd octo pedes à parte anteriori valent duodecim pedes à parte posteriori: & diuideretur non solùm cum suo fratre, sed etiam cum alio, cũ quo haberet illã rem communẽ: & reperiretur pro medietate domus octo pedum: cùm in rei veritate tantũ valent, quantũ duodecim de parte posteriori fratris sui: & posteà vendidit partem suã octo pedum alicui: & notariũ dixit in instrumento, & vendidit medietatem. & nõ declarauit rem, neque partem venditam per pedes & vncias, sicut debuit declarare: & posteà emptor fecit mensurare, & in mensuratione non reperiuntur nisi octo pedes, licet sit vendita medietas ad valorem bonitatis. ille emptor optimè poterit agere contra illũ nõ obstante illa mẽsuratione ad omne suũ damnũ & interesse, & quòd non sibi dedit medietatem domus prout dare promisit & conuenit, vt in instrumento venditionis ipsius rei continetur. Vnde author noster dominus Roland. in nostro instrumento declarauit optimè, scilicet, quãta sit pars vendita per pedes & vncia rei pro indiuiso venditæ. Et dicit quòd possunt apponi cõfines totius, vel partis rei venditæ tantũ: de isto instrumento tantum, tertiũ generale tantũ posset apponi, scilicet quòd in instrumento ponatur persona, cum qua diuisit rem, &c.

Res vendita in instrumẽto qualiter debet declarari.

Venditio rei, cuius pars est propria, & pars condititia, quam velint partes exprimi in contractu, à procuratore facta.

ANtonius procurator Phi. ab ipso specialiter constitutus ad infrascriptæ rei vẽditionem, & ad omnia & singula infrascripta facienda, vt patet in instrumento

mẽto ſcripto manu talis notarij procuratorio nomine ipſius Phi.dedit vendi.& tra.Co.pro ſe & ſuis hæredibus recipienti & ementi petiam vnam terræ vineatæ poſitam in Barbiano,in loco qui dicitur Vallis,quam eſſe dixit & couenit x. tor.Salua ratione pluris minoríſue,& eiuſdẽ tales eſſe confines:à mane cuius poſsidet Iaco.à Meridie P.à ſero & à Septẽtrione ſunt viæ pub.ſcilicet,tres tor.ex dicta vinea verſus mane iuxta dictum Ia.iure emphyteoticæ conditionis, penſionis,renouationis debendæ eccleſiæ ſancti Proculi.Reſiduum verò dictæ vineæ iure proprio,ad ha.te.poſ. & quicquid ſibi, & ſuis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum, cum omnibus & ſingulis,quæ intra prædictos continentur confines,vel alios,ſi qui forent,cum acceſ.& egreſ.ſuis vſque in viam publicam, & cum omnibus & ſingulis, quæ habet ſupra ſe,vel infra ſe,ſeu intra ſe, integrum omnique iure, actione,vſu,ſeu requiſitione ipſi rei modo aliquo pertinente, pro pretio xxx.libr.Bonon.pro qualibet tor. quod capit in ſumma cclxx. lib. Bonon. quod pretium confeſſus & contentus fuit dictus procurator procuratorio nomine dicti Philippi ab ipſo Cor. habuiſſe & recepiſſe, & exceptioni ſibi non dati,& non ſoluti pretij omnino renuntians.Quam rem idem An,procuratorio nomine ipſius Phi. ſe pro ipſo Cora.& eius nomine conſtituit poſsidere, donec ipſe Cora. ipſius rei poſſeſsionem acceperit corporalem, quam accipiendi ſua authoritate,& retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit:Promittens procuratorio nomine dicti Philip.dicto Cora.pro ſe ſuiſque hæredibus ſtipu. litem vel controuerſiam,&c.vt ſupra in primo inſtrumento venditionis vſque ad bonorum obligationem,& tunc ita dices: Pro quibus omnibus & ſingulis firmiter obſeruandis idem procurator procuratorio nomine ipſius Philippi obligauit dicto Antonio omnia bona dicti Philippi. Et nota quòd ſi partes non dixerint expreſsè quòd ſpecificetur in contractu quæ pars ſit propria,& quæ condititia,tunc pro maiori breuitate dices,dedit,vendidit, & tradidit quod proprium in perpetuum, quod condititium,vnde pertinuerit, ſaluo iure dominij in penſione & renouatione:quia ſi non ſic exprimeres, dubium eſſet an res proprio iure,an condititio venderetur:& ſic lis inde oriri poſſet.

Inſtru

Instrumentum venditionis factæ à procuratore de re, cuius pars est propria, & pars condititia. Rub.

ISTud Instrumentum potest continuari ad superiora altero de duobus modis. Vno modo sic, de rebus, quę venduntur in totum iure proprio, vel in totum iure condititio, in superioribus instrumentis est dictum & declaratum. Sed quia plerunque contingit quòd res venditur partim iure proprio, & partim iure cōdititio, meritò de ipsis rebus loco præsenti est agendum & videndum. hoc est quod dicit Rubr. cum dicit cuius pars est propria, & pars condititia. & isto modo continuatur ex parte rei. Continuatur & secundo modo ex parte venditoris. De venditoribus qui vendunt suo nomine tantùm superiora instrumenta tractant: sed quia plerunque contingit quòd aliquis vendit nomine alterius meritò de ipsis loco præsenti est videndum: declarat hic Rubrica, cum dicit venditionis factæ à procura. Et ideo tot sunt conuenientiæ & differentiæ à superioribus instrumentis, quot sunt continuationes. Istud instrumentum habet vj. capitula, sicut alia de venditione tractantia. Primum est contrahentium, &c. Casus positionem omitto, quia legendo literam poteris videre. Et circa præsens instrumentum quæram quatuor in ordine fore notanda. Primò, vtrum procurator possit vendere & alienare bona domini sui, & an alienando præiudicet domino suo. Secundò, an venditio facta in casu nostri instrumenti valeat, & quæ sit ratio dubitationis, & duo vtilia dare consilia. Tertiò videre quis teneatur de euictione, an procurator an dominus, an vterque. Quartò quot sunt iura, quibus res venduntur. Ad primum, scilicet, nunquid procurator possit vendere & alienare de rebus domini, vtputà quia constituit procur. ad negotia, nunquid potest alienare de rebus domini, quia non est in præiudicium domini, sed venditoris? certè sic, quòd potest vendere: quia rem alienam vendere quem posse nulla dubitatio est. Sed nunquid potest alienare quod præiudicet domino? certè ad hoc plenè sciendum est quòd Aurora sic distinguit, an procu. possit de rebus domini vendere, & dominium in alterum transferre. Quia aut procurator iste est generalis, aut specialis, aut generalis & specialis simul. Si specialis

Procurator an possit vendere nomine domini, et qualiter id fieri possit.

cialis tantùm,& sic tunc distingue,quia aut est specialis ratione personæ tantùm,vtputà,quia dominus dixit, O Petre, constituo te meum procuratorem specialiter ad vendendũ talem rem Titio,& non alteri personæ,de bonis meis.& tũc iste procu.vendendo illi personæ & non alteri, nocet & præiudicat domino suo.Si verò vendidit alteri personæ: & tunc nõ valet venditio ista,nec tenet,nec præiudicat domino suo: imò dominus poterit agere contra istum procurator, quia excessit fines mandati:& fines mandati diligenter sunt custodiendi,& procurator nõ tenetur excedere fines mandati,&c. Et sic nota quòd procura.non habet plus de potestate in re, quàm sibi tradatur à domino. Regula generalis,tanta est generalis procuratoris potestas ac authoritas,quanta à domino est illi concessa agendi,ac mandati commissio. Sed pone quòd ille Titius,cui dominus commisit rem vendi,non vult rem emere,nunquid poterit procurator isto casu vendere alteri? dicit Aurora quòd non, quia excederet fines mandati: quod facere non debet. Sed ponamus: quòd ille bene vult emere, sed vult pro minori pretio,nunquid iste procurator tenetur dare, vtputà res valet centum, & ille non vult dare nisi quinquaginta & certè nunc distinguendum est,vt valeat venditio:quia aut dominus specificauit pretium,vtputà,quia dominus dixit procuratori suo, vende talem rem tali pro tanto pretio:& tunc non potest eam dare pro minori pretio: & si daret, tenetur domino administrationis actione malè gestæ,vel actione mandati. Si verò dominus non specificauit pretium,tunc iste procurator debet habere bonã fidem, vtputà,quia debet rem vendere iusto pretio, & pro maiori quàm valeat. Si verò est specialis procurator ratione rei tantùm,vtputà,quia dixit dominus procuratori suo, vende talem rem solùm:& ita constituit eum solummodo ad illã rem vendendam tantũ,& non ad plures: & tunc illam rem vendere poterit,& nõ aliam:& illã vendendo nocet & præiudicat domino.Si autẽ est procu.ratione rei & personæ simul, vtputa,quia dixit dominus,vade & vẽde talẽ rẽ,& nõ aliã,solũ tali personæ,& nõ alteri:modo vẽdẽdo illã rẽ illi personæ,de qua habet mãdatũ,nocet & præiudicat domino,quia nõ excedit fines mãdati: Si verò est procu.generalis tãtũ,& tũc distinguẽdũ est: quia aut habet generale mãdatũ cũ plena libera & generali administratione,& tũc potest omnia quę dominus,

scilicet,

scilicet, alienare rem mobilem, & immobilem per liberam administrationem: sed de libera administratione distrahatur dilapidatio, & sumptio, & donatio. Et sunt etiam casus, in quibus exigitur speciale mandatum. Vnde si quidam procur. generalis vellet donare, vel aliam rem domini sui pro minori pretio dare, quàm valeat, non posset facere procurator generalis, nisi habeat ad hoc speciale mandatum. Item non posset vxorem accipere pro pupillo, nisi ad hoc habeat speciale mandatum. Item non posset pacem facere pro pupillo, nisi iterum ad hoc habeat speciale mandatum. Item si vult petere restitutionem pro minori, non potest, nisi ad hoc habeat speciale mandatum. Si autem est procurator generalis tantùm sine libera & generali administratione, & tunc non potest alienare nisi de tribus, quæ seruando seruari non possunt, vt vinũ, frumentũ, oleum, & similia. Item potest locare terras, & vineas, & huiusmodi, tamẽ alienare nec vendere potest res, quæ seruando seruari possunt, vt prædium, vt suprà dixi, nisi habeat mandatum à domino. Si vero est specialis & generalis simul, & tunc etiam potest facere omnia, quæ dominus primò debet facere contenta in speciali mandato. Secundo debet deuenire ad genus, & omnia generaliter facere quod dicit Aurora, per speciem generi derogatur: vnde datur tale exemplum. Quidam iuit Bono. ad studendum, & dimisit quendam suum procura. specialem & generalem specialem, hoc modo, ô Petre, ego constituo te meum procur. generalem, ad omnia mea bona, vt tantum posis de bonis meis vendere, quo posim viuere in studio, scilicet, Flo.

Venditio facta in casu huius instrumenti an valeat.

Ad secundum, scilicet, nunquid venditio facta in casu nostri instrumenti valeat, & teneat, & quæ sit ratio dubitationis, est dare duo consilia. & dico quòd ista venditio valet: quia in textu nostri instrumenti apparet quomodo iste est procur. specialis ratione rei, scilicet, ad vendendum vnam rem tantum, & bene obseruauerit fines mandati: quia illam rem vendit, & non aliam. Modo videamus duo consilia, quorum primum tale est: Si quidam venit ad te, & petit consilium, vtrum ipse posit emere talem rem à tali, qui asserit se esse procuratorem talis domini: & tu debes tunc dicere ei dabo tibi optimum consilium: apporta mihi instrumentum procurationis, in quo continetur quomodo ipse est procurator: tali habito instrumento videas vtrum sit procur. generalis

vel

vel specialis ad vendendum illam rem an sit procura. specialis ad illam rem vendendam isti, qui petit consilium an alteri q[u]i velit emere, & an appareat in instrumẽto quòd debeat ist[i] vendere tantum, & non alteri. Et tunc sibi da consilium, quòd securè emat: quoniam tunc procurator securè agit in persona domini sui, & vigore mandati specialis venditio remanet. Si verò inuenies in instrumẽto ꝙ procurator nõ possit vendere illam rem, dicas ei ꝙ nõ potest vendere. Si tamen apparet in instrumento, ꝙ sit generalis cũ plena administratione ad vendendũ de bonis domini, de quibus ipse voluerit: & tunc cõsulas, auxiliũ postulanti, ꝙ emat illam rem securè. Et aliud consilium est, quòd ille qui emit, habeat instrumentum procurationis insinuatũ corã iudice, & ꝙ ibi sint plures notarij, qui se subscribant: sic bene dicitur in x. capitu. dicam enim sicut iste procurator est generalis cum plena, libera, & speciali administratione ad illam rem cõstitutus à tali, secundum quod in primo instrumento procuratoris cauetur, & hîc quæritur, quia lex dicit quotiescunque in aliquo documento alterius documenti feceris mentionẽ, non adhibetur fides illi instrumẽto, in quo fit mẽtio, nisi opporteat illud, de quo principali mentio facta est. & ideo creditur instrumento vẽditionis, in quo fieret mentio, sicut iste procu. videtur, nisi istud instrumentũ procurationis repræsentaretur de quo principaliter facta est mentio. Ad tertiũ, scilicet si procur. vendit, quis teneatur de euictione, an dominus, an procurator, an vterque, & qui? dico quòd dominus tenetur de euictione semper: quia procur. vendit, & ipse dominus vendere videtur. Nam dicit Aurora: qui per alium facit, per seipsum facere videtur, vt Institu. de re. diui. §. nihil. & de iure natura. §. lex, in gl. super illo §. signata. Sed nunquid procura. tenetur de euictione? distinguendũ est: quia aut promisit de euictione, aut dixit se nolle teneri, aut nihil dictum fuit. Si promisit, & fuit dictum ꝙ teneatur de euictione, & tunc tenetur. Si autem non promisit, quomodo ego vendo istam rem tibi, sed nunquã volo de euictione teneri: modò per istud pactum non tenetur, quia pactũ frãgit legem. Si autem nihil dictum est, & tunc ipse tenetur de iure, quia semper de euictione tenetur, siue vendit suo nomine, siue nomine alieno, nisi sit dictum, vt suprà tenetur de euictione durante procuratione, & ea finita, quod secus est in tutore: quia non tenetur de euictione tutor nec curator, nisi

Procuratore vendẽte quis teneatur de euictione.

durante tutela. Sed quæ est ratio, quia tutela est necessaria, sed procuratoria est voluntaria:& qui voluntariè se obligat, semper tenetur:& quia tutor &curator sint necessarij,ideo tenentur solùm ad.d. Ad quartum,scilicet quot sint iura, quibus omnes res de mundo venduntur ? & dico quòd sunt duo, scilicet ius proprium,& ius condititiũ:& de iure sunt v.scilicet ius propriũ.Aliquando,enim venditur res iure subincerto.Aliquando partim iure proprio & partim iure cõditio. & istud adhuc subdiuiditur:quia aut scitur, quæ & quanta sit pars condititia:aut nescitur, quæ sit pars condititia, & quæ sit pars propria.Nam potest vendi res nisi aliquo istorũ quinque modorum siue iurium, aut iure proprio,aut iure condititio, aut iure subincerto, aut iure partim proprio, & partim condititio:& istud ius est duplex,quia aut scitur, quæ & quãta sit res propria & condititia.& istud est vnum ius,& tũc ita dicas. Si proprium,in perpetuum:si cõdititium,vnde pertinuerit.aut nescitur quæ & quanta sit propria nisi condititia,& istud est aliud ius.& tunc ita dices, quod proprium,in perpetuum:quod condititium,vnde pertinuerit. Ad quintũ, scilicet si venditor declarauit seruitutẽ, cui res vendita subiecta est,an teneatur?dico quòd si emptor sciuerit:quòd tunc non tenetur. Nam non videtur deceptus, qui sciuit: nec debuit certiorari,qui non ignorauit. Sed ad quid tenetur? distingue:quia aut seruitutem vel vitium sciebat, aut nõ:si sciebat,& tunc tenetur ad omne damnum & interesse: si autem ignorabat, tunc tenetur actione quanto minoris vel redhibitoria,

Venditor an teneatur, si declarauit seruitutẽ.

Venditio ædificij vel domus facta ab aliquo pro se ac nomine alterius absentis alicui procuratorio nomine ementi.

ANtonius pro se & vice, & nomine Phi. & Micha.eius fratrum dedit, vendidit, & tradidit Cor.procuratori Titij ad hãc emptionem,pretij solutionẽ, & omnia & singula infrascripta faciẽda & recipienda specialiter constituto, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij procuratorio nomine pro ipso recipienti & ementi ædificiũ vnius domus situm supra terrenum ecclesiæ sancti Ioannis in Monte,in parochia sanctę Luciæ,in cõtrata,quæ dicitur Cãpus,cuius ædificij,

ficij,& soli,supra quod situm est idem ædificium, tales dixit esse confines:ab vno latere possidet talis,ab alio talis, à tertio & quarto talis,ad ha.tenē.pos.& quicquid dicto Titio, & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciē.Iñ, cū omnibus & singulis ad ipsum ædificiū,spectantibus,& cū omni in re & actione sibi pro ipso ædificio,aut ipsi ędificio pertinētibus. Salno tamen iure dictæ ecclesiæ sancti Io.in dicto ædificio & terreno pro pensione ex ipso terreno debenda, quæ est & esse debet singulis annis x.sol.Bo.Pro pretio xx.lib. Bo.quod pretiū dictus venditor cōfessus & cōtentus fuit se ab ipso Cor.procuratorio nomine dicti Titij soluēte habuisse & recepisse,exceptioni sibi non dati,& non soluti pretij omnino renuntians. Quod ædificiū idem vēditor se nomine ipsius Cor.procu. dicti Titij constituit possidere, donec ipsius rei idem Cor. pro dicto Titio aut idem Titius possessionem acceperit corporalem,quam accipiendi & retinendi sua authoritate deinceps ei licentiam omnimodā dedit: Promittens per se & suos hæredes dicto Cor.procuratorio nomine dicti Titij stipu. litem vel cōtrouersiam dicto Titio aut eius hæredibus de dicta re vllo tempore non inferre,nec inferenti cōsentire, sed ipsam rem venditam dicto Titio & eius hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere,authorizare,& desbrigare,& prædictam venditionem & omnia & singula suprascripta,&c.vt suprà in primo instrumento venditionis.

Instrumentum venditionis ædificij facta ab aliquo pro se,& vice,& nomine alicuius vel aliquorum absentiū procuratori alicuius procuratorio nomine ementi. Rubrica.

ISTUD instrumentum continuatur ad superiora ista forma. Nam suprà vidimus de tutoribus & curatoribus, vendentibus nomine alieno. Sed quia plerunque contingit quòd procura. emit alieno nomine, meritò de ipsis procuratoribus loco præsenti est agendum & videndum. declarat hæc rubr. cùm dicit, procuratorio nomine ementi. Continuatur & secundo modo sic, ratione venditoris: de venditoribus vendentibus suo nomine tantum in superioribus instrumentis est dictum & declaratum, sed quia plerūque contingit quòd aliquis vendit suo nomine & vice, & nomine

aliorum: ideo de ipsis loco præsenti est videndū. hoc est quod dicit rubrica, cùm dicit. Instrumentum venditionis ædificij domus factæ ab aliquo pro se, & vice, & nomine alicuius vel aliquorū. Continuatur & tertio modo ex parte rei vēditæ, de rebus, quæ vēduntur quo ad dominiū vel vsumfructū, & proprietatē superiora instrumēta docuerūt: sed quia quādoq; venduntur res quo ad vsumfructū tantū, ideo de ipsis rebus loco presenti est vidēdū, Quot enim sunt cōstitutiones istius instrumenti, tot sunt differentiæ ad alia instrumēta. Istud instrumētum habet sex capitula, sicut & alia de venditione tractantia. Primum est cōtrahentiū, &c. vt suprà. Casus positionē omitto: quia in litera satis patet, & poteris per te videre. Circa istud instrumentū quæram quatuor in ordine fore notanda. Primò, nūquid quis possit vendere rem cōmunē sibi & aliis. Secundò, an frater possit rē fratris vēdere, scilicet rē cōmunē. Tertiò, nunquid quis possit emere per procur. & quid acquiratur isti procur. & quid isti domino. Quartò, videre de ædificio domus, & circa idem duo quærā, Primò, de superficiario & terrenario. Secūdò, quod ius habeat superficiarius in terreno, & terrenarius in superficie, & ad quid teneatur vnus alteri, & ecōtrà. Ad primū, scilicet nunquid quis possit vēdere rē cōmunē sibi & aliis? & ad ejus euidentiā sic est distinguendū: quia aut ipse vult vēdere tanquā tutor, aut tanquā curator, aut tanquā procur. aut tāquā negotiorū gestor, aut tanquā socius, aut tanquā cohæres. Si vult vendere tanquā tutor, & tūc subdistingue: Quia aut vult vēdere ea, quæ seruando seruari non possunt, vt vinū, oleū, &c. & tūc bene potest vēdere; imò tenetur aliàs, si destrueretur: quia vinū nō potest vltra æstatē seruari, destrueretur sui culpa, & est eius periculū, propter illam authenticā, quæ sic dicit. Quos tutores & curatores, qui bona pupillorū & adultorū geritis & administratis, eorū bona cōgruis & debitis tēporibus distrahatis; alioquin si res periret, vestro periret periculo. hæc authoritas tenet in his, quæ subito accidente siue casu fortunæ pereunt: cùm nemo repentinos casus effugere possit. Aut vult vendere, ea quæ seruando seruari possunt, vt est domus, terra, vinea, & palatium: & tunc aut facit cum solennitatibus, aut sine: si cum solennitatibus & tunc potest: si verò sine, & tunc non potest. Si autem vult vendere tanquam curator adulti: & tunc dicas ita quemadmodum de tutore. Si autem vult vendere tanquam procurator:

An quis possit vendere rem, quā habet cōmunem cum alio.

curator:& tunc dicas prout habuisti in præcedēti instrumento venditionis factæ à procuratore de re, cuius pars est propria & pars condititia, quæ debet exprimi inter partes, dicendo: quia aut est procurator generalis tātum, aut specialis tantum, aut generalis & specialis simul: & sic distingue, vt suprà. Si verò vult vendere tanquam negotiorum gestor, & tunc distinguendum est: quia aut vendit suo nomine tantum, aut alieno nomine tantum, aut suo, & vice, & nomine aliorum. Si vendit suo nomine & aliorum, tunc subdistingue: quia aut facit vtiliter, & tunc coguntur habere ratum: quia quòd meo nomine vtiliter gestum est, id ratum habere cogor: aut inutilis mihimet fierem, quod non prudentis, sed insipientis est. Si autem facit inutiliter, & tunc possunt habere ratum, si volunt: sed si nolunt, non coguntur: quia quod meo nomine inutiliter gestum est, id ratum habere non cogor: quia nemo sibi inutilis fieri debet. Et quòd dico, nō coguntur habere ratum, hoc verum est qui rem meam ab emptore poterat vendica. sed emptor poterit agere contra me ad omne suum damnum & interesse: & venditor poterit agere contra illos, vt teneantur habere ratum: & sic per quoddam obliquū habeo ratum, quod non habuisset. Si autem vendit suo nomine tantum, & tunc ipsi non possunt habere ratum, si volunt: quia quod meo nomine gestum non est, id ratum habere non cogor siue possim. Si vero vult vendere tanquam socius, tunc optimè potest vendere, quod socius non potest, siue poterit, habere regressum ad rem, nisi ad suam partem. Fallit tamen in duobus casibus, in quibus secus potest habere regressum, vel vult ad rem, vel vult ad pretium. Primus casus est, quando vni ex sociis prohibita est alienatio ab aliis sociis, vt quia non venderet rem, & iste vendidit, tunc non præiudicat aliis, quin possint habere regressum vel ad rem, vel ad pretium. Secundus casus est, quando fraudis consilium interfit, scilicet quia ille vendidit, & dixit emptori, do tibi istam rem pro minori pretio quàm valeat, vt lucrum inter me & te veniat diuidendū. & ratio est: quia socius socio præiudicat vendendo rem communem: socij adinuicem sunt procuratores. Si enim vendit tanquam cohæres, & tunc vendendo præiudicat cohæredi, quo minus cohæres possit habere regressum, vel velit ad rem vel velit ad pretium. Fallit tamen in duobus casibus, in quibus cohæredi præ-

iudicat, quòd non potest habere regressum, nisi ad suam partem pretij. Primus casus est, quando putabat se solùm esse hæredem, & non habere cohæredem, vtputa, quidam moritur, & facit testamentum, legans me suum vtilem hæredem: & posteà cùm ego absento me, ipse aliud conficit testamentum, in quo alium dimittit hæredem mecum, vtputà, talem: modò vendo aliquid iste tenetur habere ratum, & non potest habere regressum nisi ad suam partem pretij. Secundus casus est, quando res est ab emptore præscripta vel vsucapta, vt si cohæres vendit vnam rem, & stetit emptor per viginti vel triginta annos posidendo eam, & alius cohæres venit ad eum socium, dicens: da mihi rem. dicit hæres est iam vsucapta vel præscripta. Et idem posses dicere, quòd idem ius sit in aliis sociis suprascriptis in vendentibus de isto vltimo casu, scilicet, quando res est ab emptore præscripta vel vsucapta. Ad secundum principale membrum, scilicet, an frater posit rem fratris sui vendere, scilicet, rem communem sibi & fratri? & dico quòd sic: quia rem alienam vendere quem posse nulla dubitatio est. sed alienare non potest iste frater, nisi pro parte sua: quia dominus non est rei fratris. Et nemo potest plus iuris in alium transferre, quàm in se habeat. Optime enim patet quòd potuit alienare res fratris in instrumento: quia pro se, & vice, & nomine fratris sui vendidit & vtiliter: & sic patet quòd frater cogitur venditionem ratam habere: quia gestum est suo nomine vtiliter. Ad tertium principale membrum, scilicet, nunquid quis posit emere per procurat. & dico quòd sic: quia etiam per nos possumus & procuratores nostros, vt Institut. per quas personas nobis acquiri. in glos. prima. Sed quid acquiritur procuratori ementi rem? dico quòd acquiritur solùm vnum, scilicet, actio de euictione. Domino autem, cuius nomine emptum est, acquiruntur duo, scilicet, dominium & possessio, actio autem de euictione non: quia per liberam personam nostro iuri non subiectam nobis actio non acquiritur. Sed procur. cedere tenetur actionem de euictione domino: sed si nón vult cedere, compellitur iudicis officio: & si procur. aufugerit dolo, & tunc datur in subsidium domino à lege vtilis actio de euictione. Item potest quis emere per nuntium, & nihil nuntio acquiritur, sed domino tria

Frater an posit vendere rem fratris.

Emptio an posit fieri per procuratorem.

acquiruntur, scilicet; dominium, possessio, & actio de... ctione. & idem nuntius concipere potest in personam ...mini, dicens: vis tu vendere Nicolao domini Petri domum tuam? & non debet dicere in personam suam; quia nuntius est tanquam pica; & velut organum referens verba domini. Ad quartum principale, scilicet, videre de superficiario, & circa ipsum quærere duo. Primò, quis sit superficiarius, & quis terrenarius: & quæ iura habet superficiarius in terreno; & quæ iura habeat terrenarius in superficie. Secundò, nunquid teneatur superficiarius denuntiare, si vult vendere superficiem? Ad primum, scilicet, quis sit superficiarius: dico quòd superficiarius est ille, qui accipit terrenum ad superficiem faciendam. Sed terrenarius est ille, qui dat terrenum ad superficiem faciendam. Sed quæ iura habet superficiarius in terreno? dico quòd habet naturalem possessionem, quæ corpore detinetur, & pedibus conculcatur. Item habet vtile dominium, non autem directum. Item habet ius retinendi possessionem, si aliquis vellet ipsum expellere de possessione. Item habet ius recuperandæ possessionis, si esset expulsus extrà. Item habet ius accusandi damnum dantes. Sed quæ iura habet terrenarius in superficie? dico quòd habet duo iura. Primum est, quòd habet ius expellendi superficiarium, si à soluenda mercede cessaret. Secundum ius habet, vt ille teneatur ei denuntiare si vendere vult superficiē suam. Item habet ius accusandi damnum dantes: in terreno autem suo habet naturalem possessionem, quæ animo detinetur. Ciuilis autem possessio penes superficiarium est. Sed nunquid teneatur superficiarius denuntiare domino, si vult vendere superficiē suam? & in hoc dico ꝙ sunt iura sibi adinuicem repugnātia. Nā in prima parte differunt: quidā dicunt ꝙ nō habet denuntiare, si nō vult. In alia parte differunt, ꝙ tenetur denuntiare terrenario, si vult vendere superficiē ad similitudinē emphyteoticę; & ista videtur verior: & dico ꝙ habet denuntiare ven. ei terrenario pro pretio cōpetenti, si vult emere terrenarius: & si dicit, nolo emere, potest vendere cui vult. Si autem dicet, volo emere, sed volo deliberare: & tunc cum cogitur per spatium duorum mensium præstolari: & tunc si vellet emere, cogitur dare ei. Si nollet emere, sed responderit detinendo: & tunc potest vendere cui vult duo-

Superficiarius quis dicatur de hoc habet ff. ti. de superficiebus.

Superficiarius si vult vendere superficiem an teneatur denūtiare domino.

rum mensium transacto spatio, nisi ritus patriæ & statuta locorum aliter habeant. Et idem dico de terrenario in omnibus & per omnia: nam eodem modo tenetur terrenarius denuntiare superficiario, si vult vendere suum terrenũ, & eum expectare per duos menses, vt suprà dictum est.

Tutor quæ seruare debet in venditione rei pupillaris.

QVia hæc circa rei pupillaris venditionem considerãda sunt, notandũ & attendendum est diligenter, Quòd res pupilli vendi debent ob æs alienũ, aut ob euidentem vtilitatem pupilli, causa cognita quòd ita sit. Et quòd nõ sint res mobiles in hæreditate cõmodè vendendæ: & quòd subhastentur res legitimè, id est, publicè præconizentur, in palatio cõmuni, aut in cõtrata, vbi sita est res, siue in contrata vbi habitat pupillus: vt plus offerenti detur: & quòd pręsens sit creditor, qui recepturus est pecuniam pretij, si venditur ob æs alienum: aut quòd causa quare venditur assignetur, & quòd ipsa venditio fiat coram potestate, vel iudice, decretum & authoritatem interponente.

Venditio facta à tutore de re pupillari.

CVm Hæregitus pupillus filius & hæres quondam P. teneretur hæreditario debito cẽtũ lib. Bon. dominæ Iacobæ matri suæ, pro dotibus suis ex instrumẽto scripto manu talis notarij. Itẽ in x. lib. Bon. ipsi matri suæ à dicto eius patre iure legati in ei⁹ testamẽto relictis, scripto manu talis notarij. Et vrgẽte ipsa creditrice creditum sibi solui, oporteret pro ipso debito persoluẽdo aliqua ex dicti pupilli possessionibus vẽdi, eo quòd in ipsius hæreditate aliquæ res mobiles commodè vendendæ ad ipsius debiti satisfactionem non essent, & infra scriptam rem vendere potius quàm alteram ex possessionibus dicti pupilli, tam ratione pretij quàm ratione vsusfructus, vtilius sit eidem: atque infrascripta re legitimè subhastata non apparuit quisquam alius præter infrascriptum emptorem qui plus infrascripto pretio offerret vel dare vellet: vt de ipsa subhastatione patet pub. scriptura manu talis notarij. De his omnibus & singulis ea ita vera esse domino S. iudici & assessori domini R. de villa potestetis

tis Bon. tam ex inuentarij ostensione quàm alia plenissima fide facta. Idcirco An. tutor dicti pupilli, vt patet eum tutorem esse, tam ex dicto testamento, quàm instrumento super decreto eiusdẽ tutelæ scripto manu talis notarij ante ipsius iudicis præsentiam constitutus: tutorio nomine ipsius pupilli dedit, vendi. & tradi. iure proprio & in perpetuum Corra. pro se & suis hæredibus recipienti & ementi: petiam vnam terræ vineatæ positam in pertinentiis sancti Rophi. in loco qui dicitur Vallis, quam idem tutor esse dixit & conuenit x. tor. ita tamen quòd si plus fuerint, cedat in hanc venditionem emptore pretium addente pro rata, si verò minus, pro rata pretium adimatur vel restituatur, si fuerit exolutũ, & eiusdem tales dicuntur esse confines: ab vno latere possidet talis, ab aliis tribus lateribus sunt viæ pub. ad haben. tenen. pos. & quicquid dicto emptori & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum, cum omnibus & singulis, quæ iura prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum accessibus & egressibus suis vsque in vias pub. & cũ omnibus & singulis, quæ supra se vel infra se, seu intra se in integrum omníque iure & actione, vsu, seu requisitione ipsi pupillo ex dicta re siue ipsi rei modo aliquo pertinẽte, Pro pretio xij. lib. Bon. pro qualibet torna. quod pretium capit in summa clxx. lib. Bon. de quo pretio dictus emptor de mandato prædicti tutoris ibidem, & in præsenti dedit & soluit dictæ dominæ Iacobæ centum lib. Bon. in satisfactionem eius, quod ex legato & dote prædictis à dicto pupillo habere debeat, prout ipsa domina Iacoba confessa & contenta fuit tantam esse quantitatem dicto dotium instrumento ab eo dicto tutori restituto. ibidem quod ex nunc esse voluit inefficax & cancellatum. Residuum verò dicti pretij idem emptor dicto tutori persoluit in vtilitatem dicti pupilli specialiter conuertendum, prout ipse tutor confessus fuit tantam esse quantitatem. Quã rem idẽ tutor tutorio nomine ipsius pupilli se pro ipso emptore & eius nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiẽdi sua autoritate, & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit: promittens tutorio nomine ipsius pupilli dicto emptori pro se & suis hæredibus stip. &c. vt suprà in primo instrumento ven. vsque ad bonorum obligationem: & tunc dices, pro quibus omnibus & singulis firmiter obser-

uandis idem tutor obligauit dicto emptori omnia bona dicti pupilli. Cæterùm ad robur omnium prædictorum dictus iudex prædictæ venditioni, pretij solutioni, & omnibus & singulis suprascriptis, suam & communis Bo. authoritatem interposuit & decretum.

Curator surdi.

ITem nota quòd si contigerit curatorem surdi, & muti, vel furiosi, vel mentecapti rem huiusmodi personarũ vendere. Cùm hoc sit quòd talis curator habeat facere inuẽtarium, & rationem administrationis suæ reddere ad boni Pretoris solertiam & cautelam spectabit, quòd hæ dictæ solennitates in ipsa venditione seruentur, sicut in præcedenti instrumento rei pupillaris: & quòd etiam faciat emptor pro maiori sui securitate hoc fieri à procuratore. Verùm quia huiusmodi venditiones de raro contingunt, huius instrumenti per ordinem series omittitur: & si contigerit, poteritis illud eligere mutatis personis satis leuiter ex prædicto.

Instrumentum venditionis factæ à tutore de re pupilli. Rubrica.

ISstud instrumentum continuatur ad superiora ista forma. De procuratoribus vendentibus & ementibus alieno nomine quædam instrumenta tractarunt: sed quia plerunque contingit quòd tutores vendunt tutorio nomine pupilli, meritò de venditione facta ab eo in præsenti loco est videndum. declarat hæc rubrica, cùm dicit, venditionis factæ à tutore de re pupilli. Nota enim vnam esse differentiam, sicut vna est continuatio. Istud enim instrumentum differt à præcedentibus, etiam vno modo: quia alia instrumenta habent sex capitula, istud autem habet octo. Primum est procemium quoddam, & durat vsque ad §. idcirco dominus Ant. Secundum est contrahentium. Tertium rei venditæ. Quartum pretij. Quintum traditionis rei. Sextum promissionis de legitima defensione: Septimum pœnæ. Octauum & vltimum decreti iudicis interuenientibus. Et hoc incipit ibi, insuper ad robur omnium prædictorum. Casus

positionem omitto, quia patet legendo literam. Et circa istud instrumẽtum multa essent videnda, de quibus nihil ad præsens, quoniam de his ad plenum dicetur in tractatu notularum sub rubrica de inutilibus contractibus ratione rerum in primo §. in quo continetur, quòd tria requiruntur ad hoc vt res pupilli possit vendi & alienari, scilicet, causa legitima, tutoris authoritas, & iudicis decretum, vt infrà habebitur in loco prædicto, sine tutoris authoritate, & iudicis decreto, res pupillaris vendi non potest. Alioquin fieret venditio in in pupilli fraudem, & venditio veniret rescindenda. Sed tamen duo videamus. Primò opponere ad nostrum instrumentum. Secundò exponere notam in fine instrumenti contentam. Ad primum, scilicet opponere ad instrumentum nostrum: & hoc si videtur instrumentum non valere. Nam dicitur in tractatu notularum quòd quatuor sunt necessaria in alienatione rei pupillaris, scilicet causa legitima, decretum iudicis, tutoris authoritas, & subhastatio, id est, præconizatio. sed hic non est curatoris authoritas: quia quotiescunque aliquid debet fieri sub certa solenni, illa omissa non valet quod agitur. Et dico quòd valet, quia satis interponitur tutoris authoritas cum ipse tutor vendit suo nomine rem ipsius pupilli. Sed posses dicere, quis habet vendere, an tutor, an pupillus? & tunc distinguendum est: quia aut pupillus est infans, id est, nil fari valens, aut maior infante: Si est infans, & tunc est minor septennio infante: quia maior septem annis, & minor xiiij. masculus: & minor xij. fœmina: & tunc ipse pupillus potest vendere cum tutoris authoritate, si vult: sed si non vult, non cogitur. Sed quid si non apparet tutoris authoritas apposita, nunquid intelligitur esse apposita? certè hîc variæ fuerunt opiniones. Nam quidam dicunt quòd sic, quia præsumitur solenniter acta: quia fit per nuntios iudices & tabelliones. Aliqui dicunt, quòd non, nisi appareat interposita expresse: quia est solennitas extrinseca, & solennitates extrinsecæ non intelliguntur esse appositæ: nisi expresse apponantur. Ad secundum, scilicet, exponere notam in fine instrumenti contentam: & dico quòd si quis erit tutor vel curator cuiusdam surdi, vel emancipati, & contigerit facere instrumentum, habet facere vt in præsenti instrumento vendi. factæ à tutore de re pupilli. Author ponit formam instrumenti practicæ, quia

Quæstio an tutoris authoritas præsumatur interuenisse.

Exponit tex. instrumenti.

cæ, quia rarò contingit vt ipsi contrahant, & ideo omittitur in præsenti.

Venditio facta à commissarijs authoritatem & licentiam vendendi à testatore habentibus.

CVm An. in eius testamento centum lib. Bonon. pro ipsius anima reliquisset distribuẽdas, prout disposuit & legauit per manus Iac. & Phi. quos suos ad hoc exequendum commissarios statuit & reliquit dans eis plenam, & liberam potestatem, licentiam, & authoritatem vendendi, alienandi, & obligandi de bonis ipsius testatoris, & de quibus voluerint sine contradictione hæredis aut alterius personæ pro ipsis legatis soluendis, vt hoc patet per inde eius testamentum scriptum manu talis notarij: & iidem commissarij Ia. & Philip. ipsius testatoris voluntatem fideliter adimplere, & ipsius animam, & seipsos de huiusmodi fideicommisso velociter exonerare volentes, cùm per aliam concordiorem, per velociorem viam de bonis ipsius testatoris pecuniam pro ipsis legatis soluendis percipere nequeant, vel habere ex potestate, licentia, & authoritate ab eodem testatore tradita, vt superius continetur, commissario nomine. q. vt commissarij olim A. supradicti dederunt, ven. & tra. Cor. domum vnam ex bonis seu hæreditate dicti An. positam in tali loco infra tales confines, &c. vt suprà in primo instrumento venditionis, vsque ad pretium. & tunc dices, Pro pretio centum lib. Bono. quod pretium dicti commissarij confessi & contenti fuerunt se ab ipso emptore habuisse & recepisse, dandum & soluendum in satisfactionem & solutionem legatorum animæ Ant. supradicti: &c. vt suprà in primo instrumento venditionis factæ à procuratore solo nomine officij mutato.

Instrumentum venditionis factæ à commissarijs authoritatem & licentiam venden di à testatore habentibus. Rub.

ISTud instrumentum continuatur ad superiora ista forma. De procuratoribus, tutoribus & curatoribus vendentibus procuratorio, tutorio, & curatorio nomine, superiora instrumenta docuerunt. Sed quia plerunque contingit alios

git alios vendere, ſcilicet, commiſſarios commiſſario nomine, meritò de talibus vendentibus loco præſenti eſt agendum & videndum: declarat hæc rubrica, cùm dicit, venditionis factæ à commiſſariis. Differt etiam præſens inſtrumentum à præcedentibus vno modo, ſicut vno modo continuatur. Iſtud inſtrumentum vij. habet capitula, quorum primum eſt prooemium. Secundum contrahentium, &c. vt dictum eſt, differt ab aliis inſtrumentis. Caſus poſitionem omitto, quia legendo literam bene patet. Circa præſens inſtrumentum quinque ſunt in ordine fore notanda. Primò, qui ſunt commiſſarij, & executores, & in quo differunt inter ſe. Secundò, qui poſsint eſſe commiſſarij, & qui poſſunt facere commiſſarios, & in qua vltima voluntate poſſunt fieri commiſſarij. Tertiò, an commiſſarius poſsit vendere de rebus domini. Quartò, vtrum commiſſarius poſsit agere contra hæredes teſtatoris. Quintò, formare aliquas quæſtiones ad materiam congruentes. Ad primum, ſcilicet, videre quis ſit commiſſarius & executor: & dico quòd commiſſarius eſt ille, vel illa, cui vel cuius fidei teſtator in ſua vltima voluntate reliquit legata animæ perſoluenda propter piam & certam cauſam diſtribuere vel expendere. Commiſſarius dicitur, cui poſt obitum examen rerum agendarum, vel ipſę res agendæ relinquuntur. Expone ſingula verba in diffinitione contenta. Et primò dicit commiſſarius eſt ille, vel illa: no. quòd ita poteſt eſſe mulier ſicut maſculus, cui ſequitur, ſub fide commiſſarij vel commiſſariæ, cuius fidei legata animæ committũtur. Nam de legatis animæ fiunt commiſſarij: nam de legatis aliis factis non fiunt commiſſarij: quia ipſemet eligit legatarios ſuos teſtator vel teſtatrix. Nam ita mulieres poſſunt relinquere fideic. quemadmodum teſtatores maſculi. alia enim verba in diffinitione contenta expoſitione non indigent. Dicitur enim fideicommiſſarius, à fidei committo, tis: quia eius fidei legata animæ committuntur. & no. quòd commiſſarius & fideicommiſſarius generaliter ſunt idem. Sed executor idem eſt quod commiſſarius. Dicitur enim executor ab exequor, exequeris. Nam habet exequi legata animæ ſibi data: & appellari etiam poteſt procurator iſte fideicommiſſarius ante dictus: quia habet negotia animæ procurare: ſed licet dixerim generaliter quòd commiſſarius & fideicommiſſatins ſint idem: dico quòd eſt

verum

verum, vocabulo generaliter sumpto: tamen specialiter & stricte loquendo differunt inter se. Nam commissarius in totum habet exequi legata animæ, & integrum effectum debet mandari, & nihil habet detrahere de legatis sicut potest quilibet institutus. Ad secundum, scilicet, qui possunt fideicommissarium facere, & qui possunt esse fideicommissarij, & in qua vltima voluntate relinquuntur? Et dico quòd omnes possunt facere commissarios, qui aliàs possunt testari, siue sit masculus, siue fœmina. Sed in qua vltima voluntate fiunt cõmissarij? dico quòd in testamentis & codicillis, & in legatis causa mortis. Sed quis potest esse commissarius? dico quòd omnis potest esse commissarius, qui non prohibetur à lege esse commissarius, qui ætate est prouectus, & sui iuris: certè minor vigintiquinque annis prohibetur. Alij dicunt, dummodo non sit minor xxij. annorum potest esse commissarius, & hîc sic: nam huius ætatis homines possunt esse procuratores ad negotia, & ita esse posit: quia quodãmodo est procur. qui negotia animæ procurat: sed dic quòd non procedit, nam ille commissarius quandoque habet iudicio interesse cum hærede testatoris, quod non posset iste minor. Item prohibetur furiosum & mente captum esse commissarium, qui non sano viget intellectu, nec est ratione capax, nõ potest esse commissarius nec procurator: quia ab insano nil sane factum esse censetur: vel hîc scias quòd qui potest procurator vel tutor esse, potest commissarius esse: & etiam potest esse commissarius, qui potest aliàs negotiari. Ad tertiũ, scilicet, an commissarius posit vendere de rebus domini? & tunc distinguendum est: quia aut habet plenam licentiam à testatore in testamento vendendi, aut non. Si verò habet licentiam vendendi, & tunc potest vendere: & sic patet quòd venditio facta in casu nostri instrumenti valet: quia est cum authoritate à testatore sibi concessa. Nam dominus tunc vendidisse videtur. Quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur: vt insti. de rerum di. §. nihil autem interest. posset tamen dici quòd non valeat ista venditio nostri instrumenti: quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quàm in se habeat: sed dic quòd non, vt dixi. nam ille fideicommissarius facit hæc propter licentiam à testatore cõcessam in sua vltima voluntate. Et nota quòd hîc dãtur bona consilia. Primum si tu vis emere à commissariis, primò videas testamentum,

Qui possunt cõstituere fideicõmissariũ & quomodo constit.

Commissarius an posit vẽdere de rebus domini.

tum,in quo factus est commissarius,& videas in eo,si ipse potest vendere istam rem vel aliam.& hoc viso, tunc tu potes emere tutè propter authoritatem sibi commissam. Secundum consilium tale est,vt ille qui emerit istam rem, habeat istud instrumentum authenticum à notario,quia non crederetur instrumento vend.quia quotiescunque in vno documento alterius documenti feceris mentionem, posteriori non creditur,nisi primum ostendatur.Nam si vnquam diceres te emisse à commissario,& diceret aduersarius, & vnde fuit commissarius:dices tu,videas instrumentum, in quo fit mentio quomodo ille erat commissarius, qui vendidit: vel videas exemplar cum insinuatione. Ad quartum, scilicet, nunquid commissarius habeat actionem contra hæredes testatoris?& tunc sic distingue:quia aut ipse est pro parte commissarius,aut pro parte legatarius:vtputà quia dixit testator, lego Martino cêtum sed rogo eum,vt ipse restituat de his legatis Iacobo quinquaginta & tunc habet actionem contra hæredes testatoris.Aut est simpliciter commissarius: & tunc contra hæredes testatoris non habet actionem, nisi in duobus casibus.Primus casus est, quando testator noluit in sua vltima voluntate,sed dimisit in testamento quòd commissarius haberet actionem contra hæredes suos. Secundus casus est,quando legatum est factum ad pias causas: vt quia per redemptionem captiuorum ab hostibus detentorum, vel per eleemosynam pauperum adimplendam. Ad quintum, scilicet, formare quasdam quæstiones. Et prima quæstio talis est. Quæritur an commissarius habeat satisdare hæredibus testatoris de pecunia fideliter eroganda? & dico quòd non: sed iurare habet quod fideliter erogauit: tamen dicitur fideliter erogasse in vno casu,scilicet, quando factus est pauper testatore ignorante. Secunda quæstio talis est: Quæritur, an commissarius teneatur executioni mandare voluntatem & animum testatoris? ad hoc sciendum sic distingue. Quia aut suscepit officium commissarij, & tunc tenetur executioni mandare. Aut non suscepit officium, & tunc secundum quosdam non tenetur ad similitudinem procuratoris, sed secundum quosdam,ad similitudinem tutoris & curatoris:sed hodie cogitur commissarius voluntatem testatoris executioni mandare,& hæc opinio vltima verior est:quia suscepit mandatũ,& nunc qui

Actio an competat commissario cõtra hæredes testatoris.

Commissarius an teneatur satisdare.

Commissarius an teneatur exequi voluntatem testatoris.

qui suscipit mandatum de re in mandato commissa suscipit officium:atqui mandatum suscipere cuilibet liberũ est,susceptũ autẽ consummandũ est:vt Insti.de manda.§.mandatum. Tertia quæstio talis est:Quæritur si testator fecit plura legata in suo testamento,& non fecit cõmissariũ,quis habeat executioni mandare legata sua?Dico quod hæredes tenẽtur:& si hęredes nollent hoc facere,episcopus habet imponere hęredibus necessitatẽ,& maximè quãtũ ad legata relicta pauperib⁹: quia episcopus extitit in terris pauperũ procurator. Quarta quęstio talis est:Si hęredes nolũt exequi mãdata testatoris,& cõmissarius eius vult exequi,modo quęritur,quis sit pręferẽdus,an hæres vel cõmissarius? & dico quòd hæres est cõmissarius pręferendus.Quinta quęstio talis est:Quęritur nũquid hæredes adesse debeant,cùm legata distribuuntur à commissariis? Et dico quòd non, quia essent fortè pauperes verecundiosi,qui non acciperent,si hæredes adessent.Sexta quæstio talis est: Quæritur quis debeat habere legata, quæ legatarij non recipiunt,an commissarij,an hæredes testatoris? certè dico quòd hæredes testatoris debent habere. Nam commissarij non debẽt aliquod lucrum ex eorum officio sentire. Septima quæstio talis est. Quæritur,nunquid vno mortuo de cõmissariis alius possit insolidum officium exequi? Dico quod secũdum quosdam sic est distinguendum: quia aut est dictum in testamento,quòd sint insolidum commissarij,& tunc alter insolidum potest exequi. Aut non est dictum quòd sint insolidum commissarij:& tunc non potest secundum quosdam ad instar procuratorum,sed secundum quosdam bene potest,ne voluntas testatoris pereat: & hoc fit fauore vltimæ voluntatis. Octaua quęstio talis est.Quęritur si commissarij non sunt in concordia,quid iuris?& dico quòd episcopus debet imponere necessitatem siue partes suas: vt ipsos faciat esse concordes,debet eis adiungere tertium,vt in eodem consentiant,& eis stabitur.Nam maiori parti standum est.Nona quęstio talis est:Quæritur nunquid commissarius teneatur de euictione?ad quod sciendum sic distingue:quia aut ipse vendit tanquam dominus,aut non. Si vendit tanquam dominus, & tunc tenetur:aut vendit commissario nomine, & tunc non tenetur si non promisit de euictione ad instar tutoris & curatoris,qui vendunt rem pupilli vel adulti:vel ad instar venditoris vendentis pignus,qui non de euictione tenetur: quia

eorum

eorum officium est necessarium, scilicet officium commissarij, & finito officio finitur actio, quod secus est in procur. de quo dicetur in vij. capitulo. Decima quæstio talis est. Quidam fecit testamentum, & reliquit cuidam centum, & legatarius non vult recipere legatum: modò quæritur cuius sit istud legatum, an hæredis an commissarij? Et respondetur quòd hæredis debet esse, & non commissarij: quia commissarius lucrum officij sui sentire non debet. Vndecima quæstio talis est. Quidam fecit testamentum, & in eo reliquit commissarium vnũ, vel plures: & cõmissarius moritur post mortem testatoris, nondum impleta voluntate testatoris, quæritur quis debeat exequi voluntatem testatoris, an hæres commissarij, an hæres testatoris? Ad hoc distinguendum est: quia aut commissarius moritur re integra, quia non incepit adhuc administrare, aut officio inchoato. Si verò moritur commissarius officio inchoato, & tunc hæres commissarij habet administrare vltrà, non autem hæres testatoris. Duodecima quæstio talis est: Pone quòd quidam sunt commissarij in testamento relicti, quidam sunt præsentes, quidam sunt absentes, nunquid absentes possint administrare? dicunt quidam quòd non, vno modo: quia debent esse omnes præsentes ad similitudinem compromissi. Nam arbitri omnes debent esse præsentes, quemadmodum omnes habẽt consentire electioni: ita commissarij debent esse præsentes. Alij dicũt quòd præsentes fauore vltimæ voluntatis administrare debent siue possunt, vel sine minori parte: quia maiori parti standum est sicut tutores & curatores possunt authorizare vnum sine alio.

Permutatio rei propriæ pro re condititia.

ANtonius dedit, tradidit, & permutauit iure proprio in perpetuum Corrado pro se & suis hæredibus recipienti domum vnam positam in tali loco, cuius hi dicuntur confines, &c. ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid ei & suis hæredibus placuerit perpetuò, deinceps faciendum cum omnibus & singulis, quæ inter prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis vsque in viam pub. & cum omnibus & singulis, quæ habet supra se, seu infra se, aut intra se, in integrum, omníque iure, & actio-

ne, vsu, seu requisitione sibi ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc nominatim pro vna petia terræ vineatæ posita in tali loco infra tales confines, quam dictus Cor. dedit & permutauit iure emphyteoticæ conditionis, pensionis, & renouationis debendæ tali ecclesiæ ipsi Anto. in cambium. & ad haben. tenen. & possid. & quicquid sibi & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendũ cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis vsque in viam pu. & cum omnibus & singulis quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se, in integrum omníque iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Qui prædicti An. & Corr. scilicet vnusquisque eorum vicissim alterius nomine rem à se permutatam & datam constituit possidere, quousque vnusquisque eorum rei sibi permutatæ & datæ possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria autho. & retinendi deinceps vnus alteri, adinuicem licentiam omnimodam dedit: Promittens, scilicet vnus alteri adinuicem solẽnibus stipulationibus hincinde interuenientibus, litem vel controuersiam de re à se permutata alteri vel eius hæredibus vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: sed vnusquisque rem à se permutatam alteri vel eius hæredibus, adinuicem ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & prædictam permutationem, & dationem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere, tenere, & non contrafacere, vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub pœna centum lib. Bon. stipulatione adinuicem inter ipsos promissa, qua soluta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta. Item resicere & restituere vnus alteri ad inuicem omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extra: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit vnus alteri adinuicem omnia sua bona, &c.

Secund

Secundum membrum.

Instrumentum permutationis. *Rubrica.*

ISTud instrumentum continuatur ad superiora duobus modis: vno modo sic de vno titulo & causa, per quem titulum & quam causam dominium de vno in alterum transfertur, scilicet de vẽditione suprà dictum est. Sed quia plerunque contingit quòd dominium transfertur per alium titulum & aliam causam de vno in alterum, scilicet per permutationem, meritò de ipsa permutatione in præsenti loco est videndum. Continuatur & secũdo modo sic suprà in principio huius capituli dictum: fuit istud capitulum diuidebatur in partes duas, &c. & iterũ prima pars diuidebatur in sex partes. Nam in prima parte dictũ fuit quòd primò ponebantur instrumenta venditionum, in secunda permutationum instrumenta ponebantur, &c. vt suprà, licet viso de instrumẽtis venditionum, nunc restat videre de instrumentis permutationum: declarat hæc rubri. cùm dicit, Instrumentum permutationis. Differt enim instrumentum permutationis ab instrumento venditionis: quia instrumentum venditionis habet sex capitula regulariter, sed instrumentum permutationis non diuiditur per capitula, imò per partes: quia in prima parte instrumenti ponuntur pacta vnius permutatoris, scilicet Anto. In secunda parte ponuntur pacta alterius permutatoris, scilicet Corrad. In tertia parte ponitur clausula generalis, in qua tria facit. Primò ponit pacta & conuentiones vtriusque, scilicet, Anto. & Corrad. In secunda parte ponit pacta promissionis vnius alteri de legitima defensione. In tertia parte ponit pœnam: & not. quòd instrumentum permutationis ideo per partes diuiditur, & non per capitula: quia in eo obligantur ambæ partes: quod secus est in venditione. Casus enim positionem omitto, quia legendo literam satis patet. Visis igitur istis extra literam quæram quinque in ordine fore videnda. Primò, quid sit permutatio, & qualiter componitur. Secundò, qualiter permutatio contrahitur & perficiatur. Tertiò, qui possunt permutare, & qui non. Quartò, in quo differat instrumentum permutationis ab instrumento venditionis. Quintò, formare vnam quæstionem ad materiam facientem. Ad primum, scilicet

Instrumẽta vẽditionũ & permutationũ qualiter differunt.

quid sit permutatio? & dico quòd permutatio est vnius rei per alteram vicaria præstatio: vel sic, Permutatio est duarum rerum aut plurium vicissim cum iuribus ex dominio in dominium alterius domini facta cessio. Expone modo verba in diffinitione contenta: primò dicit, permutatio est vnius rei, scilicet habilis & idoneæ ad contrahendum vicaria, subuicissitudinaria, id est, hincinde, cùm vna pars alteri parti obligatur, & tenetur rem à se permutatam alteri restituere: & econtrà, præstatio, id est, traditio. nam permutator tenetur permutatori rem tradere, id est, cum dominium rei facere: sed secus est in venditore, nam non tenetur venditor nisi tantum tradere, & nõ emptorem dominum facere. & per hoc patet quòd quis non potest alterius permutare rem, sed aliquis bene potest vendere, iuxta illud dictum: Rem alienã vendere quem posse &c. Alia differentia est, quia quis non potest rem alterius permutare: quia permutator dominum rei facere permutatorem tenetur: quod facere non potest, nisi sit dominus rei. Vnum tamen scias, ꝙ si aliquis rem alterius permutat, quid operatur via vsucapiendi, vel præscribendi? Nam si iste tenuerit rem permutatam tribus an, scilicet mobilem, poterit excipere de vsucapione prædicta: & si erit res immobilis, & eam tenuerit spatio x. ann. inter præsentes, id est, vnus & alter sit in eodem loco, & xx. inter absentes, id est, vt vnus sit Bon. & alter sit Romæ, tunc factus est dominus per præscriptionem: ita verum est, si proprietarij domini sciant rem suam propriam esse alienatam, alioquin rem repetere possunt per rescriptum principis & subleuamen. Ad secundum, scilicet qualiter contrahatur permutatio? & dico quòd contrahitur, cùm conuenitur de dando rem certam pro certa: quod secus est, si conuenitur de dando rem certam pro incerta, vel incertam pro certa; quia tunc non esset permutatio, sed contractus nominatus, scilicet, do vt des. Item contrahitur permutatio, quando res pro re. secus si permutaretur res pro pecunia: quia potius esset venditio, quàm permutatio: sed posses tu quærere, quid prodest hoc scire, an ista verba, do vt des, sit cõtractus nominatus an permutatio? Nam ex vtraque parte oritur actio præscriptis verbis, dico quòd prodest hoc scire: quia si esset permutatio daretur actio præscriptis verbis, quæ est specialis & bonæ fidei: sed in contractu nominato, do, vt des, oritur actio præscrip. verbis, quæ est generalis & stricti

Permutatio quid sit.

Permutatio qualiter cõtrahatur.

& stricti iuris:sed quis contractus est permutatio? dico quòd est contractus innominatus. Dices tu, imò est contractus nominatus: quia ita habet elegans nomen; sicut emptio, &c. Dico quòd non est verum, quòd sit nominatus, quia habet ita largum nomen quod potest accommodari emptio. & vend. & ideo patet quòd est innominatus. Nam largo modo sumpto potest dici vend. permutatio. Sed dices tu, quare non fuit nomen sibi impositum specialiter? ratio est: quia plures sunt res, quàm sint rerum nomina, videlicet, propriè imposita ipsis rebus. Sed qualiter perficitur permutatio? dico quòd perficitur rei interuentu ex vtraque parte, scilicet, si vnus ex permutatoribus rem permutatam alteri tradit. Nam statim est perfecta permutatio, intantum quòd nulli parti licet discedere à contractu: quia mutuus consensus permutationis pactum efficit ratum: quod primò ante rei traditionem licebat. Sed petit quòd vnus tradit rem, & alter posteà tradere non vult, quomodo faciet qui rem suam tradidit? dico quòd duplicem habet viã. Nam potest agere præscriptis verbis contra reum, vt rem suam tradat ꝙ cogitur vel vult agere condictione ob causam, & rem suam repetere. Ad tertium, scilicet qui possunt permutare: & dico quòd omnes illi possunt permutare, qui possunt aliàs contrahere: sed qui possunt contrahere, & qui non, habebitur infrà in tractatu notularum sub rubrica de inutilibus contractibus ratione personarum: Fallit tamen in duobus casibus, in quibus quis potest contrahere; scilicet vendere, & non potest permutare. Primus casus est in minoribus, qui cum solennitatibus possunt vendere, sed non possunt permutare: & ratio est, quia permutatio est voluntaria, sed alienatio rei minoris est necessaria. Secundus casus est in ecclesia, quæ potest contrahere cum solennitate, sed non potest permutare cum alia re. Sed quæ res possunt permutari? dico quòd omnes res, quæ aliàs possunt alienari, & in contractum deduci, possunt permutari, siue sint res mobiles, siue immobiles, siue corporales siue incorporales, siue demonstratiuæ ad oculum siue ad intellectum, siue præsentes siue futuræ, siue in totum siue in parte, vt in Insti. de fideicom. hæreditatibus. §. nihil autem: quia quod iuris est in totum quo ad totum, idem iuris est in parte quo ad partẽ. Sed hoc quod dico, quòd omnes res, quæ possunt alienari, possunt permutari: fallit tamen in fundo dotali, quia marito volente alienari non

Permutatio qualiter perficitur.

Permutare qui possunt.

potest, quod bene permutari potest etiam marito volente. Ad quartum, scilicet, in quo differt, & in quo conuenit permutatio cum emptione & venditione? & dico quòd habet maximam conuenientiam inter se: nã permutatio est contractus bonæ fidei, sicut emptio & venditio. Secundò conuenit, quia illi qui possunt permutare, possunt vẽdere: & econtrà, qui nõ possunt vendere, nec permutare. Tertiò cõuenit: quia illę res, quæ possunt vendi, possunt permutari, & econtrá. Quartò cõuenit permutatio cum venditione, quia venditor tenetur de euictione re euicta, similiter & permu. alteri permuta. tenetur de euictione, si res permutata euinceretur. Quintò conuenit, quia ex ven. cõpetit actio redhibitoria, si res esset morbosa, vel vitiosa: sic etiam sequitur ex permut. Sextò conuenit, quia ex ven. fit emptor dominus, si tradens erat dominus, & eodem modo & permutator. Septimò conuenit, quia sicut emptor tenetur emptori rem tradere, & sic permutator tenetur rem tradere, re sibi tradita & tributa ab aliquo permut. Octauò, quia sicut operatur via vsucapiendi & præscribendi: & hoc si tradens erat dominus in ven. ita in permu. si tradẽs erat dominus. Sed in quo differt permutatio, scilicet, ab emp. & vend? dico quòd differunt multis modis. Primò differunt, quia ven. est contractus nominatus, permutatio verò innominatus. Secundò differunt, quia in ven. requiritur res & pretium ex vtraque parte, sed in permu. ex vtraque parte requiritur res, & res. Tertiò differunt: quia venditor tantum tenetur rem tradere emptori, id est, emptorem in vacuam possessionem inducere: sed permutator tenetur permutatorem facere dominum rei. Quartò, quia venditio perficitur solo consensu: sed permu. nõ perficitur nisi rei interuentu. Quintò, quia in ven. res solùm traditur à venditore emptori, sed in permu. res solùm traditur ex vtraque parte. Sextò, quia quis potest rem alienam vendere, sed quis non potest rem alienã permutare. Septimò, quia in ven. datur actio ex empto, & ex vendito: sed in permu. datur actio ex præscriptis verbis, & actio ob causam ad repetendum rem, quam tradidit. Octauo differunt: quia instrumentum venditionis diuiditur per sex capitula, sed instrumentum permutationis per partes. Ad quintum, scilicet, formare vnam quæstionem, quæ talis est: Quæritur quæ est ratio diuersitatis: quia in contractu innominato, scilicet, facio vt des, datur actio de dolo: & in cæteris

Differentia & cõuenientia inter permutationẽ & venditionem.

ris aliis contractibus innominatis datur actio præscriptis verbis. Hic respondeo, & dico quòd diuersi diuersa narrant hoc loco. Nam quidam dicunt, quòd iste qui fecit factum, non potest suum factum recipere, quòd fecisset: actio præscriptis verbis datur ad repetendum, quod dedi: sed quia iste non potest recipere quod fecit, ideo datur actio de dolo: sed non procedit aliqua ratione: quia in illo magis daretur actio de dolo in contractu, facio vt facias: sed ista esset quæ nō datur. modò datur actio prescri. verbis. Alij tamen dicunt, quòd ista actio de dolo non competit in contractu, scilicet, quando vni parti abest, & alteri parti nihil adest, in isto casu: O Petre conuenio tecum seruum meum manumittere: quod factum est, vt mihi des decem corbes frumenti: dicit & iste cōuenio: posteà iste dominus manumittit seruū, & petit ab isto x. corbes frumenti: dicit iste, nolo tibi dare, quia nihil habeo. Dicit iste, quid ad me si nihil habes, manumisi seruum: & sic perdidi, eò quòd conuenisti mihi dare x. corbes frumenti: & ideo volo quod conuenisti & bene dicit. Nam datur actio de dolo isti, qui manumiserit seruum ad petēdum quod ille dare conuenit: & sic dicunt quòd in isto casu & in omni consimili datur actio de dolo, scilicet, quando vni parti abest, & nihil alteri parti adest & præterquā in isto casu, dicunt actionem præscriptis verbis dari ita in contractibus, facio vt des, sicut in cæteris contractibus. Et hanc opinionem quidam doctores esse approbant meliorem: vel dicas quod est, quia ita vult lex, & sufficit pro lege voluntas, &c. Sed posses tu dicere, ad quid prodest scire siue detur actio de dolo siue præscriptis verbis ad repetendum quod soluitur. Dico quòd prodest scire, si quis est damnatus: & per sententiam diffinitiuam per actionem de dolo efficitur infamis: quia actio de dolo habet infamare. Sed si quis esset damnatus in actione præscriptis verbis non efficitur propterea infamis. & sic de singulis.

Permutatio rei ex parte, & ex parte venditio.

ANtonius dedit & tradidit, & permutauit, & vendidit pro parte, videlicet, permutans & pro parte vendens iure proprio in perpetuum Corrad. pro se & suis hæredibus recipienti petiam vnam terræ pratiuæ positam in tali loco, cuius hi di-

cuntur confines,&c. ad habendum, tenendum,& possidendum,& quicquid sibi & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum,cũ omnibus & singulis,quæ intra prædictos continentur confines,vel alios,si qui forent,cum accessibus & egressibus suis,vsque in viam pub.& cum omnibus & singulis quæ habet super se,vel infra se,seu intra se,in integrum,omníque iure,& actione,vsu,seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei,modo aliquo pertinente:& hoc nominatim pro vna domo posita in tali contrata,cuius hi dicuntur confines,&c.Pro pretio xx.lib. Bon. nomine additionis siue melioramenti, quas xx.lib. dictus Antonius confessus fuit & contentus se ab ipso Corr.habuisse & recepisse,exceptioni sibi non datæ,& non solutæ dictæ quantitatis omnino renuntians:quam prædictam domum dictus Corradus dedit, tradidit, & permutauit iure proprio in perpetuum eodem modo in cambium dicto Antonio pro se & suis hæredibus recipienti ad habendum,tenendum, possidendum:& quicquid deinceps sibi & suis hæredibus placuerit perpetuò faciendum,cum omnibus & singulis,quæ inter prædictos con tinentur confines, vel alios, si qui forent, cum accessi. & egres.suis vsque in viam pu.& cum omnibus & singulis quæ habet supra se,vel infra se,seu intra se in integrum omníque iure,& actione,vsu,seu requisitione sibi ex ea re,aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Qui prædicti Antonius & Corradus,&c.vt suprà per omnia in proximo dicto instrumento rei propriæ pro condititia.Et nota diligenter prouidendum esse præmittere in huiusmodi instrumentis rem, quæ permutatur & venditur,& illam postponere quæ duntaxat permutatur,eò quòd res debet præcedere pretium,quia etiam magis ordinatè procedit tibi series instrumenti.

Instrumentum rei partim permutata & partim vendita. Rubrica.

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora tali forma,de rebus quæ vẽduntur & permutantur in totum superiora instrumenta tractarunt.Sed quia plerunque cõtingit rem partim venditam & partim permutatam quandoque penitus vendi, meritò de ipsa videámus: declarat hæc Rub.cũ dicit,instrumentũ rei partim venditæ & partim permuta

mutatæ. Casus positionem omitto, quia legendo literam bene patet. Et circa præsens instrumentum quæram tria in ordine fore notanda. Primò opponere ad nostrum instrumentum altero quatuor modorũ. Secundò, qualiter debeat ordinari istud instrumentum. Tertiò, exponere instrumentum & notam in fine instrumẽti contentã. Ad primũ. s. opponere ad nostrũ instrumentũ altero quatuor modorũ: & primo modo sic videtur instrumentum stare nõ posse. Nã dicit ꝙ pro parte vendidit istã rem, & pro parte permutauit: & in venditione requiritur res & pretiũ, vt Insti. de emptione & ven. §. pretiũ. & sine re & pretio nulla constat venditio. hic non est pretium, ergo malé. Secundò, nã ibi dicitur in instrumento pro cõplemento & nomine complementi: dicas ꝙ pretio & nomine pretij. Tertio modo opponitur, ꝙ instrumentũ non valet, quantũcunque dicatur pro pretio & nomine pretij. Nam dicit pro parte vendidit, & pro parte permutauit: & appellatione partis indistinctè prolata medietas cõtinetur: & fortè iste volebat vendere tertiã vel quartã partem, ergo nõ valet. Dicas ꝙ debet dicere vendidit vnã partem vnius domus, & partes tres permutauit, vel econtrá. Quarto modo opponitur sic: nam licet sit declaratũ quæ & quanta sit pars vendita, & quæ & quanta sit pars permutata, non propterea valet contractus: quia si aliqua partium foret euicta, nesciretur qua actione sit agendum: Nam si vellet agere actione ex empto, ille diceret est pars permutata: & ecõtrà, si vellet agere actione præscriptis verbis, diceret ille, est pars vendita: sed dico quòd debet declarari dicendo, Vendidit tertiam partem à latere mane iuxta Petrũ. Item alias partes permutauit à latere sero iuxta Io. Quinto modo opponitur ad instrumẽtum sic, licet sit bene declaratũ, ad huc non valet. Nam dicitur pro parte permutauit, & pro parte vendidit: & sic est pro parte contractus nominatus, & pro parte innominatus. quod nunquam fuit repertũ: dico quòd est contractus innominatus, ex eo ꝙ permutauit, & nominatus ex eo quòd vendidit. Ad secundũ principale. s. qualiter istud instrumentum debeat declarari? & dico ꝙ taliter potest ordinari quòd erit in totũ cõtractus nominatus, & taliter potest ordinari quòd erit cõtractus innominatus, & taliter potest dictari quòd erit in eadẽ forma instrumenti. s. nominatus per se, & innominatus per se. Videamus ad primum modum, qualiter contractus sit in

totum nominatus:& tunc ita dicas, Antonius dedit,vendidit,&c.tali vnam domum positam in loco,&c.& hoc pro pretio centũ lib.&c.quod pretiũ idem emptor dedit & soluit eidem tali in hũc modũ,scilicet xl.in pecunia numerata,& in præsentia mei notarij,&c.alias verò xl.in vna petia terræ pro xl.lib.Bon.quã petiam idem venditor recepit,renuntiãs exceptioni nõ habiti pretij,scilicet,centũ lib.Bon.&c. Et si tu velles dicere pretium debet esse in pecunia numerata, hoc est in vna petia terræ:ergo malè.dic quòd non refert in quo soluatur pretium dummodo à principio constituatur in pecunia numerata:sed dic ꝙ bene valet ista venditio. Secundo modo videamus qualiter sit in totum contractus innominatus:& tunc dicas quòd Petrus permutauit cum Corr.vnã petiam terræ positam in tali loco infra tales cõfines,&c.& hoc nominatim pro xl.lib.Bon.quas eidẽ tradidit in præsenti,& nõ vt pretiũ,sed vt speciẽ pro vna petia terræ posita in tali loco infra tales cõfines. Videamus tertio loco qualiter sit contractus nominatus & innominatus sub forma.& sic dicas,Ia. vẽdidit quãdã partẽ vnius domus positæ in tali loco à latere mane,alias tres partes permutauit à latere sero cum Corr.& hoc fecit,quia prædictus Corr.pro quanta parte vẽdita dedit xl.lib.Bon.prout ipse fuit cõfes.tantã habuisse pecuniæ quãtitatẽ,Renunti ãs exceptioni,&c.Itẽ pro aliis tribus partibus dedit vnã petiã aratoriæ terræ positã in tali loco,&c.Sed quę actio descendit ex ipso cõtractu?dico ꝙ si cõtractus est nominatus,datur actio ex empto & ex vendito.Si cõtractus est in totum innominatus,datur actio præscrip.verbis.Si pro parte nominatus & pro parte innominatus,datur actio præscri. verbis.Ad tertium principale, scilicet, exponere notam in fine instrumenti contentam & no.dicit quòd si quis permutat vnam rem cum aliquo pro alia re,illa res quæ datur cum pretio,poni debet in instrumento nostro quòd sit pars:sed ordinatio instrumenti.

Datio insolutum.

ANto.dedit,ven.& tra.insolutũ iure proprio in perpetuũ Corr.pro se & suis hæredibus recipiẽti domũ vnã positã in tali loco,cuius hi dicũtur cõfines,&c.ad hab.te.pos.&quicquid sibi & suis hęredibus deinceps placuerit perpetuò

facien

faciendum cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos cõtinentur confines, vel alios, si qui forent, cum accef. & egref. suis vsque in viam pu. & cum omnibus & singulis, quę habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum omníque iure & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. & hoc pro pretio centum lib. Bo. quas dictus An. Cor. prædicto ex causa mutui dare & soluere tenebatur: vt patet in instrumento scripto manu talis notarij: quod instrumentum dictus Cor. prædicto Ant. restituit ibidem. & in præsenti volens & mandans illud ex nunc esse nullius valoris atque momenti. & vt habitũ sit inefficax & cancellatũ.

Additio ex Aurora.

Quòd instrumentũ, vt actum fuit inter ipsos, apud ipsum Cor. & eius hæredes & successores cõmanere deberet perpetuò, quatenus ex eo semper pateat eiusdẽ dationis causa insolutũ: & per illud & cũ illo ipse Cor. dictã domũ possit defendere ab omnibus dicti An. creditoribus, si qui pro tẽpore appeterẽt, nõ vt ex eo fiat vlterius exactio dicti debiti, nisi in casu euictionis, si sequeretur de re ipsa vel parte pro rata. Quã domũ prædictus An. se nomine prædicti Cor. cõstituit possidere vsquequo, &c. vt suprà in primo instrumẽto vẽditionis nominando semper istos contrahentes propriis nominibus.

Hæc additio est bona ad cautelã eorũ, qui dant res insolutum.

Instrumentum dationis insolutum. Tertium membrum. Rubrica.

ISTUD instrumentum continuatur ad superiora altero de duobus modis. Vno modo sic suprà in principio huius capituli dictum fuit, quòd diuidebatur in partes duas, &c. Item prima pars diuidebatur in sex. Nã in prima parte ponebantur instrumenta venditionis, &c. sed visis de duabus speciebus contractuum, scilicet de emptione, ven. & permutatione, restat nunc videre per ordinem de instrumento dationis insolutum: declarat hoc Ru. cùm dicit, dationis insolutum. Continuatur & secundo modo sic: nos suprà vidimus qualiter rerum dominia nobis acquiruntur per emptionẽ, venditionẽ & permutationẽ. Sed quãdoq; rerũ dominia nõ solũ acquirũtur per modos supradictos, sed etiam per dationem insolutũ, meritò de ipsa datione insolutũ loco prę senti est videndum: declarat hoc rub. cũ dicit, instrumentum

dationis

dationis insolutum. Istud instrumentum habet sex capitula: primũ est cõtrahentiũ. Secundum rei datæ insolutum. Tertiũ est causa quare datur siue traditur. Quartũ est traditionis rei. Quintũ promissionis de legitima defensione. Sextum & vltimum pœnę cum refec. damnorum & obligatione bonorũ. casus positionẽ omitto, quia in litera satis patet. Circa istud instrumentum quatuor sunt in ordine videnda. Primò, quis contractus iste dicatur, & quæ actio descendat ex eo. Secundò, nunquid datio insolutũ nostri instrumenti valeat, & quæ sit ratio dubitationis. Tertiò, qui possunt dare insolutum, & qui non: quæ res & quæ non: quibus, & quibus non. Quartò, in quo differt iste contractus ab emptione, vend. & permutatione, & penes quem debeat instrumentũ debiti remanere, an penes debitorem, an penes creditorem. Ad primum, scilicet, quis contractus iste dicatur? & dico quòd est cõtractus innominatus secundum Auroram sub istis vocibus cõprehẽsus, scilicet, do vt des, facio vt facias: quia Cor. dat rem suam, scilicet, An. vt absoluat & liberet eum à debito: sed possum in tali casu sic distinguere: quia aut dat rem insolutum pro pecunia, aut rem pro re. Si dat rem pro pecunia, & tunc est contractus nominatus, quia emptionis & venditionis, per regulam quæ est in emptione & ven. Nam dicit, sine re & pretio nulla constat perfecta venditio. tamen si quis rem in solutionem rei emptæ venditori expedire velit, debet prius illã rem appretiare: quã quidem rem venditor confiteatur sub pretio & nomine pretij recepisse, & notarius faciat mentionem. Si autem datur res pro re, & tunc est contractus innominatus comprehensus sub istis vocibus, do vt facias. Sed posset quęri, quæ actio descendit ex isto contractu? ad huius euidentiã sic est distinguendum: quia aut datur res pro pecunia, aut res pro re. Si res pro pecunia, ex re descendit actio ex empto, siue agat ad perfectionem siue de euictione, re data insolutum, euicta: & dico quòd descendit vtilis ex empto, non autem directa: quia non est vera emptio, quia nulla fit mentio de pretio. Sed est emptio inquantum iste dat rem pro pecunia: quia Cor. videtur quasi emere illam rem. Si autem datur res pro re insolutũ: & rem distingue, quia aut agitur de perfectione contractus, aut agitur de euictione: quia res data insolutum euicta est. Si autem agitur ad perfectionem contractus, & tunc descendit actio præscrip. verbis, quæ habet locum con-

Qualis dicatur contractus in præsenti instrumẽto.

Actio descendẽs ex præsenti cõtractu.

tractib

tractibus innominatis.Si verò agitur de euictione ex re descendit pristina actio,& agitur pristina actione,vt ecce exẽplum:quia plus mouent exempla,quàm verba: Quidam debebat mihi equum ex causa commodati, nec restituit mihi equum:sed debet mihi insolutum quid dare potuit me volente:& equus est posteà à me euictus,tunc agitur contra eũ pristina actione,scilicet,commodati,& si ille velit excipere de datione insolutum,ego potero replicare:quia non dicitur venisse,qui non stetit.& sic non videtur datum,quod non durauit:quia illa res non durauit eo quòd est euicta. Ad secundum principale,scilicet,an datio insolutum valeat,& quæ sit dubitationis ratio?certè dico quòd valet:sed de quo dubitas tu,si instrumentum est bene dictatum? Certè dubitationis ratio est illa:Nam dicitur Insti.quibus modis tollitur obli. in prin.aliud pro alio inuito creditore nõ rectè soluitur: sed hìc aliud pro alio soluitur,ergo malè.Solutio. & dico quòd bene aliud pro alio,&c.& dico quòd est verum creditore nolente,sed volente creditore bene soluitur, &c. Fallit tamen regula quòd aliud pro alio bene soluitur creditore inuito: & hoc est in certis casibus.Primus casus est in eo qui pecuniam debet in genere,quia potest soluere de qua pecunia siue moneta vult,duntamen sit vsitata & bona. Secundus casus est in donatione:quia si non vult rem dare, potest donationem præstare,virtute donationis.Tertius casus est in minore debitore,qui non potest emptorem inuenire,potest creditori satisfacere, & insolutum pro rebus suis dare pro eo quod debet.Quartus casus est in ecclesia,quando non inuenit qui emat rem suam:& ipsa potest dare de suis rebus insolutum: abiecta decima in pretio vniuersæ æstimationis. Quintus casus est quando resp.debet alteri creditori, & non potest ei aliter satisfacere,tunc potest resp.creditori dare insolutum de rebus suis. Ad tertium principale membrum, scilicet,qui possunt insolutũ dare,cui possit dari,& quæ res? & dico quòd omnes illi possunt dare insolutum, qui possunt aliàs contrahere,& de rebus suis alienare.Et econtrariò sensu,qui autem possunt,& qui non possunt contrahere, habetur in tractatu notu.sub Rub.de inutilibus contractibus ratione personarum.Sed cui potest dari insolutum?certè datur creditori habere debẽti,& volẽti & habenti habilẽ personã ad recipiendũ:bene dico creditori habere debẽti:quia si non debet

Quãdo aliud pro alio solui potest inuito creditore.

Qui possunt dare insolutũ, & cui.

debent habere, non posset ei dari insolutum, ex quo nō habet causam. Dico, volenti, quia si creditor nollet recipere, non cogitur, nisi in casibus supradictis: & dico, habenti personā habilem ad recipiendū, quia si non esset habilis, quia infamis esset, vel haberet aliud iuris impedimentū, nō posset rei dari insolutum. Sed quæ res possunt dari insolutū? certè omnes res non prohibitæ à lege alienari: sed quæ prohibentur alienari? certè res sacræ, religiosæ, sanctæ, & liber homo: & istæ res non possunt dari insolutum, vt de his habetur in tractatu notularum sub Rub. præallegata. Ad quartum principale, scilicet, in quo differt istud instrumentum, & in quo conuenit, ab emptione, venditione, & permutatione. Primò conuenit in multis, quia res quæ possunt vendi & permutari, possunt insolutum dari. Secundò, quia illi qui possunt vendere, possunt insolutū dare: etiam cōuenit, quia in venditione & permutatione venditor seu permutator tenetur de venditione re euicta, siue promittat, siue non. Et ita datio insolutum cōuenit etiam, quia quemadmodū venditor tenetur rem tradere, ita & dans insolutum. Conuenit etiam quia in ven. pro re morbosa vel vitiosa datur actio quanto minoris seu redhibitoria, ita in re data insolutum competit. Conuenit etiam, quia prout emptor vsucapit vel præscribit rem, ita recipiens insolutū. Conuenit etiam, quia sicut instrumētum venditionis habet sex capitula, ita & istud: sed licet conueniat in istis, tamen differt in multis. Differt primò, quia venditio est cōtractus nominatus, & iste cōtractus est innominatus vt suprà dixi. Differt etiā, quia minori datur actio ex empto: sed in datione insolutū quandoq; datur vtilis ex empto, quandoq; datur actio præscrip. ver. quandoq; pristina actio. Differt etiam, quia in vēditione requiritur res & pretiū, & in permutatione res & res: sed in datione quę est insolutū requiritur res & causa. Ad quintū prin. s. penes quē debeat remanere instrumētū debiti, an penes debitorē, an penes creditorē. Ad hoc sciendū sic distingue: quia aut est actū per pactū ꝙ creditor debeat habere, aut debitor, aut nihil dictū. Si dictū est ꝙ debeat remanere penes creditorem, & tunc debet remanere penes eum: Quia nihil est tam conueniens naturali ęquitati, quàm pacta seruare. Si autem dictum est ꝙ debeat remanere penes debitorem, tunc debet habere virtute pacti: quia ait Prætor, Pacta bona fide facta, seruabo, sed non in fraudem legis: & quia

Res quæ possunt dari in solutum.

Differentia & cōuenientia.

quia etiam ſi debitor inſtrumentum debiti inſoluti penes ſe reſeruet, poſſet hoc fieri in fraudem creditoris: quoniam creditor tempore actionis debiti nimis ſe iuuare poſſet: igitur quòd creditor inſtrumentum ſeruet, videtur in dolum fieri, quanquàm ita ſit actum. Si autem nihil dictum eſt, & tunc ſubdiſtingue, quia aut ſoluerit id, quod eſt in obligatione, aut ſoluerit aliud pro alio. Si autem ſoluerit id, quod eſt in obliga. & tunc debitor debet habere: & ſi creditor nollet dare, poteſt ipſe agere contra eum rei vendicatione: & ſi non poteſt agere rei vendicatione, agat condictione ſine cauſa. Si verò aliud pro alio creditori detur, vt in caſu noſtri inſtrumenti, debet manere penes creditorem multiplici ratione. Primò, vt poſsit probare de re & cauſa rei datæ inſolutum. Secundò, vt poſsit oſtendere contra quemlibet, qui opponeret, cum dicat authentica: Quotieſcunque in vno documento fit mentio de alio documento, non datur fides ſecundo, niſi oſtendatur primum. Tertiò, quia ſi quis vellet euincere iſtam rem datam inſolutum, poteſt creditor defendere per inſtrumentum debiti, & allegando hypothecariam actionē. Quartò, ſi res data inſolutum foret euicta ab ipſo creditore, idem creditor poſſet agere contra bona, quæ debitor poſſidebat hypothecatione, vel contra bona alienata per primum debitorem, licet poſſet quæri. In contrarium videtur poſtquàm ſolutum eſt creditori, quòd ipſe teneat inſtrumentum debiti, dico quòd non eſt iniquum, quia vtrique parti conſulitur: primò conſulitur creditori propter ſupradictas rationes: conſulitur debitori, vt faciat ſibi fieri inſtrumentum debiti & abſolutioni[illegible]ualiter abſoluitur & liberatur ab omni eo & toto, quod poſſet petere ab eo creditor occaſione dicti debiti.

Venditio ſolius dominij & proprietatis.

ANtonius dedit, ven. & tra. Cor. pro ſe & ſuis hæredibus recipienti, & ementi dominium & proprietatem vnius domus ſitæ in tali loco, & intra tales confines, &c. Quam domum dictus Cor. habebat ab ipſo Anton. in feudum ad haben. te. & poſ. &c. vt ſuprà in primo inſtrumento venditionis ſolūmodò cauſa, de poſ. in quo ita dices, cuius rei poſſeſsionem, quam idem Cor. habebat ipſe An. ei confirmauit

vt deinc

vt deinceps suo nomine possideat sicut verus proprietarius, dominus,& possessor.

Instrumentum venditionis solius dominij & proprietatis. Rubrica.

ISTUD instrumentum continuatur ad præcedentia ista forma. De rebus quæ venduntur in totum quo ad naturalem & ciuilē possessionem superiora instrumenta docuerunt:sed quia plerunque contingit quòd res venduntur solū quo ad ciuilem possessionem,scilicet,quo ad dominium & proprietatem solùm,meritò de his rebus loco præsenti est agendum & videndum:& declarat hoc Ru.cùm dicit,Instrumentum ven.solius dominij & proprietatis. Istud instrumentum differt à præcedenti vno modo,sicut vna est cōtinuatio,& habet sex capitula sicut & alia de ven.tractantia. Primum est cōtrahentium,&c. Casus positionem omitto,quia legendo literam satis patet:tamen extra literam,vt plenè liqueat materia nostri instrumenti quæram tria in ordine fore videnda. Primò videre,vtrum valeat ven.facta in casu nostri instrumēti, & quæ sit dubitationis ratio. Secundò videre quæ iura habeat vasallus in re feudali:& quæ iura habet dominus ille,qui dat rem in concessione feudali. Tertiò qualiter debeat ordinari quartum capitulū nostri instrumenti, scilicet traditionis rei. Ad primum, scilicet vtrū valeat venditio facta in casu nostri instrumenti,& quæ sit ratio dubitationis? & dico quod bene valet. Sed ratio dubitationis est,quia nos suprà vidimus in trāslatione dominij rei incorporalis quòd notarius vtitur titulo & cessione,& in translatione rei incorporalis vtitur titulo & traditione,ergo malè:sed dico quòd nostrum instrumē tum est bene dictatū:nam ipse tradit dominiū rei,id est, domū ratione dominij:tamen bonū est quòd dicatur vendidit domū vnā ratione dominij & plenæ proprietatis. Ad secūdū, scilicet,quę iura habet vasallus in re feudali?& dico quod habet naturalem possessionē,quæ pedibus conculcatur à persona. Itē habet vtile dominiū,sed non directū.Itē habet vtilem rei vendicationē.Itē habet interdictum retinendæ possessionis. Sed dominus,qui concessit in feudū,habet directum dominium & directā rei vendicationē,tanquā verus dominus à vasallo,si nō seruaret prædicta promissa.Sed quæritur quis pręferatur

Vasallus quæ iura habet in re feudali.

feratur, an habens directā rei vendicationem, scilicet, dominus an habens vtilē rei vēdicationē, scilicet, vasallus? & dico quòd præfertur habens vtilem rei vendicationem, scilicet, vasallus. Item habet ius compellendi vasallum si non seruit feudo, vt debet. Item habet interdictum recuperandæ possessionis. Item habet ciuilem possessionem, quæ animo detinetur. Ad tertium princ. scilicet qualiter debeat ordinari capitulum traditionis rei in nostro instrumento? Et dico quòd sic debet ordinari siue declarari, vbi dicit, cuius rei possessionem, &c. Quā rem idem dominus nomine ipsius vasalli constituit possidere quātum spectat ad ciuilem possessionē & directum dominium, dans ei plenā & liberam potestatē ipsam rem in traditione rei dominij directi & plenæ possessionis. & confirmat ipsum in naturali possessione, quam habet.

Venditio rei, ad cuius defensionem, in casibus se obligat venditor, & in casibus non, & cessionis iuris contra authorem suum.

ANtonius dedit, vendidit, & tradidit, iure proprio in perpetuum, Cor. pro se & suis hæredibus recipienti & ementi domum vnam sitam in tali loco, vel contrata, cuius hi dicuntur confines, &c. Quam domum dictus An. emit à Phi. vt patet in instrumento scripto manu talis notarij ad haben. tenen. pos. &c. per omnia, vt in primo instrumento venditionis habetur, vsque ad locum, vbi dicitur, promittens: & tunc ibi ita dices, Promittens dicto emptori pro se & suis hæredibus stipul. prædictam rem ei & suis hæredibus tam in proprietate quàm in possessione legitimè defendere, authorizare, & desbrigare ab omni persona vel vniuersitate, cui vel quibus ipsa res obligata foret ex aliquo contractu vel obligatione inita & facta ab ipso Ant. aut aliquo alio eius nomine, siue cui, siue quibus esset, vel diceretur esse aliquod ius acquisitū in ea ex persona ipsius Anto. vel eius occasione. Et quia actū est inter ipsos Ant. & Cor. vt non teneatur idem Anto. de euictione ipsius rei, nec etiam ad pretij restitutionem in aliis casibus quàm prædictis, Ideo idem Antonius dedit, cessit, concessit, transtulit, & mandauit ipsi Cor. pro se & suis hæredibus recipienti, & ad opus sui & suorum stipulanti omnia iura &

actiones reales,personales,ciuiles,& naturales, vtiles & directas,quas & quæ habebat,vel habere poterat contra prædictũ Phi. authorem suum & eius hæredes: & in ipsius bonis nomine & occasione venditionis & permissionis de legitima defensione ipsius rei & omnium & singularũ promissionum, & obligationum sibi à dicto Phi.factarum in prædicto instrumento scripto manu prædicti talis notarij. Item aduersus omnem aliam personam, quæ ei aliquam renunciationẽ,promissionem,vel obligationẽ fecisset in dicto instrumẽto,constituens eum procuratorem tanquã in rem suam,& ponens ipsum in locum suũ:ita quodãmodo suo nomine actionibus vtilibus & directis possit aduersus dictum Phi. & eius hæredes:& in ipsius bonis contra quãlibet aliam personam prædictorum occasione agere,& experiri, excipere & replicare,cõsequi & se tueri, & omnia & singula facere quẽadmodũ ipse poterat:Promittens ipsi Cor. pro se & suis hæredibus stipul. prædictam venditionem cessionẽ,& omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere & tenere,& non cõtrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub tali pœna,&c. Si verò fiat solummodò promissio de defensione rei in casibus prædictis:& non sit necessariũ cessionem prædictam fieri,sicut est,quãdo venditor reuendit ex pacto emptori rem quã ab eo emerat:tunc cessionem prædictã non facies,sed omnia alia ita scribes,sicut in dicto instrumẽto notantur vsque ad locum vbi dicitur: Et quia actum est.in quo loco ita dices,hoc expressim inter eos acto, & ipsi Anto. ab eodẽ Cor.per pactum remisso quod idem Anto.vel eius hæredes non teneantur sibi ad euictionem ipsius rei vel ad pretij restitutionem in aliis casibus quàm prædictis. Quam venditionem,& omnia & singula suprascripta promisit,&c.

Instrumentum venditionis rei,ad cuius defensionem in casibus se obligat venditor,& in casibus non, & cessionis iuris cõtra actorẽ suum. Rubr.

PRæsens instrumentum sex habet capitula, sicut & alia de ven.tractantia. Primum est contrahẽtium,&c. Tamen vt clarius pateat materia præsentis instrumẽti,volo ponere casum in terminis,qui talis est. Quidã noĩe An. habebat quandam

dam domum vænalem, tamen pro pretio aliquo vendere nolebat Cor. quia erat sibi letifer inimicus: iste enim Cor. penitus volens eam: quia erat idonea ad aliquod ædificium construendum fuit ad Sempronium amicum Ant. superius nominati, dicens, ô Semproni, scio Anto. tibi talem amicũ, ipse & quidem mihi extitit inimicus, quare non sum ausus ab eo suam domũ, quam vendere vult flagitare: ipse enim propter zelum quem erga te asserit se habere, de venditione prælibatæ domus faciet quicquid voles. Idcirco more amicorum istas accipias centũ lib. & ad eum te transferas dicens te velle emere domum suam, & non dicas te emere pro me: quoniam statim venditio deduceretur in irritũ, & in casum pristinum: statim iste amicus eius amico auidus seruire, iuit ad Anto. superius nuncupatum, & ei ait, vis tu mihi vendere domum tuam? cui iste inquit, certè sic, dummodo tu nõ emas nomine talis viri, dictum Cor. eius inimicum exprimendo: pro quanto? pro centum: & sic est effecta talis venditio mancipata: modò ista empta Sempronius venit ad Cor. & sibi reuendidit promittẽs ei de legitima defensione, & cedens ei iura quę habet contra Anto. cum obligatione bonorum & refectione damnorum & expensarum. Tamen, vt plenè liqueat materia nostri instrumenti, quæram tria in ordine videnda. Primò quid tenetur mihi facere, qui emit istã rem de pecunia mea & non meo nomine. Secundò an cessio facta in casu nostri instrumenti valeat, & quæ sit ratio dubitationis. Tertiò exponere notam in fine instrumẽti contentam. Ad primum, scilicet ad quid tenetur mihi iste, qui emit rem de pecunia mea, & nõ nomine meo? Dico quòd tenetur facere tria. Primò, tenetur facere chartam reuenditionis. Secundò, tenetur cedere mihi iura, quæ habet contra venditorem primum & communem eius voluntatem. Tertiò debet promittere de legitima defensione solum ab illis personis, quibus foret obligata sua occasione: vtputà à creditoribus suis, & vxore sua: sed si erit suo nomine, habet solum iura cedere nomine actionis de euictione, quæ acquiritur illi, qui emit siue suo nomine, siue nomine alieno, siue procuratorio nomine emat. Ad secundum prin. scilicet an cessio facta in casu nostri instrumẽti valeat, & quæ sit ratio dubitationis? & dico ꝙ valet. Sed ratio dubitatiõis est: quia cessio facta sine causa nõ valet: sed ista est

Emens de mea pecunia non meo nomine ad qd mihi tenetur.

h 2

huiusmodi, ergo nō valet. tu tamē dic ꝙ valet: quia est cessio necessaria; & vbicunque est cessio necessaria, ipsa necessitas iuris est causa, ergo valet. Ad tertium prin, scilicet exponere notam in fine instrumenti cōtentam, quæ indiget expositione. & nota dicit quòd iste nō habet necesse ius dicere, imò debent omitti verba, quæ spectant ad cessionem, Sed dic quòd ista non debent apponi hîc in fine instrumenti promissionis de vendenda seu reuendenda re. Nam ibi nō tenetur nisi rem vēdere, & de euictione promittere ab illis personis duntaxat suis, sed non iura cedere debet. & ideo illa nota non loquitur. Nam fieret in sequenti instrumento eidem & contra eundem quod non debet, & sic exponitur ista nota: tamen vt tu scias ꝙ iura instrumentis talibus debeant dari sic: Quandoque tantùm vnum ius, vtputà quando procu. emit nomine domini: & tunc tantùm tenetur cedere vno iure quæ habet aduersus venditorem. Quandoque tantùm duo iura: vt quādo per pactum est actum quòd tu rem quam tibi vendo, mihi hinc ad annum debeas reddere, si tibi restituam tuam pecuniam: & tunc emptor virtute pacti, si dat ei pecuniā, debet ei reddere rem emptam, & promittere tantùm duo, scilicet reuēdere & promittere de euic. ab aliis personis, quibus esset suo nomine obligata. Quandoque tria, vt in casu nostri instrumenti.

Instrumentum venditionis quadam in se pacta continens, & valde vtilia.

ANtonius dedit, vend. & tradi. Cor. pro se & suis hæredibus recipienti vnam domum sitam in tali loco, cuius tales dicuntur confines, &c. iure proprio in perpetuum. Item petiam vnam terræ vineatæ positam in tali loco intra tales confines, &c. iure emphyeoticæ conditionis, renouationis, & pensionis debēdæ ecclesiæ sancti Proculi, Ad habē. te. pos. & quicquid, &c. vt suprà: ad locum, vbi dicitur, promittens. & tūc ita dices, Promittens per se & suos hæredes dicto emptori pro se & suis hæredibus stip. litem vel cōtrouersiam ei vel eius hæredibus de dictis rebus, aut aliqua earum, vel parte ipsarum vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: sed ipsas res & quālibet ipsarum ei suisque hæredibus omni ab homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & vacuam possessionem ei tradere, & ipsum emptorem

in

in possessione facere potiorem: & si aliquo tempore lis vel quæstio aut controuersia tam per oblationē libelli quàm alio quocunque modo moueretur eidem emptori aut eius hæredibus de dictis rebus aut aliqua earū vel parte ipsarū ipsam litem quæstionem, controuersiam, & libellum, & omnē causam quandocunque & quotiescunque ei denuntiatum fuerit in se recipere, & in eadem causa ipsius rei, & dicti emptoris, & suorum hæredum defensioni se offerre: & in causa vel causis tam principalibus quàm appellationis sistere vsque ad finem, omnibus suis expensis. Quod si non fecerit, promisit eidem persoluere atque dare duplum dicti pretij pœnæ nomine, qua soluta, prædicta seruare nihilominus super ea, aut pro ipsa re, vel rebus defendendis. Idem si emptor vel eius hæredes damnum aliquod vel expensas pateretur, si aliquas fecerit in iudicio siue extra ipsum, damnum & expensas ad integrum eis reficere, tam si res foret euicta, quàm non: quia sic inter ipsos actum extitit & conuentū: remissa ex nunc per pactum dicto emptori appellandi necessitate, si super euictione pronuntiari contigerit contra eum, & pacto inter eos expresso, vt non possit dicere dictus venditor q eidem emptori facta fuerit iniuria vel iniustitia, si res ipsa aut aliqua earū euinceretur ab eo, aut quòd eius culpa vel negligentia sit euicta. Quod si contra eum super euictione lata fuerit sententia infra tertiam diem, postquàm eidem Antonio denuntiatū fuerit prædictum pretium cum pœna dupli & omni interesse ipsi Cor. ad integrū restituet & persoluet. Prætereà si aliquo tempore apparuerit ex ipsa re condititia pensionis & renouationis per ipsum venditorē vel eius authores debitam pensionem & renouationem datam & factam debitis temporibus non fuisse, & propterea cōtingeret ipsum emptorem vel eius hæredes damnum aliquod sustinere, conseruabit eum penitus sine damno. Quam venditionem, & omnia & singula suprascripta promisit dictus venditor dicto emptori pro se & suis hæredibus stip. firma & rata perpetuò habere, & adimplere, & obseruare, & tenere, & non contrafacere, vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto, sub pœna centum lib. Bon. stip. etiam in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa: quæ pœna toties committatur, & exigi possit: in singulis capitulis, quoties contrafactum fuerit, & pœna soluta vel non rata maneant

omnia & singula suprascripta. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extrà, pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona.

Instrumentum venditionis quędam in se pacta continens, & valde vtilia. Rubrica.

AD euidentiam nostri instrumenti sex sunt notabiliter attendenda. Primò continuare instrumentum ad praecedentia, & ponere casum in terminis & diuidere literam per capitula. Secundò videre de vacua possessione. Tertiò videre de rei vendicatione. Quartò videre de poena & stipulatione poenali. Quintò exponere quędam pacta in instrumēto inserta. Sextò & vltimò videre qualiter & quomodo istud instrumentum per te notariū debeat variari. Ad primum, scilicet, continuare instrumentū, & dico quòd continuatur ad praecedētia ista forma. Nos suprà vidimus in praecedentibus instrumentis quòd plures res sunt vēditae sine quibusdā pactis: modò de ipsis in instrumēto venditionis ponendis loco praesenti est agendū & videndum. declarat hîc Ru. cū dicit, Instrumentū ven. quędam in se pacta continens. Et casus in terminis talis est: Quidā nomine An. habebat vnā domum & vnā petiam terrae aratoriae, quā vendere volebat. Quidam nomine Corr. hoc sciens accessit ad eū hoc dicens, O An. vis tu mihi vendere domum tuā, quā habes in tali loco? An. dicit, certè sic: sed pro quanto vis tu vendere? dicit ille, pro centum lib. dicit Corr. sit mea: dicit Ant. sit tua. Iterum Corr. dicit, vis tu vendere vnam petiam terrae, quā habes in tali loco? dicit Ant. volo: pro quanto? pro tanto, scilicet, pro centum lib. Bono. pro qualibet tor. dicit Corr. sit mea, dicit An. sit tua. Dicit modò Corr. sed dicas mihi Anto. domus quā mihi vendis, quo iure vendita est? dicit ille: vēdo tibi iure proprio, & in perpetuum: quia est mea propria. dicit etiam Corr. petiam terrae, quo iure vendis mihi? dicit An. vendo tibi iure emphyteoticae conditionis, id est, illo iure, quo habeo eam: dicit Corr. volo quòd me ponas in possessionem, & volo quòd facias me potiorem in iure, & promittas mihi de legitima defensione, id est, quòd res non euincatur à me: etiam volo quòd si erit mota mihi lis vel quaestio de re, quòd defendas me, & quòd si haberem de dicta re vendita

Continuatio instrumenti ad instrumētum praecedens.

dita aliquod damnum vel interesse, volo quòd illinc ad tertiam diem restituas mihi pretium quod dedi tibi, vt soluam omne damnũ & interesse, &c. vt in litera plenius continetur. & hoc facit sub certa pœna dupli vel tripli cum refectione dã. & expen. & oblig. bono. &c. Nostrum instrumentum de venditione tractat, & habet sex capitula sicut & alia de ven. tractantia. Primum est contrahentium. Secundum rerũ venditarum. Tertium pretij. Quartum traditionis rerum. Quintum promissionis de legitima defensione. Sextum & vltimũ pœnæ cũ obli. bo. & refect. dã. Ad secundum, scilicet, videre de vacua poss. & circa idem quærã septem. Primò, quid sit vacua possessio, & quare sic dicatur. Secundò, quotuplex sit pos. Tertiò, per quos acquiratur posses. & per quos acquisita teneatur & conseruatur. Quartò, videre si venditor non promisit emptorem in vacuam pos. inducere vtrum teneatur de iure. Quintò, si tenetur: ad quid operatur pactum in nostro instrumento appositum. Sextò, quæ sit virtus & effectus possessionis. Septimò & vltimò videre qualiter istud instrumentum per te notarium debeat variari. Ad primũ, scilicet, quid sit possessio. Posses. est rei corporalis detentio corporis & animi, iuris ciuilis adminiculo concurrente, secundũ Azo. C. de acqui. & retinẽ. pos. Ab aliquibus doctoribus solet communiter sic diffiniri. Possessio est ius quoddam, quo aliquis rem corporalem verè in potestate habet. Modo expone verba diffinitionis: & primò dicit, possessio est rei corporalis. no. corporalis non autem incorporalis: quia incorporalia nõ possidentur. Sed quare non possidentur? quia tradi non possunt. Dicit, corporalis & animi, quia animo detinetur, & corpore, siue pedibus conculcatur. Ille enim qui corpore possidet, habet naturalem possessionem: & ille qui animo possidet, habet solùm ciuilem. Sequitur iuris ciuilis adminiculo concurrente: quia ille qui possidet rem, debet possidere cum iure, vt habeat ius in ea. Sed quare appellatur possessio? Possessio, id est, pedum positio: quia sicut dicimus testamentum, id est, mentis testatio: ita dicimus possessio, id est, pedum positio. Ad secundum, scilicet, quotuplex sit possessio? & dico quòd vno modo est duplex, & alio modo triplex. Duplex est, quia alia est naturalis tantùm, alia ciuilis tantùm. Naturalis tantùm est illa, quæ corpore possidetur, & pedibus conculcatur: & datur exemplum in em-

Vacua possessio qua dicatur.

Possessio quotuplex sit.

phyteoticario:nam emphyteoticarius habet naturalem possessionem,quia corporaliter possidet.Ciuilis tantùm est illa possessio,quam verus dominus habet,quia animo detinetur. Alio modo est triplex,scilicet,semiplena,& vacua. Plena est illa,quam habet dominus rem possidens animo & corpore. De semiplena datur exemplum in hærede legatario:vt quia testator quendam hæredem instituit,vel quandam rem vni legauit.Mulier habet filium in ventre,& intrat possessionē pro filio in hæreditate & in re legata : iste hæres legatarius possidet,vel hæreditatem,vel rem legatam simpliciter.Alia est possessio,quæ appellatur vacua:& dantur de ea tria exempla,scilicet,propter negligētiam,propter absentiam,& propter successionem:& istam nullus possidet. Ponamus,quòd quidam est de sua ciuitate expulsus,modò non potest sua bona possidere:& ista est vacua pos.quia nullus possidet.& hic ponitur vacua pro plena. Ad tertium,scilicet, per quos acquiratur possessio,& per quos acquisita seruetur,& dico quod acquiritur per nosmetipsos,& liberos nostros, quos in potestate habemus,& per seruos nostros & alienos, quos bona fide possidemus,& per liberos bona fide possessos.vt Institut. lib.ij.titu.per quas personas.in princi.§.acquiritur vobis,nō solùm.Sed per quos acquisita seruatur?certè per colonos & inquilinos nostros,& per massarios,& per hæredes nostros. Ad quartum,scilicet,si venditor non promisit emptorem in vacuam possessionem inducere,vtrum teneatur de iure? & dico quòd non:quia hoc non est de natura contractus: quia de natura contractus est rem tradere, & de euictione promittere. Tamen tu dices,& melius quòd venditor tenetur emptorem in vacuam possessionem inducere,quamuis non sit dictum per pactum etiam cedendo ius omnimodè,& suo emptori conferendo videtur teneri. Ad quintum,scilicet, si venditor promisit emptori ipsum in vacuam possessionem inducere,ad quid operatur illa promissio?& dico quòd operatur,quia si iste venditor non tradit istam possessionem emptori,ipse potest agere contra eum actione ex empto ad duplum,triplum, & quadruplum,etiam potest agere actiōne ex empto de interesse proprietatis. Sed quomodo committitur actum ex empto ad duplum, triplum, & quadruplum? certè committitur tribus modis. Vno modo per sententiam. Alio modo, quando condemnatus est per æstimatio

Possessio per quos acquiratur.

mationem. Alio modo, quando tradidit vacuam possessionem. Primo modo per sententiam,& hic insurgit quæstio. Ponamus quòd quidam vendidit vnam rem vni,& iste venditor tradidit rem isti emptori: modo venit alter qui vult intrare possessionem,& iste emptor dat sibi sponte,nunquid iste venditor tenetur isti emptori de re euicta? certè quidam dicunt quòd postquàm promisit,tenetur. Alij tenent,& melius.quòd non tenetur: quia iste emptor dedit sibi sponte,& dando sibi sponte videtur consentire,ergo non tenetur. Secundo modo,quando est condemnatus per æstimationem:& sic ponamus quòd venditor vendidit sibi rem & tradidit,venit alter & dicit quòd est sua: sed iudex dat sententiam quòd ipse emptor soluat æstimationem, postquàm non vult rem dare,nunquid tenetur iste venditor ad æstimationem?certè sic. Tertio modo,quando tradidit vacuam possessionem,id est,rem religiosam?dico quòd ipse non potest: quia res religiosa alienari non potest.vt notatur Instit.lib.ij. de reb.non alie.& de re.di.§.religiosum. Sed quid committitur actione ex empto ad interesse proprietatis? dico quòd committitur per sententiam re euicta solum,& non aliter. fallit tamen in quatuor casibus, antequàm res sit euicta. Primus casus est,quando contractus est in limine, scilicet, quando ei res est tradita,sed pretium non est solutum. Secundus casus est,quando est actum per pactum. Tertius casus est, quando agit ad cauendum. Quartus casus est,quando agit ad liberandum. Ad sextum,scilicet,quis sit effectus & virtus possessionis.& dico quòd effectus est,quia tradens erat dominus rei venditæ,transfertur dominium in accipientem. Si autem non erat dominus,datur emptori via vsucapiendi & præscribendi. Et virtus & effectus est etiam,quia si vnus est in possessione,& alter venit,& petit:& iste qui petit,non probat, modò possessor absoluitur: quia actore non probante absoluitur reus,vt l.qui accusare.C.de edẽ. Ad septimum & vltimum,scilicet,videre quot modis quartũ capitulum istius instrumenti possit per te notariũ ordinari?& dico quòd potest dupliciter ordinari.vno modo in absentia:alio modo in præsentia,hoc modo:Insuper præfatus venditor dedit & vendidit ipsi emptori vnã domũ in præsenti coram me notario & testibus inscriptis aperiẽdo cameras,& dãdo sibi claues in manibus,&c. Alio modo in absentia:vt sic dicatur quomodo

Quid venit in actione ex empto.

Virtus & effectus possessionis.

Absoluitur reus.

idem venditor se dicti emptoris nomine cõstituit possidere, donec ipsius rei pos. acceperit corp. quã accipiẽdi sua authoritate & retinendi deinceps ei licentiam omnimodã dat. Ex hoc insurgit dubiũ. Ponamus ꝙ quidam vendidit vnã petiã terræ Corr. & iste Corr. intrat possessionẽ An. ignorante, nunquid potest? certe sic: sed quomodo dices tu in instrumẽto, quãdo ipse accepit possessionẽ vẽditore ignorãte? certè sic dicã: Cũ hoc sit quòd An. vẽdiderit Cor. vnã petiã terrę vineatę positam in tali loco, prout patet ex instrumẽto ipsius venditionis scripto manu talis notarij, ipse Corr. intrat nunc possessionem accipiens de terra in gremio, & frondes arborũ, vel de frondibus vitis in manibus, &c. Ad tertiũ princ. membrũ, scilicet, videre de rei euictione. Et ad eius euidentiã quæram quinque in ordine fore videnda. Primò, quid sit euictio, & quare sic dicatur. Secundò, qui sunt illi qui possunt agere de euictione, & contra quos, & in quibus contractibus. Tertiò, quãdo potest agi de euictione & inquantũ. Quartò videre casus, in quibus vẽditor nõ tenetur emptori de euictione. Quintò & vltimò qualiter istud instrumentũ per te notariũ valeat variari. Ad primũ, scilicet, quid est euictio? & dico quòd euictio est rei emptæ vel alio iusto titulo acceptæ per sententiã iudicis alio euincẽte, causæ amissio: dicit, euictio est rei emptæ. Nam ille, qui emit rem, si res est euicta, potest agere cõtra vẽditorẽ de euictione: sequitur vel alio iusto titulo acceptæ, quasi dicat, non solùm per venditionẽ agitur de euictione, sed etiã per donationem, & per permutationẽ & alium titulum habilẽ ad transferendũ. Sequitur per sententiã iudicis: quia si lata non est sententia iudicis contra emptorẽ, venditor non tenetur de euictione. dicitur, alio euincente: quia ille, cui euincitur, debet agere de euictione, & non alter. Dicit causę amissio: quia ille, cui res euincitur, amittit causam, & ille agere debet de euictiõe. Sed quare appellatur euictio? certè ab euinco, euincis, dictũ ab en quod est extrà. Ad secundum, scilicet, qui possunt agere de euictione? & dico quòd agere possunt omnes, qui emunt rem à non domino ex tali titulo: ꝓ si fuisset traditio facta, fuisset accipientis, hoc est, ex titulo habili ad transferendum dominium: Quare dicit à non domino? quia si emisset rem à vero domino, non posset agere de euictione. Dicit ex tali titulo, scilicet, quòd si res fuisset facta accipientis: quia si ille, qui tradit, erat dominus, facta est

Dissolutio dubij.

Euictio quid sit.

Agere de euictione qui possunt.

est accipientis. Dicit, ex titulo habili ad transferendum dominium in alterũ: quia ex titulo donationis, permutationis, & sic de aliis. Sed contra quos agitur de euictione? certè contra venditorem: sed in quibus contractibus? certè in contractibus emptionis & ven. permutationis, dationis insolutum, & donationis, si donator promisit, aliàs non tenetur. Ad tertium, scilicet, quando potest agi de euictione? & dico quòd potest agi post latam sententiam iudicis re euicta: sed in quãtum potest agi? certè ad damnum & interesse proprietatis. Sed potéstne agi ad pœnam dupli, tripli, vel quadrupli? certè non nisi sit actum per pactum in instrumento, & istud duplum ponatur pro pretio. Ad quartum, scilicet, videre casus in quibus venditor non tenetur de euictione emptori. Primus casus est, quando emptor emit mala fide. Nam propter fidem malam venditor non tenetur. Secundus casus est, quãdo actum est per pactum quòd de euictione emptor non teneatur. Tertius casus est, quando emptor non denuntiauit venditori quòd res foret euicta sibi, vel quòd sibi de re foret mota lis. Fallit tamen quãdo in instrumento venditionis est actum per pactum, quòd licet emptor non denuntiauerit, quòd venditor teneatur. Quartus casus est, quando res fuit euicta ab emptore, quòd ipse emptor noluit in iudicio interesse. Quintus casus est, quando lata est sententia contra emptorem, quòd ipse noluit appellare: modò venditor non tenetur de euictione. Sextus casus est, quando venditori promisit per pactũ emptor, vt de euictione non teneretur. Septimus est, quando venditor est pauper, & non potest soluere. Octauus casus est, quando non dimittit se appellare. Ad quintum, scilicet, qualiter & quomodo capitulum promissionis in isto instrumento per te notarium posſit variari? & dico quòd potest variari tribus modis. Vno modo secundum formam communem. Secundo modo secundum minus communem. Tertio modo secundum formam magis communem. Secundum formam communem sic dicas, promittens dictus venditor de legitima defensione solũ ab illis personis, quæ ius haberent in dicta re vendita: tam per obli. legitimã quàm propter aliam rem. Secundũ formam magis communẽ sic dicas: prout in instrumẽto plenius declaratur. & in quarto puncto tunc dixi, quomodo venditor nõ tenetur emptori de euictione, nisi ipse denuntiauerit venditori. Et

Contra quos agitur de euictione.

Casus in quibus vẽditor non tenetur de euictione.

Nota.

circa

circa denuntiationem in genere quærá tria. Primò, quid sit denuntiatio. Secundò, qui possunt denuntiare, cui potest denuntiari, & quando & qualiter denuntiatio est facienda. Tertiò, formare quasdam quæstiones presenti materiæ facientes. Ad primum, scilicet, quid sit denuntiatio? & dico quòd denũtiatio est alicui ab aliquo, vt faciat, vel nõ faciat, declaratio vel vetatio: dicit, vt faciat, vel nõ faciat, scilicet, aliquid. dicit, declaratio vel vetatio, non solùm se habet ad emptionem vel venditionem, sed etiam ad permutationem, dationem, insolutum, donationem, &c. Ad secundum, scilicet, qui possunt denuntiare de voluntate? & dico quòd quilibet potest denuntiare de voluntate: sed de necessitate quilibet, qui vult agere de euictione: sed quibus potest denuntiari? certè venditori, permutatori, donatori, & breuiter omnibus qui cum denuntiante contraxerunt, & de euictione eidem tenentur, &c. Sed quando est denuntiatio facienda? certè tempestiuè: & intelligas, tempestiuè, id est, ante latam sententiam. Sed qualiter est facienda denuntiatio? certè oretenus, & non cum protestatione. Ad tertium, scilicet formare quasdam quæstiones, quarum prima talis est: Quidam emit vnam rem ab vno, modò mouetur lis vel quæstio de re: & iste emptor non denuntiauit in principio litis, sed vult denuntiare in causa appellationis, nunquid valet ista denuntiatio? Quidam dicunt quòd valet & tunc: quia si iste emptor vel venditor non appellauit, etiam potest appellare: si non produxit testes, potest producere: & emptor & venditor non produxerant hæc iura sua. Alij tenent quòd non valet, & bene: quia postquàm non denuntiauit in principali causa, non valet. Secunda quæstio talis est, quidam emit vnam rem ab vno, iste habet filium vnum, iste emptor decessit, modò mouetur sibi lis, & succũbit in causa: vel fuit quæstio de re, & non denuntiauit, quæritur nunquid iste minor sit restituendus? & quidam dicunt quòd non, quia non denuntiauit: & postquàm denuntiationem non fecit, non sit restituendus. Alij tenent quòd minor sit restituendus, cum minor sit & postquàm non denuntiauit. Tertia quæstio talis est. Ponamus quòd quidam vendidit rem vnam vni, & iste venditor dedit fideiussorem super euictione, & mouetur lis vel quæstio de re, & denuntiauit venditori, & succumbit in causa: & iste emptor vult agere contra fideiussorem, nunquid potest? quidam dicunt quòd non, quia

Denũtiatio quid est.

quia non denuntiauit fideiussori, imò venditori. Alij distinguunt, quia aut denuntiauit venditori: & tunc ipse potest agere contra venditorem. Aut ipse denuntiauit fideiuss. & tunc ipse potest agere contra fideiussorem. Aut denuntiauit ambobus, & tunc potest agere contra quemlibet. Quarta quæstio talis est: Quidam vendidit vnam rem, & mouetur emptori lis vel quæstio: & venditor recessit insalutato hospite, & ille vult denuntiare venditori, quid debet ipse facere? ipse debet inquirere vicinos, in qua patria est, vel in quo loco: & si ipsi nolunt docere, vel nesciunt, nec sui hæredes, ipse debet dicere iudici, quòd ipse non reperitur, nec sui hæredes: inde iste emptor debet recurrere ad domum, in qua ipse morabatur illo tempore, quo vendidit sibi rem. Ad quartum princi. scilicet, videre de pœna & stipulatione pœnali: tamē nō dico hoc causa breuitatis: sed in tractatu notu. dicitur ad plenum sub Rub. de pact. §. nunc demum, &c. Ad quintum princ. scilicet, exponere quædam pacta in instrumento incerta. Et primum pactum est, quia iste venditor dicit quòd ipsi vult tradere vacuam possessionem, & ipsum facere possessorem. Sed si promisit hoc, ad quid operatur illa promissio? certè operatur, quia si ille venditor non tradit rem, emptor potest agere contra eum actione ex empto ad interesse proprietatis etiam actione dupli, tripli, & quadrupli. Secundum pactum est, si aliqua lis vel quæstio de re vendita: quòd iste venditor promisit stare in lite vsque ad diffinitiuam sententiam: sed ad quid operatur istud pactum? certè operatur ad pœnam: quia si iste venditor nollet facere ea, quæ promisit, statim emptor recurret ad pœnam in instrumento contentam. Tertium pactum est, quia si iste emptor sustineret aliquod damnum, vel interesse, vel expensas, quòd sibi ea reficeret tam si res foret euicta, quàm non. Quartò quæro, vtrum teneatur hoc facere? & quidam dicunt, aut ipse succubuit in causa, tunc tenetur reficere: sed si non succubuit in causa, & tunc non tenetur reficere. Alij dicunt, & melius, quòd tenetur, quamuis non succumbat in causa: quia ait Prætor, Pacta bona fide inita seruabo. Quintum pactum est, quia remissa est necessitas appellandi per pactum: tunc quæro, vtrum ipse possit appellare super euictione? & dico quòd sic, non obstante ista appellatione iste poterit pronuntiare super euictione rei. Sextum pactum est quod actum est inter eos expressè: quòd

ſe: quòd ſi iſti emptori facta fuerit iniuſtitia vel iniuria, quòd iſte venditor teneatur, vel etiam propter negligentiam vel culpam ſui. Aliud pactum eſt, quia ſi etiam lata fuerit ſententia, quòd infra tertiam diem iſte debeat ſoluere pretium vel pœnam dupli: ſed ſoluere pretium eſt factum facere: & ipſa pœna eſt facto adiecta, & pœna facto adiecta, quantuncunque ſit, tota petitur & exigitur. Aliud pactum eſt. dicitur ſuprà quod vendidit iure emphyteoticæ conditionis. & illud habet locum in emphyteoticario: quia emphyteoticarius accepit rem in emphyteoſim: quia ſi non ſoluit debitis temporibus, cadit à iure ſuo, hoc eſt, incidit in pœnam: ſi autem eſt perſona ſecularis, & non ſoluit hinc ad triennium, cadit à iure ſuo. Ad ſextum prin. ſcilicet, ponere caſum in terminis, legere literam, & ipſam diuidere cauſa breuitatis omitto. & hoc de litera inſtrumenti ven. quædam in ſe pacta continentis & valde vtilia pro emptore. Rubrica. ſex puncta ſufficiant.

Inſtrumentum ſimplicis & inter viuos donationis.

ANtonius dedit, tradi. & donauit purè, liberè, ſimpliciter & irreuocabiliter inter viuos iure proprio in perpetuum Cor. pro ſe & ſuis hæredibus recipienti, domum vnam ſitam in tali loco, cuius tales dicuntur eſſe confines, &c. Ad haben. tenen. poſ. & quicquid ſibi & ſuis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum, cum omnibus & ſingulis quę inter prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent, cum acceſ. & egre. ſuis vſque in viam publicam, & cum omnibus & ſingulis, quæ habet ſupra ſe, vel infra ſe, ſeu intra ſe in integrum, omnique iure & actione, vſu, ſeu requiſitione ſibi ex ea re, vel pro ea re, ſeu ipſi rei modo aliquo pertinente. Quam rem idem An. ſe nomine ipſius Cor. conſtituit poſ. donec ipſius rei poſ. acceperit corporalem quam accipiendi ſua authoritate, & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit, promittens per ſe & ſuos hæredes dicto Corrado pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulanti, prædictam donationem, & omnia & ſingula ſupraſcripta perpetuò firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire per ſe

vel

vel per alium aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto, nec ipsam donationem propter ingratitudinem, vel causa aliqua reuocare. Sub pœna centum lib. Bonon. stipulatione promissa, & refectione damnorum & expen. litis. & extrà, & obligatione omnium suorum bonorum, & pœna soluta vel non, prędicta omnia & singula suprascripta firma perdurent. No. tamen quòd si de legitima rei donatæ defensione à donatore promittenda inter partes ageretur, partium voluntates fideliter exequaris. Ideo verò hoc in prædicto instrumento omissum est: quia solent donatores nolle multis obligationibus implicari, & multum non decet donatarium ad hoc niti. Item nota quòd donationes rerum valentium vltra quantitatem quingentorum aureorum debent cum insinuatione, id est, iudicis directo fieri secundum iuris ordinem. Veruntamen secundum leges municipales ciuitatis Bonon. in omnibus donationibus excedentibus summam quinquaginta lib. Bonon. hæ solennitates specialiter sunt seruandæ, videlicet quòd fiant corã iudice pro tribunali in palatio sedente, & suam & communis Bonon. authoritatem interponente: & intersint septem testes noti, & boni, ex quibus præter septem testes notos & instrumenti authorem sit vnus tabellio, qui etiam proprio nomine & signo subscribere se rogetur: Cuius iudicis authoritas, & tua dictique tabellionis subscriptio ita fiet, scilicet, quòd posito toto instrumenti tenore subsequenter dices: Hæc autem donatio secundum formam statuti communis Bono. super donationibus editi, ante præsentiam D. Scacanelli iudicis, & assessoris domini Rolan. de villa potesta, Bono. in palatio eiusdem communis pro tribunali sedentis publicè facta fuit. Qui iudex in ipsius donationis confirmationem, & robur, eidem donationi suam & communis Bonon. authoritatem interposuit, & decretum. Post hæc positis testibus, scilicet, omnibus aliis sex se subscribat ille alter tabellio sub hac forma. Ego Iacobus Imperiali authorit. No. dictæ donationi, & prædictis omnibus præsens ad hæc vocatus specialiter & rogatus secundum formam statuti prædicti in ipsius donationis robur, & testimonium publicè me subscripsi: ponens signum tuum, actum, & nomen, vt in aliis instrumentis.

Instru

Instrumentum simplicis & inter viuos donationis. Quartum membrum. Rubrica.

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus qualiter rerum dominia de vno in alterum trásferuntur per venditionem,& permutationem,& insolutum dationem:sed quia nõ solùm per istos modos rerum dominia de vno in alterum transferuntur, sed etiam per donationem inter viuos,meritò de ipsa donatione loco præsenti est agendum & videndum:declarat hæc Ru.cùm dicit,Instrumentum simplicis inter viuos donationis. Continuatur & secundo modo sic: Nos suprà vidimus in prin.huius capituli, qualiter diuidebatur in partes duas: iterum prima pars subdiuidebatur in sex.Nam in prima parte ponuntur instrumenta venditionis. In secunda ponuntur instrumenta permutationis. In tertia ponuntur instrumenta dationis insolutum. In quarta donationis inter viuos. In quinta instrumenta concessionis in emphyteosim. Cùm igitur dictum sit de primis tribus partibus,scilicet, venditione, permutatione, & insolutum datione: restat nunc videre de quarta,scilicet, de donatione inter viuos: declarat hæc Rub. cùm dicit, Instrumentum donationis simplicis inter viuos. Casus positionem omitto, quia legendo literam satis patet. Istud instrumentum quinque habet capitula. Primum est contrahentium. Secundum rei donatæ. Tertium traditionis rei. Quartum promissionis de legitima defensione. Quintum & vltimum pœnæ cum obligatione bonorum & refectione damnorum & expensarum. Tamen circa istud instrumentum quæram sex videre.

Quæstiones sex super præsenti instrumēto.

Primò,quot sint species donationis,& de qua donatione loquatur nostrum instrumentum. Secundò, quid sit donatio secundum nostrum modum accepta,& exponere quædam verba in nostro instrumento contenta in principio quæ egent expositione. Tertiò, qui possunt donare,& quibus potest donari. Quartò, videre qualiter & quibus modis contrahatur ista donatio inter viuos. Quintò,qualiter & quibus modis contracta reuocentur. Sextò formare aliquas quæstiones ad materiam congruentes.

Species donationis quot sunt.

Ad primum,scilicet, quot sint donationis species, & de qua donatione hìc loquitur?& dico quòd sunt plures species donationis

nationis. Nam quædam est donatio, quæ appellatur donatio causa mortis:& hæc est, quæ fit propter mortis suspitionem, id est, quando quis suspicatur mori. Quædam est donatio quæ appellatur legatum:& hæc est, quæ fit in testamentis: & hoc patet in diffinitione, cùm dicit, Legatũ est donatio quædam,&c. Quædam est donatio, quæ appellatur dos, quá dat vxor marito propter matrimonium adimplendum. Quædam est donatio propter nuptias:& hæc est, quam facit maritus vxori in contrarium dotis: vel etiam pater filio nubenti, aut mater filiæ suæ virũ ducenti, maximè ex bonis paraphernalibus, quæ in sua potestate sunt: cum viri authoritate, tamen si habeat, viri potens sit, vt vult Azo.C.eodem tit. Quædam est donatio, quæ appellatur sponsalitia largitas: & hæc est, quam facit maritus vxori in contrarium dotis.& de istis, scilicet quinque speciebus non loquitur istud instrumẽtum. Quædam est donatio, quæ appellatur simplex,& inter viuos: & de ista loquitur hìc. Ad secundum, scilicet quid sit donatio?& dico quòd donatio diffinitur duodus modis. Vno modo sic: Donatio est quædam mera liberalitas à dante in accipientem collata, quæ nullo iure cogente conceditur, secundum Azo.in sum.C. de do.& Hostien.in sum. eodem tit.§.j. Vel aliter: Donatio est quædam mera liberalitas à dante in accipientem collata, quæ pœna stipula. & traditione sumit effectum. Modò exponamus verba diffinitio. prædictarum. & primò dicit, donatio est quædam, ad differentiam aliarum donationum. Sequitur mera liberalitas, id est, pura vel vera, non autem fictitia, vel simulata. Sequitur liberalitas: nam donatio ex libertate procedit, id est, ex voluntate & sponte, non autem coactè: nam si donaretur coactè, non esset donatio, quia ibi non esset liberalitas. nam in necessitatibus nemo liberalis existit. Modo exponamus verba in princip. instrumenti inserta, tamen ea habere potes per ea quæ suprà dixi in expositione verborum diffinitionis. Dicit enim purè & non fictitiè, liberè, id est, non coactè: dicit simpliciter, id est, sine causa, ad differentiam donationis, quæ est facta cum causa, vt donatio causa dotis irreuocabiliter: nam debet donari animo, & nunquam reuocari inter viuos. ideo dicit ad differentiam donationis causa mortis. Ad tertium, scilicet, qui possunt donare, quibus potest donari, & quæ res possit donari? Et dico quòd illi possunt donare, qui possunt aliàs contra-

Diffinitio donationis.

Donare qui possunt.

here,& de rebus suis alienare, & qui sunt domini rerum suarum,quæ donantur.Fallit tamen in minore,nam donare non potest,quia ibi non posset esse legitima causa. Item excluditur eius tutor : quia quamuis possit alienare res pupilli , tamen eas donare non potest , nisi in vno casu , quando tutor vult donare magistro pupilli.Item etiam fallit in adulto , & in eius curatore,qui quamuis possit contrahere res adulti, tamen eas donare non potest. Item fallit in procura. licet habeat plenum , liberum,& generale mandatum : quia de pleno & generali mandato detrahitur donatio , & dilapidatio, vel consumptio,nisi ad donandum haberet speciale mandatum:quia sibi dominus dixit,valo quòd tu dones talem rem tali. Item fallit in cohærede , qui non potest donare, nisi alter hæres consentiat. Item in socio nisi consensus aliorum sodalium intercurrat. Item fallit in eo , qui habet rem communem cum alio. Item fallit in negotiorum gestore, id est, qui gerit negotia aliena,nisi consensus illius intercurrat,cuius negotia gerit. Item fallit in patre, qui non potest donare bona filij. Item etiam excluduntur prælati ecclesiæ,dummodo prælatus non vellet donare episcopo. Sed quibus potest donari? certè potest donari omnibus habentibus consensum & consonalem intellectum : & per hoc excluduntur furiosi,mente capti, muti, surdi, prodigus , & adultus sic : quia non habent sensum & animi intellectum. Sed quæ res possunt donari? certè illæ res,quæ possunt nostro imperio subiici : & res, quæ possunt in contractum deduci & alienari . & per hoc excluduntur res sacræ,religiosæ, sanctæ , publicæ, & liber homo,&c.quæ quia non possunt alienari,ideo non possunt donari. Ad quartum , scilicet qualiter contrahatur ipsa donatio? & dico quòd contrahitur purè,vt quando non apponitur dies vel conditio. Item contrahitur spontè , quando spontè me assero velle donare summam meam. Item contrahitur sub conditione,& hoc sic,per se vel per eum: & sufficit quòd æquipollens præstetur,id est , quòd veniat quod tantundem valeat,vt fuit illa, quæ dixit. O Petre dabo tibi centum libras,si pater tuus emancipauerit te infra annum:mortuus est pater antequàm Petrus sit emancipatus : & sic venit conditio per aliud æquipollens. Item contrahitur in diem, vt dabo tibi vsque ad Pascha mille. Item ex die incerta , vt amore meo mane dono tibi equum meum,& amore tuo mane:&

Donari quibus potest.

Quæ res donari possunt.

ne: & videtur prouidere velle hæredibus donatarijs. Item contrahitur sub causa, vt quia fuisti aduocatus vel procurator meus in tali causa, ideo dono tibi librum meum. Item sub modo, & hoc per istam dictionem, vt dono tibi Codicem, vt scribas mihi Digestum. Item contrahitur pacto. Item contrahitur stipulatione. Item contrahitur traditione, tamen supradicta potes habere exempla istorum. Sed quomodo perficitur ista donatio? certè perficitur nudo pacto. & hoc est verum quo ad actionem dandam, scilicet conditionem ex lege, vt ille rem tradat, sed non est prout dominium acquiratur donatario, nisi traditione facta: nō enim nudis titulis dominia rerum nobis acquiruntur, sed traditione. Ad quintum, scilicet, qualiter reuocatur donatio? & dico quòd non reuocatur nisi per ingratitudinem. Nam, vt dicit Aurora, negamus quenquam gratiam scire reddere, nisi sapientem. Nam, vt ait Seneca, Donum vel beneficium accipere, est libertatem vendere: & quilibet donatarius donatori ad antidota obligatur, & sic ingratitudo diffinitur à beato Bernardo: Ingratitudo est ventus vrens & desiccans fontem pietatis ore misericordiæ fluenta gratiæ. Et reuocatur donatio quinque modis & causis. Primo, quia si ego feci magnum damnum: nunc isto modo reuocatur. Secundo modo, quando donatarius intulit atrocem iniuriam donanti, vt quia dedit alapam coram potestate. Tertio modo, si donantem donatarius vulnerauit. Quarto modo, quādo apposuit insidias causa capiendi vel interficiendi donantem. Quinto modo, si fregero pactum. & omnes isti quinque modi personant, &c. vt patet in litera, & personant carmina infrascripta.

Donatio qualiter perficitur.

Donatio qualiter reuocatur.

Causæ reuocatiōis donatiōis.

Quinque modis perdo mihi, quæ donata fuêre,
Infero si damnum grauiter donantis in ære,
Et si per me sit huic atrox iniuria facta,
Et sua persona manuali vulnere tacta,
Quando sua vitæ crudeliter insidiabor,
Ingratus dono confestim iure putabor,
Ingratum factum dic me, si fregero pactum.

Id est, quando ego donaui tibi summam meā sub pacto vt donares mihi institutam: & quando habuisti summam à tuo latere, tu dixisti, ego nolo donare tibi institutam. & sic per

hoc ergo siue sit filius, qui donet, siue pater filio, siue quecunque alia persona. Fallit tamen in matre, quæ donauit filio, & conuolauit ad secundas nuptias: nam non reuocari potest donatio, nisi in tribus casibus. Primus casus est, si matri intulit grande damnum. Secundus casus est, quando ipse filius matrem manu propria vulnerauit vel verberauit. Tertius casus est, quando ipse insidiatur iuri propriæ genitricis. Fallit etiã in liberto cõtra patronum: nam propter ingratitudinem nimiam factam à liberto contra patronum reuocatur à patrono donatio, siue consistat in dando siue non, siue in faciendo siue non: sed libertas sibi donata non reuocatur, nisi quando deliquit in faciendo: quia fecit quod facere non debebat, vtputa quia intentauit contra patronum actionẽ famosam vel actionem doli, vel dixit quòd malè gerebat tutelam pupilli, vel aliud malum de eo asseruit. Ad sextum, scilicet formare quasdam quæstiones, & prima quæstio talis est; Vtrum donator teneatur de euictione donatario? Ad hoc sciendum sic distingue: quia aut donatio incipit à traditione, aut à promissione. Si verò incipit à traditione, vt quia dixit, accipe istum librum, quia tibi dono: & tunc non tenetur. Si verò incipit à promissione, vt quia dixit, dabo vel donabo tibi librũ meũ: & tunc tenetur de euictione donator. Alij dicunt quòd non tenetur de euictione, sed bene tenetur ad interesse donatarij: nam non tenetur de euictione, nisi promittat per pactum: tamen tu melius distinguas, & dicas; aut donatio incipit à traditione, aut à promissione. Si à traditione, tunc distingue, quia aut ipse promisit per pactum teneri de euictione, & tũc tenetur virtute pacti: aut non promisit, & tunc non tenetur. Si autem incipit à promissione, & tunc siue ipse promittat per pactum, siue non, tenetur de euictione. Secunda quæstio talis est. Quæritur qua actione agitur contra donatorem, vt adimpleat contractum? dico quòd agitur condictione ex lege. Nam vbicunque lex aliquid introducit, & non imponit certum nomen actionis, datur actio ex lege: sed si prætores aliquid introduxerunt, & non posuerunt nomen actionis, datur actio in factum, nisi interueniat stipula. quia tunc venit actio ex illa stipulatione. Tertia quæstio talis est: nunquid pactum factum de non reuocando donationem valeat? dico quòd non: quia inuitaretur donatarius ad delinquendum, & daretur tunc materia delinquendi. Quarta quæstio talis est:

Qua actione conuenitur donator.

est: nunquid donator possit reuocare donationem ab hæredibus donatarij propter ingratitudinem? & dices quòd non. Idem dico de hæredibus donatoris: quia non possunt reuocare à donatario ingrato donatori. Quinta quæstio talis est: nunquid donatio debeat fieri cum insinuatione? & tunc distinguendum est, quia aut donatio fit vltra quātitatem quingentorum aureorum, vt aureus ponatur pro libra, & tunc bene habet locum insinuatio. Si autem non excedit, & tunc non habet locum insinuatio. Sed ponamus quòd donatio fit vltra quingentos aureos, an valeat in totum, an pro quingētis aureis? dico quòd si fiat sine insinuatione, valet vsque ad quingentos aureos: sed vltrà non exceditur. Tamen quidam dicunt quòd non valet, & sic probant: vtile per inutile vitiatur: sed vtile ab vtili non est diuiduum. Sexta quæstio est talis: nunquid sit prohibita donatio inter virum & vxorem ratione naufragij? quantum ad quantitatem naufragij prædicta causa respondetur: tamen communi Bono. ista donatio fit cum aliis solennitatibus, quam seruabis sibi, & facies tale instrumentum.

Instrumentum concessionis in feudum.

DOminus Azo Estensis & Anchonæ Marchio, ob remunerationem obsequiorum multorum, fidei & amoris circa eum & domum suam à domino Cor. hactenus præstitorum, in vinculum dilectionis inter eos ex nunc perpetuò conseruandæ dedit & concessit in feudum & iure feudi ipsi domi. Cor. recipienti pro se & filiis suis & nepotibus, & omnibus ex eo & ex eis in perpetuum descendentibus, masculis, videlicet, legitimis, dummodo in nullam aliam personam extraneam transferatur, Talem rem sitam in tali loco infra tales confines, &c. ad ha. te. pos. & quicquid sibi & suis hæredibus. saluo quod dictum est, & etiam (saluo iure fidelitatis debito) deinceps placuerit perpetuò faciendum, cum omnibus & singulis, quæ inter prædictos continentur confines, & alios, si qui forent, cum accessibus & egressibus suis vsque in viam publi. & cum omnibus & singulis quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum, omníque iure, actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem se eius nomine possidere con-

ſtituit, vſquequo potius poſ. acceperit corpo. quam accipiendi ſua autho. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit: Promittens per ſe & ſuos hæredes dicto domino Corr. pro ſe & dictis ex eo deſcendentibus liberis legitimis ſtipulanti & recipienti litem vel controuerſiam eis de dicta re vel eius occaſione vllo tempore non inferre, nec inferenti conſentire: ſed ipſam rem ab omni homine & vniuerſitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare: & prædictam conceſsionem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta perpetuò firma & rata habere, & tenere, & nō cōtrafacere, vel venire per ſe vel aliũ, aliqua ratione, cauſa, vel ingenio, de iure vel de facto, ſub pœna Ç. marcharum argenti ſtipu. promiſſa, qua ſoluta vel non, omnia & ſingula ſupraſcripta firma perdurent. Item reficere ſibi & reſtituere omnia & ſingula damna & expenſas, ac intereſſe litis & extrà: pro quibus omnibus & ſingulis firmiter obſeruandis obligauit eidem recipienti, vt dictum eſt, omnia ſua bona. Quam quidẽ conceſsionem, & omnia & ſingula ſupraſcripta fecit idem dominus Azo pro eo quòd dictus Corr. ibidem & in præſenti promiſit ipſi domino Azo. & corporaliter iurauit ad ſancta Dei Euangelia, ex nunc ſibi & ſuis hæredibus fidelẽ eſſe vaſallum, ipſumque & ſuos hæredes, res, iura, & honores ipſorum pro poſſe fideliter cōſeruare, & nullatenus quod in detrimentum, & periculum, ſiue damnum perſonæ, vel perſonarũ, rerum, iuriũ, & honorem ſui, & ſuorum hæredum verti poſſet aliquod per ſe, vel alium contractare, vel modo aliquo machinari: imò ſi quos, hoc vel aliquod eorum tractare vel machinari ſenſerit, quàm velocius poterit domino indicare: & quicquid ſibi ſub fide, & credentia eius ſibi ab ipſo impoſitum fuerit ſecretum, fideliter retinere: necnon perſonã, res, & iura, honores ſuos aduerſus quoſcunque excepto Imperio Romano, Communi Bon. & his quibus prius fidelitatis debito erat aſtrictus, tueri, & totis viribus adiuuare, & generaliter puram & meram fidelitatem ſibi, & ſuis hæredibus reddere, ac per omnia impartiri. Cæterùm prædictis omnibus ſic peractis, idem dominus Azo in robur & confirmationem conceſsionis prædictæ cum baculo vel chirotheca ipſum dominum Corr. de dicto feudo legitimè inueſtiuit in ſignum perpetuæ dilectionis & fidei, interueniente pacis oſculo inter eos.

Instrumentum confirmationis feudi à prædecessoribus concessi.

DOminus Azo Estensis & Anchonæ Marchio, & filius quondam domini Petri prædecessorum suorum volens vestigia imitari,& acquisitum ac relictum per ipsos thesaurum incomparabilem amicos, videlicet,& fideles omníque potestate,cura,& solicitudine conseruare, lecto in eius præsentia seriatim instrumento concessionis in feudum factæ domino Corr.olim patri domini Phi.à domino Azone olim genitore ipsius domini Marchionis de quadam petia terræ aratoriæ posita in tali loco intra tales confines, &c. vt eodem ipsius concessionis instrumento patet scripto manu talis notarij, eandem concessionem in feudum & ipsius rei possessionem,& omnia & singula circa hoc in prædicto instrumento ab ipso genitore eius gesta, vtpotè prouidè & bene facta ipsi domino Philip. præsenti prænotatæ concessionis robore authoritate plenissima confirmauit: & in ipsius confirmationis & renouationis signum, ipsum dominum Philip.de dicto feudo cum baculo legitimè inuestiuit: Promittens per se & suos hæredes dicto domino Philip.pro se & filiis eius & omnibus ex eo descendentibus legitimis masculis stipulanti & recipienti dictam concessionem & renouationem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere, & tenere,non contrafacere, vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa,de iure vel de facto sub pœna centum Marcharum argenti stipu. promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium bonorum suorum,& pœna soluta vel non,prædicta omnia & singula firma perdurent. Qui dominus Philip. ibidem,& in præsenti de fide atque fidelitate seruanda dicto domino Marchioni in omnibus & per omnia, vt quondam do. Corrad. pater eius fecit, vt in prædicto continetur solenni instrumento, promissionem fecit, & corporale præstitit sacramentum: post hoc incontinenti in signum seruandæ fidei & amoris pacis inter eos osculum interuenit.

Instrumentum concessionis in feudum.
Quintum membrum. Rub.

PRæsens instrumentum continuatur ad præcedentia altero de duobus modis. Primo modo sic: Nos suprà vidimus qualiter dominia rerum transferuntur in alterum per vẽditionem, permutationem insolutum dationem, & donationem inter viuos: sed quia nõ solũ rerũ dominia de vno in alterum istis transferuntur modis, sed etiam vno altero modo, scilicet per concessionem in feudũ, meritò de ipsa concessione in feudum loco præsenti est videndum. declarat hic Rub. cùm dicit, instrumentum concessionis in feudũ. Continuatur & secundo modo sic: Nos suprà vidimus in princ. huius capituli quòd præsens capitulum diuidebatur in partes duas. Iterum prima pars subdiuidebatur in sex. Nam in prima parte ponebantur instrumenta venditionis. In secunda instrumenta permutationis. In tertia instrumẽta in solutũ dationis. In quarta donationis inter viuos. In quinta concessionis in feudum. In sexta concessionis in emphyteosim: sed viso de primis quatuor partibus, scilicet, de vendi. permu. datio. insolutum, & donatione inter viuos: restat nunc videre de quinta parte, scilicet, de concessione in feudum: hoc innuit Rub. cùm dicit, instrumentum concessionis in feudum. Istud instrumentum diuiditur per partes & non per capitula. In prima parte tractat de concessione feudali: & ista prima pars habet sex capitula. Primum est contrahentium. Secundum est rei concessę in feudum. Tertium est traditionis possessionis. Quartum promissionis de legitima defensione. Quintum est capitulum pœnæ. Sextum & vltimum est inuestituræ. In secunda parte agitur de forma fidelitatis & iuramento præstito cum fidelitate. Casus enim positionẽ omitto, quia legendo literam satis patet. Tamen vt plenè liqueat materia instrumẽti cõcessionis in feudũ, quæram quinque in ordine. Primò, quid sit feudũ diffiniẽdo, & quare dicatur feudum. Secundò, qui possunt cõcedere in feudũ, quibus potest concedi, & quæ res possunt concedi in feudũ. Tertiò, videre ad quos feudũ siue concessio deuoluitur, siue qui succedãt in feudũ. Quartò, qualiter & quibus interueniẽtibus feudi successio fiat. Quintò, qualiter & quibus modis feudum reuocatur

tur,tam ex parte domini,quàm ex parte vasalli.Ad primum, scilicet,quid sit feudũ.Feudum est rei immobilis ob homagium beneuola facta concesſio.Vel sic,secundũ Azo.& Hosti.in sum.§.j.Feudum est alicuius rei concessæ seu datæ beneuolè alteri in dominium cum inuestitura beneficium.Modo exponamus verba in diffinitione cõtenta.Et primò dicit, feudum est rei immobilis,& per hoc no.ꝙ debet fieri de re immobili,nisi in vno casu,scilicet,in patribus ciuilibus, vt quando dominus nõ habet aliquã rem immobilẽ ad dãdum in feudũ:& ipse dicit illi,qui vult esse suus vasallus:ego non habeo aliquã rem immobilẽ ad dandũ in feudũ,sed ego dabo tibi omni anno de area mea x.cor.frumenti,& x.cor.vini de penu mea,& de camera mea x.lib.Bon.omni anno,vt tu sis meus feudatarius.Nam istę tales res pro mobilibus operantur.Sequitur,ob homagium,& istud exponitur dupliciter.primo modo homagiũ,id est,hominis actio:nam agere potest dominus in vasallũ,vt ipsum sequatur ad plurimũ.Vel secundo modo dicitur ob homagiũ,id est,ob exercitiũ,quod facit vasallus domino ob eius honorẽ.Sequitur,beneuola:nã hoc facit honore domini, & amore vasalli: & dicitur concesſio,nõ autem translatio:quia nõ transferuntur iura in vasallũ,nisi quo ad dominiũ vtile,& naturalẽ possesſionẽ,& vtilem rei vendicationem.Item habet feudatarius ius accusandi damnũ dantes.Item habet etiam ius recuperandæ possesſionis.Directum autem dominium remanet penes dominũ & ciuilis possesſio.Ad secundũ membrũ prin.scilicet,qui possunt dare in feudũ?& dico quòd illi possunt dare in feudum, qui domini sunt rei,quam dant in feudum,vt Imperator,Reges,Duces,Comites,Marchiones,Capitanei,& valorosi homines.Item potest omnis alius, dummodo posſit de rebus suis alienare,& contrahere super eis,& vt sit in dignitate aliqua constitutus. Sed nunquid rusticus potest dare in feudũ? certè sic,si diues est,dummodo velit.Sed quare dicis tu quòd illi,qui sunt in dignitate,concedunt in feudum,& non dicis de rustico?certè dico quòd consuetudo est ipsorum magnatum concedere in feudum,quod secus est in rustico. Nam vellet potius vnum grossum quàm vnum feudatarium.Item etiam spirituales possunt concedere in feudum,vt sunt sacerdotes,& abinde suprà,dummodo sit ecclesia consueta vasallos acquirere: sed si vellet de nouo acquirere, non posset.

Feudum quid sit.

Qui possunt ĩ feudũ dare.

Sed qui non possunt in feudum concedere? certè illi qui cum aliis vel aliàs contrahere non possunt, vt minor: nam non potest in feudum concedere, sed pubes cum sacramento bene potest concedere in feudum, non autem impubes, propter authenticam Imperatoris, quæ sic dicit, Sacramenta puberum, non autem impuberum. Vnde omnes qui non possunt aliàs vel cum aliis contrahere, nec in feudum concedere. Sed cui potest in feudum concedi? certe illis qui possunt feudo seruire, siue sint maiores, hoc est, maiores xiiij. ann. & minor. xxv. Minori xiiij. concedi non potest: quia non potest iurare: sed si iurat, non tenetur seruire nisi facto pubere. Item libero homini potest concedi in feudum. Item seruo, dummodo hoc tamen concedat in feudum, & alius dominus consentiat. Sed quid potest seruus seruire domino suo & feudo? nam ait Sapiens: Vtiliter nemo seruit duobus heris. Respondeo, & dico quòd potest primò seruire domino suo. Secundò in eo, quod potest, domino feudi. Item potest concedi in feudum masculo & fœminæ: & tunc feudum fœmineum appellatur. Sed cui non potest in feudum concedi, siue quæ personæ excluduntur à susceptione feudi? certè illi, qui non potest feudo seruire, non potest concedi in feudum: vt est mutus, & surdus, qui non potest audire loquendo. Item nec monacho nec claudo: quia non possunt dominum sequi. Item etiam monachæ. Sed quæ res possunt in feudum concedi? certè res immobiles, quæ possunt alienari, & non habeant impedimentum à lege: & per hoc excluduntur res sacræ, religiosæ, &c. Ad tertium princ. membrum, scilicet, ad quos feudi successio deuoluatur, siue qui succedunt in feudo? & dico quòd aliter, secundum Auroram succeditur in patrimonio, & aliter succeditur in feudo. In patrimonio enim succedunt masculi & fœminæ, & omnes alij descendentes, cuiuscunque generis. Et si non existunt descendentes, & solùm existant ascendentes, vt auus & auia, pater vel mater, illi succedunt: & si tales non existunt, succedunt posteà collaterales à parte patris, & matris, vt sunt agnati & cognati, vnde dicit versus.

Cui potest in feudũ concedi.

Quæ persona excludũtur à susceptione feudi.

Agnatos à patre, à matre dic fore cognatos.

Vt

Vt in octauo capitulo inferiore continetur. In succesſione autem feudi ſuccedunt ſolùm deſcendentes:& ſi non ſunt deſcendentes, feudum reuertitur ad dominum, & debent eſſe filij legitimi & naturales ex iuſtis nuptiis procreati, non naturales tantum: vt ille qui naſcitur ex legitima concubina: non naturales legitimati, non legitimi tantùm, vt adoptiui & arrogati. Item debent eſſe maſculi, non autem fœminæ. Fallit tamen in duobus caſibus, in quibus fœmina ſuccedit. Vnus caſus eſt, quando eſt actum per pactum vt ad fœminas deueniat. Secundus caſus eſt, quando fœmineum eſt feudum, quia ſi fœmina in feudum recipit, tunc ſuccedit fœmina, ſi non extant maſculi: & non refert, ſi maſculi ſint minores vel maiores: & ſi eſt fœmina, minor non habet feudo ſeruire, niſi ea facta maiore. Sed nunquid frater ſuccedit fratri in feudo? diſtinguendum eſt: quia aut feudum eſt nouum, vt quia erant duo fratres, & dominus dedit eis vnam rem: modo ſtando per aliquod tempus moritur vnus ex illis fratribus, & remanet alter frater: Quæritur nunquid ſuccedat? & dicitur quòd non.

Frater an ſuccedat fratri in feudum.

Si autem feudum eſt ab antiquo acquiſitum: vt quia erat vnus vaſallus habens duos filios, modo ipſo mortuo ipſi ſuccedunt in ipſo feudo: tamen vnus moritur, & tunc alter ſuccedit: quia eſt feudum ab antiquo acquiſitum. Item etiam ſi eſſet actum per pactum vt feudum peruenire deberet ad alterum fratrem: & hoc dico in feudo nouo, & tunc virtute pacti valet quod agitur. Ad quartum prin. membrum, ſcilicet, qualiter & quibus interuenientibus fiat feudum? & dico quòd primò honore domini: nam honor eſt mihi, ſi habeo vaſallos. Secundò amore vaſalli. Item ſi vaſallus aliis præſentibus, ſi vaſallos habet dominus, vt ferant teſtimonium de prædictis.

Qualiter fiat feudũ

Sed pone quòd nullum habet vaſallum, quia incepit de nouo vaſallos acquirere, tunc debet fieri in præſentia trium vel quatuor bonorum hominum. Sed pone quòd nullo præſente hoc fecit valet feudi confeſsio? certè ſic. Sed quare apponuntur teſtes? certè ne veritas occultetur. Item fit poſteà inueſtitura feudi, & hæc ſeundum dignitatem illius qui accepit in feudum. Nam ſicut Comes, qui accepit in feudum ab Imperatore vel Papa, inueſtitur equo & accipitre, &c. Si quis autem accipit

cipit in feudum à Comite vel ab alio, inuestitur baculo & chirotheca, vel alio signo. Item posteà habet iurare amorem, & iura domini conseruare, vt in iuramenti capitulo continetur: non autem debet iurare antequàm inuestitura fiat, vt fit in nostro instrumento: nam tunc non valeret. Et sic apta nostrum instrumentum dicendo aliquid simile: quia pone, vbi dicit, cæterùm prædictis omnibus, &c. ante illam clausulam, quæ dicit, quam quidem concessionem, & omnia & singula suprascripta: & ista pone, vbi est, cæterùm. Ad quintum prin. membrum, scilicet, quibus ex causis reuocatur feudi concessio, tam ex parte domini quàm ex parte feudatarij? & primò reuocatur feudum à domino ex parte vasalli, quando vasallus alienauit rem, quam habebat in feudum à domino, & sine licentia ipsius: nam non valet alienatio, & tabellioni incurrit manus amputatio, & priuatur officio notariatus & efficitur infamis, si scienter tale condidit instrumentum: vt quare sciebat quòd res erat feudalis, quæ alienabatur. Si autem ignorabat, tunc non incurrit pœnam prædictam: imò condemnatur in tantum, in quantum læsit partem aduersam. Item reuocatur etiam si dimisit dominum suum periclitantem in prælio, siue acie, vel alio quocunque loco: quia dominus erat in exercitu, & ibi erat vasallus, & dimisit dominum suum in bello. Item quando procurauit necem domini. Item quando non vult seruare feudum. Item quando voluit se immiscere cum vxore, filia, nepte, vel nuru domini sui, multofortius si se miscuit: non autem si cum famula domini sui immisceret, priuaretur feudo. Item etiam reuocatur feudum quinque modis, quibus & donatio, vt suprà: quinque modis perdo quæ mihi donata fuere in feudo, & concessa fuerunt. Item, Infero si damnum, &c. Item dominus rem feudalem habens eisdem casibus quibus & vasallus priuatur feudo, & cadit à dominio rei suæ, modò sequitur instrumentum veteris feudi confirmationis à prædecessoribus facti, quod quidem præcedenti instrumento concessionis in feudum conuenit: & vnum quare hîc non esset, nisi ponere casum in terminis, sed omitto causa breuitatis, quia huius instrumenti legendo literam satis patet.

Quibus ex causis feudũ reuocatur.

Instrum

Instrumentum promissionis facta de vendenda seu reuendenda re illi, à quo eam emit.

CVm An. vendi. Cor. quandam domum positam in tali loco, cuius hi sunt confines, &c. pro pretio centum lib. Bon. vt patet in instrumento scripto manu mei notarij. hoc tamen tempore contractus ipsius venditionis, & in ipsa venditione, antequàm contrahentes ad alios actus extraneos diuertissent, inter ipsos actum ex interuallo extitit & conuentum, videlicet, quòd prædictus Cor. pacto promisit & conuenit dicto Anto. pro se & suis hæredibus stipu. quòd si dictus Antonius dicto Cor. pretium restituerit supradictum hinc ad vnũ annum, domum eandem idem Cor. sibi pro ipso pretio restituet atque vendet & chartam venditionis de re ipsa faciet, & in ipsius rei possessionem corporalem eum restituet & reponet. Ita tamen quòd in dicta venditione tunc temporis facienda promittet ipse Cor. de legitima ipsius rei defensione solummodò ab illis personis, quibus ex contractibus vel obligationibus ab eodem Cor. initis esset res eadem obligata. vel quibus ex persona eiusdem Cor. foret in ea ius aliquod acquisitum. Quod si hinc ad vnum annum & mensem idem An. dicto Cor. pretium non restituerit antedictum, ex tunc dictus Cor. ad eandem rem restituendam & vendendam eidem An. nullatenus teneatur, sed antedicta venditio ab ipso An. dicto Cor. facta firma & incommutabilis perseueret, conditione prædicta & pacto nullatenus non obstante, quòd ex nunc sit inefficax, & idem Cor. ab eo penitus absolutus: quia sic actum extitit inter ipsos. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt vicissim, scilicet vnus alteri, &c. vt suprà habes in primo instrumento arrharum.

Instrumentum venditionis seu reuenditionis prædicta rei.

CVm An. vendiderit Cor. quandam domum positam in tali loco intra tales confines, &c. pro pretio centum lib. Bon. vt patet in instrumẽto scripto manu talis notarij, atque postmodum ex pacto inter eos facto dictus Cora. promisit & conuenit ipsi Anto. dictam domum ei restituere & vendere, si

re,si deinde ad vnum annum,& mensem dictus Anto. dicto Corra.pretium restituerit antedictum, vt hoc in alio instrumento scripto manu eiusdem notarij continetur: cúmque dictus Ant. oblato pretio dicto denuntiauerit ipsi Cor.infra dictum teminũ,quòd ei ex forma dicti pacti dictam domũ restituat atque vendat,volens dictus Cor.promissionem à se factam fideliter adimplere,dedit, vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum dicto Ant.pro se & suis hæredibus recipienti dictam domum, ad haben. te. possiden. &c. prout cursus instrumenti venditionis cõtinet, mutato solo capitulo de legitima defensione:quod capitulum ita pones, sicut te docet notula scripta in fine instrumenti venditionis rei, ad cuius defensionem in casibus se obligat venditor, in casibus non.

Forma instrumenti facti de illo pluri terræ, quod post mensurationem terræ repertum est vltra quantitatem rei conuentam.

CVm hoc sit quòd Anto.vendi.Corra.quandam petiam terræ aratoriæ positam in tali loco, cuius tales dicuntur esse confines,&c. pro pretio centum lib.Bon. pro qualibet tor. & eandem esse dixerit & conuenerit xx.tor.salua ratione pluris minorísue:vel sic,& eandem viginti tor.esse dixerit & conuenerit,ita tamen quòd si plus fuerit, cederet in ipsam venditionem,emptore pretium addente pro rata. Si verò minus,pretium adimeretur pro rata:vt hoc constat instrumento scripto manu talis notarij. Cúmque ipsa re de communi concordia vtriusque mensurata reperta sit vna tor.plus quantitate conuenta & expressa in instrumento venditionis eiusdem,vt vtraque pars asseruit & confessa est: idẽ Corra.coram me notario & testibus infrascriptis, dedit, & soluit dicto Anto.x.lib.Bono.prout ipse Ant. confessus fuit tantam esse quantitatem pro pretio dictæ tor.repertæ vltra quantitatem conuentam in instrumento venditionis vt dictum est. Quam solutionem, & omnia & singula suprascripta promisit idem An.dicto Cor.pro se & suis hæredibus stipu.perpetuò firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere,vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto,sub pœna xxv.librarum Bono. &c. Si verò minus

minus fuerit repertum quantitate conuenta, debet venditor restituere pretium emptori pro rata: & de ista restitutione fiet instrumentum hoc modo, videlicet, quòd incipies vt in prædicto instrumento, & continuabis totum vsque vbi dicitur, Cúmque, & exinde ita dices: Cúmque ipsa re de communi concordia mensurata reperta sit vna tor. minus quantitate conuenta & expressa in instrumento venditionis eiusdem, vt vtraque pars asseruit, & confessa est, idem Antonius coram me notario & testibus infrascriptis dedit & restituit ipsi Cor. x. lib. Bono. secundum quod capiebat, & erat pro rata dictæ tor. repertæ minus quantitate conuenta in instrumento venditionis, vt dictum est. Quam restitutionem & solutionem, omnia & singula suprascripta promisit dictus Ant. vt ipsi Cor. &c. vt supra.

Rubrica notula.

Dicto quomodo, & quibus titulis, vt plurimum inter priuatas personas res immobiles transferantur, restat videre de contingentibus seu securitatibus, quæ præter formas prædictorum instrumentorum in ipsis traditionibus apponuntur. Et quia in instrumento venditionis factæ à minore fideiussorem præstante forma iuramenti minoris & promissionis fideiussoris ab ipso minore præstiti continentur. Ideo illis omissis de reliquis est videndum. Instrumentum promissionis factæ de vendenda seu reuẽdenda re illi, à quo eam emit. Instrumentum venditionis seu reuenditionis prædictæ rei.

Forma instrumenti facti de illo pluri terra, quod post mensurationem terræ repertum est vltra quantitatem rei conuentam. Rubrica.

PRæsens instrumentum cum duobus sequentibus instrumentis valet, & cum instrumento venditionis seu reuenditionis prædictæ cum sequenti: quia vnum sunt cum virgula, continuare ad præcedentia ista forma. Viso in superioribus instrumentis qualiter dominis rerũ de vno in alterum transferuntur. s. per vendi. permuta. insolutũ dationẽ. & dona. inter viuos, necnon cõcessione in feudũ. Restat nũc videre

videre in præsentibus instrumentis de quibusdam pactis specialibus & naturalibus, accidentalibus, & de pactis addictionis in diem, & de pactis legis commissoriæ, quæ sæpe inter contrahentes cõtingunt, licet eorum natura à tabellionibus multotiens ignoretur. & hoc innuit Rub. prædictorũ instrumentorũ. ſ. prima, cũ dicit, instrumentũ promissionis factæ. Similiter secũda, cũ dicit, instrumentũ ven. seu reuen. prædictæ: necnõ & tertia. cũ dicit, forma instrumenti facta de illo pluri, &c. Istud enim instrumẽtũ habet duo capitula. Primũ est paciscentiũ. Secũdũ est clausulæ generalis. Sequens instrumentum ven. seu reuen. habet sex capitula, sicut & alia de vẽ. tractãtia. Primũ est contrahentiũ, &c. Tertiũ instrumentum, de quo loquitur, scilicet, forma instrumẽti de illo pluri terrę, habet tria capitula. Primum est concessionis. Secundum est promissionis de ratihabitione. Tertium est pœnæ. Tamen vt plenè materia dictorum instrumentorum melius habeatur, quæram quotuor. Primò, de pactis specialibus. Secundò, de pactis naturalibus. Tertiò, de pactis accidentalibus. Quartò, de pacto legis cõmissoriæ & addictionis in diem. Ad primum, scilicet videre de pactis specialibus. & circa idẽ quærãtria. Primò, quæ sunt de substãtia cuiuslibet cõtractus. Secundò, quid sit pactum speciale, & quare sic dicatur. Tertiò, quãdo & quo tempore pactum specialie sit celebrandum & faciendum, & quæ sit virtus & effectus eorum, &c. Ad primum, scilicet quid est de natura contractus? & dico ꝙ de natura contractus est illud, sine quo quod agitur, stare non potest: verbi gratia. in contractu venditionis requiruntur res & pretium, & sine re & pretio nulla constat perfecta venditio, vt Insti. de emptione & ven. §. pretium autem. In contractu permutationis de eius natura est, quod res & res certa pro certa datur, siue dari promitttititur: non autem incerta aliqua parte. In contractu donationis de eius substãtia solùm est ipsa res donata. In contractu insolutum dationis de eius substantia est res & causa, quare datur insolutum. & idem est in omnibus contractibus de mundo: vnde de substantia domus apud Legistas est terrenum & ædificium. Sed secundum alios constat ex tribus, scilicet, ex pariete, tecto, & fundamento, videlicet comprehendendo totum cum suis partibus integralibus. Ad secundum, scilicet, quid sit pactum speciale? & dico quòd pactum triplex est, siue de eo dantur tria exempla, scilicet, quando

Quæ sunt de substãtia cõtractus cuiuslibet.

Pactum speciale quid sit.

quando agitur super re augenda, vel minuenda, vel in totum tollenda: vel per consequens super pretio augendo vel minuendo, vtputà quando quis emit medietatem vnius domus, vel agri pro x. lib. pro qualibet tor. sed posteà cõtingit quòd habuit aliud pretium quod potuit aliam medietatem augere: & sic reuersus est ad venditorem dicens, vellem totũ tuum agrum emisse pro eodem pretio: dicit venditor, placet mihi, si tu vis adhuc emere: & hoc fit super re augenda: quandoque etiam fit super re minuenda, & pretio minuendo, vtputà, ego emerem campum pro centum lib. accedit ꝙ non potuit habere tot denarios, nisi pro medietate campi, & statim iuit ad venditorem, dicens: si placet tibi nolo emisse campũ nisi pro medietate: dicit ille, placet mihi. Quandoque agitur per pactum speciale de in totum tollenda: vtputà emerã campum tuum, & non potui aliquo modo habere denarios, veni ad te venditorem, dixi, vis tu ꝙ campus sit totus inemptus? dicit ille, certè sic, tamen non cogebatur dicere: imò potuisset dicere, volo ꝙ sit emptus. Quandoque agitur per pactum speciale, quando fit super substantia cõtractus. Tertiò fit salua in ratione pluris in minori siue: vt quia vendo tibi campum centum tor. in summa, & dico quòd si erit plus, tu addes mihi pretium pro rata: & si erit minus, restituam tibi pretiũ pro rata. *Quando fit speciale pactũ.* Ad tertium, scilicet quando fit pactũ speciale, & quis est effectus & virtus eius? & dico quòd potest fieri statim, & ex interuallo. Statim, in actu se tenenti, antequã diuertatur ad diuersa negotia facienda. Item fit ex interuallo, dummodo fiat re integra, ꝙ res non sit tradita in totum vel in parte: nec pretiũ sit solutum in totum vel in parte: nam si res non esset integra, necessarius esset actus: vnde si erat tradita res, necessaria esset traditio & reuenditio: sed quando erat integra res, sufficiebat contrahentium cõsensus. Et no. ꝙ hoc fieri debet de partium voluntate, non autem vno volente & altero inuito fiunt ista pacta: nam si vnus vellet discedere à contractu in parte vel in totum, alter adimplere non cogetur. Et sic his suprà deductis generaliter pactum diffinitur. Est cõsensus duorum vel plurium in idem placitum, vt ff. de pact. l. j. §. j. Sed quæ est virtus huius pacti specialis? certè virtus est: quia si fit super re agenda, auget rem, & auget pretium, & auget actiones. Si autem fit super re minuenda, minuitur res, minuitur pretium, & minuuntur actiones, & habet effectum. Modò videamu

de secũdo membro prin.scilicet de pactis naturalibus,& circa idem tria. Primò, quid sit de natura cuiuslibet contractus. Secundò, quæ sunt pacta naturalia. Tertiò, quando fiant pacta naturalia,& quæ sit virtus & effectus. Ad primũ, scilicet, quid sit de natura cuiuslibet contractus?& dico quòd de natura cuiuslibet contractus est illud, quo non apposito, intelligitur esse appositum, licet de eo nihil dicatur: vt quamuis in venditione nihil dicatur quòd venditor teneatur rem tradere, & de euictione promittere, intelligitur esse appositum, & de natura contractus est rem tradere, & de euictione promittere. Sed quæ sunt pacta naturalia? certè sunt illa, quæ fiunt super his quæ sunt de natura contractus, siue fiant super re augenda, vt habetur suprà in instrumento venditionis, quædam in se pacta continens. nam ibi venditor auget pacta contractus: quia promisit stare in lite & defendere rem, & non dicere quòd fuit mala sententia. Quandoque fit super re minuenda, vt cùm venditor solùm vult teneri de euictione ab illis personis solum, quibus esset res suo nomine obligata vel super non in totum tollenda: vt est quando non vult teneri de euictione. nam id quod est de natura contractus, sufficit magis & minus. Sed quare dicuntur pacta naturalia? quia sunt super his, quæ sunt de natura contractus. Sequitur videre tertiò quando fiunt ista pacta naturalia, & quis est eorum effectus?& dico quòd pacta naturalia sunt celebranda statim, & non ex interuallo magno, quia partes diuertunt ad alia negotia facienda. Sed quæ est virtus pacti naturalis? certè virtus est: quia si fiunt statim, sunt pacta vestita,& pariunt actionem præscriptis verbis verbalem, informant si quem inueniunt informandum. Sed si fiunt ex interuallo, sunt pacta nuda,& parauit exceptionem non autem actionem, vt infrà dicetur in trac. notularum in titulo de pactis. Sequitur de tertio prin. mẽbro, scilicet de pactis accidentibus, & circa idem quæro tria. Primò, quid est accidens contractus. Secundò, quæ sunt accidentalia pacta. Tertiò, quando sunt celebranda, & quæ sit virtus, & eorum effectus pactorum accidentalium. Ad primum dico quòd illud est accidens, quod non est de natura vel substantia contractus, vt facere fieri hostia vel puteos in domo vendita, vel quòd mihi liceat habitare in domo vendita vsque ad annum. Sed quando sunt facienda ista pacta accidentalia? certe statim in contractu, vel inconti-

nen ti

Quæ sit substãtia cuiuslibet cõtractus

Effectus pactorum naturalium.

sienti post contractum, vel parum antè: & tunc eorum virtus est, quia valet quod agitur. Si autem fiant ex interuallo, non valent, nisi sit pactum in stipulatione appositum non valent, tamen pariunt exceptionem. Modo videamus de quarto membro princip. scilicet, de pacto addictionis in diem quod ita fit. Iac. vendo tibi domum meam eo pacto, quòd si non solueris pretium hinc ad octo dies, res sit inempta, vel quòd infra mensem appareret qui vellet dare plus, res sit inempta. Vnde nota quòd pactum addictionis in diem est fauorabile venditori. Pactum autem legis commissoriæ est fauorabile emptori, &c. quando ego vendo tibi istam rem pro tanto pretio, vt eam teneas vsque ad mensem, & si placebit tibi, sit empta: aliàs, sit inempta. Sed videtur quòd illud pactum non valeat: quia nos habemus in Insti. de emp. & vendi. quòd res non debet poni in prin. in arbitrium contrahentium, hîc autem committitur, ergo male. Respondeo & dico quòd res non committitur in arbitrium contrahentium, sed placibiliter: secus si confertur rei pretium, quia non valeret: quia dixi vendo eam rem tibi eo pacto, quòd tibi placebit dare pro eo pretio quod valeat. nam talis non valet venditio: quia in venditione pretium non debet esse incertum, imò certum. Vnum tamen volo te scire, quòd primũ instrumentum continet pactum accidentale. Secundum autem instrumentum continet pactum naturale. Tertium autem instrumentũ continet pactum substantiale, &c.

Pactum addictionis in diē.

Pactū legis commissoriæ.

Si venditor maior xxv. annis si fideiussorem præstiterit, ita scribes.

AD hæc Phi. dicti Anto. precibus & mandatis se principalem constituens, principaliter & insolidum sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando promisit dicto Cor. pro se & suis hæredibus stip. prædictam rem ab ipso An. venditam ipsi Cor. & suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & se facturum & curaturum, omni exceptione remota, quòd dictus Anto. prædictā vēditionē, pretij solutionē, & omnia & singula suprascripta à se promissa & facta ppetuò firma & rata habebit

& tenebit, obseruabit & adimplebit, & non contrafaciet vel veniet aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, Sub pœna quinquaginta lib. Bon. stipu. promissa, & refectione dānorum & expensarum litis & extrà, & obligatione bonorū suorum omnium, & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent, Renuntians nouæ constitutionis beneficio de fideiussoribus, exceptioni doli, cōdictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

Si venditor maior xxv. annis fideiussorem præstiterit, ita scribes. Rubrica.

PRæsens instrumentum continuatur ad præcedentia altero de duobus modis. Primo modo sic: De minoribus fideiussorem præstantibus in instrumentis superioribus est dictum, & declaratum: sed quia plerunque cōtingit quòd maiores præstant fideiussorem, meritò de ipsis loco præsenti est agendum & videndum: declarat hæc Rubri. cū dicit, si venditor maior xxv. ann. fideiussorem præstiterit, ita scribes. Continuatur & secundo modo sic: De obligationibus principaliū person[illegible] in præcedentibus dictum est: sed quia quandoque contingit quòd in talibus obligationibus accedūt fideiussores, siue obligationes fideiussorum, meritò de talibus fideiussorum obligationibus est agendum & videndum: hoc innuit Rubri. cùm dicit, si maior xxv. ann. &c. Ista securitas habet quinque capitula. Primum est mandati. Secundum est constitutionis. Tertium promissionis. Quartum pœnæ. Quintum renuntiationis beneficiorum. Casus positionem omitto, quia legendo literam satis patet. Tamen vt materia instrumenti fideiussorum pateat euidenter, extra literam & positionem casus quæram sex in ordine fore notanda. Primò, quid sit fideiussor diffiniendo, & quare sic dicatur, & quibus temporibus possit fideiuberi, & quid continetur appellatione fideiussorum. Secundò, qui possunt fideiubere, & qui non. Tertiò, pro quibus potest fideiuberi. Quartò, ad quid inquantum fideiussor obligetur. Quintò, quæ sunt remedia fideiussoribus competentia. Sextò, quot modis fideiussor ponatur in instrumento. Ad primum, scilicet quid sit fideiussor? & dico quòd fideiussor

iussor est ille, qui pro alterius obligatione se obligat per stipulationẽ principali debitore remanente nihilominus obligato. Modo exponamus verba in diffinitione contenta: & primò dicit, fideiussor est ille, non autem illa. Nam mulier non potest fideiubere, potissimè quæ est in viri potestate, & quamuis soluta, tamen non potest prout de se, nisi quia officium alterius gerit, vt pupillorum, &c. quia iuuatur beneficio Velleiani, nisi in quibusdam casibus in quibus mulier non iuuatur beneficio Velleiani fideiubendo: quos habes in tract. notularum sub Rubri. de inutilibus contractibus ratione personarum §. cæterum, licet mulier non sit, &c. Modò sequitur, pro alterius obligatione se obligat, non autem pro sua, nisi sit alicuius principalis: vt est, quando in rem suam fideiubet, per stipulationem se obligat, sic sequitur. nam indiget expositione tale pactum, vt putà fideiussoria actio verbali testamento sit vestita. nam fideiussor, nisi per stipulationem se obligat, non tenetur principali remanente nihilominus obligato. Nam principalis semper manet obligatus. Sed quare dicitur fideiussor? certè dicitur fideiussor, quia fidem suam iussu alterius interponit: Vnde qui pro alio fideiubet, dupliciter obligatur. Primo modo obligat se. Secundo modo soluit pro principali debitore, si non habet vnde soluat. Vnde quid est dicere, fideiubeas pro me, id est, obliga te pro me, & soluas. Sed quibus temporibus accipitur fideiussor? certè in tempore præterito, scilicet ante principalẽ obligationem, vnde, O Petre constituo Hugonem meum fideiussorem pro eo, quod debeo tibi, &c. Etiam accipitur fideiussor in præsenti, id est, vnà cum principali debitore, vt quotidie fit. Item accipitur fideiussor etiam in futuro, id est, post principalem obligat se, vt si dabis Petro centum, fideiubeo pro eo dare tibi: vt Instit. de fideiuss. §. fideiussor & præcedere. Mandator est enim, qui ante principalem se obligat: vt, ò Petre, si Nicolaus venit ad te, mutua sibi centum: post principalem obligat se: vt in casu, quãdo dixit periculo suo se soluturum, id est, si ipse non soluet, ego soluam: & per hoc potes colligere differentiam inter mandatorem & fideiussorem. Ad secundum princip. membrum, scilicet quis potest fideiubere, & quis non? & dico quòd ille potest fideiubere, qui potest se obligare, & qui potest omnes alios contractus fa-

Fideiussor quid sit.

Mandator quis dicatur.

Fideiubere quis potest.

cere: non potest fideiubere, qui non potest se obligare. Fallit tamen in quatuor casibus, in quibus potest contrahere per se, sed fideiubendo pro altero se obligare non potest. Primus casus est in muliere, quæ fideiubere non potest: quia iuuatur beneficio Velleiani. Secundus casus est in milite, qui non potest pro alio: quia iuuatur beneficio militari. Tertius casus est in clerico, qui iuuatur beneficio clericali. Quartus casus est in minore: quia iuuatur beneficio restitutionis in integrum. Veruntamen scias quòd si miles, mulier, & clericus, renuntiant, & sunt certificati de eorũ beneficiis, tenentur: Nam eis licitum est iura penitus ignorare. Sed minor renuntiare non potest: quia videtur deceptus eo ipso quòd renuntiat. Ad tertium princ. membrum, scilicet, pro quo potest quis fideiubere, & pro quo non? Et dico quòd pro eo potest fideiuberi, qui obligatur naturaliter & ciuiliter: vel pro eo, qui obligatur naturaliter tantùm: vel pro eo, qui obligatur ciuiliter tantùm, vt in eo qui confessus fuit habuisse pecuniam sub spe futuræ numerationis, quam de rei veritate non habuit. Sed vt scias si iuuatur ex exceptione, qua principalis, sic distinguas: quia aut ista exceptio est realis aut personalis, quia eligat quòd minor est & vult iuuari ratione minoris ætatis. & tunc iterum distinguas: quia aut ille est habiturus regressum contra alium, quàm contra fideiussorem: & tunc iuuatur ea exceptione, qua principalis. Si non, aut fuit deceptus dolo & caliditate aduersarij, & tunc eadem exceptio competit fideiussori, quæ competit principali: sed fallit in domino, qui non potest dare fideiussorem seruo suo, licet naturaliter obligetur. Sed pro quibus non potest fideiuberi? certè pro illis, qui nullo iure obligantur, vt sunt infames, furiosi, surdi, & muti: sed quare pro eis fideiuberi non potest? quia fideiussoria obligatio accessoria est obligationi principali: & si non inuenit principalem obligationem, inueniat vbi possit figere pedes suos. sed in infante non haberetur locus figendi. Ad quartum principale membrum, scilicet, ad quid teneatur fideiussor? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut quantitas est in obligatione, aut res, aut factum. Si quantitas est in obligatione, vel in re: & tunc ad idem tenetur fideiussor, ad quod principalis. Aut obligatio in factum, & tunc distingue: quia aut est tale factum, quod potest expediri

Fideiubere pro quo potest aliquis.

Fideiuberi pro quibus non potest.

Fideiussor ad quid teneatur.

diri per fideiussorem, aut non: Si est tale factum, quod possit expediri per fideiussorem, & tunc fideiussor ad idem tenetur, ad quod principalis: Si non potest expediri, vtputà, quia iudex fuit fideiussor pro creditore, & tunc tenetur ad interesse principalis ad factum faciendum. Sed contrà: tu dicis, si datur fideiussor à minore, obligatur naturaliter & ciuiliter, & minor non obligatur nisi naturaliter: vt nos habemus in Institut. de fideiussor. quòd fideiussor in plus acceptus in nihilum tenetur. sed hic accipitur in plus, quia naturaliter & ciuiliter, & principalis nisi naturaliter, obligatur: ergo non tenetur secundum regulam supradictam. Sed tu debes scire quòd ista dictio plus, in iure sumitur quatuor modis, scilicet, re, loco, tempore. & causa. Re, vt si principalis est obligatus in x. & fideiussor in xx. & tunc non tenetur. Loco, vt si principalis est obligatus dare Bononiæ, & fideiussor Florentiæ. Nam plus est dare Florentię, quàm Bon. Tempore, vt si principalis promisit dare sub conditione, vt si Papa veniat Bon. dabo tibi x. & fideiussor promisit purè, vt do tibi x. absque conditione: vel si principalis promisit vsque ad annum, & fideiussor ad sex menses. Causa, vt si debitor promisit alternatiuè, & fideiussor simpliciter: & specialis vnam rem. nam istis quatuor modis fideiussor non tenetur. Si autem in maiori quantitate fideiubet, tenetur: vt quia debeat fideiubere pro L. & fideiussit pro xxv. Ad quintum principale membrum, scilicet, quot sunt remedia fideiussoribus competentia? & dico quòd si sunt duo vel abinde suprà, habent tria beneficia fideiussores. Vnum est epistolæ diui Adriani. Secundum est beneficium nouæ constitutionis de fideiussoribus. Tertium est beneficium cedendarum actionum. Si autem est vnus solus, habet beneficium nouæ constitutionis de fideiussoribus, & beneficium cedendarum actionum: non autem habet beneficium diui Adriani, quia dat diuisionem inter fideiussores. Vnde tamen scias, quòd si aliquis fideiussor renuntiat istis beneficiis, ipsa non competunt ei. Nã renuntiantibus iuri suo, non amplius est dandũ auxilium. Ad sextum & vltimum prin. mẽbrũ, scilicet, quot modis accipitur fideiuss. siue apponitur in instrumẽtis?

Dictio, plus, qualiter sumitur.

Fideiussor quot modis accipitur.

& dico, apponitur altero de tribus modis. Vno modo, vt non cognoscatur principalis à fideiussore: & iste est malus modus. nam maximũ incidit periculũ de necessitate. Nam Ioãnes est debitor in cẽtum, & Petrus est eius fideiussor: & tunc Corrad. dicit vni, tu es principalis, vt patet in instrumento, cùm dicitur. Ioannes & Cor. quilibet eorum insolidum fuerunt confessi & contenti habuisse & recepisse tantam pecuniæ quantitatem: & tunc ibi, ille ad iudicem, & dicet: Domine iudex, quidam tabellio falsum cõdidit instrumentum: iudex faciet notarium citari, & præstabit ei sacramentum de veritate dicenda: hoc iurato ostendet instrumentum vnum manu tua confectũ, & quæret à te vnum, si vnquam tale instrumentum condidisti: & dicas sic, si non vis esse periurus. & iste quærit à te an iste Corr. principalis sit, an fideiussor. Si dices ipsum esse principalem, prout instrumentum innuit, tu mentiris, & es periurus. Si autem vis verum dicere, scilicet, ipsum fuisse fideiussorem, incidis in manus amputationem. Secundo modo potest apponi fideiussor in quinto capitulo promissionis de legitima defensione, promittens ipse Ioannes & eius precibus & mandatis C. cuilibet eorum insolidũ & iste est bonus modus. Tertio modo ponitur fideiussor in instrumento, & erit vnum instrumentum per se, & habebit quinque capitula. Primum erit mandati. Secundum constitutionis. Tertium promissionis de ratihabitione. Quartum pœnæ. Quintum & vltimum renuntiationis beneficiorum.

Res quando dubitatur ne sit alteri obligata.

IN super dictus Anto. promisit dicto Corr. pro se ac suis hæredibus stipu. quòd de re ipsa vel parte ipsius aut aliquo eius iure nulli alij hactenus datum, obligatum, vel contractum in fraudem alienationis per se vel per alium factæ, cuius occasione vel prætextu ipsius Corrad. vel prædictæ traditioni ei factæ aliquod præiudicium generetur vel generari possit: quòd si eum contra hoc fecisse apparuerit, conseruabit ipsum Corr. & eius hæredes indemnes. Et nihilominus dabit & soluet eidem xxv. lib. Bono. pœnæ nomine stipu. promissa: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent.

Si

Si dubitatur ne res sit alteri obligata. Rub.

PRæsens securitas continuatur ad præcedentia ista forma: Nos suprà vidimus quomodo venditor præstat fideiussorem, nunc videamus de alio modo securitatis, in qua promittitur quòd res non est alteri obligata: declarat hæc Rub. cùm dicit, si dubitatur ne res sit alteri obligata. Ista securitas habet duo capitula. Vnum est confessionis, aliud est pœnæ. Circa præsentem securitatem quæram videre tria. Primò, si res est vendita duobus vel pluribus, cuius debeat esse. Secundò, quando habeat locum actio Pauliana, quibus competat, contra quos, & ad quid. Tertiò, formare aliquas quæstiones ad materiam facientes. Ad primum, scilicet, si res venditur duobus vel pluribus, cuius sit? ad hoc sciendum sic distingue: quia aut res est vendita vno & eodem tempore, aut diuersis temporibus: si vno & eodem tempore, tunc est communis inter ipsos: si autem diuersis temporibus, tunc est illius, cui primò tradita est. Sed si neutri tradita est, & tunc neuter est dominus. Quia nudis titulis nobis rerum dominia non acquiruntur, sed per traditionem. Si autem vni tradiderit. & tunc cui traditur est dominus: & non refert si primò emerit, siue vltimò. Si autem vendidit alteri, & nondum tradiderit, tenetur ad interesse: & hoc est, si pretium fuit solutum. Sed quid si pretium fuit solutum. Quidam dicunt quòd est ille, qui pretium soluit antè. Alij dicunt quòd pactum est ac si res foret euicta sibi, & aget contra venditorem ad omne damnum & interesse suum, & ad pretij restitutionem. Ad secundum principale membrum, scilicet, quando habet locum actio Pauliana? quando quis vendit bona in fraudem creditorum, quæ bona non erant creditoribus obligata: nam si fuissent obligata, locum haberet hypothecaria actio, & dicitur Pauliana à Paulo iuuenta Sed cui competit actio Pauliana? certè competit creditoribus habentibus bona obligata tacitè vel expressè: Item competit hæredibus creditorum: Item his, qui haberent actionem à creditoribus: Item his, qui agerent nomine creditorum. Sed contra quos competit? certè competit contra illos, qui accipiunt in fraudem creditorum. Item

Ponit l. quoties duobus. C. de rei ven.

Actio Pauliana quãdo locũ habet & cui cõpetit.

contra illos, qui possidet bona alienata in fraudem. Sed ad quid? certè ad rescindendum contractum, vt rescisso contractu dentur bona insolutum creditoribus defraudatis. Ad tertium, scilicet, formare aliquas quæstiones, quarum prima talis est: Quæritur, cuius fraus interuenire debeat, an dantis, an recipientis, an vtriusque, ad hoc vt locum habeat actio Pauliana? & dico quòd fraus dantis semper requiritur. Sed requiritúrne fraus accipientis? distinguendum est: quia aut fuit alienata titulo non lucratiuo. Si autem res est alienata ex titulo non lucratiuo, & tunc debet etiam fraus accipientis interuenire, cùm probatur de fraude, si alienat omnia bona, vel maiorem partē. Si autem vendatur solùm vna, licet alia bona non sufficiant, quia sæpe sperant homines plus habere in bonis quàm habeant. Si autem fuit alienata ex titulo lucratiuo: & tunc sufficit, si solùm fraus dantis interuenit. Sed qualiter hoc scitur? quia fuit ei denuntiatū vt non acciperet: quia talis in fraudem vendebat: & hoc scitur, quando interuenit fraus accipientis: vel si venditor dixit, ego vendo in fraudem talis creditoris mei. Sed quis habet fraudem probare, an creditores, an bona possidentes? certè ille debet probare fraudem, qui fraudem dicit: quia proponentis in iure vel in facto probare est. Et qui dolum dicit, dolum probare debet: etiam fraus apparet per suspitionem & demonstrationem, vt suprà dictum est. Quæritur si accipitur pretium rei venditæ, & non est vnde, siue aliunde possit satisfieri creditoribus, quæritur an eis inuitis possit satisfieri? & dico quòd sic. Sed quid si emptor vult offerre debitum creditoribus, id est, quòd recipiant pretium quod habere debent? Quæritur an audiatur emptor, an sit penitus rescindenda venditio? Dico quòd non debent creditores venditionem rescindere, imò coguntur recipere quod habere debent. Sed quid si actum est per pactum quòd res alteri non vendatur, posteà alteri vendita reperitur, nunquid virtute pacti venditio rescinditur? dico quòd non: sed agit ad omne suum damnum & interesse virtute pacti & ad pœnam instrumento contentam. Sed ponamus quòd quidam vendit omnia sua bona animo defraudandi, posteà remanent tot bona, quot creditoribus in integrum satisfiet, nunquid habet

habet locum actio Pauliana? dico quòd non. Sed quid si vendidit animo defraudandi, & posteà vult soluere creditoribus, nunquid habet locum actio Pauliana? certè non, nisi per prius fraus apparuerit ita manifestè, quòd nota ferè sit omnibus.

Venditor quando rem hæreditatis sibi electam in Falcidiam, & se obligat, ita scribes.

PRæterea dictus venditor cum domum prædictam esse dixerit de bonis hæreditatis patris sui, in quibus Falcidia & debitum bonorum subsidium iure sibi naturæ debetur, eandem rem pro parte & in partem ex Falcidia sibi in bonis paternis debitam elegit, & recipit. Et nihilominus sibi in reliquis bonis residuo Falcidiæ (si quid vltra ad eum pertinet) reseruato: quod residuum, si quod est, pro prędictis omnibus & singulis à se in hoc instrumento promissis fideliter obseruandis ipsi emptori specialiter iure pignoris obligauit. Dans & cedens eidem ex causa venditionis & pretij supradicti omnia & singula iura & actiones, quæ vel quas habebat vel habere poterat in bonis paternis ex causa Falcidiæ supradictæ vsque ad summam æstimationis & pretij dictæ rei quanti pro tempore plus fuerit, necnon constituens eum procuratorem in rem suam, & ponens ipsum in locū suum, ita quòd nulla alicuius restitutionis, substitutionis, seu grauaminis, vel alterius rationis conditione obstante possit suo nomine actionibus vtilibus & directis iure Falcidiæ, supradictæ tenere, possidere, defendere rem eandem: & super ipso residuo Falcidiæ sibi iure pignoris obligato se de prædictis omnibus & singul. indemnem ad integrum conseruare: renuntians legibus ff. communia de leg. l. si duobus. §. emptor. & C. de euict. l. si fundum. & omni alij iuris auxilio. Et no. prædictas duas securitates, si occurrerint vel illam ex eis quę occurrerit, ponendas esse in instrumento traditionis ante illam generalem conclusionem instrumenti, quæ incipit: Quam venditionem, omnia & singula supradicta, &c. ita quòd pœna instrumenti ad hoc & ad alia referatur.

Notula

Notula circa subsequentia..

QVoniam personæ, quæ huiusmodi traditionibus consentire habent:quædam sunt, quæ habent ius in re ex obligatione vel hypotheca, vt putà, vxores, & creditores, & huiusmodi: quædam, quæ habent ex speciali causa speciale ius & priuatum, sicut legatarij, siue fideicommissarij, & vsufructuarij: quædam, quę habent ius dominij & proprietatis, siue idem ius quod habent venditores, sicut fratres & consortes. Et quia prædictæ personæ aliquando sunt præsentes contractui traditionis, aliquando absentes, ideo de omnibus est videndum per ordinem. Et primò de præsentibus tempore contractus traditionis rei.

Si venditur res de bonis hæreditatis illius, in qua spectat ad venditorem Falcidia, & tunc ipsam Falcidiam sibi idem venditor eligat, ita scribes. Rubrica.

AD euidentiam istius instrumenti, vt eius materia pateat euidenter, ponam primò casum in terminis, & casus talis est: Duo sunt fratres adinuicem substituti sub ista conditione, quod si vnus decederet sine liberis, bona eius defuncti ad alium debeant peruenire. Modò quæritur, nunquid vnus possit alteri consentire in aliena ratione rei creditoriæ liberis non existentibus? Dico quòd hoc notatur in tractatu notularum in §. beneficium condictionis incerti, ergo ibi quæ dicta erunt, hîc repetita credantur. Sed si iste eligit in suam legitimam vnam rem potéstne facere? Ad sciendum plenè primò est videndum, an iste potuerit eligere hoc in suam legitimam portionem. Quidam autem dicunt, quòd sic: nam in ea non potuit pater filium aggrauare. Alij dicunt quòd non potest eligere, imò debet habere filius legitimam in omnibus bonis patris, non autem in vna re tantùm hæreditatis. Secundò quæram ad quid operetur cessio facta in casu nostri instrumenti? & dico quòd operatur ad hoc. Nam iste propter cessionem sibi factam & electionem, quã fecit, poterit agere contra fratrem illius venditoris ad petendum legitimam

timam fratris vendentis:& sic cessio facta à fratre non valet directè,sed valet per quoddam obliquum. Nam licet possit vendicare rem à fratre venditam, ille poterit agere contra ipsum ex cessione sibi facta ad legitimam venditoris. Tertiò quæram, nunquid iste frater possit renuntiare iuri suo?& dico quòd non:cùm nemo iuri futuro,& iuri nondum competenti, renuntiare potest. Sed bene potest per pactum remitti: ratio est, quia in pacto interuenit consensus duorum, sed in venditione interuenit solùm vnius consensus. Tamen dicit Aurora quòd valet istud pactum, quia specialiter ad hoc fit, vt euitetur odium captandæ mortis inter fratres. Sed tu dic quòd non est speciale, sed valet virtute pacti, non autem specialiter de quo dicetur infrà in tract. notularum. §. beneficiũ conditionis incerti. Quartò, quæram quæ sit legitima filiorum in bonis patris?dicas quòd est illa, quæ in istis versibus continetur. Vnde versus,

Quatuor autem infra dant natis iure trientem.
Semissem verò dant natis quinque vel vltrà.
Arbitrium sequitur certa substantia patris.
Quarta tibi satis est, si sis extraneus heres.
Tunc trebellaris, cùm reddere cuncta rogaris.
Tunc defalcaris, cùm per legata grauaris.

Et de partibus his versibus contentis vide in gl. in c. Rainutius. extra de test. de his quoq; plenius patet capitulo octauo.

Si vxor venditioni præsens consentiat, ita scribes.

AD hæc D.M. vxor dicti An. venditoris & filia quondam domini Ar. prædictis omnibus præsens dictæ venditioni consensit, & certificata per me. R. no. infrascriptum, dictam rem venditam pro suis sibi fore dotibus obligatam, renuntiauit omni suo iuri hypothecarum & cuilibet alij, quod habebat,& habere poterat in dicta re vendita, occasione dotium suarum vel alia quacunque causa idem ius ipsi emptori pacto remittens: Et promittens eidem pro se & suis hæredibus stipu. omnia & singula prædicta perpetuò firma & rata habere & tenere & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Sub pœna centum lib. Bo. stip. promissa & refectione damnorum & expensarũ litis

litis & extrà, & obligatione omnium bonorum suorum: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent.

Si vxor venditioni præsens consentiat, ita scribes. Rub.

PRæsens instrumentum siue securitas cōtinuatur ad præcedentia ista forma: De obligationibus principalium personarum & fideiussorum superiora instrumenta tractarūt, sed quia plerunque contingit quòd venditor præstat aliā securitatem: quia facit renuntiare vxorem iuri hypothecarū in ipsa re quā habet, ideo de ipsa renuntiatione loco præsenti est videndū. Istud instrumētū siue ista securitas habet quinq; capitula, quorū primū est consensus. Secundum est renuntiationis cū certificatione. Tertiū remissionis iuriū per pactū. Quartū promissionis de ratihabitione. Quintū & vltimum pœnæ. Casus positionem omitto, quia legendo literā colligitur cōpetenter. Vnde nota ꝙ notula, quæ præcedit dicit, quòd quædā sunt personę, quæ habent ius in re ex oblig. vt vxores: quædā sunt, quæ habent ius speciale in re, vt sunt legatarij, fideicōmissarij, & vsufructuarij: quædā habent ius dominij & proprietatis: vt sunt venditores, fratres, & cōsortes: sed quia de istis personis quædā sunt præsentes, & quædā sunt absentes: ideo de omnibus per ordinē est videndū. & primò de personis præsentibus in hoc tractatu securitatū videamus. Tamen vt plenè liqueat materia nostri instrumenti, quærā videre quatuor in ordine declarāda. Primò quid sit hypotheca quotuplex sit, & quare sic dicatur, & in quibus casibus tacita cōtrahitur hypotheca. Secundò, si fiat recursus ad bona debitoris, quis debitorū pluriū præferatur. Tertiò videre casus, in quibus posterior præfertur priori. Quartò & vltimò, videre si potest mulier renūtiare beneficio iuris hypothecæ. Ad primū, scilicet, quid est hypotheca? & dico ꝙ hypotheca est bonorum oblig. tacitè vel expressè: vt Insti. de act. & obli. §. inter. Modò exponamus verba diffinitionis. & primò dicit, hypotheca est bonorū subaudi, immobilium, nō autem mobilium obli. tacitè, subaudi quando tacitè contrahitur hypotheca vi, & potestate legis. Sed quotuplex est hypotheca? duplex, scilicet tacita & expressa. Expressa quando quis obligat in instrumento omnia sua bona. Tacita, quando vi & potestate

Hypotheca quid sit.

state legis cōtrahitur,& fit multis modis. Primus modus est in perceptione fructuū campi dati ad affictū, vel pretio percepto ex illis fructibus:nā nō est mihi tacitè obligatus, nec est res ex pretio empta. Secundus casus est in locatione domus ad pensionem:quia omnia iuncta & illata, vt perpetuò stent, locatori sunt pro domus obligatione tacitè obligata. Quod secus est in locatione domus ruralis, nam nō habent obligata nisi bona apparentia:quia quicquid rustici habent, ostendunt.& no.q̄ sancta rusticitas omnia palā habet. Tertius casus est in muliere, quæ habet bona mariti tacitè obligata pro dote sua, vel illis, quibus debet dos redire. Idē est in illo, qui promisit pro muliere dotē si maritus mulieris habet omnia bona tacitè obligata illius qui promisit dotē. Quartus casus est in bonis paraphernalibus, vtputà, quādo mulier habet bona mariti tacitè obligata pro donis, quæ maritus facit extra dotē. Quintus casus est in matre tutrice filij sui, quæ ad secūdas nuptias cōuolauit, & nō procurauit de tutore filij sui:nā filius habet tūc omnia bona matris tacitè obligata, si malè sunt gesta sua negotia:& nedū bona sua, sed etiam bona mariti mulieris. Sextus casus est in eis, qui emunt rē de pecunia minoris vel ecclesię vel reip. & etiā de pecunia mariti. Nā id, quod emptū est de pecunia istorū, tacitè eis obligatū est vi & potestate legis. Sunt etiā alij plures casus, quos causa breuitatis omitto. Ad secundū prin. membrū, scilicet, si fit recursus ad bona, quis primū pręferatur in hypothecaria actione?ad hoc sciēdū sic distinguēdū est:quia aut omnes sunt creditores & creditores, qui agūt pro debitis infra vxores, quę agūt pro dotibus suis:aut quidā creditores & creditores. Si autē sunt omnes creditores & creditores simul, & tūc subdistingue: quia aut omnes agunt personali aut hypothecaria actione. Aut quidam agūt personali actione, quidā hypothecaria actione. Si omnes agūt personali actione, & tunc datur talis regula:In personali actione pręrogatiuā tēporis manere volumus. Nā qui primò agit, primò erit ei satisfactū, & nō refert siue creditor, siue prior, siue posterior. Si autem agūt hypothecaria actione, & tunc iuris regula obseruatur, quæ taliter dicit:Qui prior est in tempore, potior est in iure. In regula dicitur potior, & non prior, vt C. qui potiores pigno. habeantur. l. si fundum. & l. si generaliter. Vnde si primò esset quidam tempore, tunc remouebitur quod ipsi fuerat

fuerat per sententiam iudicis adiudicatum. Nam primò est satisfaciendum secundo creditori, vt sit per ordinem, & si bona non sufficiunt primis, aliis verò reseruantur iura illæsa. Si autē quidā agunt personali, & quidā hypothecaria, & tunc illi qui agunt hypothecaria preferuntur. Sed iura illorū, qui agunt personali actione, reseruantur illæsa, nisi sit vnde satisfiat. Si autē omnes hypothecaria, & tunc qui prior est in tempore, potior est in iure. Si autē sunt mulieres, quæ agunt pro dotibus suis, & tunc prima dos præfertur. Vnde in iure talis est regula: Duabus enim dotibus ab eadem substātia debitis prærogatiuā temporis manere volumus. Fallit tamē in duobus casibus, in quibus posterior dos præfertur priori. Primus casus est, quando apparet res data in dotem, & tunc pro prima dote ista res secundæ dotis haberi non potest. Secundus casus est, quādo apparet res empta de pecunia data in dotem nomine ipsius mulieris. Si autem quidā sunt creditores agētes pro creditis siue debitis, & quædam sunt mulieres agētes pro dotibus, & tunc distinguendū est: quia aut omnes habent tacitā hypothecā, aut omnes habent expressam hypothecam, aut mulieres habēt tacitā & creditores expressam. Si omnes habent tacitā hypothecam, mulieres præferuntur. Si autem omnes habēt expressam, & tunc iuris regula obseruatur. Qui prior in tēpore, potior est in iure: & non fallit. Si autem mulieres habent expressam & creditores tacitam, & tunc mulieres præferuntur. Si autē creditores habent expressam & mulieres tacitam, & tunc creditores præferuntur. Vel sic: Si mulieres sunt priores, præferuntur: si posteriores, non. Ad tertium prin. membrum, scilicet, videre casus, in quibus fallit regula ista, qui prior in tempore, potior est in iure, casus enim sunt multi. Primus casus est ratione causæ, vt si quis mutuat nautæ causa nauis reficiendæ, quæ destructa est, vel causa recuperandæ nauis, vel causa cibariorum nautæ. Secundus casus est ratione ætatis, vt in minore, de cuius pecunia empta est res: modò in ea re, licet minor sit posterior, præfertur cæteris creditoribus: vel quando res est empta de pecunia ecclesiæ vel reipublicæ. Tertius casus est in virtute pacti, vt in eo qui mutuauit pecuniam alicui, vt emeret prædium eo pacto vt cæteris creditoribus præferatur: tunc habet istud prædium specialiter obligatum, vel agitur per pactum vt succedat illi creditori secundo, quod ille accipiat

piat

piat pecuniã eo pacto, vt satisfaciat creditori tertio, quòd de rei veritate sibi creditori, cui iste succedere debet, sit de illa pecunia satisfactum. Quartus casus est ratione funeris impensæ, vt est ille qui mutuauit pecuniam illi, qui faceret aliquem sepeliri. Nam cæteris præfertur creditoribus, licet sit posterior tempore in tacita hypotheca: quod secus est in expressa, in qua semper habet locum regula iuris, Qui prior est tempore, potior est in iure. Quintus casus est ratione publicæ cautionis: nam si haberem bona obligata in instrumẽto publico, licet essem posterior tempore, præferor alteri creditori, qui haberet instrumentum priuatum, non scriptum manu tabellionis, sed alicuius priuatæ personæ. Et appellatur quilibet, priuata persona, qui non est tabellio: nisi illa scriptura esset subscripta subscriptione trium testium: nam tantùm valet scriptura subscripta subscriptione trium testium, quantum si foret publicè facta. Vnde versus,

Cautio priuata cum trino teste notata,
Hæc vis est tanta, quàm cautio publicè facta.

Sextus casus est ratione mendacij, vt cùm Cor. erat debitor meus: & quidam creditor prior me recepit insolutum de bonis eius debitoris, & ego creditor petiui illum alium creditorem, si ipse habebat de bonis ipsius debitoris, & ipse dixit, & se asseruit nòn habere: postmodum tractu temporis sciui, quòd iste habebat de bonis istius debitoris aliquid recepisse, modò propter mendacium, quod dixit mihi, volo iuuari: & dicit valde bene, ego prior in tẽpore, ergo potior debeo esse in iure. Dicam ego, tu negasti rem fore debitoris, & per consequens mendacij delictum prorsus noueris incursurum, & ratione mendacij volo poni in possessione: & per hoc bene dico, & debeo in possessionem rei induci propter mendaciũ, quod asseruit iste homo. & no. quòd mendacium punitur à lege. Septimus casus est ratione publicæ vtilitatis, vt cùm alicuius pecunia militia sit empta: ego distinguo, ad emendum militiam mutuaui, & tunc mutuantes præferuntur etiam mulierì, scilicet si non mutuauit ad emendum militiam. Octauus casus est, si primus creditor est victus à tertio, & secundus non victus, agunt contra eundem tertium, nunc secundus præfertur priori. Ad quartum & vltimum princip. membrum, scilicet an huic beneficio hypothecarum possit

An mulier possit renuntiare iuri hypothecarum.

mulier renuntiare per pactum? & dicitur quòd sic. Nam beneficio introducto in fauorem mulierum, & beneficiis fauorabilibus renuntiato potest, tamen de sui viri authoritate, si viri potens est: aut parentum, si est in potestate patria. Et si renuntiat, amplius illud beneficium allegare non potest. Nam semel renuntiantibus iuri suo, amplius non est dandus regressus. Et hoc est verum quòd potest mulier renuntiare iuri suo, nec potest ipsum allegare, si fuit certificata de beneficio sibi competenti, aliàs renuntiatio nō valeret. Nam licitum est mulieri ignorare iura sua: & hoc secundum quosdam. Sed ponamus quòd non apparet in instrumento quòd sit certificata de iure suo, nunquid intelligitur esse certificata? certè sic: quia instrumentum factum à viris peritis, id est, notariis, præsumitur solenniter factum, quia in aliquo non deficiunt. Alij tamen dicunt quòd non: quia est solennitas extrinseca, quæ non præsumitur apposita, nisi expressè apponatur in instrumento. Sed nunquid vltima renuntiatio nocet mulieri, id est, si maritus non habet nisi vnam domū, & vendit eam, modò mulier renuntiat huic venditioni: & quæritur, vtrum valet ista renuntiatio? & quidam dicunt quòd nō. Nam non haberet postmodum dotes suas. & hoc fit ratione publicæ vtilitatis. Nam reipublicæ vtile est mulieres fore dotatas, vt nubant: & nubunt, vt ciuitas liberis repleatur. Alij indistinctè tenent quòd potest renūtiare: quia vnicuique licitum est renuntiare iuri suo, quod verum est, si mulier alterius non subiiciatur authoritati, & libertate fruatur. Alij dicunt quòd nocet vltima renuntiatio, si certificata apparet. nam licitum est, &c. Et hæc opinio verior est de iure, sed de æquitate, & de consuetudine magis alia seruatur. Alij tamen vtuntur tali distinctione: aut mulier renuntiauit spontè, aut coactè: si spontè, & tunc valet: si coactè, & tunc non valet. Modò sequitur alia securitas, scilicet si vxor venditoris patrem habeat, qui dotem filiæ fuerit stipulatus. Rubri. in qua quidem securitate fit mentio de patre dominæ Mat. qui consensit in ipsa simul. Ista securitas habet quinque capitula, sicut & aliæ securitates. Primum est consensus. Secundum renuntiationis, Tertium remissionis iurium, Quartum promissionis de legitima defensione. Quintum pœnæ. Sequitur etiam alia securitas, scilicet alia persona quàm pater, vt frater, vel aliquis alius, qui pro muliere dotem fuerit stipulatus.

Rubri.

Rubri. Ista securitas habet quinque capitula sicut & aliç securitates supradictæ. Primum est consensus &c. Casus enim positionem omitto, quia legendo literam satis patet. Modò sequitur quoddam sacramentum, quod esset à domina Matelda præstandum in securitate, si minor existeret xxv. annis, ætate, &c.

Si uxor venditoris præsens consentiat venditioni rei, & obligationi bonorum, & renuntiet iuri, quod habet in re vendita, & bonis obligatis & cedat emptori iura hypotheca.

AD hæc dominus Ar. socer dicti Ant. venditoris, & eius consensu atque licentia domina Mat. eius filia, & ipsius Ant. vxor, prædictis omnibus præsentes dictæ venditioni consenserunt. Et certificata per me Rolan. notarium infrascriptum dictam rem ab ipso Anto. venditam sibi pro dotibus eiusdem do. Ma. obligatam fore: renũtiauerunt omni eorum iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habebant, & habere poterant in dicta re, occasione dictarum dotium suarum, vel alia quacunque, idem ius ipsi emptori pro pacto remittentes. Et promittentes dicto emptori pro se & suis hæredibus stip. prædicta omnia & singula perpetuò firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, &c, vt suprà dicitur,

Venditoris si frater uxoris vel aliquis alius, qui mulieris dotem fuerit stipulatus unà cum ipsa consentiat.

AD hæc domina Ma. ipsius vẽditoris vxor Ioan. eius frater, qui pro ipsa domina Mat. dotem dedit, & eandem in omnẽ euentum restituendæ dotis extitit stipul. vt patet in instrumento dotis scripto manu talis nota. prædictis omnibus præsentes dictæ vẽditioni consenserunt, & certificatæ, &c. vt in proxima præcedendi securitate.

Venditoris uxor si fuerit minor, sic iurabit.

INsuper prædicta d.Ma. quia minor xxv.annis, maior tamen xij.iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia, prædicta omnia & singula firma,& rata habere,atque tenere, & non contrafacere vel venire, nec restitutionem aliquam impetrare contra prædicta,vel aliquod prædictorum,prætextu & causa minoris ætatis,vel occasione alterius cuiuscũque.

Venditoris uxor si præsens consentiat venditioni rei,& obligationi bonorum,& renuntiet iuri,quod habet in re vendita, & bonis obligatis cedat emptori iura hypotheca.

PRæterea d.Ma.vxor prædicti venditoris prædictis omnibus præsens dictæ venditioni ipsius domus & obligationi bonorũ à dicto viro suo ipsi Corra.factis consensit, & certificata per me Ro.no.infrascriptum dictam rem venditam,& ipsa bona obligata sibi pro suis dotibus fore hypothecata,renuntiauit omni suo iuri hypothecarum,& cuilibet alij quod habebat,& habere poterat in ipsa re vendita,& omnibus prędictis bonis obligatis occasione dotium suarum,vel alia quacunque causa.Et insuper pro pretio & nomine pretij xxv.lib. Bono.quas confessa fuit se ab ipso Cor. habuisse & recepisse, dedit,& cessit eidẽ omnia iura sua & actiones, quæ vel quas habebat,vel habere poterat in ipsa re vendita:& dictis bonis omnibus obligatis nomine & occasione hypothecæ ad se spectantis in eis ex iure dotium suarum.Constituens ipsum procuratorem in rem suam & ponens ipsum in locum suum ita quòd suo nomine actionibus vtilibus & directis loco ipsius dominæ Mat,& sicut ipsa poterat ex causa hypothecæ prædictæ in dicta re vẽdita &ipsius bonis omnibus obligatis ipsius Antonij creditoribus præferatur: & possit sicut ipsa poterat rem ipsam defendere,&in ipsis bonis obligatis agere & quoscunque alios creditores excludere,& nomine ipsius hypothecæ contra quancunque personam agere, & experiri, & excipere,& replicare,consequi,& se tueri,& omnia & singula facere,

cere, quemadmodum ipsa poterat. Ipsi tamen dominæ Ma. post dictum Cor. in dictis bonis obligatis omni iuri suo hypothecarum ad integrum reseruato. Veruntamen non obstante quòd ipsa sit prior tempore vel potior iure, idem Cor. & prædicta obligatio sibi facta ipsi dominę Ma. & hypothecæ suæ per omnia præferatur. Quæ omnia & singula suprascripta promisit ipsa domina Ma. dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipu. perpetuò firma & rata habere & tenere, & non contrafacere, vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto. Sub tali pœna, &c. Renuntians exceptioni sibi non dati & non soluti pretij, doli, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

Si uxor venditoris præsens consentiat venditioni rei, & obligationi bonorum, & renuntiet iuri quod habet in re vendita, & obligat, & cedat emptori iura hypotheca.

PRæterea Mar. filius dicti Ant. & filius & hæres quondam dominę Mat. vxoris ipsius Ant. prędictis omnibus præsens prædictæ venditioni consensit, & renuntiauit omni suo iuri hypothecarum, quod habebat, vel habere poterat in dicta re vendita, occasione dotium & hæreditatis dictæ dominæ Ma. q. matris suæ, vel alia quacunque idem ius dicto emptori pacto remittens, Promittens eidem, &c. vt suprà habes in primo consensu vxoris.

Venditoris mater si ex dote, legato, vel vsufructu ius in re habens consenserit, ita scribes.

AD hæc domina Diana mater ipsius venditoris, & vxor quondam Domini Boëtij patris eiusdem venditoris prædictis omnibus præsens dictæ venditioni consensit, & certificata per me Robertum notarium infrascriptũ ipsam rem venditam sibi pro dotibus suis, legato, & vsufructu ei à dicto viro suo domi. Boëtio, & in eius testamento suo relictis, obli-

gatam esse, renuntiauit omni suo iuri hypothecarum,& cuilibet alij, quod habebat, vel habere poterat in eadem re vendita ex iure dotium suarum, legati,& vsuumfructuum prædictorum,& ipsius testamēti, siue alia quacunque ratione vel causa. Idem ius totum ipsi emptori pacto remittens. Promittens eidem,&c. vt suprá.

Si vxor venditoris præsens consentiat venditioni rei, & obligationi bonorum, & renuntiet iuri, quod habet in re vendita, & obliget & cedat emptori iura hypotheca, ita scribes. Rubrica.

Circa præsens, vt plenè liqueat materia huius securitatis, ego quæram quinque videre in ordine. Primò, si vxor renuntiat specialiter rei venditæ, nunquid sit bene cautum emptori per istam solam renuntiationem. Secundò, nunquid per ista tria iura, quæ dat mulier emptori sit ei bene cautum,& ad quid operantur illa tria iura, scilicet, quæ renuntiat specialiter rei venditæ. Secundò, generaliter omnibus iuribus, quæ habet in bonis mariti. Tertiò, cedit iura prioritatis, quæ habet in dictis bonis mariti. Quartò, videre si pactum, quod agitur inter Corr.& mulierem, valet. Quintò, videre vnũ casum dubitabilem. Ad primum, scilicet, nunquid emptori sit cautũ per solam renuntiationem, quã facit mulier?& dico quòd non: sed ad quid operatur? certè operatur ad hoc, quia non potest amplius habere regressum ad dictam rem pro sua dote: sed alij creditores præferuntur etiã in illa re emptori, qui essent priores eo in tempore, licet posterior tempore mulieris esset. Ad secundũ princ. scilicet, quia emptor petit tria à muliere, scilicet, quòd specialiter renuntiet iuri suo hypothecarũ, quod habebat in dicta re vẽdita. Item petit secũdò, quòd renuntiet omnibus bonis generaliter, siue omni suo iuri, quod haberet in bonis mariti. Itẽ cedit iura prioritatis tẽporis. Primò, renũtiat omni iuri suo specialiter, quod habet in dicta re vendita, per hoc nõ potest habere regressum ad dictam rem pro sua dote. Item secundò, renuntiat omnibus bonis generaliter: & operatur ad hoc quod non posset amplius habere regressum ad bona mariti pro dote sua: vel quia si res foret euicta ab emptore, posset venire contra bona venditoris, quod mulier non poterit prohibere.

Item

Item tertio cedit iura prioritatis temporis siue status hypothecæ:prodest ad hoc:nam si creditores priores vellent agere contra emptorem,dicet emptor ; repello vos ab agendo, quia sum loco istius vxoris debitoris,quia ipsa cessit mihi iura prioritatis temporis,quæ habebat in bonis mariti. & hoc fit in cautelam , ad seruandum bona debitoris:& fit in fraudem creditoris,nisi ab eo euidenter fraus probetur:quia de fraude tunc cauere potest si vult. Sed nunquid per ista tria est bene cautum emptori?certè non:imò emptor debet procurare quartum, scilicet , quòd omnes creditores istius venditoris consentiant huic venditioni:si ista quatuor interueniant,satis sibi erit cautum:quæ emptor fecit sibi fieri ab vxore venditoris. Sed ad quid operantur hæc tria?prosunt ei, siue prodest primò renuntiatio soli emptori:quia mulier cōtra illam rem nunquam posset habere regressum. Prodest etiam secundò contra eam : nam si res nūquā foret euicta ab ipso emptore,poterit emptor iste agere contra quæcũque bona mariti virtute generalis renuntiationis factæ ab vxore pro euictione ipsius rei:quod facere non posset, nisi renuntiasset. nam ipsa repellet eum virtute beneficij iure hypothecarum. Tertiò autem prodest contra creditores mariti prioris ipso in tempore:nam si fit cursus ab bona venditoris,ipse propter cessionem sibi factam ab ipsa muliere , quamuis sint priores tempore,iste tamen præfertur cæteris creditoribus,sicut ipsa præferri poterit creditoribus mariti. Sed pone,quòd quidam habebat vnum creditorem , cui erant bona ipsius obligata expressè:& ista vxor cessit iure prioritatis tēporis emptori, nunquid emptor per istā cessionē præfertur creditori priori tēpore?certè non:nam ipsa non præferebatur,nec ipse præferetur:quia nemo potest plus iuris in alium transferre,quàm in se habeat.Sed videtur quòd ista cessio nō valeat,quia est sine causa:& cessio sine causa,non valet : sed ista est huiusmodi,ergo,&c.dico quòd debet apponi causa. Sed quomodo debet facere venditor , vt ista cessio valeat? certè faciat quòd soluat vxori suæ , vel quòd ipsa confiteatur habere pretium : & ipsa venditoris vxor , omnia quæ sunt in venditione acta , firma rata habeat , & plenè ratificet. Sed opponitur ad cessionem, quam fecit mulier emptori:quia quotiescunque cessio non concordat cum quantitate pretij,illa cessio nō valet:vt in c.de cessionibus,habetur:

ſed iſta eſt huiuſmodi,ergo,&c.Reſpon.& dico quòd regula, quã dicis,habet locũ quãdoque in creditore litis vel rei:ſed iſta ceſsio fit hîc ſolùm ad defenſionem rei : ergo non refert quantum ſit.Vnũ inſuper volo te ſcire,quòd quãuis emptor habeat iſta tria iura,nõ eſt bene tutus in caſibus duobus.Primus caſus eſt,quando creditores ſunt priores vxoris in tempore.Secundus caſus eſt,quando excedit emptio ſiue venditio dotis quãtitatẽ:nam emptori non eſt cautum niſi vſque ad quantitatẽ dotis,& plus exigere nõ poteſt vltra dotis quãtitatẽ,cùm nõ ſit illi de pluri cautum.Ad tertium prin.membrum,ſcilicet,an valeat iſtud pactum,quod ponitur hîc,ſcilicet an mulier poſsit emptore ſatisfacto redire in locũ priſtinum,vbi erat? & dicitur quòd nõ.nam non tenetur,& præiudicaret aliis creditoribus,qui præferebantur emptori:imò ipſa ponetur in locũ emptoris,quẽ per ceſsionẽ poſuit in loco ſuo.Ad quartũ prin.membrũ,ſcilicet,formare quendã caſum dubitabilẽ,& caſus eſt talis : Quidã Anto.habet vxorẽ, & iſta vxor habebat omnia bona mariti obligata pro dote ſua,accidit tamen quòd maritus cõſumpſit omnia bona ſua, & nihil habebat niſi quòd extat quædam domus,quã vxor ei dederat in dotẽ:modo maritus obligauit dictã domũ cuidã An.pro C.quas ſibi vltimo loco mutuauit,domũ enim vẽdit, & vxor iuri ſuarum hypothecarũ renuntiauit : accidit quòd maritus ſuus moritur,& poſt mortem creditor vult habere pecuniam mutuatam de bonis defuncti,nihil reperitur niſi domus,quã vendiderat huic.C.& iſte An.agit cõtra emptorem domus,quia ſibi iſta domus erat obligata pro ipſo debito expreſsè,& optimè expellit eũ.poſtmodũ accidit quòd vxor tranſeundo per viam,vidit iſtum qui expellebat alium, & dicit:iſta domus erat mihi obligata pro dotibus meis,& ſic eam vendicat. Corr.autem emptor dictæ domus videns dictam Mat.ſtare ſuper oſtio,dixit:iſta eſt mea domus,quia renuntiaſti iuri hypothecarum.Tertius autem creditor vendicat ipſam domum à Corrad.quia ſibi primo iſta domus fuerat obligata , poſteà vxor reuendicat domum à tertio occaſione dotium ſuarum,poſteà Corrad.vendicat domum ab vxore:& ſic ſucceſsiuè vnus alteri accipiet infinitè : modò quæritur quid erit de iſta re.Quidam dicunt , quòd iſta res ſemper debet eſſe in renouatione. Alij dicunt , quòd debet eſſe creditoris , quia primò fuerat ei obligata , propter

regu

regulam iuris: Qui prior in tempore, potior est in iure. Alij dicunt, quòd debet esse penes mulierem fauore publicæ vtilitatis, ne ipsa mulier maneat indotata: quæ opinio magis æqua videtur: imò ex beneficio fauoris fauendum est ipsi mulieri, tum ne propter inopiam ad turpia se vertat, tum etiam propter sexus fragilitatem: & quia magis miserendū est mulieri quā viro. Sed si cessisset iura, prioris tēporis emptoris erat. Ista securitas habet v. capitula, sicut & aliæ securitates. Primum est consensus. Secundum renuntiationis beneficij cum certificatione. Tertium remissionis iurium per pactum. Quartum promissionis de ratihabitione. Quintum & vltimum pœnæ cum obligatione bonorum, &c.

Venditoris pater si consenserit, ista scribes.

AD hæc dominus Boëtius pater ipsius venditoris prædictis omnibus præsens prædictæ venditioni consensit, & renuntiauit omni suo iuri, quod habebat, vel habere poterat, seu in futurum habere sperabat, in dicta re vendita, occasione vsusfructus sibi debiti vel debendi in re ipsa ratione patriæ potestatis, vel alia quacunque ratione vel causa: idem ius dicto emptori ex toto remittens. Et promittens eidem, &c. vt suprà.

Venditoris soror si ius, quod habet ex hæreditate, vel testamento patris renuntians, consenserit, ita scribes.

AD hæc domina Diamante soror ipsius venditoris, & filia dicti domini Boëtij per Deum viuum verbotenus adiurans, & asserens se maiorem esse, prædictis omnibus præsens dictæ venditioni consensit, & certificata per me R. notarium infrascriptum dictam rem venditam sibi ex hæreditate paterna, seu ex institutione de se facta ab eodem patre suo in eius testamento obligatam esse, renuntiauit omni iuri suo, quod habebat, vel habere poterat in dicta re vendita, occasione dictæ hæreditatis, & institutionis, seu ipsius testamenti, aut alicuius relicti in eo contenti, vel alia quacunque ratione vel causa, idem ius ipsi emptori pacto

remittens,& promittens eidem pro se & suis hæredibus stipulan.&c.vt suprá.

Si venditoris frater qui ex substitutione vel fideicommisso ius habens in re consenserit,ita scribes.

INsuper Paulus frater dicti venditoris prædictis omnibus præsens dictæ venditioni consensit,& omni suo iuri, quod habebat,vel habere poterat,seu in futurum habere sperabat in dicta re vendita,ratione vel occasione substitutionis,fideicommissi,seu incertæ conditionis contentorum in testamento quondam domini Boëtij patris eius scripto manu talis not.omnino renuntiauit illud per se & suos hæredes dicto venditori, & emptori, & cuilibet eorum & ipsorum hæredum pacto remittens. Necnon promittẽs eisdem stipu.solenni interueniente, nihil in re ipsa decæterò petere,vel de ipsa eis vel eorum hæredibus litem vel quæstionem vlterius non inferre,ratione fideicommissi,substitutionis,conditionis, aut testamenti prædictorum,seu aliis quibuscunque occasionibus: sed prædicta omnia & singula perpetuò firma & rata habere,& tenere, & non contrafacere,vel venire aliqua ratione siue causa,de iure vel de facto. Sub pœna,&c.vt suprá.

Si filius & hæres quondam vxoris venditoris consenserit & renuntiauerit iuri hypothecarum. Rubrica.

CIrca præsentem securitatem,& circa alias quatuor securitates nota primò quòd omnes habent quinque capitula sicut & aliæ securitates insuper nominatæ.Primum est consensus. Secundum est renuntiationis cum certificatione.Tertium remissionis iurium per pactum. Quartum promissionis de ratihabitione. Quintum & vltimum pœnæ. Secundò volo te scire,quòd qui promittit factum alienum, regulariter non obligatur nisi promittat per ista verba, facturum & curaturum,vel facere & curare,vel quòd faciet & curabit: quia videtur promittere factum suum quòd bene facit venditor in casu nostri instrumenti. Nam pro vxore absente se facturum & curaturum promisit, quòd ipsa consentiet dictæ ven.& sic tenetur:quia non videtur factum

pro

promittere alienum, ſed ſuum proprium, quod aliàs tenetur. Quia factum alienum promittendo nemo regulariter obligatur, niſi per ſupradicta verba promittat. Scias tamen quòd ipſe obligatur, ipſa autem non, ſcilicet, vxor eius, quã promiſit facere & curare, quòd prædictæ conſentiet venditioni. Quia ex alienis contractibus neminem obligari certiſsima iuris regula eſt: & ſi ipſa nollet conſentire, ipſe maritus tenetur ad omne damnum & intereſſe emptori: poteſt etiam per pœnam in inſtrumento appoſitam vallari: & eſt ſpeciale, vt non teneatur promiſsio perſonalis, ſed valet pœnæ promiſsio: itaque ſi non faciet vxorem conſentire, incidit in pœnam in non obſeruando promiſſa. Et no. quòd iſtud eſt pactum accidentale quod ſtatim eſt apponendum in contractu, vt veſtiantur cohærentia in contractu. Nam aliâs eſſet pactum nudum, & non valeret, ſi ex interuallo apponeretur.

De perſonis abſentibus.

DIcto de perſonis præſentibus tempore contractus traditionis, quæ conſentiunt, & renuntiãt iuri ſuo, reſtat videre de his quæ tunc temporis ſunt abſentes. Et notandum eſt, quòd quando aliqua perſona abſens eſt, quã velit emptor conſentire, & renuntiare, ſiue ratificare, & approbare, debet procurare quòd venditor promittat de faciendo & curando quòd dictæ perſonæ ad certum tempus hoc faciant: quæ venditoris promiſsio ita fiet, vt eſt ſubſequenter notatum.

Si promittat venditor pro aliqua perſona abſente, quæ habet conſentire & renuntiare, ita ſcribes.

INſuper promiſit dictus venditor ipſi emptori pro ſe & ſuis hæredibus ſtipu. ſe facturum & curaturum omni exceptione remota, quòd dominus Ar. eius ſocer, & domina Ma. eius vxor & filia eiuſdem domini Ar. hinc ad viginti dies dictæ venditioni conſentient, & renuntiabunt omni eorum iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habent, vel habere poſſunt in dicta re vendita, occaſione dotium ipſius dominæ Ma. vel alia quacunque: & de his ſolennem promiſſionem, & obligationem eius facient ad ſenſum ſapientis eius

eius:& secundum cursum & consuetudinem ciuitatis Bon. Sub pœna quinquaginta lib. Bon. stipula. promissa & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium suorum bonorum, & pœna soluta, &c.

Si promittat venditor per aliquam personam absentem, quæ habet consentire & renuntiare, ita scribes. Rubrica.

AD euidentiam istius securitatis quæro: quæ differentia est inter renuntiare, & consentire: & renuntiare ex vna parte, & ratificare ex altera, & approbare ex alia? hæc est differentia: Nam consentire & renuntiare propriè pertinent tantùm ad personas, quæ habent ius in re vel hypotheca, vt sunt creditores & mulieres. Ratificare & approbare enim habent locum in illis personis, quæ quidem dominium habent proprietatis & possessionis in re, vt sunt fratres, consortes, & similes personæ: & hæc differentia quo ad acta in pacto sumitur: & non quo ad rem vocis.

Venditor si promittit pro aliqua persona absente, quæ habebat ratificare & approbare venditionem factam vtputà pro fratre, vel sorore, ita scribes.

INsuper promisit dictus venditor dicto emptori pro se & suis hæredibus stipu. se facturum & curaturum, omni exceptione remota, quòd Michael eius frater, cùm fuerit legitimæ ætatis intra xx. dies postquàm denuntiatum fuerit, dictæ venditioni consentiet. Et eam venditionem, pretij solutionem, possessionis traditionem, & omnia & singu. suprascripta ratificabit & approbabit, & ad ipsius legitimam rei defensionem in omnibus & per omnia, vt fecit idem venditor, se obligabit: & de his omnibus solennem obligationem, promissionem, & cõtractum cum pœnæ adiectione, & corporali iuramento præstando more minorum ei faciet, ad sensum sapientis eiusdem emptoris, & secundum consuetudinem & cursum ciuitatis Bono. Sub pœna quinquaginta librarum Bono. &c. vt suprà.

Vend

Venditioni si persona absens postea consenserit & renuntiauerit suo iuri.

DOmina M. vxor Antonij, lecto sibi, & in eius præsentia dicto instrumento venditionis factæ Corrado ab ipso Antonio eius viro, eidem venditioni consensit: & certificata per me notarium infrascriptum dictam rem venditam sibi pro suis dotibus obligatam esse renuntiauit, &c. vt suprà habes in primo consensu vxoris. Et nota idem esse seruandũ in omnibus de prædictis personis, quæ præsentes consenserunt, si tempore contractus absentes posteà consenserint.

Venditionem à fratre factam si frater vel consors ratificabit & approbabit, ita scribes.

MIchaël frater quondã Blasij, & frater Antonij lecto sibi & in eius præsentia seriatim instrumento venditionis factæ Corrad. fratri quondam Titij ab ipso Antonio eius fratre de quadam domo posita in tali contrata intra tales confines, pro pretio centum lib. Bon. quod instrumentũ scriptum est manu mei notarij infrascripti ipsi venditioni consensit. Et eadem venditionem, pretij solutionem & possessionis traditionem, & omnia & singula in ipso instrumento cõtenta ratificauit & approbauit ipsum Cor. in iam data & habita possessione confirmans, confitens & asserens pretium prædictum, & asseuerans totum cum dicto fratre suo participasse: & illud in communem vtilitatem ipsorum & commodum dicto modo versum esse. Et renuntians exceptioni non habiti, & non participati pretij cum fratre suo suprascripto, & in communem vtilitatem non conuersi: Exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio. Necnon promittens dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipulanti, litem vel controuersiam ei vel suis hæredibus de dicta re, vel eius occasione, de iure vel de facto, vllo tempore non inferre nec inferenti consentire: sed ipsam rem tam in proprietate quàm in possessione ei, & suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare. Dictam venditionem ab ipso suo fratre

fratre facta,& omnia,& singula in dicto instrumento venditionis ipsius contenta: Necnon omnia & singula suprascripta perpetuò firma,& rata habere,& tenere,& non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto. Sub pœna centum lib. Bon. stipulatione in sing. capitulis huius contractus insolidum promissa, & refectione damnorum,& expensarum litis,& extrà, & obligatione suorum bonorum omnium:& soluta pœna vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta.

Sacramentum minoris.

INsuper dictus Michaël, quia minor erat xxv. annis, maior tamen xiiij. iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia prędicta omnia & singula perpetuò firma,& rata habere, & tenere, & nõ contrafacere vel venire occasione minoris ætatis, vel minoris pretij, siue non participati pretij, aut in vtilitatem suam non conuersi, vel non durantis, siue alia quacunque ratione vel causa, Itaque si præter prædictas personas vel securitates, aliquę aliæ tibi in instrumẽtis ponẽdæ occurrent, si prædictarum plenè notitiam habueris, erit tibi sufficiens in reliquis documentum. Licet in prima securitatum compilatione de omnibus, quæ circa eas secundũ vsum & consuetudinem ciuitatis Bon. occurrerunt, satis sufficienter, vt mihi videtur, superius sit notatum.

Si promittit venditor pro aliqua persona absente, quæ habet ratificare & approbare venditionem factam, vtputà, pro fratre vel absente, ita scribes. Rubrica.

VIso igitur de securitatibus pręcedentibus multis, tam de personis quæ præsentes sunt, nunc in istis præsentibus securitatibus,& de securitatibus, quæ præmittuntur in absentia, satis dictum est in duabus præcedentibus securitatibus ex præmissis. Istud instrumentum siue ista securitas habet sex capitula. Primum est consensus. Secundum est ratificationis & approbationis. Tertium est confessionis. Quartum promissionis. Quintum pœnæ. Sextum & vltimum iuramenti. Casus positionem omitto, quia legendo literam satis pa

tis patet. Tamen vt huius instrumenti materia pateat euidenter, tria per ordinem declarabo. Primò, nunquid Antonius siue vnus frater poterat vendére partem alterius fratris. Secundò, quæram quid sit ratihabitio, & quotuplex sit. Tertiò, quid sit virtus & effectus ratihabitionis. Ad primum, scilicet, nunquid frater poterat vendere bona alterius fratris? & dicitur quòd sic: quia rem alienam vendere quem posse nulla dubitatio est, sed eam alienare non potest: quia non est dominus rei, ergo alienare non potest: quoniam cùm non sit dominus rei, in alium dominium transferre non potest. Nec aliquis potest plus iuris, quàm in se habeat, in alium transferre. Fallit tamen in multis casibus, in quibus quis potest alienare & vendere rem, quamuis verus dominus non existat. Primus casus est in creditore, qui potest pignus vendere, quod habet eo pacto, vt illud possit vẽdere, si pecunia mutuata non restituatur ad limitatum tempus. Secundus casus est quando iudex iudicauit de bonis absentis & contumacis maximè finium regundorum. Tertius casus est in eo, qui colligit census communis, id est, impositam communi. Quartus casus est in fisco, qui potest alienare de bonis alicuius. Nam emptor efficitur dominus, licet verus dominus possit agere contra fiscum de re vendita. Quintus casus est in Imperatore & Imperatrice, quando vendunt aliquid alicui. Sextus casus est in tutore & curatore, qui alienant bona pupillorum & adultorum, quamuis domini non sint, solennitatibus interuenientibus. Septimus casus est in procuratore habente speciale mandatum ad vnam rem vendendam. Nec illam rem potest vendere emptori, & rei dominium in ipsum emptorem transferre. Octauus casus est in procuratore habente generale mandatum, & plenam, & liberam administrationem. Sed nunquid iste alius frater cogitur habere ratum id, quod fecit frater suus? Distinguendum est, aut ipse vendidit cum mandato fratris sui, aut sine mandato. Si sine mandato, & tunc iste nihil cogitur habere ratum, quod factum non est per eum: quia quod meo nomine gestum non est, id ratum habere non cogor, quia ad mei vtilitatem siue commodum minus facit. Si cum mandato, & tunc distingue: aut ipse gessit suo nomine tantum nulla de fratre facta mentione in contractu: aut gessit suo nomine, & vice, & nomine fratris sui. Si autem suo nomine

Frater an potest vẽdere bona fratris.

An frater cogitur habere ratam venditionẽ fratris.

nomine tantùm, iste alter frater non potest habere ratum, etiam si vellet: quia quod meo nomine gestum non est, id ratum habere non possum. Si autem gessit suo nomine, & vice, & nomine fratris sui: & tunc subdistingue aut ipse gessit vtiliter, aut inutiliter. Si vtiliter tunc iste alius frater, cuius nomine gestum est, cogitur habere ratum: quia quod meo nomine vtiliter gestum est, id ratum habere cogor. Si autem gessit inutiliter, & tunc non cogitur habere ratum: quia quod meo nomine inutiliter gestum est, id ratũ habere nõ cogor. Ad secundum prin. membrũ, scilicet quid sit ratihabitio, & quotuplex sit? & dico quòd ratihabitio est tacita vel expressa dominij vel pacti cõfirmatio. Vel ratihabitio est negotij alterius nomine gesti cõfirmatio. Sed quotuplex est? & dico quòd est duplex, scilicet tacita, & expressa. vt l. viro. in fi. ff. de solu. & C. ad Mace. l. fi. Expressa ratihabitio est, quando dominus ratificat quod gestum est per illum, qui suo nomine gessit: quia per procur. qui rem suam alienauit. Tacita ratihabitio est, quando tacitè, videlicet, cum potestate legis ratum habetur. & ista est quandoque triennio, siue erit triennio: vt quando quis vendidit rem meam mobilem, & ego tacui triennio, nam tacitè tunc videor habere ratum à lege id, quod facit ille qui vendidit rem mobilem meam. Quandoque fit ratihabitio in quinquennio, vt est quando tutor vendidit rem pupilli, vel pupillus vendidit rem authoritate tutoris. Nam si pupillus post legitimam ætatem tacuerit per quinquennium, videtur habere ratum à lege: quia pupillus infra quinquennium potens esse, & suæ authoritatis, intelligitur. Et quinquenniis lapsis, si tacet, ratificasse videtur: & hoc si tradidit ex quacunque causa excepta donationis causa: nam tunc non videtur ratum habere à lege, nisi post legitimam ætatem tacuerit decennio: & tunc donationem, quã fecit, videtur habere ratã. Quandoque fit ratihabitio decennio, vt quando quis vendidit rẽ alienam immobilem, & ille tacuerit decennio inter præsentes: nam videtur ratum habere à lege id, quod ille, qui rem vendidit suam, siue quicquid fecerit de ea. Quandoque fit xx. annis vt est quando quis tacuit de alienatione rei suæ immobilis inter absentes. Quandoque fit xxx. vt quando quis rem, quam habuit tanto spacio, mala fide tenuerit. Nam tunc videtur dominus rei id à lege ratum habere, quod factum est spatio triginta annorũ, quod

Ratihabitio quid sit.

abolet

abolet omne vitium. Ad tertiũ & vltimũ prin. membrũ, scilicet quid sit virtus & effectus ratihabitionis? & dico q̃ virtus & effectus est iste: quia retrò trahitur, & mandato comparatur. Nam perinde est ac si dominus mãdasset: sed quomodo trahitur retrò? Nam si essent duo anni, ex quibus annis vendidisset rem alienam, trahitur retrò ratihabitio. c. ratihabitionem. de reg. iur. lib. vj. hoc est, à die celebrati contractus: & perinde est, ac si dominus mãdasset de alienãdo rem suam. Sequitur posteà ibi quoddam sacramentum minoris, scilicet qualiter minor debeat iuramentum præstare, ita dices, sicut tu habes in litera, &c.

Effectus ratihabitionis quis sit.

Emphyteosis proœmium.

QVoniam de quibusdam contractibus traditionum rerum immobilium inter priuatas personas superiuś est notatum, restat nunc videre de emphyteoticis instrumentis, & aliis concessionibus, & etiam traditionibus faciendis ab ecclesiis. Sed licet ab ecclesiis fieri possint traditiones ad propriũ: quia tamen contractus iste, videlicet, emphyteosis sæpius ab ecclesiis celebratur, & vertitur nunc super eo intentio principalis, ideo de ipso principaliter est videndum. Est igitur contractus emphyteosis meliorationis contractus proprium ex lege Zenoniana tenens naturam, neque ad venditionem, neque ad locationem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, licet habere cum vtroque istorum contractuum affinitatem aliquam videatur. Huius igitur contractus inuentionis præcipua causa fuit, vt concederetur ad tempus res sterilis, vt postmodum fertilis redderetur, fructibus interim emphyteoticario applicandis. Dicitur enim emphyteosis græcè, idem quòd Latinè melioratio. Alio quidem modo dicitur emphyteosis possessionis immobilis rei ad certum tempus alteri facta cõcessio, dominio, & proprietate retenta, sub conditione annuæ pensionis & renouationis finito concessionis tempore fiendæ. Et hoc modo res etiam pingues & fertiles conceduntur, & potest constitui hic emphyteosis non solùm ecclesiis & locis religiosis, sed etiam laicis, quibus est alienare permissum. Et contractus iste secũdum diuersas terrarum consuetudines diuersis nominibus nũcupatur. Dicitur enim emphyteosis, præcaria, libellus, cẽsus, fictum, & aliis pluribus

nominibus.& fulcitur diuersis pactionibus secundũ diuersas contrahẽtium volũtates:& propterea rectius dicitur emphyteosis ab en, quod est in,& phyteo, fides,& thesis positio, quasi in contractu possessionis bonæ fidei positio. Sed quia ecclesiæ funguntur vice minorũ, si decipiantur, vel lapsæ deprehẽdantur:& quia omniũ ecclesiasticarũ rerum alienatio prohibita esse dignoscitur, nisi venerabilis Antistitis siue diœcesani authoritas interueniat,& licentia specialis: Idcirco huiusmodi concessionibus,& omnibus aliis alienationibus rerũ immobiliũ ab ecclesia faciendis, necessariũ primò est, vt obtineatur ab episcopo diœcesano licentia & authoritas supradicta persona ecclesiastica accedente impetranda per publicum instrumentum. Deinde concessionis vel alienationis necessaria, vel vtilis subsit causa. Insuper q̃ capituli, siue fratrum, aut sororum, vel aliarum personarum, quarum consensu loci illius negotia disponũtur, vel maioris partis præsentia interueniat, & consensus. Et in emphyteoticis fiat mentio de pensione,& renouatione soluenda,& facienda temporibus ordinatis. Et de his omnibus fiat in contractu expressa & ordinata mẽtio, prout infrascriptorum instrumentorum series te docebit.

Nomina diuersa emphyteosis.

Quæ sunt necessaria in alienatione rei ecclesiasticæ.

Emphyteotica concessiò à monasterio facta.

QVoniam monasterium sancti Stephani Bo. quod dicitur Hierusalẽ domino Iacobo ducentarum librarum Bo. debito tenebatur contracto specialiter pro soluẽdis collectis ipsi monasterio à domino O. sedis Apostolicæ legato impositis, vt de ipso debitor' & causa debiti patet in instrumento scripto manu talis notarij. Et quoniam vrgente ipso creditore necessarium habebat idem monasterium ad dictum debitum persoluendum, subscriptam concessionem rei facere infrascriptæ, vtpotè expedientem,& minus damnosam quàm alterius rei vel possessionis eiusdem monasterij: Idcirco licentia & authoritate obtenta à venerabili patre Anto. Bo. Episcopo de infrascripta cõcessione, infrascripto emphyteoticario facienda, vt patet in publica scriptura facta manu talis notarij. Atque infrascriptis Monachis,& fratribus eiusdem monasterij, vt moris est, ad hoc specialiter congregatis vel conuocatis in capitulo, scilicet talibus,& talibus Dominus Bertramus

ipsius

ipsius monasterij Abbas venerabilis pro se & successoribus suis vice & nomine ipsius monasterij præsentibus,& consentientibus fratribus supradictis, dedit & concessit Cor. pro se & suis hæredibus recipienti in emphyteosim vsque in ipsius tertiam personam,Domum vnam sitam in parochia sanctæ Theclæ,cuius hi dicuntur confines, &c. ad haben.te.possid.& quicquid ei & suis hæredibus saluo iure dominij & proprietatis,& saluis conditionibus in hoc instrumento insertis,deinceps placuerit perpetuò faciendum cum omnibus & singulis,quæ intra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum accessibus & egressibus suis vsque in viam publicam:& cum omnibus & singulis,quæ habent supra se, vel infra se, seu intra se in integrum, omníque iure,& actione, vsu,seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente. Pro pretio ducentarum lib. Bono.quam pecuniæ quantitatem idem emphyteoticarius coram me notario & testibus infrascriptis de mandato ipsius domini Abbatis, & ipsorum fratrum dedit,& soluit ipsi domino Iacobo in solutionem & satisfactionem debiti suprascripti, ad quod ei dictum monasterium tenebatur,vt superius continetur. Quam rem idem dominus Abbas se ipsius emphyteoticarij nomine constituit possidere, vsquequo ipsius rei possessionem acceperit corporalem: quam accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps & licentiam omnimodam dedit.Promittens idem dominus Abbas pro se & eius successoribus vice & nomine ipsius monasterij dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipul. litem vel controuersiam ei vel eius hæredibus de dicta re,seu ipsius occasione, vllo tempore non inferre,nec inferenti consentire: sed ipsam rem,& suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere,authorizare, & desbrigare,& prædictam dationem, & concessionem, & omnia & singula suprascripta firma & rata habere,& tenere,& non contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua ratione, de iure vel de facto. Sub pœna dupli dictæ quantitatis,stipu.promissa,& refectione damnorum,& expensarum litis,& extrà, & obligatione bonorum ipsius monasterij:& pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula suprascripta firma perdurent.

Hanc autem concessionem, & omnia & singula suprascripta fecit idem domina Abbas sub hac conditione

& pacto,& initis actis expressim inter ipsum & emphyteoticarium supradictum, videlicet quòd ab ipso emphyteoticario,& quocunque alio,ad quē res ipsa vsque in ipsius tertiam personam deuenerit singu.annis in festo Natiuitatis Domini munus Veronensis nomine pensionis eiusdem rei ipsi monasterio persoluatur. Postquàm autem ad quartam personam deuenerit,noua emphyteotica cōcessio fiat, hoc ordine reseruato:renouationis tamen causa ipsi monasterio centum sol. Bo.tunc temporis persoluendis. Cæterum actum est inter ipsos,vt ex hoc contractu duo vnius & eiusdē tenoris instrumenta fiant:vnum , videlicet , pro ipso emphyteoticario , & aliud pro monasterio ante dicto.

Emphyteotica renouatio & confirmatio.

QVoniam domus quædam sita in parochia sanctæ Theclæ intra tales confines, olim concessa, & data à monasterio sancti Stephani Bon.quod dicitur Hierusalem in emphyteosim sub conditione annuæ pensionis & renouationis post tertiam personam faciendæ,quam modo possidet Cor.frater quondam Titij nunc,vt dicitur in personam , casum & tēpus renouationis aduenerit . Idcirco instante ac petente ipso Cor. & eiusdem monasterij fratribus,vt moris est,ad hoc specialiter in capitulo congregatis, scilicet talibus & talibus, dominus B. ipsius monasterij venerabilis Abbas pro seipso & suis successoribus & vice, & nomine ipsius monasterij præsentibus & consentientibus fratribus supradictis dedit, & concessit iure & causa renouationis concessionis emphyteoticæ dicto Corrado pro se & suis hæredibus recipiēti vsque in ipsius tertiam personam,domum prædictam:ad haben. tenen. pos. & quicquid sibi & suis hæredibus (saluo iure dominij & proprietatis & saluis conditionibus in hoc instrumento insertis) deinceps placuerit faciendum,cum omnibus & sing. quæ inter prædictos continentur confines,vel alios, si qui forēt,cum acces. & egres. suis vsque in viam publi. & cum omnibus & sing.quæ habet supra se,vel infra se, seu intra se in integrum, omnique iure,& actione,vsu , seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente:Pro pretio centum solidorum Bono. quos idem dominus Abbas ab ipso Cor.recepit ibidem, & in præsenti in specialem vtilitatem ipsius monasterij cōuertendos.

Possessio

Possessionem eiusdem rei, quam idem Corrad. habebat ipsi Cor. & in ipsa plenissima authoritate confirmans: nec non promittens per se & suos successores vice, & nomine ipsius monasterij dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipulanti. litem vel controuersiam ei de dicta re, vel eius occasione, vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: sed ipsam rem ei & suis hæredibus ab omni homine, & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare. Et prædictam renouationis concessionem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel alium, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto. Sub pœna centum lib. Bon. stipul. promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis & extrà: & obligatione omnium suorum bonorum ipsius monasterij: & pœna soluta vel non, prædicta omnia firma perdurent. Hanc autem prædictam concessionem & omnia & sing. suprascripta fecit idem dominus Abbas sub hac cõditione & pacto, & actis initis inter ipsum & emphyteoticarium supradictum, videlicet, quòd ab ipso emphyteoticario, & quocũque alio, ad quem res ipsa vsque in ipsius tertiam personam deuenerit, singulis annis in festo natiuitatis Domini numus Veronensis nomine pensionis eiusdem rei ipsi monasterio persoluatur. Postquàm autem ad quartam personam deuenerit, noua emphyteotica concessio fiat, hoc ordine reseruatore nouationis: tamen causa ipsi monasterio centum soli. Bon. tunc temporis exhibendis. Cæterùm voluerunt & mandauerunt, vt ex hoc contractu duo vnius & eiusdem tenoris instrumenta fiant: Vnum pro ipso Cor. & aliud pro monasterio antedicto.

Instrumentum concessionis in emphyteosim facta à monasterio. Sextum membrum. Rubrica.

Præsens instrumentum continuatur ad præcedẽtia altero de duobus modis. Primo modo sic: Nos supra vidimus in princip. huius capituli quod istud capitulum diuidebatur principaliter in partes duas: nam in prima parte ponebatur de alienatione rerum immobilium. In secunda parte ponebatur de alienatione rerum mobilium. Iterum prima pars di-

uidit in sex. Nam in prima parte ponitur de instrumentis emptionum & venditionum. In secunda parte de instrumentis permutationis. In tertia parte de instrumentis insolutum dationis. In quarta parte de instrumentis dationis inter viuos. In quinta parte de instrumentis concessionis in feudum. In sexta & vltima parte de concessione in emphyteosim. igitur cùm dictum sit de primis quinque partibus: est nunc in ordine videre de sexta, scilicet, de concessione in emphyteosim. declarat hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum concessionis in emphyteosim factæ à monasterio. Continuatur & secundo modo sic. Viso de quinque modis, quibus rerum dominia de vno in alterum transferuntur, scilicet, per venditionem, permutatio. insolutum dationem, donationem inter viuos, & concessionem in feudum. Sed quia non solùm istis modis rerum dominia de vno in alterum transferuntur, sed etiam vno alio modo, scilicet, per concessionem in emphyteosim, meritò de ipsa concessione loco præsenti est agendum & videndum. declarat hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum concessionis in emphyteosim. Istud instrumentum habet octo capitula. Primum est procemium. Secundum est contrahentium. Tertium rei datæ in emphyteosim. Quartum est dationis in emphyteosim. Quintum traditionis rei. Sextum promissionis de legitima defensione. Septimum pœnæ. Octauum & vltimum pretij. Tamen vt plenè liqueat materia nostri instrumenti emphyteosis extra positionem casus, quem causa breuitatis omitto, quæram videre sex in ordine declaranda. Primò, quid sit emphyteosis, quare sic dicatur, qualiter opponatur, & per quem fuerit adinuenta, & qualiter declinatur, & quot nominibus nuncupatur, & quid descendat ex ea. Secundò, quæram qui possunt concedere in emphyteosim, quibus potest concedi, & quæ res possit concedi in emphyteosim. Tertiò, qualiter & quibus interuenientibus contrahatur. Quartò in quo differat emphyteosis à locatione & venditione, & cum quibus conuenire videtur. Quintò, formabo aliquas quæstiones. Sextò, quæram de alienatione specialiter facienda ab ecclesia. Ad primum, scilicet, quid sit emphyteosis? & dico quòd emphyteosis est rei immobilis ad certum tempus alteri facta concessio, dominio &

Quæstiones quare ponit in præsenti instrumẽto.

Emphyteosis quid sit.

& proprietate retenta sub conditione annuæ pensionis & renouationis finito concessionis tempore faciendæ. Vel sic, emphyteosis est alicuius rei immobilis alicui emphyteoticario in meliorationem, dominio ac proprietate retentis, facta concessio: vt vult Azo, in summa, C. de iure emphyteo. & Goff. in sum. rubri. de loca. & conduct. §. quid sit emphyteusis. Sed per quem fuit adinuenta? certè eam inuenit Imperator Zeno: qui videns olim quòd multæ terræ & possessiones vetustæ manebant: quia non erat gentium multitudo, & non poterant laborari, ideo ipsam adinuenit. Sed à quo iure fuit adinuenta ista emphyteosis? certè à iure ciuili, licet omnes contractus de mundo, emptio, & venditio, locatio, & conductio à iuregentium sint inuenti. Tamen quatuor sunt introducta à iure ciuili. Primus contractus, est stipulatio. Secundus, est literarum obligatio. Tertius, est emphyteosis siue contractus emphyteotæ. Quartus est sponsalitia largitas: & potest etiam addi vnus contractus istis quatuor, scilicet, contractus tutelæ: vt patet in eius diffinitione, cùm dicat in fine, iure ciuili data atque permissa. et hoc habebis in Institutio. de iure naturali gentium, & ciuili. §. iure verò ciuili. Sed emphyteosis quot modis nuncupatur, siue quot nominibus? certè multis. Primò gaudet hoc nomine scilicet, fictus: appellatur etiam census. Item & libellus. Item etiam dicitur precarium. Item emphyteosis: tamen istis variis modis eo modo, quo in tuis vtitur regionibus, vel ciuitate tua: quia cùm fueris Rome, &c. Sed quomodo declinatur emphyteosis? certè sic declinatur: Nominatiuo hæc emphyteosis, genitiuo huius emphyteoseos. Græco more & emphyteosis, os, in is Latine more. D. phyteosi, accusatiuo, sem vel sim, &c. Sed quid ex ea descendit? certè descendit ab emphyteotico, cas. & stat per dare à ficto. Item descendit à nominatiuo emphyteoticus, ca, cum, id est, cosa da ficto. Ad secundum principale membrum, scilicet, qui possunt concedere in emphyteosim? Et dico quòd omnes illi, qui possunt aliàs contrahere, & de rebus suis alienare, possunt in emphyteosim concedere. Sed qui non possunt contrahere non possunt concedere in emphyteosim: vt est furiosus,

Contractus ciuiles sunt quatuor.

Qui possunt concedere in emphyteosim.

mentecaptus, mutus, & surdus, & similes, vt infrà habetur in tract. not. sub rub. de inutilibus contractibus ratione personarum. Sed quibus potest concedi in emphyteosim? certè omnibus generaliter, qui non possunt se obligare ad mercedem soluendam. & qui non possunt se obligare ad mercedẽ soluendam, illis non potest concedi in emphyteosim. Sed quæ res possunt concedi in emphyteosim? certè res immobiles non prohibitæ à lege alienari: non per consequens res minoris, vt infrà habetur in tract. notu. sub rub. de inutilibus contractibus ratione rerum. Ad tertium princ. membrum, scilicet, qualiter contrahitur emphyteosis? certè contrahitur in perpetuum, alioquin nõ diceretur emphyteosis, imò ad pensionem, siue ad mercedẽ conductio. Item ad tempus limitatum: quia ad modicũ vel non modicũ tempus, à x. annis infrà debet fieri emphyteosis concessio. & est speciale, vt res, quæ in emphyteosim dantur, nunquam præscribantur. Et conceditur vsque ad quartã vel tertiã generationẽ. Item vsque ad quartam vel tertiam personam. Item conceditur, vt omni anno soluatur pensio in pecunia vel alia re. Sed quæ sunt de natura emphyteosis? certè hæc sunt. primo quòd possit expellere emphyteotã, si non soluit: dummodo non soluat sibi spatio duorum annorum. & hoc in possessione priuati iuris: & spatium trium annorum in possessione ecclesiastica, & hoc propria authoritate. Item soluat pensionem omni anno, nisi res periret in totum, secus si periret in parte: nam si periret pro parte, semper emphyteota tenetur soluere. Vnde versus.

Qualiter contrahitur emphyteosis.

Si pereat tota, liberetur emphyteota:
Et si pro parte, nulla defenditur arte.

Item de natura contractus est, vt si emphyteota vellet res vendere, id est, meliorationes suas, quas fecit in re, potest, dũtamen domino rei denuntiet: & si ipse vult emere dictam meliorationẽ, tenetur sibi dare. & si dicit se nolle emere, vendat cui vult: dum tamen ille, cui vendit, non sit potentior vero domino, ita quòd nõ faceret conditionem domini deteriorẽ: & si dicit se velle emere dictam melioratioẽ, ipse debet deliberare, & ipsum debet expectare per duos menses, donec sit bene ipsi domino deliberatũ. Ad quartum principale membrum, scilicet, in quo conueniat, & in quo differat emphyteosis cum venditione & locatione, & cum quibus dissimulari

Qualiter conueniat emphyteosis cũ ven. locatione & qualiter differunt.

lari videtur? Et primò dico quòd conuenit in hoc:quia ſicut venditor tenetur de euictione re euicta,ita & emphyteoticarius.Item in alio conuenit:quia ſicut venditor tenetur rem tradere,ita & iſte.Sed differunt in hoc:quia in emptione & ven.debet eſſe pretium:ſed hîc autem penſio.Item etiam differunt:quia emptor efficitur verus dominus,ſed emphyteota ſolùm habet vtilem & naturalem poſſeſsionem. Item differunt etiam,quia emptor poteſt vendere rem emptam irrequiſito venditore:ſed emphyteota vendere ſuas meliorationes non poteſt,niſi primò requirat dominum rei. Item etiã differunt: quia emptor non poteſt expelli re empta, ſed ita emphyteota,ſi nõ ſoluit quod dictum eſt & actum inter eos. Item conuenit cum locatione: quia datur penſio.Ita etiam emphyteoſis differt à locatione in multis. Primò,quia conductor non acquirit ſibi aliquod dominium niſi ius habitandi,quæ leuis poſſeſsio appellatur,ſed ſic emphyteota. Item differt:quia locatio fit ad modicum tempus,ſed emphyteota ad multum.Item differt: quia in locatione ſemper debet eſſe merces in pecunia numerata,& in alia re non: ſed emphyteoſis poteſt in pecunia, & in alia re dari. Ad quintum princ.membrum,ſcilicet,formare quatuor principales quęſtiones,quarum prima talis eſt: Quæritur quanto tempore habeat ceſſare emphyteota à ſolutione penſionis, vt poſsit expelli de re? & ad hoc ſciendum ſic diſtingue: Quia aut emphyteota eſt eccleſiæ,& tunc ſi ceſſat biennio, poteſt expelli de poſſeſsione,aut alia perſona:& tunc ſi ceſſat triennio,poteſt expelli de poſſeſsione, niſi ſit paratus ſatisfacere & ſoluere pro toto tempore, in quo à ſolutione ceſſauit. Secunda quæſtio talis eſt. Quæritur quis habeat probare, ſi emphyteota dicit ſe ſoluiſſe, dominus rei negat? certè emphyteota habet probare ſe ſoluiſſe: & ſufficit, ſi probat ſe ſoluiſſe quatuor vel quinque annis: nam tunc præſumitur de cæteris annis ſoluiſſe, niſi contrarium probaret ab arte vel alia re dominus.Tertia quæſtio talis eſt:nunquid eccleſia poſsit hodie concedere in emphyteoſim? & dico quòd non de nouo iure. Sed antiquos contractus bene poteſt confirmare & renouare, ſcilicet, emphyteoticos. Quarta quæſtio talis eſt: quidam expellit emphyteotam: quia ceſſauit à penſionis ſolutione: modò quæritur vtrum poſſit petere mercedem pro illis annis,pro quibus ceſſauit? Et

dico quòd non:nam ficut, si voluisset, non potuisset expellere emphyteotam: ita si vnum expulit, non potest mercedem petere: vel quia dominus videtur plenam solutionem remisisse, rem in emphyteosim concessam sibi retrahendo, aut melioratio stare videtur pro soluto. Ad sextum & vltimum principale membrũ, scilicet, videre de alienatione in specie facta ab ecclesia? & certè multa sunt specialia de iure Canonum, quod in illis præualet. Nam non veremur sacros canones imitari. Nam in eius alienatione est necessaria causa legitima, consensus capituli, & decretum episcopi. Sed hîc non expono, quoniam ab ecclesia prohibita est concessio de iure Canonum, vt suprà dictum est. Tamen si vis plenè scire vtrum ecclesia possit contrahere, vade infrà ad tractatum notu. sub rubrica de inutilibus contractibus ratione rerum. §. sunt autem res sacræ &c. ibi vsque ad finem tituli tu habebis. Sequitur etiam aliud instrumentum, & tractat de reuocatione feudi & cõcessionis emphyteoticę: in quo tractatur qualiter debeat confici instrumentum reuocationis feudi & concessionis emphyteoticæ. Habet etiam istud instrumentum octo capitula, sicut & aliud præcedens. Casus enim positionem causa breuitatis omitto, &c.

Emphyteotica rei solutio pro multis annis.

QVoniam Corradus quondam Titij, nomine pensionis cuiusdam domus emphyteoticę sitę in contrata sanctæ Theclæ intra tales confines, &c. vnum Veronensem monasterio sancti Stephani Bono. singulis annis persoluere tenebatur: & actum est inter ipsum & dominum B. ipsius monasterij venerabilem Abbatem de consensu infrascriptorum fratrum eiusdem monasterij ad hæc specialiter congregatorum ibidẽ, vt pensio pro infrascripta annorum quantitate debenda, licet deberetur ad tempus, nunc tamen simul & semel ipsi monasterio persoluatur. Ideo dictus Corradus corã me notario, & testibus infrascriptis dedit, & soluit ipsi do. Abbati tres solidos Bono. computatis solidis quinquaginta Veronen. in solutionem, & satisfactionem pensionis, pro quinquaginta annis debendæ ex domo emphyteotica supradicta. Qui dominus Abbas asserens & confitens sibi

sibi de pensione ipsius domus prædicto tempore fore plenè & integrè satisfactum, promisit pro se & suis successoribus vice, & nomine ipsius monasterij dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipu. prædictam solutionem, & omnia & singula infrascripta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire, de iure vel de facto, Sub pœna x. lib. Bono. & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium bonorum ipsius monasterij. Et pœna soluta vel non, prædicta firma perdurent. Fratribus autem ipsius monasterij his omnibus præsentibus, & consentientibus. Et hi sunt propriis nominibus vocati.

Instrumentum solutionis rei emphyteotica pro multis annis. Rubrica.

PRæsens instrumentum habet tria capitula. Primum est consensus partium. Secundum est promissionis. Tertium pœnæ. Tamen vt huius instrumenti liqueat materia euidenter, quæram nunquid emphyteota possit alteri concedere in emphyteosim meliorationes, & rem emphyteoticam? & dicitur quòd sic. tenetur tamen ipsi domino denuntiare. Sed pone, quòd ille non vult soluere mercedem, cui postremò dedit in emphyteosim, nunquid iste prior emphyteota poterit agere contra ipsum? & dico quòd sic, per condictionem ex lege Zenoniana. Sed nunquid iste primus poterit expellere nouum emphyteotam, scilicet, secundum, si cessat à solutione mercedis? hæ sunt opiniones. Nam dicunt quidam quòd non, quia nunquam habuit nisi vtile dominium, & naturalem possessionem, & naturalem rei vendicationem: quæ iura perdidit per nouam concessionem factam. Alij dicunt quòd alius, quàm verus dominus, potest emphyteotam expellere. Alij dicunt quòd sic: nam videtur sibi tacitè conseruare ius expellendi ipsum, si à solutione cessauerit, & optimè potest hoc facere, & est speciale, quòd dominus vincit dominium: nam ipse primus emphyteota nullum ius habet in re. & ille nouus emphyteota dominium & vtilem habet rei vendicationem, & naturalem possessionem.

Venditio ad proprium facta ab ecclesia.

QVoniam ecclesia sanctæ Ma. portę Rauennatis, quasdam domos habebat iuxta se positas, quæ ruinam & præcipitiũ minabantur, quas domos propter hæc:& quia etiam melius eis cõstructis & ædificatis, percipientur ex ipsis vberiores redditus pensionum, & fiet locupletior ecclesia supradicta: Oportebat magna necessitate & vtilitate cõstrui & aptari. Et quoniam non existentibus in ipsa ecclesia aliquibus rebus mobilibus ad habendam pro ipsa causa commodè distrahendis pecuniam, alienatio & vẽditio infrascriptæ rei minus erat ipsi ecclesiæ damnosa, imò magis vtilis & necessaria, quàm alterius possessionis eiusdẽ, vt hæc omnia esse vera dominus B. capellanus & rector ipsius ecclesiæ in verbo veritatis & fidei affirmauit. Patronorũ ipsius ecclesiæ & vicinorũ ibidem præsentium testimonium in hoc habetur. Idcirco licentia & authoritate obtenta à venerabili patre fratre Iacobo Bon. episcopo de infrascripta alienatione & venditione facienda infrascripto emptori, vt patet publica scriptura facta manu talis notarij atque infrascriptis patronis ipsius ecclesiæ, scilicet, dominus P. & M. & etiam infrascriptis vicinis, videlicet talibus & talibus ad hæc specialiter congregatis. Ibidem d. B. capellanus & rector ipsius ecclesiæ pro se ipso & suis successoribus, vice, & nomine ipsius ecclesiæ pręsentibus & consentientibus patronis & vicinis prædictis, dedit, vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuũ Corrado pro se & suis hæredibus recipienti petiã vnã terræ vineatæ positam apud fossalem: quam esse dixit & conuenit x. tornaturarũ, & eiusdem tales esse confines, &c. Ad habendũ, tenẽ. possi. & quicquid sibi & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò fac. cum omnibus & singulis, quæ intra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum accessibus & egres. suis vsque in viam pub. & cum omnibus & singu. quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum, omníque iure, & actione, vsu, seu requisitione ipsi ecclesiæ pro dicta re vendita, siue dictæ rei modo aliquo pertinente: Pro pretio x. lib. Bon. pro qualibet tor. quod capit in summa centum lib. Bono. quam pecuniæ quantitatem dictus emptor de mandato dicti domini capellani, & prædictorum patronorum, & vicinorum dedit

dedit,& soluit ibidem,& in præsenti magistro Mi.de Musa, cui dictus capellanus antedictum opus ipsarum domorum reficiendarum & ædificandarum locauit ad summam pro centum lib. Bono. soluendis eidem ab ecclesia supradicta, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij. Quam rem venditam idem capellanus se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem: quam accipiendi sua authoritate propria, & retinendæ deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittēs pro se & suis successoribus, vice & nomine dictæ ecclesiæ ipsi emptori pro se & suis hæredibus stipu. litem vel controuersiam ei vel suis hæredibus, &c. vt suprà habes in instrumento primo venditionis, excepto quòd facias ipsum capellanum obligare omnia bona ipsius ecclesiæ.

Instrumentum venditionis facta ab ecclesia ad proprium. Rubrica.

AD euidentiam huius instrumenti quæram videre ad quid operetur iste Veronensis, qui omni anno soluitur pro mercede? & dico quòd certè multum prodest. Nam ille semper protestatur de dominio ecclesiæ. Sed nunquid iste Abbas vel dominus poterit recipere solutionem pro multis annis? & videtur prima facie quòd non: nam faceret conditionem ecclesiæ deteriorem. Nam ille posteà posset dicere, non fuit mihi interrupta præscriptio: sed alij dicunt, & ego sum de illis, qui dico quòd non. Nam optimè potest Abbas istam pecuniam accipere pro multis annis: quia satis protestatur instrumentum de dominio ecclesiæ. Item quia speciale est, vt res emphyteotica nunquam valeat præscribi.

Permutatio facta ab ecclesia de re emphyteotica pro alia emphyteotica re.

QVoniam monasterio sancti Stephani Bon. quod dicitur Hierusalem, infrascripta permutatio ad vtilitatem cedit multiplicem & profectum, idcirco obtenta licentia & authoritate à venerabili fratre Iacobo Bono. Episcopo de infrascripta permutatione facienda, vt patet publica scriptura scripta manu talis notarij, atque infrascriptis fratribus ipsius monasterij, vt moris est ad hoc specialiter in capitulo congre-

gatis

gatis, ſcilicet, talibus & talibus. dominus Boëtius ipſius monaſterij venerabilis Abbas pro ſe ipſo & eius ſucceſſoribus, vice & nomine ipſius monaſterij, præſentibus & conſentientibus fratribus ſupradictis permutauit Corrado pro ſe & ſuis hæredibus recipienti, dando & concedendo eidem in emphyteoſim vſque in ſuam tertiam perſonam domum vnam ſitam in tali contrata, intra tales confines. Ad haben. tenen. poſ. & quicquid ei & ſuis hæredibus (ſaluo iure dominij & proprietatis, & ſaluis conditionibus in hoc inſtrumento inſertis) deinceps placuerit faciendum: Cum omnibus & ſingulis quæ intra prædictos continentur confines vel alios, ſi qui forent, cum acceſsibus & egreſsibus ſuis vſque in viam publicam, & cum omnibus & ſingulis, quæ habet ſupra ſe, vel infra ſe, ſeu intra ſe in integrum, & cum omni iure, & actione, vſu, ſeu requiſitione ipſi rei modo aliquo pertinente. Et hoc pro vna petia terræ vineatæ poſita in tali loco, infra tales confines quam dictus Corradus permutauit ipſi domino Boëtio Abbati ipſius monaſterij pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, vice & nomine ipſius monaſterij, recipienti eodem modo in cambium dando, & concedendo eidem in emphyteoſim vſque ad tertiam perſonam. Ad haben. tenen. poſ. & quicquid dicto monaſterio (ſaluo iure dominij & proprietatis, & ſaluis conditionibus in hoc inſtrumento inſertis) deinceps placuerit faciendum: cum omnibus & ſingulis quæ intra prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent, cum acceſsibus & egreſsibus ſuis vſque in viam publicam, & cum omnibus & ſingulis, quæ habet ſupra ſe, vel infra ſe, ſeu intra ſe in integrum, omníque iure, & actione, vſu, ſeu requiſitione ſibi ex ea re, vel pro ea re, aut ipſi rei modo aliquo pertinente. Qui prædictus Abbas vice & nomine ipſius monaſterij, & dictus Corradus, ſcilicet, vnuſquiſque eorum viciſsim alterius nomine rem à ſe permutatam & conceſſam conſtituit poſsidere, vſquequo vnuſquiſque eorum rei ſibi permutatæ & conceſſæ poſſeſsionem acceperit corporalem quam accipiendi ſua propria authoritate, & retinendi deinceps vnus alteri adinuicem licentiam omnimodam dedit. Promittens, ſcilicet, vnus alteri adinuicem ſolennibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus, litem vel controuerſiam de re à ſe permutata & conceſſa alteri vllo tempore non inferre, nec inferenti

conſent

consentire: sed vnusquisque rem à se permutatam & concessam alteri adinuicem ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare: & prædictã permutationem, & omnia & singula suprascripta firma, & rata habere, tenere, & non contrafacere, vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Sub pœna centum lib. Bono. stip. adinuicem inter ipsos promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extrà: & pœna soluta vel non prædicta omnia & singula firma perdurent. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit idem Abbas dicto Corrado omnia bona ipsius monasterij: & dictus Corradus ipsi Abbati omnia sua bona. Prædictas autem confessiones, & permutationes, & omnia & singu. suprascripta fecit vnaquæque partium prædictarum sub his conditionibus & pactis expressim a[illegible] initis inter ipsos, videlicet, quòd ab vnaquaque parte [illegible]mine pensionis rei sibi permutatæ & concessæ, & à quocunque alio, ad quem res ipsa vsque in tertiam personam deuenerit, vnus Veronensis singulis annis in festo Natiuitatis Domini alteri persoluatur. Postquàm autem res ipsa ad quartam personam deuenerit, fiet de ea noua emphyteotica concessio, hoc ordine reseruato: renouationis tamen causa centum sol. Bono. ipsi, qui renouationem fecerit, tunc temporis persoluendis. Ceterùm voluerunt & mandauerunt ex hoc contractu duo eiusdem tenoris confici instrumenta, scilicet vnum pro vnaquaque partium prædictarum. Et nota quòd si permutauerit ecclesia cum priuata persona vnaquaque partium dando & tradendo alteri iure proprio, pones nihilominus omnia verba, quæ in huius instrumenti procemio continentur: & procedes colligendo ex proximè dicto instrumento & in alio instrumento permutationis factę inter priuatas personas, & tacita, tam de pensione & renouatione, quã de aliis omnibus, quæ ad cõditionem rei emphyteoticæ spectant. Restat ergo & viso de venditionibus & traditionibus immobiliũ rerũ nunc subsequẽter de mobiliũ corporaliũ & incorporaliũ videamus, vt quia vtrunq; rerũ traditiones eisdem titulis fieri possunt, & in quibusdã aliis affinitatẽ & cohærentiã simul habent, vnũ & idem capitulũ immediatè doctrinã exhibeat vtrarũq;. Et quoniã res immobiles quędã sunt sensibiles, quędã insensibiles: & ex sensibilibus quædã corporales, quędã incorporales.

Ideo

Ideo primo de ſenſibilibus, equis, videlicet, & aliis animalibus: poſteà de reliquis eſt videndum. Sed quia equi & muli ſunt animalia aliquando multum vitioſa, & vitia, & morbos occultos habentia, & propterea in huiuſmodi animalium emptione emptores decipi multum poſſunt: ideo emptoribus lex ſpecialia beneficia reſeruauit: Quibus, ſi in ipſis animalibus tempore venditionis fuerint vitia, ipſis emptoribus tunc temporis incognita, poſſunt contra venditorem agere redhibitoria, id eſt, velle rem reddere, & pretium ſibi reddi, & quanto minoris, hoc eſt, petere illam partem pretij, quam nō dediſſet, ſi ſciuiſſet illud animal eſſe vitioſum. Vnde quodammodo natura contraria in his inſtrumentis agitur, vt magis venditoribus quā emptoribus caueatur. Et propterea ſagaci cura cauendum eſt, vt illa ponatur in huiuſmodi inſtrumentis, quantum fieri poteſt, ne contra venditores prædictis actionibus agi poſſit. Debet enim tabellio cautè & ſecretè à venditore quærere vitia equi ea, quæ tunc temporis ſciuit in eo, vt nullum omittat, & illa ſola & non alia ſpecialia in inſtrumento ponere. Et poſteà generaliter procedere prout videbis in ordine inſtrumenti.

Inſtrumentum permutationis facta ab eccleſia de re emphyteotica. Rubr.

IStud inſtrumentum continuatur ad præcedentia tali forma: Nos ſupra vidimus in quibuſdā præcedentibus inſtrumentis de permutatione facta priuatis perſonis: ſed non ſolùm iſtæ priuatæ perſonæ poſſunt permutare, ſed etiā aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, meritò de ipſis loco preſenti videamus. Innuit hæc rub. cùm dicit, Inſtrumentum permutationis factæ ab eccleſia, de re emphyteotica, &c. Præſens inſtrumentū habet tres partes. Nā in prima pare ponuntur pacta vnius. ſ. domini Abbatis. In ſecunda parte ponuntur pacta & conuentiones iſtius cōtrahentis, ſcilicet, Cor. In tertia parte ponitur clauſula generalis, quæ ligat ambos contrahentes cum vinculo pœnæ. Et iſta clauſula habet quatuor capitula, quorū primū eſt confeſsionis. Secundum promiſsionis, Tertiū pœnæ. Quartum pactorum in inſtrumento contentorum. Caſus poſitionem omitto, quia legendo literam ſatis patet. Tamen vt huius inſtrumenti materia lucida clareat, extra literam

literam quæram tria. Primò, vtrũ ecclesia possit permutare. Secundò, videre vnũ bonum cõsilium. Tertiò, exponere notã in fine instrumenti contentã. Ad primum, scilicet, vtrũ ecclesia possit permutare: & dicitur ꝙ sicut vendere potest. imò nõ potest aliàs vendere monasterium, sed sic permutare. hoc intellige, videlicet, quòd permutatio, quæ ab ecclesia fit, fiat in melius: quia quando in deterius fit, & in detrimentum ecclesiæ, ac illius fraudem, non tenet. Sed si huiusmodi vis plenã cognitionem habere, sic distingue: quia aut Abbas vult permutare rem sacram, cum sacra: aut vult permutare rem profanam cum profana, aut vult permutare rem sacram cum profana, vel econtra. Si autem vult permutare rem sacram cum sacra, & tunc potest, vt ecclesiam cum ecclesia: & tunc si hoc facere vult, faciat maiores vel superiores. Sed eam alienare non potest, etiam si fame periret. Si autem vult permutare rem profanam cum profana: & tũc hoc potest tribus interuenientibus, scilicet, causa legitima, consensu capituli, & decreto episcopi. Si autem vult permutare rem sacram cum profana, vel econtrà: & idem est, & tunc non potest. Ad secundum principale membrum, scilicet dare quoddam consiliũ, & tale est: quòd si est aliquis qui velit contrahere cum ecclesia, quòd faciat vt permutetur: & quòd illa permutatio fiat cum legitima causa. & si ecclesia dicit, ego volo satisfacere tali creditori: tunc faciant quòd optimè satisfaciat creditoribus: & si diceret, Domine Abbas, placet vobis quòd emam illum campum, & permutabitis mecũ? dicit Abbas, plcet mihi. & tũc iste debet emere, & cum ecclesia permutare. & ideo est vtile istud consilium. Nam si quis cõtrahit cum ecclesia permutando, & Abbas dicit se velle restitui: ille posset dicere iisdem verbis, si ergo ecclesia dicit quòd fuit decepta, tu dices: ego sum deceptus, peto restitutionem. tunc & ille dicit, peto restitutionem, quod non poterat ista facere, si emisset. Nam si pecunia esset consumpta non posset illud repetere. & ideo vtile est, quòd quando quis contrahit cum ecclesia, ꝙ potius permutet quàm emat: sed si non potest permutare, quia ipse soluit, & vult vendere habet vendi. procurare, quòd contrahat cum omnibus solennitatibus supradictis, & quòd pactum conuertatur in causam, ob quã vendidit. Ad tertium & vltimum principale membrum, scilicet, exponere notam in fine instrumenti contentã. & præsens nota dicit, ꝙ si sunt duo, qui

Ecclesia an possit permutare.

Nota cõsiliũ quod volẽtibus permutare cum ecclesia.

Exponit verba instrumenti

permutent,& vterque dat rem à se permutatam,dat iure proprio:In instrumento vtaris iure proprio, aliàs de emphyteotica conditione,habita mentione vel depositione. Si autem sunt duo,qui permutāt:& vterque dat rem à se permutatam iure condititio,quia iure emphyteotico vel alio, vt in forma præsentis instrumenti in omnibus & per omnia. Vnum tamē scias quòd si habent rem propriam, potest vnus alteri iure emphyteotico dare:si alius permutator contentatur ab alio permutatore recipere suam rem iure quod habet, vt in præsentis instrumenti litera docetur.

Venditio equorum & similium animalium.

ANtonius dedit,& vendidit Cor.vnum equum baium balzanum in fronte,& crure anteriori sinistro,& posteriori dextro: ipsum sibi ibidē per frænum tradens nominatim cum his vitiis, & magagnis specificatis, & dictis ab eo ipsi emptori ibidem & in præsenti, videlicet, cum vna schinella in tali crure,& ꝙ lunaticus est,& retrogradus,&bulsus: & generaliter pro tali qualis est, & cū omnibus vitiis & magagnis latentibus & manifestis,& quæ habet intus & extrà: asserens & protestans vitia prædicta specificata in ipso equo existere: & ipsorum vitiorum vel morborum siue quorficunque aliorum latentium vel apparentium ratione vel occasione ipsi emptori in aliquo decæterò nolle teneri: Pro pretio quinquaginta lib. Bono. quod pretium dictus venditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse, Exceptioni sibi non dati & non soluti pretij omnino renuntians: Et promittens ipsi emptori pro se & suis hæredibus stipu. dictum equum sibi ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere,authorizare,& desbrigare. Sub pœna dupli dicti pretij stipulatione promissa,& refectione damnorū & expensarum litis & extrà, & obligatione omniū suorum bonorum:& pœna soluta vel non,prædicta omnia & singula suprascripta firma perdurēt. Qui emptor dictū equum recipit ibidem cum dictis & specificatis vitiis & magagnis occultis & apparentibus,quæ in dicto equo bene cognoscere, & sibi ostensa & expressa esse dixit & confessus est: & generaliter cum omnibus vitiis & magagnis occultis,manifestis,& apparentibus,à quæ habet intus & extrà,& pro tali qualis est, asserens

asserens & protestans nolle ipsum venditorem sibi teneri occasione dictorũ vitiorũ vel morborũ ipsius equi expressorum, siue quorumcunque aliorum apparentium & non apparentium,& quæ habet intus & extrà. Et faciens eidem finem, & restitutionem, & pactum de vlterius non petendo, de omni iure & actione, quod vel quam habebat, vel in futurum habere sperabat contra ipsum occasione dictorum vitiorum vel morborum,aut quorumcunque aliorum ipsius equi. Necnon promittens ipsi Anto.solenni stipul.interueniente non opponere legem redhibitoriam volens rem reddere, & pretium sibi reddi,nec quanto minoris petens aliquam partem pretij sibi reddi,quam non dedisset,si sciuisset rem morbosam, nec in factum actionem. Quibus legibus & omni alij iuris auxilio omnino renuntiauit, & nullam aliam exceptionem contrariam vel defensionem iuris vel facti specialem vel generalem in aliquo facere vel opponere,& litem vel controuersiam ei prædictarum rerum occasione vllo tempore non mouere de iure vel de facto. Sed prędicta omnia & singula firma & rata habere,& tenere,& non contrafacere,vel venire de iure vel de facto. Sub pœna C.librarum Bono.stipul.in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa, & refectione damnorũ & expensarũ litis & extrà, & obligatione omnium suorum bonorum:& pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Et nota quòd in venditionibus boũ, asinorum,ouium, & his similibus tanto solerti iure & tanta solennitate procedere non est opus, cùm ipsa animalia non sint adeò vitiosa,vt equi:& quia etiam consuetudo repugnat. Sed breuiter dices,An.dedit, & vendidit Corra.bouem vnum talis pili cum tali cornatura,ipsum sibi tradens ibidem,cum omnibus vitiis & magagnis occultis & manifestis in eo pro tali pretio. Et promittat legitimam defensionem bouis,vt supra habes in instrumento equi. Idem de ouibus dices, exprimens numerum ouium, sed vniuscuiusque signa propter euitandam confusionem non dices, nisi quòd generaliter pones quot ex his sunt albæ, & quot nigræ.

Instrumentum venditionis equorum & similium animalium cum nota quæ dicit, restat ergo. Rubrica.

Restat ergo viso, &c. Ista est secunda pars principalis nostri primi capituli, quæ tractat vsque ad finem ipsius de alienatione rerum mobilium: quia in alia parte prima dictum est solùm de alienatione rerum immobilium. Ista secunda pars continuatur ad superiora. & idem est cum instrumento sequentis venditionis equorum. Et circa istud instrumentum equorũ quærã Primò, de actione quanto minoris, & de actione redhibitoria. Sed de his actionibus tractatur ĩ tractatu notularũ sub rubrica de renũtiationibus in §. Cæterũ. Secũdò, volo videre de actione in factum: & actio in factũ habet locum quando quis vendidit seruum, & non declarauit de qua ratione erat, postea reperitur seruus vitiosus: non dixit de eius vitio, quod dici emptori debebat. Nam plerunque per rationem scitur qualis sit, vel qualis debeat esse seruus. Item etiam habet locum actio in factum, quando quis vendidit equum cum ornamentis, siue armaturis ad equi ornatum necessariis: quia in cæteris non tenetur. Et hoc si post venditionem ratificatam contractam venditor nolit ipsa ornamenta expedire suo emptori, putà, sellam, frænum, &c. Nam dicit, ego vendidi tibi solum equum, ornamenta autem non, tunc datur actio isti emptori in factum ad petendum ornamenta, quæ habebat equus tempore contractæ venditionis. & hoc contingit, quando venditor non dixit, ego volo vendere ornamenta equi: nam si dixisset, tunc enim emptori actio non daretur in factum: & ideo semper dicas, quãdo aliquid vendis: volo, vel nolo, ornamenta tibi vendere. Tertiò, volo formare vnam quæstionem, quæ talis est: Pone quòd quis vendidit equum suum dicens, do tibi istum equum pro tali qualis est: modò quæritur per ista verba, nunquid venditor sit liberatus, & non teneatur de vitio existenti in equo? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut venditor, quando dixit, vẽdo tibi equum pro tali qualis est, sciebat equum esse vitiosum, aut ignorabat. Si sciebat, & tunc non liberatur ab interesse, quia dixit animo decipiendi emptorem: enim deceptis, & non decipientibus

Actio in factũ quãdo locum habet.

tibus

tibus iura subueniunt. hoc nunc pro regula generali habetur & fundatur.insti.de excus.tuto.& cur.Rubri. si quis,flu. in vete.annotatur. Si autem ignorabat,& tunc virtute pacti liberatur:nam si non esset pactum,teneretur, siue sciret siue non, siue scienter,siue ignorãter dixisset.Sed ponamus quòd dixit, cum omnibus vitiis & magagnis do tibi equum etiam quæ esse possunt in illo equo,nunquid per ista verba liberatur vẽditor,si equus est vitiosus?certè non.Nam sub inuolucro verborum non debuit hoc facere vel dicere, imò vitia,quæ erãt in re vendita,debuit specificare. Sed pone quòd ipse specificauit quædam vitia,quæ erant in equo, & multa alia quæ nõ erant,nunquid ipse venditor liberatur? adhuc est dicendum quòd non.& hoc si dixit animo fraudulofo: vt ille diceret, non posset esse quòd equus esset ita vitiosus. Si autem non dixit animo fraudulofo, imò bona fide, quia credebat quòd equus taliter vitiosus non esset:& tunc vẽditor liberatur,&c.

Instrumentum venditionis librorum.

ANtonius dedit, & vendidit Corra. vnum Digestum scriptum in chartis hœdinis, contentum in xxx. quaternis, habens duo folia, vnum à principio,& aliud in fine,non scripta, & per totum de glossis domini Accursij apparatum: Ipsum librũ ibidem in manibus sibi tradens,Pro pretio quinquaginta lib.Bon. quod pretium confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse,exceptioni sibi nõ dati & nõ soluti pretij omnino renũtians:& promittẽs ipsi Cor. pro se suisque hæredibus stip.de vitio &euictione ipsius libri, secundum iuris ordinem, & consuetudinem ciuitatis Bono. Et prædictam venditionem,& omnia & singula suprascripta firma,& rata habere,& tenere,& non contrà facere vel venire aliqua ratione vel causa,de iure vel de facto. Sub pœna dupli dicti pretij stipul. promissa .& refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium suorũ bonorum:& pœna soluta vel non,prædicta omnia & sing.firma perdurent. Et insuper Phi.ipsius Ant.precibus & mandatis se principalem constituens promisit principaliter & insolidum se obligãdo dicto Corr. pro se & suis hæredibus stipulanti dictũ librũ ei ab omni homine, & vniuersitate legitimè defen-

dere, aut horizare, desbrigare, & se facturum & curaturum omni exceptione remota, quòd dictus An. prædictam venditionem & omnia & singula suprascripta firma & rata habebit, & non contrafaciet aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Sub pœna quinquaginta lib. Bono. stip. promissa, vt suprà. Renuntians beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum venditionis librorum. *Rub.*

PRæsens instrumentum continuatur ad præcedentia ista forma: Nos suprà vidimus in præcedenti instrumento de alienatione rerum mobilium sensibilium: verumetiam quia res mobiles insensibiles alienantur, vt sunt libri, & talia, meritò de ipsis rebus loco præsenti videamus. Innuit hoc rubrica, cùm dicit. Instrumentum venditionis librorum. Istud instrumentum habet sex capitula. Primum est contrahentium. Secundum rei venditæ. Tertium solutionis pretij. Quartum traditionis rei. Quintum promissionis de legitima defensione. Sextum & vltimum pœnæ. Tamen vt huius instrumenti materia pateat euidenter extra literam & casus positionem, quam causa breuitatis omisi, duo per ordinē declarabo. Primò, quæram qualiter res mobiles venditæ à venditore emptori debeāt declarari. Secundò, quæram nunquid pro libro vendito insurgat redhibitoria vtilis. Ad primum, scilicet, qualiter res mobiles venditæ à venditore debeant declarari emptori? & dico quòd debent declarari per qualitatem & signa: quia instrumentum penitus dependet ab instrumentis alterius primæ partis huius capituli: nam aliæ res, quæ venduntur in illa parte, declarantur per quantitatem, & qualitatem, loci, latera, & confi. Item enim solùm per qualitatem specificantur: debet enim res mobilis specificari qualis sit, vtrum sit Digestum, an alius liber: an sit vetus, an nouum: an sit correctus, an non: in quot quaternis sit, an sit scriptum in chartis hœdinis vel pecudinis. Sed debet etiam declarari, an sit glossatum, an non: si est glossatum ad modum antiquum, vel nouissimum: an de glo. domini Azonis, an alterius glossatoris, cum tribus foliis non scriptis in parte anteriori, & cum totidem ex posteriori. & hoc debet fieri, vt quæstio nunquam inter

empto

emptorē & venditorē posſit inſurgere, nec oriri. Res venditæ à vēditore declarari debent quo ad eorum valorem, ſcilicet, quātitatem, qualitatē, ſitum: & ad rei entitatē: quod fit ad vtilitatem venditoris, quoniam ipſis rebus ſic declaratis emptor aliqua actione ſuum venditorem ſuper re vendita minus repetere poteſt. Quomodo autem iſtas declarationes habeas ordinare, litera noſtra docet. Ad ſecundum princ. membrum, ſcilicet, nunquid pro libro vendito inſurgat vtilis redhibitoria? & ſic breuiter reſpondetur, & poteſt etiam inſurgere actio quanto minoris vtilis directa aut non: quia liber directo modo nō exiſtit morbo vel vitio labefactus, ſed venditor tenetur de vitiis, quæ poſſunt eſſe in libro, niſi agatur contrarium inter eos: quia ſi pactum de vitio inter ipſos contrahentes ſi liber eſt corruptus cuius debeat eſſe damnum. Sed de cōſuetudine bene tenetur venditor abradere errores, & emptor facere, quod deficit, ſuis ſumptibus & expenſis.

Venditio futuri fœni & fructuum percipiendorum.

ANtonius dedit, & vendidit Cor. totam herbam ſeu futurum fœnum quantumcunque & qualecunque fuerit, vel erit, & percipi poterit, vel haberi pro anno præſenti in prato ſuo ſito ad centenarium, cuius hi dicuntur confines &c. percipiendum, colligendum, & habē. ſua authoritate, omnibus ipſius emptoris ſumptibus & expenſis, & ad omnem ſuā ex nunc cuſtodiam, & omne periculum, atque caſum rapinę, incendij, & inundationis aquarum, & cuiuſcunque alterius fortuiti euentus ſemel, videlicet, tantummodo ſecandum & colligendum tempore competenti, illo ſcilicet, quo prata ſecantur, pro pretio xx. lib. Bono. quod pretium dictus vēditor confeſſus & contentus fuit ſe ab ipſo emptore habuiſſe & recepiſſe, exceptioni ſibi non dati, & nō ſoluti pretij, doli, & in factum actioni, & omni alij auxilio omnino renūtians: Promittens ipſi Cor. pro ſe & ſuis hæredibus ſtip. prædictum fœnum ſibi ab omni homine & vniuerſitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare: & prædictam venditionē, & omnia & ſingula ſupraſcripta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione vel cauſa, de iure vel de facto. Sub tali pœna, &c. vt ſuprà.

Instrumentum venditionis fœni terreni & fructuum in futuro percipiendorum. Secundum membrum secundæ partis. Rubr.

PRæsens instrumentum habet sex capitula. Primum est contrahentium. Secundum est herbæ venditæ. Tertium pretij. Quartum quasi traditionis. Quintum promissionis de legitima defensione. Sextum, & vltimum pœnæ. Circa præsens instrumentum sunt duo notabiliter attendenda. Primò, quæ venditio sit ista, quæ fit in casu nostri instrumenti. Secundò, si res vendita sub conditione pereat, cuius periculum sit. Ad primum, scilicet, quæ venditio sit ista? & dico quòd est conditionalis venditio. Nam tacita conditio, si nascatur: vnde si herba nascitur, valet venditio, aliàs nõ valeret: sed deberet expectari quòd nascatur in futuro anno, nisi sit dictum in instrumento venditionis, vendidit herbam, quæ nascetur hoc anno. nam si tunc herba nascetur hoc anno, valet venditio, quæ de iure aliàs non valeret, nec debet expectari in alio anno. Idem est in rebus similibus: nam si quis vendidit futurum partum ancillæ, videlicet, si partus nascatur, aliàs non, nisi partum sterilem vendidisset: quia tunc tenetur ad omne damnum & interesse emptoris. Ad secundum princ. membrum, scilicet, si res sub conditione vendita perit, cuius sit periculum? & dico quòd periculum est emptoris, si nouem concurrant. Primò, requiritur quòd venditio sit pura, & non conditionalis. Secundò, quòd venditio sit facta sine scriptis: nam si esset in scriptis, perit periculo venditoris quousque instrumentum non esset lectum & à partibus approbatum. Tertiò, requiritur quòd venditio fiat in specie, vt vendo talem rẽ: non autẽ in genere, vt vẽdo tibi de equis meis. Quartò, requiritur quòd sit talis, quæ recipiat gustationem, vt est vinum: nam ante gustationem perit periculo venditoris, sed post gustationem perit periculo emptoris, si fuit vinum in specie venditum: vt quia dixit venditor, ego vendo tibi istas decem corbes vini: & tunc post gustationem perit emptoris periculo. Sed si vendidisset generaliter, vt quia dixit, vendo tibi decem corbes vini de penu mea: & tunc antè quàm pereat emptoris periculo, duo requiruntur, scilicet, degustatio & mensura: & venditor bis vel ter denuntiauit, vt reciperet

Periculũ rei venditæ ad quẽ spectat.

ret

ret vinum suum : ter denuntiatione facta vt gustet,& accipiat:quòd si nolit vinum accipere,potest illud ad mensuram effundere:sed curialius faceret , si vas acciperet sumptibus emptoris,& ibi vinũ poneret. Quintò,requiritur quòd venditio sit ce rta non autẽ incerta:vt est quando quis vendit alternatiue. nam tunc res perit periculo venditoris:sed vltima perit periculo emptoris. Sextò,requiritur quòd non pereat publicatione propter delictum venditoris. Septimò,requiritur quòd fiat pactũ,si res perit quòd nõ pereat venditoris periculo. Octauò,requiritur quòd venditor non sit in culpa:vt quia aliquis furatus fuit equum,quẽ nocturno tempore sub porticu dimisit. Nonò & vltimò , requiritur quòd venditor non sit in mora dandi:vt quia rem dare debebat hinc ad xv. dies,& ipse distulit per mensem:nam tunc mora vertit periculum in morosum. Vnde solent dici quidam versus,qui nouem prædictos modos in se breuiter comprehendunt. Et sunt hi:

Res perit emptoris damno, si venditio sit
Pura, carens scriptis, specialis, certa, nec ante
Gustum, nec tollit rem publica pœna, nec obstat
Pactum, nec culpa vendentem, vel mora damnat.

Si vero futuri fructus vendantur, & certo termino dari promittantur, ita scribes.

ANtonius de.ven.Co.omnia futura vellera,siue futuram lanã,quantacunque & qualiscunque fuerit,& quã tonderi,id est,percipi & haberi contigerit in anno præsenti ex trecentis ouibus suis,quas habet in maritima:& ipsam lanam infra xv.dies dictis ouibus tonsis eidem Corr.dare & consignare Bo.omnibus suis expensis solenni stipu.promittens. Pro pretio v.sol. Bono.pro quolibet vellere,siue x.lib. Bono.pro qualibet centenario ponderis dictæ lanæ.de quo pretio dictus Anto. confessus & contentus fuit se ab ipso Corr.habuisse & recepisse xxx.lib. Bono.exceptioni sibi non datæ & non solutæ quantitatis pecuniæ omnino renuntians. Residuum verò dicti pretij,prout in summa fuerit,& ascendet,idem Corr.ipsi Ant.soluere,& dare solenni stip.promisit dicta lana præponderata & consignata eidẽ. Quæ omnia & singula suprascripta promisit vna pars alteri adinuicem,so-

lennibus stipu. hincinde interuenientibus firma & rata habere & tenere, obseruare & adimplere, vt suprà habes in instrumento arrharũ. Verũtamen si aliæ obligationes interuenerint & promissiones, vtputà, de dationibus & solutionibus prædictis faciendis vbicunque locorum & fori de præceptis recipiendis, recurre ad subsequentem librum vbi agitur de his quæ ad tempus debentur.

Si verò futuri fructus vendantur, & certo termino dari promittantur, ita scribes. *Rub.*

PRæsens instrumentum habet tres partes. Nam in prima parte ponuntur pacta vnius contrahentis, scilicet, Nicolai. In secunda parte ponuntur pacta alterius contrahentis, scilicet, Corr. In tertia parte ponitur clausula generalis, quæ ligat ambos contrahentes cum vinculo pœnę. Et ista clausula habet tres partes, sicut & aliæ clausulæ. Circa præsens instrumentum ego quæram videre primò in quo differt à superiori quod tractat de ven. futuræ herbæ? & dico quòd primò differt, quia superius instrumẽtum dictatur per capitula, sed istud per partes: & ratio est, quia in eo se venditor obligauit ad nihilum in instrumento vendi. emptori nisi ad ea, quæ sunt de natura contractus, scilicet, quia rem tradidit, & de euictione promisit: sed in isto instrumẽto bene venditor obligatur, scilicet, ad lanam dandam emptori. Item differt inter se, quia emptor superioris instrumenti ad nihil se obligat ad soluendum residuum pretij. Secundò differt: quia emptor debuit in præcedenti instrumento suis expensis herbam colligere. Sed hic venditor tenetur lanam portare omnibus suis expensis.

Differentia inter præsens instrumẽtum & superius.

De venditione fructuum ad plures annos.

ANtonius dedit, & vend. Cor. vsusfructus, reditus, & obuentus cuiusdam vineæ sitæ in villa sancti Rophili, cuius hi dicuntur cõfines, hinc ad quinque annos proximos dans & concedẽs eidem dictam vineã, & arbores, & omnia quæ in ea sunt, & intra prædictos continentur confines, habenda, tenen. vtenda, & fruenda liberè per se vel alium, quem

volue

voluerit, hinc ad terminum supradictum. Pro pretio quinquaginta lib. Bon. quod pretium confessus & contentus fuit se ab ipso Cor. habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati, & non soluti pretij omnino renuntians, & promittens dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipu. prædictam vineam, & omnia & singula suprascripta, quę in ea sunt, liberè vtenda, fruenda, vt dictum est, ei & suis hæredibus, ab omni homine & vniuersitate, hinc ad terminum supradictum, & dictos vsusfru. quos in dictis quinque annis perceperit, tam intra terminum, quàm posteà, perpetuò defendere, authorizare, & desbrigare, & prædictam venditionem & omnia & singula suprascripta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua ratione vel causa de iure vel de facto. Sub pœna centum lib. Bono. stipu. promissa & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium suorum bono. & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Econtra dictus Cor. promisit ipsi An. pro se & suis hæredibus stip. vineã prædictam cum omnibus, quæ in ea sunt sine fraude, vti & frui, & ipsius fossata & sepes eius manutenere & conseruare, & eam quolibet anno debitis temporibus bene putare, releuare, ligonizare, & remenare, & in omnibus bene & sine fraude colere. Arbores siccas vel virides non incidere sine domini mandato, & finito termino dictam vineam in æquè & bono statu, vt nunc est, ipsi domino liberè relaxare & consignare: Sub pœna centum lib. Bon. &c. vt suprà in hoc eodem instrumento.

Instrumentum venditionis fructuum ad plures annos. Rubrica.

PRæsens instrumentum continuatur ad præcedentia ista forma: Nos suprà vidimus de venditione rerum corporalium ab instrumento vendi. quorum hucusque. Sed quia plerunque contingit non solùm vendi res corporales, sed etiam incorporales: ideo de venditione rerum incorporaliũ, sicut est vsusfructus, loco pręsenti est agendum & videndum. declarat hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum vendi. fructuum ad plures annos: Circa præsens instrumentum ven.

quinque

quinque tibi per ordinem declarabo. Primò, quæram quid sit vsusfructus, & quare sic dicatur, & quotuplex sit. Secundò, qualiter & quomodo vsusfructus acquiratur. Tertiò, quæram qui possunt constituere vsumfructum quibus possit constitui, & in quibus rebus constituatur. Quartò, quid sit emolumentum, siue vtilitas vsusfructus. Quintò, qualiter & quibus modis vsusfructus tollitur & finitur. Ad primum, scilicet, quid sit vsusfructus? & dico quòd vsusfructus est ius vtendi fruendi alienis rebus, salua rerum substantia: est autem ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est: vt Insti. de vsufru. in princip. Exponamus modò verba in diffinitione contenta: & primò dicit vsusfructus est ius. & per hoc no. quòd vsusfructus est quid est in corpore. Nam vbicunque ponitur hæc dictio, ius, illa diffinitio cum suo diffinito est quid in corpore, siue diffinitio contineat in se corporalia, siue incorporalia, vt possunt plura exempla dari.

Vsusfructus quid sit.

Et hoc vt est in hæreditate. Nam hæreditas est succesio in vniuersum ius, quod habet defunctus tempore mortis suę. Nam hæreditates incorporales sunt, licet in his sint corporalia. Sequitur, vtendi fruendi, & per hęc not. quòd vsufructuarius plus ius habet in re in qua habet vsumfructũ, quàm creditor in pignore. Nam creditor vti non potest re pignorata: imò si vtitur ea, committit furtum. Sed vsufructuarius bene potest vti re, in qua habet vsumfruct. Sequitur, alienis rebus, & per hoc not. quòd vsusfructus consistit in re aliena, non autem in sua propria: quia nemo potest in re sua vsumfructum habere formalem, scilicet separatum. Sed res mea mihi seruire non potest, sed in causis sic: Nam cum causa seruit, scilicet, cum re, nam in ea habeo proprietatem & vsumfructum. Sequitur, salua rerum substantia, quidam exponunt ista verba, id est, præstita cautione de soluenda substantia.

Alij dicunt quòd non est verum, sed tu exponas melius, salua rerum substantia: quia tandiu durat vsusfructus, quandiu durat res in qua quis habet vsumfructum, & finita ipsa re, finitur & vsusfructus. Est autem in corpore, id est, in corporali: nam in incorporalibus non potest constitui vsusfructus: quia res incorporalis nullos dicitur vsusfructus parere, aut producere. Sequitur, quo sublato & ipsum tolli necesse est, nam sublato corpore, sublatus est vsusfructus. Vsusfructus, & vsufructuarius, nomina composita sunt, hoc est duobus

bus rectis, & vtrinque declinatur, illud verò ex obliquo & recto. Sed quotuplex est vsusfructus? certè duplex, scilicet, formalis & causalis. Formalis est, qui à proprietate & substantia separatus est, vt est ille quem habet vsufructuarius in re, quam habet ad vsumfructum. Causalis vsusfructus est, qui seruit illi qui habet proprietatem & vsumfructum. *Vsusfructus quotuplex est.*

Ad secundum princip. membrum, scilicet, qualiter constituitur vsusfructus? & dico quòd constituitur & acquiritur tribus modis, scilicet, stipulationibus, pactionibus, & vltimis voluntatibus defunctorum. Pactionibus constituitur vsusfructus in emendo, in solu. recipiendo: & sic de aliis contractibus. Stipulationibus constituitur vsusfructus vt stipulando vsumfructum sibi deberi: & sic etiam in vltimis voluntatibus, vt in testamento, codicillo, & donatione causa mortis. Nam quotidie dicit testator, lego vxori meæ vsumfructum talis domus, donec vidualem vitam seruauerit, & hæc de secundo membro dicta sufficiant. Ad tertium princip. membrum, scilicet, in quibus potest constitui vsusfructus? & dico quòd potest constitui in rebus mobilibus & immobilibus corporalibus non prohibitis à lege alienari, & quæ vsu non pereunt, vt est vinum, frumentum, denarij cum rebus mobilibus & immobilibus: quia non refert, res, in qua habeo vsumfructum, sit mobilis vel immobilis. & bene dico, in rebus corporalibus: quia in rebus incorporalibus non potest constitui vsusfructus: & bene dico, non prohibitis à lege alienari: quia si esset res prohibita à lege alienari, non posset in ea vsusfructus esse. & ratio est, quia vbi prohibetur alienatio, ibi prohibetur vsusfructus constitutio, & bene dico etiam, vsu non pereunt, sicut vinum, oleum, & frumentum, sicut est pecunia: tunc in his rebus non potest constitui vsusfructus de iure, &c. Sed hic posset quæri: Quidam reliquit mihi vsumfructum in centum libris Bono. vel in centum corbibus frumenti, quæritur an vsusfru. possit alienari? & dico quod non de iure ciuili: sed secundum senatusconsultum valet & tenet satisdatione præstita ab vsufructuario, quòd finito vsufru. æstimatio rei legatæ restitueretur hæredibus. & hæc satisdatio à testatore remitti non potest: quia est fauorabilis hæredibus, & non testatori. Ad quartum princincipale membrum, scilicet, quod sit emolumentum & vtilitas vsusfructus? & ad eius *Vsusfructus qualiter constituatur.* *Vsusfructus in quibus potest constitui.* *Vsusfructus quod sit emolumentum.*

euidentiam ſic diſtinguendum eſt: aut vſusfructus debetur in re mobili, aut debetur in prædio, aut debetur in re immobili. Si debetur in prædio, & tũc diſtinguendum eſt, aut illud prædium eſt ruſticum, aut vrbanum. Si eſt vrbanum, vt eſt domus, & tunc vſufructuarius poteſt dominum proprietatis de domo expellere, & in domo per ſe cum familia habitare, & domum alteri locare, & gratis concedere, & recipere reditus & obuentus. Si autem eſt ruſticum prædium, & tunc diſtinguendum eſt: aut eſt terra vinearia ſiue aratoria, aut pratiua, aut vallatiua, aut buſcina, aut ſyluana. Si eſt aratoria, & tunc debet habere vſusfructus naturales, qui ex ſui proprij natura naſcuntur, vt ſunt fructus arborum, ſcilicet, pirum, &c. Induſtriales fructus ſunt, qui naſcuntur induſtria & cautela, vt frumentum, & vinum & omne genus bladorum. Sed nũquid vſufructuarius poteſt incidere arbores, quæ ſunt in terra aratoria, in qua habet vſumfructũ? & dico quòd non poteſt incidere arbores virides ſine cõſenſu veri domini, ſed ſiccatas bene poteſt incidere, & tenetur alias arbores eiuſdẽ generis ſubrogare loco arborum demortuarum ſiue euulſarum. hoc tenetur, & verum eſt, ſi vſufructuarius ad ſuos vſus dictas arbores applicuerit, & non ad vſus domini: & cum pacto ſit ita expreſſum, alioquin non tenetur alias arbores loco euulſarum nec alias ſubrogare. Sed quid de arboribus vento euulſis? dico quòd dominus proprietatis eas debet habere, non autem vſufructuarius, niſi vellet habere arbores, & ponere in ædificio, in quo habet vſumfructum: & iſto caſu non tenetur vſufructuarius alias arbores ſubrogare, cùm non pertineant ad eum: & dico quòd arbores virides incidere non poteſt, tamen podamenta & ramos incidere poteſt, ſicut erat conſuetus facere bonus paterfa. Si autem quis habet vſumfru. in re vineata, debet vuas habere, & poteſt etiam colligere vuas non maturas, & debet etiam ſalices habere & perticas: etiam debet habere vites putatas, & debet etiam habere vites deſiccatas. Sed debet alias ſubrogare in loco deuulſarum vitium, ſed de nouo propaginare non tenetur: & debet eam colere, vt faceret quilibet bonus paterfa. non autem debet dimittere capita longa, vt calleant multum vinũ, quia vites citius veterantur. Si autem quis habet vſumfructum in terra pratiua, & tunc debet habere fœnum & herbam: & toties poteſt colligere herbam, quoties faceret quilibet bo

bet bonus paterfa.& si arbores sunt in prato, ipse potest habere vsumfructum. Si autem quis habet vsumfructũ in terra buschina,& tunc debet habere ligna, quæ nascuntur in nemore,& illa potest incidere, vẽdere,& alienare:& dico quòd non potest incidere ligna hæc, quæ ibi nascuntur. Nam si ibi essent quæ non inciduntur,& tunc illa non potest incidere ligna, hoc est quæ ibi nascuntur. Nam si ibi non essent arbores, quæ ibi nascuntur, tunc illas non potest incidere, sed podamenta & ramos potest auferre:& toties potest incidere nemus, quoties faciebat bonus paterfa. Si autem quis habet vsumfru. in terra syluaria,& tunc distinguas: aut illa terra syluaria est cædua, id est. talis, quæ possit incidi aut non. Si est cædua,& tunc non potest incidere eam, nisi ramos & podamenta arborum. Si autem quis habet vsumfruct. in pecudibus siue aliis animalibus,& tunc debet habere casæum & lac,& pilum,& lanam, debet etiam habere fœtum, & in fœtu veniunt suculi, agni, vituli, equuli,& hœdi. Sed pone quòd pecus moritur, nunquid debeat aliam subrogare? certè sic, si pecus incuriâ & negligentiâ vsufructuarij pereat, & non aliàs: quoniam si ex morbo & accidente pereat, diligentiâ adhibitoriâ non tenetur. Sed pone quòd quis habet vsumfru. in ancilla aliena, quæritur quæ veniant in tali vsufructu? Quidam dicunt quòd veniunt opera, quæ ipsa operatur, & lucratur domino vsufructuario. Sed queritur, si legatum est factũ ancillę, cui cedat, an vsufructuario, an domino proprietatis? & dico ꝙ cedit domino proprietatis, nõ autem vsufructuario: quia legatum non venit in vsufructu. Sed quæritur, an partus ancillæ veniat in vsufructu? & dico quòd nõ: quia homo est dignissima rerum creatura: vnde Ouidius, ait,

Pronáque cum spectent animalia singula terram,
Os homini sublime dedit, cælúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Et Helias dicit: Fecit Deus hominem ad imaginem suam: & ideo non esset conueniens quòd partus veniret in vsufruct.& hæc omnia sunt vera de vsufructuario, secus est in vsuario. Nam vsuarius est qui habet nudum vsum, & minus habet quàm si haberet vsumfructum: nam si quis habet vsusfructus in domibus, potest ibi perhabitare, & seruos suos,& quorum operibus ipse vtitur,& vxorem suam recipere, sed alteri locare, nec gratis concedere, potest. Ad *Vsuarius quis est.*

quintum

quintum prin. membrum, scilicet, qualiter & quibus modis vsusfructus tollitur & finitur? & dico quòd tollitur multis modis. Primo modo finitur morte vsufructuarij. Nam mors omnia tollit, siue soluit: habetur pro generali regula, Omnia cũ morte soluuntur. C. si reus vel accusa. mor. sex casibus fallit, & est speciale in vsufru. quia transit ad hæredes, vt fit in casu nostri instrumenti. nam quidam cepit vsumfructum ad tempus quinquennij, modò si moritur triennio, adhuc vsusfructus descendit ad hæredes, donec tempus limitatum esset & completum. Item finitur etiam morte, scilicet, per maximam capitis deminutionem, id est, quando homo amittit ciuitatem & libertatem. Item etiam finitur per mediam capitis deminutionẽ, scilicet, quãdo amittit vnum ex prædictis. Per minimam autem capitis demutionem non. Item etiam finitur non vtendo certo tempore: nam si quis habet vsumfructum, & stat decem annis inter præsentes, & xx. inter absentes quòd non capit vsumfructum, amittit eum: quia infra hæc tempora fit præscriptio, veluti de rebus venditis & alienatis: (verum est tamen, si dominus ad se nõ traxerit seu rem receperit) quoniã si negligentia eius, qui est vsufructarius, fructus prædij de quo capiebat fructũ, hoc anno pereat, sequentibus annis ipse nunquam repetere poterit. Item finitur, si vsufructuarius cedit vsumfructum proprietario: quod secus est, si alienetur extraneo: quia non valeret alienatio, & perderetur vsusfructus. Item si proprietarius vsufructuario dedit, non tunc fit consolidatio, id est, proprietas reuertitur cum vsufructu, & econuerso. Item tollitur vsusfructus corpore perempto. Nam si ædes, in quibus habeo vsumfructum, incendio combustæ sunt, vel earum vitio corruerunt, & vsusfruc. perit: verum est, si dominus non promiserit se euicturum fore & vsufructuario ex accidente & infortunio sese contrahendo deperdita dixerit refecturum seu compensaturum: quia tunc vsusfructus non deperit. Sed quæritur, si pro parte periit, & pro parte non, vtrum in parte, quæ remansit, teneatur esse vsusfructus? & dico quòd sic. Sed quæritur, si domus in totum perit, an in solo vel in terra, quæ remansit, debeatur vsusfructus? & dico quòd non. Item quæritur, si quis habet vsumfructum in gregibus, & greges pereunt, vtrum vsusfructus debeatur? & ad hoc sciendum sic distingue: aut grex perit in totum, aut in parte. Si in totum perit,

perijs extinguitur vſusfructus. Si autẽ perit pro parte, & tunc non extinguitur vſusfructus: imò vſufructuarius debet loco aliarum defunctarũ alias ſubrogare: & iſtud inſtrumentum ordinatur per partes, & non per capitula: & prima pars habet ſex capitula. Primum eſt contrahentium. Secundum vſusfructus. Tertium rei. Quartum pretij. Quintum promiſsionis de legitima defenſione. Sextum & vltimum pœnæ cum obligatione bonorum, & refectione damnorum & expenſarum. Secunda pars, quæ ibi incipit, econtrà dictus dominus Corr. continet promiſsionem factam à Cor. in qua promittit ſine fraude, & vult vti illa arbitrio boni viri, & finito tempore inter ipſos liberè relaxare & conſignare in æquo & bono ſtatu: vt nunc eſt, & hoc promittit ſub certa pœna, &c. & hæc de primo capitulo dicta ſufficiant in præſenti.

Sed quia nihil dicitur actum, donec aliud ſupereſt ad agendum. Refero gratias omnium Largitori, qui voluit huius capituli lecturam idoneè me habere bonum principium, meliúſque medium, cum fine tenere.

Instrumentum venditionis, actus & itineris.

ANtonius dedit, ven. iter & actum in perpetuum in campo & per campum ſuum ſitum in curia ſancti Ro. à mane cuius poſsidet talis &c. ſcilicet, à latere mane dicti campi per viam latitudinis ſeptem pedum tenus foſſato campi prædicti, quãtum protenditur ipſe campus ad vineam, vel ad fundum ipſius Cor. ſitum iuxta prædictum campum, ita quod ipſe & eius hæredes, & quiſque alter eius nomine deinceps in perpetuum per campum prædictũ poſsit liberè per dictam viam quãdocũque & quotieſcunque ad vineã prædictam ire, trãſire, & redire cum perſonis, plauſtris, equis, & haſtis. Dans, cedens, & concedens eidem plenum ius dicti itineris, actus, & viæ: & huic conditioni & ſeruituti perpetuò ſubiiciens rem eandem pro pretio x. lib. Bono. quod pretium dictus venditor confeſſus & contentus fuit ſe ab ipſo emptore habuiſſe & recepiſſe, & exceptioni ſibi non dati & non ſoluti pretij omnino renuntians: & dans eidem licentiam & liberam poteſtatem ipſius itineris, actus, & viæ, & iuriſdictionis, & ſeruitutis quaſi poſſeſsionem ex nunc ſua authoritate intrandi, &

decætero retinendi & constituens se interim quasi suo nomine possidere. Necnon promittens dicto emptori pro se & suis hæredibus stipulanti litem vel controuersiam, vel eius hæredibus de prædictis vel prędictorum occasione vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: Sed ipsum iter, actum,& viam,ius,conditionem,& seruitutem perpetuò ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere,authorizare,& desbrigare:& prædictam venditionem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa,de iure vel de facto.Sub pœna xxv.lib.Bon.&c.

Instrumentum venditionis actus & itineris. Tertium membrum secundæ partis. Rubrica.

REstant duo instrumenta primi capituli ad dicendum,quorum primum est instrumentũ venditionis actus & itineris: modò ad euidentiam istius instrumenti de seruitute, non modica essent dicenda: sed suprà plenissimè habuistis in instrumento ven.factæ à minore fideiussorem prẹstante de rebus seruitutem debentibus.Tamen videamus quot capitula habet præsens instrumentum:& dico quòd habet sex. Primum est contrahentium.Secundum est rei venditæ.Tertium pretij.Quartum est traditionis. Quintum promissionis de legitima defensione.Sextum & vltimum pœnæ,cum obligatione bonorum,& refectione damnorum.

Instrumentum venditionis & concessionis iuris lignorum in pariete vel in muri vicini mittendorum.

ANtonius dedit, vendidit, cessit,& concessit Cor.ius trabum,& quorumcunque lignorum immittendorum in pariete siue muro domus ipsius Anto. contiguo domui ipsius Corrad. quandocunque & quotiescunque opus fuerit, habuerit,& voluerit,possit sua authoritate immittere seu impingere

pingere trabes, & quæcunque ligna vsque ad medium, seu vsque ad interiorem tunicam dicti muri, dummodo murus ipse ruinæ, vel præcipitij, siue grauis deteriorationis periculum non incurrat, ipsum murum huic perpetuò subiiciens seruituti. Pro pretio decem lib. Bono. quod pretium dictus venditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse: Exceptioni sibi non dati & non numerati pretij omnino renuntians. Et dans ei licentiam & plenam potestatem ipsius iuris & seruitutis quasi possessionem ex nunc sua authoritate intrandi, & decæterò retinendi. Constituens se interim quasi possidere suo nomine: Necnon promittens dicto emptori pro se & suis hæredibus stipul. litem vel controuersiam ei vel eius hæredibus de prędictis vel prædictorum occasione vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: sed dictum ius & seruitutem perpetuò ab omni homine, &c. vt suprà, in præcedenti contractu.

Instrumentum venditionis & concessionis iuris lignorum in pariete vel in muro vicini mittendorum. Rubri.

SEquitur etiam aliud instrumentum venditionis & concessionis iuris lignorum in parietem vel murum mittendorum: & circa idem multa essent de seruitutibus dicenda. Sed in prænominato instrumento plenissimè habuisti, ergo de his ad præsens omittitur causa breuitatis. Tamen istud præsens instrumentum habet sex capitula. Primum est contrahentium. Secundum est rei quasi venditæ. Tertium pretij. Quartum quasi traditionis. Quintum promissionis de legitima defensione. Sextum & vltimum pœnæ, &c. Et hæc de primo capitulo ad præsens dicta sufficiant. Explicit primum capitulum de emptio. & vendi. Explicit prima lectura primi capituli amen. Incipit lectura secundi capituli de dotibus. Quam cuiuslibet humani operis est nomen summi principis inuocandum, cuius inuocatione omissa nullum ordinate geritur negotium. & eius inuocatione præmissa qui est gubernator cuncta debitum sortiuntur effectum: merito eius gratiam in lectura huius secũdi capituli imploremus & eius matris virginis gloriosæ. Amen.

SECVNDVM CAPITVLVM

Incipit in quo infrascripti continentur tituli videlicet.

PRæcedens capitulum rerum mobilium & immobilium traditionum cõtinet instrumenta. Verùm quia non solùm his titulis & modis, de quibus in capitulo ipso fit mentio, imò & per dationes in dotem res hæ eidem in alium transferuntur: & ex matrimoniis, vnde dotium constitutiones originem trahunt, quædam etiam alia prodeunt instrumenta. Idcirco secundo loco capitulum hoc dotium & aliorum ex matrimoniis procedentium contractuum formas docet.

Incipit secundum capitulum de dotibus. Rubrica.

PRæsens capitulum, &c. hic ponitur quoddam præambulum continens in se cõtinuationem huius secundi capituli, quæ à magistris totaliter ordinatur. Et circa hoc prooemiũ, vbi hunc ordinem obseruabo. Primò, continuabo capitulum ad præcedentia. Secundò diuidam capitulum, & apponam ad illud. Tertiò, quæram de materia dotium, quia de dotibus in præsenti loco fit mentio specialis. Ad primum igitur, scilicet continuare capitulum, & sic continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus de alienatione rerũ mobilium & immobilium diuersis titulis & causis in capitulo præcedenti. Sed non solùm titulis supradictis nobis rerũ dominia acquiruntur, sed etiam per titulum siue causam dotis rerum dominia de vno in alterum transferuntur, meritò de ipsa dote loco præsenti videamus: innuit hoc Rubrica, cùm dicit, Incipit secundum capitulum de dotibus. Et circa hanc continuationem tres possunt fieri oppositiones, quarum prima est ista: Videtur quòd istud capitulum cum præcedenti debeat esse idem, quia per præcedens primum capitulum dominia rerum de vno in alterum trãsferuntur, ita & per istud: ergo debet esse idem. Respondeo, & dico quòd hæc fuit ratio: quia

quia per titulos primi capituli rerum dominia transeunt in emptores & accipientes sine onere & causa libera, scilicet matrimonij ex causa prædicta: sed istæ res per titulum secundi capituli transeunt in accipientē cum suo onere & causa, scilicet matrimonij. Secundo modo circa eam interrogatur, quare istud capitulum nō fuit positum in præsenti capitulo & sequenti, cū quibus cōuenire videtur? & dico ꝙ ideo per se ponuntur instrumēta secundi capituli: quia pro parte tenent naturam primi capituli, & pro parte tertij. Tenēt partim naturam primi capituli, inquātum ille qui accipit ex titulo secūdi capituli, efficitur verus dominus & directus. Item partim tenēt naturā tertij capituli: quia instrumēta tertij capituli sunt tēporalia, ita instrumēta huius secūdi capituli sunt tēporalia. Tertio modo opponitur, videtur ꝙ de isto secūdo capitulo & tertio de debitis & creditis debeat esse vnum: & quæro, quare author nō facit vnū ex eis? nā ibi tractatur qualiter quis efficitur debitor & creditor: ita & hic. & probo secunda ratione, ꝙ illud capitulū debeat esse cū tertio: nam illa sunt instrumēta tēporalia, & ista. Respondeo, & dico ꝙ dupliciter respondetur. Primò ꝙ sint temporalia illa instrumēta, imò tēporalissima. Nā vni mutuo pecuniā vsq; ad messem: sed ista sunt perpetua, id est, tandiu durant, quādiu durat matrimoniū. Secundo modo respōdetur quia p ista instrumēta rerū dominia trāsferuntur in accipientē, quod secus est in aliis, quia quādoque per dantē, quandoque per accipientē. Ad secundū igitur veniamus, scilicet, videre diuisionē huius secundi capituli. & diuisio talis est. Præsens capitulum diuiditur principaliter in partes tres. Nam in prima parte ponuntur instrumenta dotium. In secunda parte ponuntur instrumenta donationis propter nuptias. In tertia parte ponuntur instrumēta sponsaliorū & matrimonij contrahendi. Prima pars incipit ibi in primo instrumento, & protenditur vsque ad instrumētum donationis propter nuptias. Ibi secūda principalis, & durat vsque ad instrumentū sponsaliorum & matrimonij. Ibi tertia, & vltima pars, in qua ponuntur instrumēta sponsaliorū & matrimonij cōtrahendi, & durat vsque ad finē nostri capituli. Iterum prima pars diuiditur in partes duas. Nam in prima parte ponuntur instrumēta rerum immobiliū. In secūda ponuntur instrumēta rerū mobiliū, & de pecunia data in dotem. Ibi primū instrumētum dotis cōstitutæ in re immobili, & durat *Diuisio totius cap.*

vſque ad inſtrumentum rerum immobilium, & pecuniæ numeratæ. Ibi ſecunda pars, & durat vſque ad inſtrumentum donationis propter nuptias, quæ eſt pars principalis huius ſecundi capituli. Iterum prima pars ſubdiuiditur in partes duas. Nam in prima parte ponuntur inſtrumenta rerum immobilium inæſtimatarum. In ſecunda parte ponuntur inſtrumenta rerum mobilium æſtimatarum. Ibi prima, & durat vſque ad inſtrumentum dotis conſtitutæ in rebus mobilibus. Ibi pars ſecunda primæ partis, & durat vſque ad inſtrumentum dotis conſtitutæ in re mobili & pecunia numerata. Ad iſtud capitulum opponitur, & dico quòd non fuit bene nec ordinatè dictatum, & quòd author nō bene ſe habuerit in dictando. Nam ipſe author primò poſuit inſtrumenta dotis. Secundò, inſtrumenta donationis propter nuptias. Tertiò, inſtrumenta ſponſaliorum & matrimonij. quo malo ordine author fuit vſus. Nam primò debebat tractare de ſpōſalitiis & matrimoniis: quia rationabiliter dicitur præcedere inſtrumentū matrimonij inſtrumentis dotalibus. Ad hanc dubitationem ſic reſpondet dominus Rol. ſe ad hoc exigere excuſando dicens, quòd leges & iura ad ipſa adaptantur, quæ ſunt in frequentiori vſu: ideo non magis vtimur inſtrumentis matrimonij ſiue ſponſaliorum narrando de contrahendo matrimonio, efficiuntur de vſu modica inſtrumenta. Vel poſſes tu huic argumento taliter reſpondere: & dicas quòd non eſt curandum, quæ inſtrumenta præponātur, dummodo de omnibus tractetur. Ad tertium, ſcilicet, videre de materia dotium: & quia hîc fit mentio de dote, vt materia dotium clareat euidenter, quærant x. per ordinem eſſe notanda. Primò, quid ſit dos, quare ſic dicatur, & quot nominibus nuncupatur. Secundò, quotuplex ſit dos, ſiue dotis diuiſio. Tertiò, qui poſſunt conſtituere de voluntate, & qui debent conſtituere dotem de neceſsitate. Quartò quibus poteſt conſtitui dos de voluntate, & quibus debet dari de neceſsitate. Quintò, qualiter fit dotis conſtitutio. Sextò, in quibus rebus fiat dotis conſtitutio, & in quibus non. Septimò, ad quem ſpectat dotis deterioratio, ſiue emolumentum, ſiue vtilitas. Octauò cui competit actio de euictione dote euicta. Nonò, quando dos ſit reſtituenda. Decimò, cui competit actio de dote in certo caſu reſtituendæ dotis, ſiue cui ſit dos reſtituenda, & quando fit dotis reſtitutio. Ad primum princip. membrum, ſcilicet, quid

quid sit dos diffiniendo? & dico quòd dos est, quæ datur ab vxore vel eius patre marito vel eius patri propter onera matrimonij sustinenda, vt sit perpetuò penes eum. Vel breuius: Dos est, quæ propter matrimonij onera à muliere nubente viro datur: vt matrimonialis facilius conseruetur societas, vt vult Azo in summa C. de iure dotium. l. si rem æstimatam. ff. de iure dotium. Modò exponamus verba in diffinitione contenta. Et dicit, dos est quæ datur, notarium cùm dicit, quæ datur, non autem conceditur: nam maritus efficitur verus & directus rei dominus datæ in dotem. Modò sequitur, ab vxore, nam vxor habet constituere dotem marito. Sequitur, vel eius patre, & per hoc nota, quòd quilibet potest pro muliere dotem constituere. Sequitur, maritò, nam ei debet dos dari. Sequitur, vel eius patri, scilicet, patri mariti potest dos dari. Sequitur, propter onera matrimonij sustinenda, & per hoc nota, quòd ideo dos datur, vt maritus possit onera matrimonij sustinere, & pati: non autem credas quòd quis non possit contrahere matrimonium sine dote, sicut cum dote. Nam & sine dote potest matrimonium contrahi. Sed dos sine matrimonio esse non potest. Sed qui accipit vxorem indotatam, tenetur eam alere? certè sic, & etiam eius filios: nam sibi debet imputari damnum, quare ipsam accepit. Nam damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet, & non alteri. vt perpetuò sit penes eum, & dicit perpetuò, id est, tandiu, quandiu durauerit matrimonium. & per hoc. nota quòd, perpetuum, in iure sumitur multis modis. Primo modo, vt nunc dixi. Alio modo sumitur, id est, verum, vt hoc non est perpetuum, id est, generaliter verum. Alio modo sumitur perpetuum pro præfinitione temporis, vt Christus erit perpetuo, id est, sine temporis præfinitione. Alio modo sumitur pro spatio xxx. annorum, vt Institut. de actio. Actiones ciuiles sunt perpetuæ; id est, xxx. annis duraturæ. Sed quare dicitur, dos? certè quasi doni datio. Vnde dos Græcè, Latinè dicitur donatio. Sed quot modis nuncupatur dos? certe appellatur dos pherna Græcè, & Latinè idem quod donatio. inde descendit antipherna. & dicitur ab anti, quod est contra, & pherna donatio: vnde antipherna quasi donatio facta in contrarium do-

Dos quid sit.

Dos vnde dicitur.

tis à marito vxori. Inde etiam descendit parapherna: & dicitur à para quod est extra, vel iuxta, & pherna quod est donatio. inde parapherna, quasi bona inducta in domum mariti iuxta vel extra dotem, vt sunt ciminilia, & multa alia gaudiola, vel iocalia, quæ portat mulier in domum mariti. Sed cuius sunt ista bona paraphernalia? certè ad hoc sciendum sic distingue: quia aut mulier induxit ea in domum mariti, vt essent mariti: quia dixit, marite, ista bona dedit mihi talis, sed volo quòd sint tua: & tunc maritus potest ea alienare. Aut induxit ea in domum mariti, vt non essent sua, scilicet, mariti. Sed sua propria, quia penes se retinebat, & vtebatur eis & non aliis: & tunc sua essent. & pro ipsis habet mulier omnia bona mariti obligata sicut pro dote sua. Sed veniuntne ista bona restituenda? distinguendum est, aut sunt in domo tempore restituendæ dotis, aut non. Si sunt, restituenda sunt. Si autem non sunt, restituenda non sunt. Ad secundum principale mēbrum, scilicet, quotuplex sit dos? & dico quòd dos est duplex, scilicet, perfectitia & aduentitia. Profectitia est quæ obuenit à patre vel auo paterno, vel ex bonis patris vel aui paterni, vt l. profectitia §. fin. ver. cæterùm. & sic not. quòd duo sunt necessaria ad hoc vt dicatur dos profectitia. Primò, quòd dotem constituat pater, auus, vel proauus paternus. Vnde si alia persona quàm ex istis constituerit dotem, non esset dos profectitia sed aduentitia. Secundum est necessarium, quòd dos sit constituta de bonis paternis aui vel proaui, & non de aliis bonis. Sed dos aduentitia est, quæ aliunde obuenit quàm à patre, vel de bonis eius, vt vult Azo in sum. l. profectitia. §. si quis certam. ff. de iure dotium. Sed quid prodest hoc scire, scilicet, an sit aduentitia an profectitia? & dico quòd prodest hoc scire: quia si est dos profectitia, id est, à patre profecta: & quod à patre prouenit, ad patrem redire debet. Sed si est dos aduentitia: quia fuit de bonis dotis matris vel ipsius mulieris, & tunc est restituenda ipsi mulieri. Sed pone quòd pater maritauit filiam, de quibus bonis debet dare filiæ dotem, an de bonis propriis, an de bonis ipsius filiæ? Et ad hoc sciendum sic distingue: aut promisit constituere dotem filiæ de suis bonis, aut promisit constituere de bonis filiæ tantùm, aut promisit constituere de bonis suis & filiæ suæ simul: aut nihil dictum est, de quibus bonis constituatur dos. Si autem

Dos quotuplex sit.

pater

pater promisit constituere dotem de bonis suis propriis,& tunc tenetur, vt promisit. Si autem promisit dare dotem de bonis filiæ: & tunc de bonis filiæ habet dotem constituere. Si autem promisit dotem constituere de bonis communibus, scilicet, de bonis ipsius patris & de bonis filiæ: & tunc subdistingue, aut est ita diues, quòd possit dotem constituere de suo proprio, & tunc habet dotem constituere de bonis suis. Aut est ita pauper, quòd non potest dotem constituere de bonis suis:& tunc habet dotem constituere in totum de bonis filiæ: quia dos debet esse in totum profectitia, vel in totum aduentitia,& aliquando mixta: nam aliquando pater dat xx. lib. Bono.& quia in dotem non sufficiunt, patruus dat alias xx. Et sic dos mixtim perficitur. Si autem pater nihil dicit, de quibus bonis haberet dotem constituere? & tunc si pater est diues, intelligitur de bonis ipsius, nulla de bonis filiæ habita mentione. Si autem est pauper,& tunc intelligitur de bonis filiæ. Ad tertium prin. membrum, scilicet, qui possunt dotem de voluntate constituere, & qui debent de necessitate? dico quòd omnes illi possunt constituere dotem de voluntate, qui possunt aliàs contrahere & de bonis suis alienare: & non minores possunt dotem constituere, nisi contraherent cum solennitatibus dotem dando. Sed qui debent dotem de necessitate constituere? certè pater pro filia, auus pro nepte, proauus pro nepte: & dico de auo vel proauo paterno, non autem de materno. Item cogitur constituere dotem tutor pro pupilla, curator pro adulta, secundum dignitates & facultates eorum. Aliæ personæ non coguntur: vnde non cogitur frater pro sorore dotem constituere, nisi pater in suo reliquerit testamento, nec mater pro filia cogi potest: sed si volunt, bene possunt arctari alienare. Sed pone quòd pater suam filiam semel maritauit, & ipsa vidua est, vult secundò maritari, & pater vult dotem minuere de eo quod habuit prima vice, quæritur vtrum possit? & dico quòd non, nisi esset de consensu filiæ: nisi eius substantia esset clandestinè deminuta. Ad quartum princip. membrum, scilicet, cui possit dos dari de voluntate? & dico quòd potest dari illi, qui potest se obligare ad restituendam dotem. Sed cui debet dari dos

Qui possunt dotē constituere.

Dos cui possit constitui.

de necessitate? certè illi, qui habet onera matrimonij sustinere. Vnde si maritus habet onera matrimonij sustinere, detur ei. Si pater mariti, detur etiam ei. & not. quòd potest omnibus dari dos de voluntate mariti. Ad quintum princip. membrum, scilicet, qualiter constituitur dos: & dico quòd dos tripliciter constituitur, scilicet, pactionibus, stipulationibus, & vltimis voluntatibus. Pactionibus, id est, pactis & pacto nudo dos potest cōstitui: & est speciale, vt pactum nudum pariat actionem in isto casu, scilicet, fauore matrimonij & donatione. Stipulationibus potest dos constitui, vt promitto tibi per pactum centum nomine dotis. Item constituitur dos traditionibus, vt accipe istam rem datam tibi in dotē. Item vltimis voluntatibus defunctorum, vt filiam meā mihi pro dote sua in centum lib. hæredem instituo. Item contrahitur dos purè, vt promitto tibi dare centum in dotem, non posito die vel conditione. Item contrahitur in diem, vt à Pascha in antea tibi nomine dotis centum dabo. Item contrahitur sub conditione, vtputa, si Papa veniet Bono. tibi centum dabo in dotem. Sed qua actione agitur, si promisit nudo pacto? certè actione condictionis ex lege. Sed si promisit per stipulationem, datur actio ex stipulatu. Si per testamētum, datur actio ex testamento. Ad sextum prin. membrum, scilicet, in quibus rebus dos potest constitui? & dico quòd potest constitui in rebus mobilibus & immobilibus, corporalibus & incorp. præsentibus & futuris, demonstratiuis ad oculum & ad intellectum, diuisis & indiuisis, in totum & pro parte. In præsentibus & futuris, vt sunt futuri fructus, dummodo sint tales res, quæ possunt aliàs in contractum deduci, & quæ non prohibentur à lege alienari. Fallit tamen in re religiosa, quæ licet aliàs alienari non possit, potest tamen dari in dotem. Sed nunquid vsusfructus potest in dotem constitui? certè sic. Sed pone quòd maritus cedit ab vsufructu, nunquid mulier potest agere contra eum? distingue: quia aut vxor habet proprietatem rei, in qua maritus habet vsumfructum, vel dotem, vel nomine dotis, aut extraneus. & appello omnem extraneum, præterquàm ipsam vxorem. Si autem ipsa mulier habebat proprietatem rei, in qua maritus habebat vsumfructum, pro dote: & tunc non potest agere contra maritum. nam maritus

Dos qualiter cōsti tuitur.

Dos qua actione petitur.

maritus posset dicere:

Cùm culpent alij te me laudare necesse est.

Quia primò habebas proprietatem nudam, nudum amodò habebis vsumfructum. Si autem persona extranea habet proprietatem in re, in qua maritus habet vsumfruct. & tunc vxor bene potest agere contra eum. Sed in quibus rebus potest constitui dos? certè potestis colligere ex prædictis: nam non potest dari dos in rebus, in quibus alienatio prohibetur à lege. Ad septimum principale membrum, scilicet, ad quem spectat augmentum, siue deterioratio, & interitus rei datæ in dotem, an marito, an vxori? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut fuit data res mobilis æstimata, aut immobilis & inæstimata. Si fuit data res immobilis inæstimata, & tunc damnum & emolumentum spectat ad mulierem. Si autem fuit data res mobilis æstimata, & tunc damnum & vtilitas spectat ad maritum, quia est debitor æstimationis & non rei: quia tunc illa res æstimata est fundus emptionis. Ad octauum principale membrum, scilicet, cui competit actio de euictione dote euicta, an marito, an vxori? Et ad hoc sciendum sic distinguendum est: Quia aut res immobilis inæstimata fuit data in dotem, & tunc mulier aget de euictione. Aut res mobilis æstimata, vel pecunia, vel res mobilis: & tunc iterum subdistingue: Quia aut incipit à promissione de danda, & tūc indistinctè aget maritus: & si ille vellet dicere, nos dedimus: iste replicabit, & dicet, non videtur venisse, qui non stetit: non videtur datum, quod non durauit. Aut incipit à traditione, & tunc iterum distingue: quia aut fuit promissum de euictione, & tunc aget maritus per actionem ex stipulatu: aut nō fuit promissum sibi de euictione, & tunc iterum subdistingue: quia aut res fuit data bona fide credens rē esse suam & habuit causam ignorantiæ: & tunc non agit maritus, sed non tenebitur dotem restituere in casu restituendæ dotis. Aut fuit data mala fide sciens rem non esse suam, & tunc subdistingue: quia aut fuit mulier, quæ dedit dotem, vel pater, auus, vel proauus paternus: & tunc aget actione in factum, quia non debet ipsos infamare. Aut fuit quilibet & alter extraneus: & tunc aget maritus actione de dolo, quæ habet aliqua infamare. De nono & decimo puncto dicam in eodem capitulo in quadā nota, quæ dicit: Prætereà not. quòd dos constante

Dotis augmentum vel deterioratio ad quem spectat.

Actio de euictione dotis ad quem spectat.

stante matrimonio restitui non debet:quia donec matrimonio dissoluto non fit dotis repetitio:& hæc sufficiant de materia dotium in præsenti loco quò ad theoricam. Sed nunc quò ad practicã videamus. Et dico quòd istud instrumentũ diuiditur per partes,& non per capitula:quia in eo ambæ partes obligantur. Nam in prima parte ponuntur pacta & conuentiones vnius cõtrahentis. In secunda parte ponuntur pacta & conuentiones alterius contrahentis. Ibi secunda pars incipit, Quapropter. Prima pars habet quinque capitula. Primum est contrahentium. Secundum est rei datæ in dotem. Tertium est traditionis. Quartum est promissionis de legitima defensione. Quintum & vltimum pœnæ. Secunda pars habet duo capitula. Primum est promissionis de restituenda dote. Secundum est pœnæ cum refectione damnórum.

Instrumentum dotis constitutæ in re immobili æstimata, & in pecunia, & rebus mobilibus æstimatis.

DOminus Anto. dedit,& tradidit Georgio pro se & suis hęredibus recipienti in dotem & nomine dotis dominæ Ma. suę filiæ dicto Georgio ex matrimonio copulatæ, Domum vnam inæstimatam sitam in contrata tali, cuius tales dicuntur confines,&c. Ad hab. te. pos. & quicquid sibi & suis hæredibus (debito iuris saluo) deinceps placuerit faciendum, cum omnibus & sing. quæ intra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis vsque in viam pub. cum omnibus & singulis, quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum, omníque iure, & actione, vsu, seu, requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem ipse do. An. se dicti Geor. nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem: Quam accipiendi sua authoritate,& retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se & suos hæredes dicto Georgio pro se & suis hæredibus stip. prædictam rem ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare: & prædictam traditionem,& omnia & singu. suprascripta firma & rata habere, & tenere, & non

& non contrafacere vel venire per se vel per alium, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto: Sub pœna centum lib. Bono. stip. promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium suorum bonorum: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singu. firma perdurent. Quapropter versa vice dictus Geor. promisit per se & suos hæredes sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dicto do. An. pro se & suis hæredibus stip. restituere eidem D. Mateldæ siue ipsorum hæredibus, vel cui ius & casus dederit prædictam domum in omnem euentum restituendæ dotis: Sub pœna centum lib. Bono. stipu. promissa: qua soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere, & restituere sibi omnia & singula damna & expensas litis, & extrà. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Cæterùm mandauerunt & voluerunt duo eiusdem tenoris ex his fieri instrumenta: vnum, videlicet, pro vna quaque partium prædictarum.

Instrumentum dotis constituta in re immobili æstimata, & in pecunia, & rebus mobilibus æstimatis Rubrica.

Prima pars.

Visso de constitutione dotis rei immobilis inæstimatæ, nunc videamus de constitutione dotis in pecunia numerata vel alia re æstimata. Istud instrumentũ ordinatur per partes, & non per capitula, quia in eo ambæ partes obligantur. Nam in prima parte ponuntur pacta vnius contrahentis. In secunda parte ponuntur pacta alterius contrahentis.

Prima pars habet quinque capitula. Primum est contrahentium. Secundum est rei mobilis datæ in dotem. Tertium est traditionis. Quartum promissionis de legitima defensione. Quintum & vltimum pœnæ cum refectione damnorum & expensarum. Secunda pars habet tria capitula. Primum est confessionis. Secundum est promissionis de restituenda dote. Tertium & vltimum pœnæ. Tamen vt plenè liqueat

liqueat materia istius instrumenti, more solito tibi tria per ordinem declarabo. Primò quæram ad quid operatur æstimatio facta in casu nostri instrumenti. Secundò, si maritus vel vxor sunt decepti, an eis subueniatur per beneficium restitutionis in integrum. Tertiò, exponere notam in fine instrumenti contentam. Ad primum, scilicet, ad quid operetur æstimatio facta in præsenti loco, siue in casu nostri instrumenti? & dico quòd operatur ad quatuor. Primò operatur, quia facit fundum esse emptitium, & facit desinere ipsum esse dotalem. Nam perinde esset, ac si maritus emisset, & competit ei vtilis actio ex empto: quia non directò emit, sed quasi. Fallit tamen in duobus casibus, in quibus æstimatio non facit desinere fundum esse dotalem. Primus casus est, quando æstimatio facta est, vt sciatur vtrum fundus sit pluris vel minoris æstimationis matrimonio dissoluto. Secundus casus est, quando facta est æstimatio, vt mulier soluto matrimonio possit habere regressum, vel velit ad rem, vel velit ad æstimationem pretij. Secundò operatur, quia soluto matrimonio est restituenda æstimatio, & non res, etiam inuita muliere. Tertiò operatur, quia si res perit, non perit periculo mulieris, sed mariti. Quartò operatur, quia maritus potest vendere istam rem æstimatam datam in dotem, etiam muliere non consentiente: quod secus est, si esset res inæstimata. Nam muliere nolente alienari non posset.

Aestimatio dotis facta quid prosit.

Ad secundum princip. membrum, scilicet, nunquid si maritus vel mulier decipitur in æstimatione dotis, restituatur eis? & dico quòd vtrique succurritur per beneficium restitutionis in integrum, siue sint decepti in modico, siue in enormi damno, siue dolo aduersarij siue non, siue sint maiores siue minores & est speciale in isto casu, vt maiores petant restitutionem: & hoc, si plus vel minus valebat tempore contractus: secus si post contractum valebat plus vel minus. Ad tertium & vltimum principale membrum, scilicet, exponere notam in fine instrumenti contentam: & nota dicit, quòd si quis dat in dotem rem immobilem æstimatam: dic vt in superiori instrumēto dictum est. Si autem det res mobiles vel pecuniam, & tunc vtaris forma instrumenti dotis constitutæ in pecunia & rebus mobilibus æstimatis quod statim ex ista nota procedit. Si autem mulier dat res mobiles vel immobiles in dotem æstimatas, vel dat pecuniam,

niam,potes vti triplici forma instrumenti. Vno modo, vt dicit pręsens instrumentum. Alio modo, vt facias instrumentum pro viro, qualiter mulier dat in dotem talem & talem rem, vt semper pateat de titulo & causa quare maritus habet, & possidet istam rem. Aliud instrumentum facies pro vxore, scilicet, qualiter iste maritus confitetur habuisse dotem ab ea in his rebus: vt ipsa mulier possit soluto matrimonio virtute huius instrumenti probare de confessione dotis: & vigore huius instrumenti (matrimonio dissoluto) securius dotem ab his, qui tenentur, repetere possit, & iste modus est pulchrior primo, &c.

Instrumentum dotis.

Domina Franceschina filia quondam domini Arduini dedit & tradidit iure proprio in perpetuum Damiano eius sponso & viro pro se & suis hæredibus recipienti in dotem & nomine dotis, petiam vnam terræ aratoriæ æstimatam centum lib. Bonon. positam in villa sancti Rophili in tali loco, quam esse dixit & conuenit decem tor. & eiusdem tales esse confines, &c. Ad haben. tenen. pos. & quicquid sibi & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuò faciendum. Cum omnibus & singulis quæ infra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent: Cum accessi. & egres. suis vsque in viam pu. & cum omnibus & singulis quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se, in integrum, omníque iure, actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem ipsa domina Franceschina se dicti Da. nomine constituit possidere, vsquequo rei possessionem acceperit corporalem: quam accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se & suos hæredes dicto D. pro se & suis hæredibus stipulenti litem vel controuersiam ei vel eius hæredibus de re ipsa vel eius occasione vllo tempore non inferre, nec inferēti consentire: sed ipsam rem tam in proprietate quàm in possessione ei & suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & desbrigare: & prædictam traditionem & omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere, & tenere & non

non contrafacere vel venire per se vel per alium, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto. Sub pœna dupli dictæ æstimationis stipul. promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium bonorum suorum: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item dictus D. confessus & contentus fuit se habuisse & recepisse ab ipsa domi. Franc. in dotem & nomine dotis in alia parte quinquaginta lib. Bono. in denariis & rebus mobilibus æstimatis: exceptioni sibi non datæ & non solutæ quantitatis, & rerum mobilium omnino renuntians: Necnon promittens per se & suos hæredes dictæ domi. Fran. pro se & suis hæredibus stipul. soluere, & dare, ac restituere eidem, aut eius hæredibus, siue cui ius & casus dederit dictas ducentas lib. Bono. in omnem euentum restituendæ dotis. Sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ, stip. promissa: qua soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurẽt. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extrà. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia bona sua. Cæterùm voluerunt & mandauerunt ex hoc contractu duo instrumenta eiusdem tenoris confici, videlicet, vnum vnicuique parti dandum. Et nota ꝙ quando contingit casus prædictus, videlicet, quòd daretur in dotem; res immobilis æstimata, & pecunia cum rebus mobilibus, potest seruari forma prædicta. Sed nihilominus potest & alius seruari modus, qui mihi non minus, sed magis prædicto placet. Facies enim duo instrumenta, vnum scilicet, de sola traditione rei immobilis æstimatæ: quod incipies secundũ quod incipit prædictum instrumentum, & continuabis per totum vsque ad locum, vbi dicitur. Item dictus D. & ibi terminabis instrumentum, & pones subsequenter locum, & testes. & hoc instrumentum erit viri, vel accipientis rem. Et posteà facies aliud instrumentum dotale pro vxore, siue pro eo, qui dotem dat hoc modo.

Instrumentum dotis. Rubrica.

ISTUD instrumentum potest esse cum præcedenti, tamen duo facio causa faciendi pulchriorem lecturam. Et vt plenè tibi liqueat eius materia, quęram duo in ordine declaranda. Primò, ad quid operatur

operatur pactum factum in casu nostri instrumenti, & an valeat. Secundò, videre quædam pacta, quæ aguntur inter virum & vxorem, vtrum valeant. Ad primum, scilicet, ad quid operatur pactum? Et tale est pactum: quia dicit d. Ma. soluto matrimonio ego volo petere æstimationẽ dictæ terræ, vel ipsam terram. & hóc, si tunc tẽporis res erit penes te, valeátne istud pactum? certè sic. Sed ad quid operatur? certè ad hoc quidam dicerent communiter ꝙ esset fundus dotalis: quia res est inæstimata, vt mulier habeat electionem, vt velit ad rem vel velit ad æstimationem: tamen dicas quòd esset verum, si nõ esset conditionale, sed istud pactũ est conditionale. Sed pone quòd eius maritus vel eius hæredes habent rem penes se, ipsa petere poterit illam, & non æstimationem: & si non erit, petet solùm æstimationem, quod secùs est in præcedenti instrumẽto: nam ipsa mulier semper potest petere, vel vult rem, vel vult æstimationem: quia semper debet esse penes maritum, quia nunquam potest alienari, quia est fundus dotalis, quia facit purum pactum sine aliqua conditione: sed in isto instrumento ista mulier fecit pactum cõditionale, cùm dicit, si penes eum vel eius hæredes erit. & dico ꝙ fundus erit emptitius; quia ipsa tacitè videtur fecisse pactum marito, ꝙ posset vendere illam rem: & ideo poterit ipsam rem alienare maritus. At secundum, scilicet, videre quædam pacta, quorum primum est istud: Ponamus ꝙ mulier fecit tale pactũ marito, quòd posset vendere dictam rem: & si plus reciperet æstimatione facta de dote, sit vtilitas mulieris: & si plus receperit, ad minus teneatur in restituendo dotẽ soluto matrimonio, valet ne pactum? certè sic. Secundum pactum est: nam vxor dicit, O Boëti, do tibi istam rem, æstimatam pro centum ad pactum, quòd si vendes eam, re vendita pretium sit loco æstimationis, & ita mihi debeatur dissoluto matrimonio, valet ne hoc pactum? certè sic virtute pacti. & sic no. quòd pacta bona fide facta inter virum & vxorem debent obseruari, dummodo non sint in damnum & fraudem dotis: quia pacta & conuentiones, quæ fiunt in dotis damnum & donationem, etiam seu fraudẽ nũquam rata intelliguntur.

P

Instrumentum dotis constituta in pecunia & rebus mobilibus ita scribes.

DAmianus fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & traditas esse à domina Fran. eius sponsa & vxore in dotẽ & nomine dotis ducentas & decem lib. Bon. hoc modo, scilicet, centum lib. Bon. in vna petia terræ aratoriæ posita in curia sancti Rophili æstimata ipsa quantiate centum lib. Bono. Quam petiam terræ dicta do. Fran. ipsi Damiano æstimatã, vt dictum est, tradidit, vt patet in instrumento scripto manu mei notarij suprascripti. Reliquas verò lx. lib. in pecunia & rebus mobilibus æstimatas. Exceptioni sibi non datæ, & non solutæ, & non traditæ quantitatis pecuniæ, & rerum mobilium, siue dotis, omnino renuntians. Necnon promittens per se & suos hæredes dictæ do. Fran. pro se & suis hæredibus stipul. soluere, & dare, ac restituere eidem, aut eius hæredibus, siue cui ius & casus dederit, ipsas ducentas libr. Bono. in omnem casum & euentum restituendæ dotis. Restituendo prædictam dictę petiæ terræ æstimationem, aut ipsam petiam terræ si tunc temporis penes eum, vel eius hæredes fuerit. Ita tamen quòd in optione sit ipsius dominæ Fran. vel eius hæredum, siue illius, cui de iure restituenda fuerit dos prædicta, recipere alterum quod malauerit prædictorum, æstimationem, videlicet, siue terram. Sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ stip. promissa, quæ soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrà. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis obligauit ei omnia bona sua.

Quod verò dictum est suprà de restituenda æstimatione vel re, intelligas ponendum esse in instrumento, si expressim inter partes agetur: alioquin directò procedas illam clausulam prætermittens.

Instru

Instrumentum dotis constitutæ in pecunia & rebus mobilibus.

ANtonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse, & traditas à domino Ar. dante & soluēte dotis nomine & pro dote dominæ Ma. eius filiæ ipsi Anto. matrimonio copulatæ centum lib. Bon. inter denarios & res mobiles æstimatas, dicta do. Ma. nōdum tradita viro, sed adhuc in domo patris sui existente: exceptioni sibi non datæ, & non solutæ, & non traditæ, quantitatis pecuniæ, & rerum mobiliū siue dotis, & omni alij iuris auxilio omnino renuntians. Necnon promittēs per se & suos hæredes dicto do. Ar. pro se & suis hæredibus stipu. soluere, dare, & restituere eidem do. Ma. siue ipsorum hæredibus, aut cui ius & casus dederit, dictas Centum lib. Bon. in omnem euentum restituēdæ dotis sub pœna dupli dictę quātitatis, stipul. promissa: qua soluta vel non, rata maneāt omnia & singula suprascripta vel infrascripta. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrá. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruādis obligauit eidem omnia sua bona, tam habita, quàm habenda.

Instrumentum dotis constitutæ in pecunia, & rebus mobilibus, ita scribes. Rubri.

PRæsens instrumentum cōtinuatur ad superiora ista forma; Nos suprà vidimus de dote constituta in rebus immobilibus: sed quia plerunque contingit quòd dos constituitur in aliis rebus quàm in rebus immobilibus, scilicet, in rebus mobilibus & pecunia, meritò de ipsa dote constituta in rebus mobilibus loco præsenti est agendum, & videndū. declarat hæc rubri. cùm dicit, instrumentum dotis constitutæ, in pecunia & rebus mobilibus. Præsens instrumentum habet tria capitula, quorum primum est confessionis de dote habita. Secundum est promissionis de restituendo dotem, quando erit tempus. Tertium & vltimum pœnæ. Tamen vt huius instrumenti materia tibi clareat euidenter, tria volo per ordinem intimare. Primò, qualiter capitulum con-

fessionis in instrumento dotis per te notarium, debeat ordinari & variari. Secundò, qualiter capitulum secundum promissionis in eodem instrumento debeat ordinari. Tertiò, ad quid operantur illa verba in instrumento apposita, scilicet, do, Mathelda nondum tradita viro suo. Ad primum, scilicet, qualiter capitulum confessionis per te no. debeat variari? & dico quòd ad hoc vt ordinetur plenè in ipso capitulo ponas quandoque: Primò, facias mentionem de confitente, scilicet, an sit maritus, vel pater, an quælibet alia persona cũ marito, vtputà, frater, mater, &c. Secundò, facias mentionẽ de nomine dantis, scilicet, an sit pater, an mulier, an alius extraneus. Item habes facere mentionẽ de quãtitate dotis, scilicet, quanta sit, & qualis, scilicet, an sit pecunia numerata, an sit res mobilis, an immobilis. Item facias mentionem de confessione facta à marito de solutione dotis, scilicet, in cuius præsentia sit numerata, & tunc apponas cõfessionem simpliciter: & non est necessaria renuntiatio, & statim nascitur actio ex stipulatu. Et si est data sed non numerata, dic qualiter confitetur dotem recepisse, & habuisse, & renuntiat qualiter fuit data sed non numerata, in cuius præsentia oritur, & actio ex stipulatu. Sed si simpliciter cõfitetur habuisse dotem, dic, Ant. fuit confessus & contentus, & dic quòd nascitur actio ex stipulatu: sed non est efficax, nisi quando de rei veritate est numerata: quia in quantitatibus numeratio præbet ius, id est, præscriptionem: non autẽ confessio vel scriptura inducit obligationem. Itẽ quintò facias de renuntiatione, si renũtiat exceptioni non numeratæ dotis. Ad secundũ prin. membrum, scilicet, qualiter capitulum promissionis in instrumento dotis per te no. debeat variari? & dico ꝙ dupliciter variatur. Primo modo secundum consuetudinẽ, & hoc fit secundum ignorantiã notariorum. Nam dicunt alternatiuè, id est, per istas cõiunctiones, vel, vel aut. Secũdo modo vtitur in bono tabellione. Nam debet tabellio videre si est pater, qui dotem dat pro filia, & stipulatur dotem sibi restitui in omnem euentum restituendæ dotis, bene facit per legem, quæ dicit: Dos à patre profecta ad patrẽ redire debet. Sed diceres generaliter, qualiter promittit dotem restituere in omnem euentum restituendæ dotis: & si illa posteà decedit liberis existẽtibus, debet dos restitui. Sed bonus tabellio diceret, vultis vos ꝙ dos restituatur, si decederet sine liberis extantibus? certè nõ, dicit iste pater mulieris: imò

imò volo quòd eius hæredes habeát. Item dicit, si solueretur matrimonium morte mariti;vultis quòd dos restituatur sibi vel eius hæredibus?Sunt quidã,qui dicunt,quòd si pater stipulatur dotẽ,videtur si liberi non extarent:si frater dat dotẽ pro sorore sua,ap pones stipulationẽ eius,siue velit dotẽ sibi restitui liberis existentibus, siue non:& qualiter erũt in cõcordia ita pones. Sed si maritat de bonis mulieris, debet reuerti ad mulierem,vel ad eius hæredes.Ad tertiũ prin.membrũ, scilicet,ad quid operantur illa verba,quæ ponũtur in instrumẽto, scilicet, ipsa domina Ma.nondum traducta viro suo?& dico quòd operantur ad hoc,quia videtur patrẽ fuisse stipulatũ incontinẽti, & nõ ex interuallo. sed ad quid operatur stipulatio facta statim & nõ ex interuallo?infrà habebis in nota,quæ dicit:Præterea no.quòd dos constante matrimonio, &c. Sed ad quid operatur æstimatio facta in casu nostri instrumenti ? & dico quòd parũ operatur:quia siue obligetur maritus,siue nõ, mulier habet semper bona mariti obligata tacitè, quæ tantũ operetur quãtum expressa. Nam si est prior in tẽpore, potior erit in iure. Et si alij creditores erunt priores in tẽpore,erunt potiores in iure.Sed si haberent expressam hypothecam,scilicet, creditores & mulieres , seruatur regula, quæ dicit : Qui prior est in tempore potior est in iure . & si vterque habet tacitam hypothecam,præferuntur mulieres.

Si verò vt seruetur forma statuti cõmunis Bon.tempore restituendæ dotis voluerint partes expressam facere mentionem , quanta sit quantitas, quæ rebus mobilibus datur & pannis,ita scribes:

ANtonius fuit contentus & cõfessus se habuisse & recepisse à do.Frã.eius sponsa & vxore in dotem,& nomine dotis centũ lib.Bon.hoc modo, scilicet,xxxv.lib.Bo. in lecto,& linteaminibus, & aliis pãnis lineis,& rebus mobilibus,& alias xxv.lib.Bon.in ix. brachiis panni de Cypro viridis,& vno pelloto de flanchis pro vestibus ipsius do.Ma.reliquas verò in pecunia numerata : Exceptioni sibi non solutæ & non traditæ quãtitatis pecuniæ & rerũ mobiliũ siue dotis secundũ prædictum modũ,& omni alij iuris auxilio omnino

renuntians. Necnon promittens per se & suos hæredes dictæ d.M. pro se & suis hæredibus stip. soluere, dare, & restituere eidem aut eius hæredibus, siue cui ius & casus dederit, ipsas centum lib. Bono. &c. vt suprà in proximo instrumento. No. quòd in his instrumentis huiusmodi pactum aliquando interuenire solet, videlicet, cùm vir non habeat, vel possideat immobilia, agitur quòd ipse idem vir ad certũ tempus emat aliquã possessionem, siue rem immobilem certi pretij, quæ hypothecata sit vxori pro dote: quod pactum si interuenerit, ita scribes. Ponas enim totũ instrumentum per ordinem, vt superius continetur: postquã dixeris, obligauit idem omnia sua bona tam habita, quã habenda, subsequenter dices: Item dictus An. vt ipsi d.M. tutius caueatur, vt & ipsa tutiorẽ pro dote sua habeat hypothecam, pacto promisit, & conuenit eidem d. M. pro se & suis hæredibus stipu. se hinc ad vnũ annũ in ciuitate vel districtu Bo. aliquã possessionem pretij centum lib. Bono. empturum, quæ ipsi vxori suæ hypothecata & obligata sit pro dote prædicta. Ita tamen quòd ipsa specialis obligatio dictæ possessionis emendæ prædictæ non deroget generali, & propter ipsam specialem à generali hypotheca omnium suorum bonorum ipsius An. ideo non recedat. Sed in ipsa speciali re & in omnibus bonis ipsius An. tam habitis quã habendis ius suũ hypothecarum saluum sit, & integrè reseruatũ: Sub pœna centũ lib. Bono. stipu. promissa, & refectione damnorũ & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium suorũ bonorũ: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item nota quòd licet fideiussores vel mandatores dotium dari prohibitum sit, adeo vt videatur neminem in huiusmodi fideiussione pösse rationabiliter obligari, etiam quocũque modo renuntiet. Potes tamẽ, si daturus fuerit huiusmodi fideiussor, aliam adhibere cautelam, videlicet, quòd facies eum vnà cum principali dotem recipere, & ambos sicut duos reos debendi in instrumento insolidum obligari Renuntiationibus debitis appositis subsequenter hoc modo.

Dos.

ANtonius filius quondam Boëtij, & Andræas filius q. Phi. fuerunt confessi, & contenti, atque asseruerunt se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas,

tas solutas,& numeratas & traditas esse à domino Corr.dante & soluente dotis nomine & pro dote d. Ma.sororis eius, sponsæ & vxoris ipsius An.inter denarios & res mobiles æstimatas centum lib.Bono.exceptioni non sibi datæ,non solutæ,& non numeratæ,atque non traditæ quantitatis pecuniæ, & rerũ mobilium,siue dotis,omnino renuntiantes. Necnon promittentes per se & eorum hæredes, vnusquisque eorum principaliter & insolidum se obligando dicto Cor.pro se & suis hæredibus stipul.soluere, dare,ac restituere eidem,aut ipsi d.M.vel eorum hæredibus, aut cui ius & casus dederit, ipsas centum lib.Bono.in omnem euentũ restituendæ dotis: Sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ,stip.promissa,& refectione damnorum & expensarum litis & extrà,& obligatione omnium bonorum suorum:& pœna soluta vel non, prædicta omnia & sing.firma perdurent. Renuntians nouarum constitutionum & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni,& omni alij iuris auxilio.

Si verò vt seruetur forma statuti communis Bonon. tempore restituendæ dotis voluerunt partes expressam facere mentionem quanta sit quantitas,quæ in rebus mobilibus datur & pannis,ita scribes. Rub.

PRæsens instrumentũ dicit quòd de statuto communi Bono.id quod mulier in primo anno expendit in vestibus,vel in aliis rebus, ꝙ in casu restituendæ dotis debet cõputari sibi,& inde minus restituatur:sed ipsa debet alias habere vestes,qualescũque sunt,tẽpore restituẽdæ dotis.Hoc tamen attende secundũ patriarũ ritus,mores,ac cõsuetudines:quia sępe,imò raro,cũ dote vestes intelligũtur restituendæ. Sed est aliud statutum,quod dicit,ꝙ maritus debet lucrari medietatem dotis,si ipsa mulier decederet sine liberis:& de cõsuetudine bene dicit,ꝙ partẽ habuit in rebus mobilibus æstimatis,& aliam medietatem,&c. Sed quæritur ad quid operetur istud pactũ,quod agit mulier cũ marito,scilicet,ꝙ maritus de dote debeat habere vnũ prædiũ?& dico ꝙ multum operatur:nãq; erit hoc prædiũ mulieri pro sua dote specialiter obligatũ,& in eo prędio pręfertur cæteris creditoribus mariti,& alię mulieres,quę pri⁹ deberẽt dotẽ recipere in bonis:sed per

ipsam specialem obligationem ipsi generali obligationi quam ipsa habeat in bonis aliis mariti, derogat: nisi agat per pactum, quod per specialẽ obligationem nõ derogetur generali obligationi: quod bene fecit ipsa mulier in casu nostri instrumenti. Modò sequitur nota, quæ dicit quòd fideiussores dotium dari prohibitum est. Sed principales mandatores & receptores dotiũ dari permissum est: imò quotidie fit, vt vnus frater mariti recipiat dotem vnà cum marito, & ad ipsius dotis restitutionem se principaliter obliget: quod optimè est concessum per notam istius instrumenti, & per omnes leges de mundo. Istud instrumentum habet tot capitula, vt primũ dotis. Sequitur cum litera instrumentum & charta dotis, & not. prædicta quæ habet tria capitula. Primum est confessionis. Secundum est promissionis de restituẽda dote. Tertium & vltimum pœnæ.

Instrumentum augmenti dotis.

ANtonius confessus, & contentus, atque asseruit se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse à d. Ma. eius vxore in augmentum & nomine augmenti dotis suæ quinquaginta lib. Bon. quæ ad ipsam d. Ma. siue ad dictum Ant. pro ea peruenerunt ex pretio quarundam possessionum quondam do. Ar. patris eius, sibi iure institutionis relictarum ab ipso patre suo in ipsius testamento scripto manu talis notarij: Exceptioni sibi non datæ, non solutæ, atque nõ habitæ prædictæ quantitatis pecuniæ in augmentum, & nomine augmenti dotis prædictæ omni alij auxilio renuntians: Necnon promittens per se & suos hæredes dictæ d. Ma. pro se & suis hęredibus stipu. soluere, dare, ac restituere eidem siue eius hæredibus, aut cui ius, & casus dederit, ipsas quinquaginta lib. Bono. in omnem euentum restituendæ dotis: sub tali pœna, &c. Nota ergo in instrumentis augmẽti dotis necessarium esse assignare causam, vnde peruenerit pecunia in augmentum dotis data. Nam aliàs esse præsumitur de bonis viri & contractus huiusmodi fieri in præiudicum creditorum. Nota tamen quòd prima dotis constitutio ante matrimonium, & constante matrimonio, fieri potest: sed post primam dotis constitutionem non potest iterum constitui dos, sed augmentum dotis.

Instru

Instrumentum augmenti dotis. Rubr.

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora ista forma: De prima dotis constitutione facta ab vxore in præcedentibus instrumentis huius capituli est dictũ & declaratum. Sed quia plerunque contingit quòd ista dotis constitutio augmentatur, meritò de ipso augmento dotis loco præsenti videamus. Istud instrumentum tria habet capitula. Primum est confessionis rei habitæ in augmentum dotis. Secundum est promissionis de restituenda dote. Tertium & vltimum pœnæ cum refectione damnorum, & obligatione bonorum. Casus positionem omitto, quia legẽdo literam satis colligere poteris. Tamen quia fit hîc mẽtio de augmento dotis, certè vt istius instrumenti materia clareat euidenter, quatuor tibi per ordinem intimabo. Primò, quid sit augmentum, & vnde dicatur, & quo tempore fiat. Secũdò, quotuplex sit augmentum, & qui possunt dotem augmentare, & quibus potest augmentari, & in quibus rebus potest fieri augmentũ dotis. Tertiò, si maritus confitetur habuisse augmentum ab vxore, nunquid illa confessio noceat & præiudicet creditoribus mariti ipsius. Quartò, si maritus confessus est augmentum dotis recepisse ab vxore, nunquid illa confessio noceat & præiudicet ipsi marito. Ad primum, scilicet, quid sit augmentum dotis? Et dico quòd augmentum diffinitur, sicut dos: & sic dico, Augmentum est quod datur ab vxore vel eius patre marito, vel eius patri propter onera matrimonij sustinenda, vt perpetuò sit penes eum. Et eo modo exponuntur verba diffinitionis, sicut illa dotis. Vnde si vis intelligere, vide suprà huius primi capituli instrumentum, & inuenies diffinitionem dotis, & eius expositionem. Sed vnde dicitur augmentum, vel quare sic appellatur? Dicitur enim augmentum ab augeo, auges: & sic nomen est consequens rei, vt esse debet. Sed quando fit istud augmentum? certè post primam dotis constitutionem, & ante matrimonium ante carnalem copulam consummatam, & post matrimonium post carnalem copulam consummatam. Et nota, quòd si mulier acquirit aliquid, non acquirit marito, nisi in duobus casibus. Primus casus est, quando ipsa mulier ex sua persona aliquid lucratur. Secundus casus est, quando ex rebus

Augmentum dotis quid sit.

Augmẽtum dotis quãdo fit.

mariti lucratur: tamen communiter tenetur, quòd quicquid mulier acquirit, acquirit viro suo, quod sibi appropriet non consentiente, nec illam authorizante, ea viro & non sibi acquirit. Sed quare fit istud instrumentum augmenti dotis, siue istud augmentum? quia dote semel constituta, amplius constitui non potest. Et ratio est, quia ex vnico matrimonio vnica dos debet constitui: & ideo fit augmentum. nam si fieret aliud instrumentum dotis, sequeretur quòd duo essent matrimonia, quod esse non potest: & fit toties istud augmentum, quoties potest & vult mulier. Ad secundum principale membrum, scilicet, quotuplex sit istud augmentum? & dico quòd est duplex, scilicet, profectitium & aduentitium. Profectitium est, quod à patre obuenit, vel ex rebus eius, vt ab auo vel proauo paterno, vel ex rebus ipsorum. Aduentitium est, quòd aliunde obuenit quàm à patre, vtputà, ex successione matris, vel alterius quàm eius patris. Sed qui possunt augmentum constituere? certè omnes illi, qui possunt primam dotem dare. à contrario sensu illi, qui non possunt primam dotem dare, non possunt dotem augmentare. Vnũ tamen scias, quòd nullus cogitur dotem augmentare, sed dotem dare sic: vt suprà in prin. huius capituli habes. Qui autẽ possunt primam dotem constituere, & qui non, etiã suprà habes in prin. huius capituli. Sed quibus potest augmentũ constitui? certè omnibus illis, quibus prima dos potest constitui: Sed quibus potest prima dos constitui? certè illis, qui possunt se obligare ad dotem restituendam. Vnde fit augmentum marito vel alteri de voluntate mariti: & eadem dicas de augmento, quæ de dote dixi. Sed in quibus rebus fit dotis augmentum? certè in omnibus rebus, quæ possunt dari in dotem: quæ autem res possit in dotem constitui suprà habes per totum istud capitulum. Sed qualiter fit istud augmentum? certè fit tribus modis, scilicet, pactionibus, stipulationibus, & vltimis voluntatibus defunctorum: vt suprà in principio huius capituli habuisti, siue dictum est. Ad tertium principale membrum, scilicet, si maritus confitetur habuisse augmentum dotis ab vxore, nunquid illa confessio habiti augmenti ab ipsa vxore noceat & præiudicet creditoribus ipsius mariti? Et ad hoc plenè sciendum sic distingue: aut istud augmentum fuit factum cum causa, quia apparet

Augmentum dotis quotuplex est.

Augmentum quibus potest constitui.

paret vnde obuenit. Aut fuit factum sine causa, quia non apparet causa vnde obuenit. Si autem est factum cum causa, quia apparet vnde obuenit: & tunc valet augmentum, & nocet, & præiudicet creditoribus suis. Si autem non fuit factum cum causa, quia non apparet vnde obuenit: & tunc iterum subdistingue: quia aut sunt alia bona mariti defuncti, quæ sufficiunt in satisfaciendo creditoribus, & tunc augmentum valet, & nocet, & præiudicat creditoribus, quia præsumitur iure factum, & non fictitium. Aut non sunt alia bona, quæ sufficiant creditoribus vltra augmentum: & tunc non nocet, nec præiudicat creditoribus, quia præsumitur in fraudem creditorum factum, nisi euidenter probaret causam vnde obuenerit augmentum: alioquin ipsi creditores accipient omnia bona vltra dotem existentia. & hoc in proximo quarto puncto, vtraque probatio satis patet clarè ad intelligentiam huius. Ad quartum principale membrum, scilicet, si maritus confitetur habuisse augmentum ab vxore, nunquid illa confessio sibi vel eius hæredibus præiudicet? & tunc distingue: quia aut augmentum fit cum causa, quia apparet causa legitima vnde obuenit. Aut fuit factum sine causa, quia non apparet causa legitima vnde obuenit. Si autem fuit factum cum causa, & apparet vnde obuenit, & tunc nocet, & præiudicat ei & eius hæredibus. Si autem non fuit factum cum causa, quia non apparet causa legitima vnde obuenit: & tũc iterum subdistingue, quia aut matrimoniũ soluitur morte mariti, aut morte ipsius vxoris. Si autem matrimonium soluitur morte mariti, & tunc illa cõfessio nocet & præiudicat hæredibus mariti, siue de rei veritate dederit, siue non. Nam maritus videtur id velle donare vxori, & istud augmentum dotis. Si autem matrimoniũ soluitur morte vxoris, & tunc iterum subdistingue: quia aut maritus confitetur habuisse dictum augmentum, aut negat. Si autem confitetur habuisse, & tunc nocet, & præiudicat ipsi marito illa confessio. Si autem negat habuisse augmentum, & tunc quidam dicunt quòd ipse non tenetur restituere augmentum. Alij dicunt, quòd tenetur: quia præsumptio esset contra eum. Alij dicunt, quòd non nocet ei illa confessio nisi hæredes probent expressè ipsum habuisse augmentum. Alij dicunt, vt Aurora, quòd est in hoc casu iudicandum per coniecturas, vtputà, quia est quidã nobilis & diues, & accepit

filiam

filiam cuiuſdam ruſtici pauperis : iſto modo præſumitur quòd iſte ruſticus feciſſet augmentum dotis eius filiæ, & ſic confeſsio facta ab ipſo habiti augmenti ab vxore nocet ei,& tenetur id reſtituere. Aut maritus erat ruſticus,& pauper , & pater vxoris nobilis,& diues erat:& tunc non valet confeſſio,quia præſumitur tunc fictitium augmentum , & non eſt reſtituendum.& hæc eſt ſatis bona opinio ,licet non reperiatur in lege.

Inſtrumentum donationis propter nuptias.

ANtonius ex cauſa donationis propter nuptias dedit,& donauit dominæ Ma.ſponſæ & ,vxori ſuæ pro ſe & omnibus ſuis,& d. Ant.communibus filiis recipienti, medietatem , inſuper & quartam partem omnium ſuorum bonorum mobilium & immobilium , præſentium & futurorum,ad haben.te.& poſ.& quicquid ſibi & dictis communibus eorum filiis deinceps placuerit faciendum . Promittens ipſi d.M.pro ſe & dictis communibus eorum filiis ſtipu.prædictam donationem propter nuptias firmam & ratam habere,& tenere,& non contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa,de iure vel de facto:Sub pœna centum lib . Bono. ſtip.promiſſa,& refectione damnorum & expenſarum litis & extrà,& obligatione omnium ſuorum bonorum:& pœna ſoluta vel non,prædicta omnia & ſingula firma perdurent. Veruntamen no.quòd inſtrumentum prædictum in ciuitate Bono. à conſuetudine temporis noſtri abolitum eſſe dignoſcitur.Sed ipſius donationis recta natura eſt tantundem donare,quantum donatur in dotem.Et dicitur hæc donatio iure longobardo margicax:& etiã ſecundum diuerſos locorũ mores diuerſis connectitur pactis,& diuerſis nominibus appellatur.Tu autem cùm fueris Romæ,Romano viuito more.Item debes ſcire quòd iſtius donationis virtus illico reſtitutis dotibus euanneſcit.Præterea nota, quòd dos conſtante matrimonio reſtitui non debet,niſi in certis caſibus,de quibus nihil ad preſens . Licet vergente viro ad inopiam , vel eo,qui de reſtituenda dote promiſit,poſsit mulier petere & exigere de bonis ſibi hypothecatis inſolutum pro dote ſua authoritate communis.Quo habito à cæterorum bonorum hypotheca receſsit:eo tamen quòd inſolutum acceperit à viro pro

ro pro

ro pro iure vsusfructus obligato, quandiu constiterit matrimonium, nihilominus remanente. Item non est prætereundum, quòd aliquando contingit patrem filium à se emancipare, & dotem vxoris filij, quam ipse pater receperat, dicto filio suo consignauit. Debet enim mulier solicitè sibi cauere, ne dotem ipsam recipiat, & socerum absoluat, vel à prima obligatione, seu à primo obligato recedat. Quod etiam si faceret, non valeret, quia efficeretur conditio dotis peior. Agetur tamen inter patrem & filium emancipatum de faciendo & curando quòd vxor non mouebit socero vlterius litem de dote. Quod instrumentum ita scribes.

Instrumentum donationis propter nuptias. Rubrica.

Secunda pars.

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora altero de duobus modis. Primo modo sic: De vna donatione causa mortis facta ab vxore marito in præcedentibus instrumentis est dictum & declaratum. Sed quia plerunque contingit quòd maritus donat vxori in contrarium dotis, meritò de ipsa donatione loco præsenti videamus, quæ appellatur donatio propter nuptias. Continuatur & secundo modo ista forma: Nos suprà vidimus in prin. huius capituli qualiter diuidebatur in partes tres. Nam in prima parte ponebantur instrumenta dotalia. In secunda parte instrumenta donationis propter nuptias. In tertia parte instrumenta futurorum sponsaliorum. Sed viso de prima parte per ordinem, restat nunc videre de secunda, scilicet, donatione propter nuptias. innuit hæc rub, cùm dicit. Instrumentũ donationis propter nuptias. Istud instrumentum habet quatuor capitula. Primum est contrahentium. Secundum est rei donatæ propter nup. Tertium est promissionis de ratihabitione. Quartum & vltimũ pœnę cũ refectione damnorũ & obligatione bonorũ, &c. Tamen quia hic fit mentio de donatione, vt eius materia liqueat euidenter, tibi tria per ordinem intimabo. Primò, quærã de donatione propter nup. Secundò de spõsalitia largitate. Tertiò, de donatione prohibita inter virum & vxorem. Ad primum. s. de donatione propter nup. Et circa idẽ quæram quatuor. Primò, quid sit donatio propter nup. & quare

quare sic appellatur, & quot nominibus nuncupatur. Secundò, qui possunt hanc donationem facere, quibus potest donari propter nup. quæ res potest donari, & quæ non. Tertiò, quæ sit recta materia huius donationis propter nup. Quartò, quæ sit virtus & effectus donationis propter nupt. Ad primum, scilicet, quid sit donatio propter nuptias? & dico quòd donatio propter nupt. est quæ fit, vel quam facit maritus, vel alter eius nomine, mulieri vel alteri nomine ipsius mulieris, vel alteri de eius volūtate, vt vxori de dote tutius caueatur: prius hæc donatio dicta est ante nuptias, & nunc propter nuptias: vt vult Azo in sum. C. eodem titul. & hæc donatio est donatio ob causam. Sed quare dicitur donatio propter nuptias? certè quia ob matrimonium fit. Nam donatio propter nupt. sine matrimonio esse non potest, sed matrimonium sine donatione bene esse potest, & ideo sic appellatur: quia olim appellabatur donatio ante nupt. sed hodie de iure nouo appellatur donatio propter nup. quia potest fieri ante & post matrimonium: & sic nomen est consequens rei, vt esse debet, vt Insti. de dona. §. est & aliud. Sed quot nominibus nuncupatur? certè appellatur secundum Canonistas dotalitium. Appellatur etiam secundum Tuscos Antiston. & secundū Teutonicos margicap. Item etiam dicitur antipherna: & dicitur ab anti, quod est contra, & pherna quod est donatio, quasi cōtraria donatio dotis. Tamen istis vtaris nominibus secundū consuetudinem terræ tuæ. Sed quæro, nunquid donatio facta in casu nostri instrumenti valeat? & dico quòd non: quia donatio propter nup. non debet excedere dotem: sed hic donatur quædam petia terræ, quæ fortè valet plus vel minus, quod esse non debet, quia in his donationibus debet æqualitas obseruari: sed si esset eiusdem quantitatis cum dote bene valet. Ad secundum, scilicet, qui possunt donare propter nuptias? & dico quòd illi possunt donare propter nupt. qui possunt omnes contractus celebrare, & de rebus suis alienare: & sic à contrario sensu, qui non possunt contrahere, nec de bonis suis alienare, nō possunt donare propter nuptias. Qui autem possunt contrahere, & qui non, infrà habebitur in tracta. notularum sub rubrica de inutilibus contractibus ratione personarum. Sed quibus potest donari propter nuptias? certè mulieri, & omni alij personæ, quæ se potest obligare ad dona. restituendam alteri. Sed in quibus rebus potest fieri donatio

Donatio propter nuptias quid sit.

Donationem propter nuptias, facere: qui possunt.

donatio propter nuptias? certè in omnibus rebus, super quibus potest contrahi, scilicet, in rebus mobilibus, &c. Ad tertium, scilicet, quæ sit recta via & natura istius donationis propter nuptias? dico quod eius recta natura est, quòd maritus det tantum de donatione propter nup. quantum de dote recepit, nec plus nec minus de iure nouo: tamen & ius antiquũ, vt Aurora ponit, bene distinguebat: sed ius nouum, quod preualet, superuenit. Item etiam eius natura est, vt expiret, & soluto matrimonio venit restituenda, sicut dos. Item etiam eius natura est, vt maritus habeat omnes fructus donationis, ac reditus, & prouentus. Item etiam eius natura est, vt mulieri directum dominium acquiratur de ipsa re. Item etiam quia alienari non potest etiam muliere consentiente, quia perpetuo debet manere. Ad quartum, scilicet, quæ sit virtus & effectus istius donationis propter nuptias? & dico quòd virtus & effectus est: quia illa res donata alienari non potest, etiam muliere consentiente, quia potest ipsam reuocare. Item quia poterit ipsam defendere à cæteris credirioribus mariti posterioribus ipsa in tempore. Ad secundum principale membrum, scilicet, videre de sponsalitia largitate, & circa idem quæram duo. Primò, quid sit sponsalitia largitas, quis eam facit, quibus fiat, & in quibus rebus. Secundò, quæ sit virtus & effectus huius sponsalitiæ largitatis. *Donationis ppter nuptias quæ sit natura.* *Donationis ppter nuptias virtus & effectus.*

Ad primum, scilicet, quæ sit sponsalitia largitas? & dico quòd est illa sponsalitia largitas, quam facit sponsus sponsæ, vel econuerso. Et dicitur sponsus à spondeo, spondes: quia sponsus & sponsa adinuicem spondent futurum matrimonium. Sed qui potest facere hanc sponsalitiam largitatem? certè dico quòd sponsus facit sponsæ, & sponsa sponso. Sed in quibus rebus fit? certè in rebus mobilibus, quæ possunt alienari, & in contractum deduci. Ad secundum, scilicet, quæ sit virtus & effectus huius sponsalitiæ largitatis? & dico quòd est: quia sponsus efficitur dominus eius, quod sponsa donat: & sic sponsa efficitur domina eius, quod sponsus donat, & non venit talis largitas restituenda soluto matrimonio, & hæc olim fiebant, quod secus est hodie, & fit contrarium: quia vadit sponsus, & sponsat annulo de sponsa, & alter socius ei cingit baltheum: & hoc fit, vt possit maritus posteà sibi facere donum reddi: quia prohibita est donatio inter virum *Sponsalitia largitas quid sit.* *Sponsalitia largitatis effectus qualis est.*

rum & vxorem, quam facere olim poterat. Item virtus & effectus est, vt valeat ista sponsalitia largitas, si sequatur matrimonium conditionem, quā habet in se, id est, si matrimonium sit secutum, id est, quòd matrimonium adimpleatur, & aliter non. Sed pone quòd matrimonium non est completum, & facta est sponsalitia largitas, nunquid restituitur illa donatio? Ad hoc sciendum sic distingue: quia aut stat per sponsum, quin matrimonium adimpleatur, aut stat per sponsam. Si autem stat per sponsum, tunc subdistingue: quia aut stat per sponsum: quia non vult, aut quia nō potest. Si stat per sponsum, quòd non adimpleatur matrimoniū, quia non vult: & tunc perdit donationē, quam fecit. Si nō dedit, & promisit donare, cogitur adimplere donationē promissam. Si autem stat per eum, quia non potest: & tunc distingue, quia aut ipse dedit osculum sponsæ, aut non. Si dedit osculum sponsæ, medietatem donationis tunc perdit, quod dedit, quia ipse dando osculum impresit delectationem & gaudium: sed ipsa recipiens ipsum tribuit: sanius est dicendū, quia sponsus osculando sponsam cedere penitus dono videtur, maximè prima pignora, si sponsæ confert: nam amoris sunt compagines & vincula. Et ob amorem cōseruandum vnum debet esse perpetuū. Si autem non dedit osculum, & tunc non perdit medietatem, & venit restituenda. Si autem stat per sponsam, quin matrimonium adimpleatur: & tunc subdistingue, quia aut stat per sponsam: quia non vult, aut quia non potest. Si stat per sponsam, quia non vult: & tunc amittit donationem, quam fecit: & si promisit, & non adimpleuit, cogitur adimplere. Si autem stat per sponsam, quia non potest, vel quia moritur, vel alius casus accidit: & tunc non amittit totam donationem, & eius hæredibus restitui debet: & tunc tota donatio restitui debet, scilicet, quam fecit sponsa sponso, &c. Ad tertium principale membrum, scilicet videre de donatione prohibita inter virum & vxorem, ne vnus efficeretur ditior, & alter pauperior: & ratio est, ne nimio amore adinuicem spolientur. Tamen nota, quòd ista donatio, qua quis efficitur ditior, & alter pauperior, est permissa inter virum & vxorem in certis casibus. Primus casus est ratione naufragij, vel ruinæ causa, vel incendij causa: nam si aliquem istorum trium casuum passus est maritus, ipsa mulier donare potest marito: Vel econtrà, si mulier est passa aliquem istorum casuum maritus

Donatio prohibita inter virū & vxorem.

ritus poteſt ei donare. Item mulier poteſt donare marito militiæ cauſa:& iſta donatio cedit marito,& confirmatur tacitè,id eſt,ſi maritus moritur:& nullam de ipſa habuit mentionem. Nam ipſa tacitè videtur confirmare, & perinde eſt ac ſi expreſsè in teſtamento eam confirmaſſet. Item etiam confirmat expreſsè:vt ſi maritus venit ad mortem, & ipſam rem ſibi leget,vel cauſa donationis ſibi dimittat. Item reuocatur iſta donatio tacitè,vt ſi ipſam rem donatam vendat. Reuocatur etiam expreſsè, ſi donatorem pœniteat, & expreſsè rem donatam reuocat,&c.

Prætereà nota, quòd dos conſtante matrimonio.

CVm dominus Boëtius An.eius filium à ſe emãcipauerit,vt patet in inſtrumento ſcripto manu talis notarij, & idem Ant.moretur vel moraturus ſit cum do.Ma.eius vxore,& filiis ſuis, ſeorſum à patre:quia æquũ eſt,vt dos, quæ fuit pro ſuſtentandis matrimonij oneribus conſtituta ad illum perueniat,qui matrimonij onus portat:Idem dominus Boëtius coram me notario & teſtibus infraſcriptis dedit, & ſoluit,ipſi Anto.filio ſuo à ſe emancipato cent.lib.Bon.quas recepit & habuit dotis nomine & pro dote ipſius do. Ma. tempore contracti matrimonij inter ipſum & Ant.ſupradictum. Qui Antò.dictam pecuniam ab ipſo patre ſuo ibidem & in præſenti recipiens,& confitens,& aſſerens tantam eſſe quantitatẽ:promiſit per ſe,& ſuos hæredes dicto domino Boë. pro ſe & ſuis hæredibus ſtipul.onus ipſius matrimonij ſuſtinere, & dictæ eius vxori & filiis decætero alimenta præſtare: & ſe facturum & curaturum,omni exceptione remota, quòd dicta domina Ma.vel eius hæredes, aut aliquis alius, ad quem ſpectaret ipſa dotium reſtitutio, dotes ipſas aliquo tempore vel caſu ab ipſo vel eius hæredibus non petere. Et quòd lis vel quæſtio ei vel eius hæredibus ipſarum dotium,vel alimẽtorum occaſione,vllo tempore non mouebitur vel inferetur ab aliquo, de iure vel de facto. Quod ſi fieret, & propterea idem domi.Boëtius damnum aliquod ſuſtineret,conſeruabit eum indemnem.& quòd ipſe idem Anto.prædictam ſolutionem,& omnia & ſingula ſupraſcripta perpetuò firma & rata

q

habebit,& tenebit,& obseruabit, & non contraueniet per se vel alium,aliqua causa vel ingenio,de iure vel de facto: Sub pœna dupli dictæ summæ pecuniæ, stipul. promissa & refectione damnorum & expensarum litis & extrà,& obligatione omnium suorum bonorum:& pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent.

Prætereà nota,quòd dcs constante matrimonio. Rubrica.

Continuatio huius notæ: Nos suprà Vidimus de dotis constitutione, sed quoniam dos restituitur, ideo de ipsa dotis restitutione loco præsenti videamus. Circa præsentem notam duo tibi per ordinem demonstrabo. Primò quæram quando fit dotis restitutio. Secundò, cui dos est restituenda. Ad primum, scilicet, cui fit dotis restitutio? Et circa idem quæram tria. Primò,quando fit dotis restitutio, quãdam ponendo regulam,& casus exceptuatos à regula. Secundò,infra quæ tempora fiat dotis restitutio soluto matrimonio. Tertiò, quando matrimonium dissoluatur. Ad primum, scilicet,quando fit dotis restitutio? & dico quòd à iure talis datur regula: Dos constante matrimonio restitui non debet: quia id non est restituendum, quod non peruenit ad tempus restitutionis euentum.& à contrario sensu no. quòd dissoluto matrimonio fit dotis restitutio, quia tempus restitutionis euenit, & dotis restituendæ requisitionis. Fallit tamen in sex casibus, in quibus dos constante matrimonio restituitur:in duobus de necessitate, & in quatuor de voluntate. Primus casus est de necessitate,quando maritus vergit ad inopiam, & dissipauit omnia bona sua, & malè vtitur substantia sua:& in isto casu dos est restituenda officio iudicis,non autem maritus posset restituere propria authoritate. Secundus casus est de necessitate,quando bona mariti publicantur perpetuò:quia fecit homicidium, & ipse est perpetuò bannitus. Vnum tamen scias quòd ob hoc crimen, vel quia est bannitus, non est perpetuo dissolutum matrimonium,nec potest ipsa mulier ipsam dotem vendere nec alienare,imò debet ipsam dotem conseruare,& ex fructibus eius dotis alat se,& suos hæredes, & maritum. Fallit in quatuor casibus,

Dotis restitutio quãdo fit.

Nota casus,in quibus dos restituitur constante matrimonio.

casibus, in quibus dos de voluntate restituitur. Primus casus est, vt ipsa mulier alat se & suos filios: quia maritus erat ita iners, quòd nesciebat alere familiam suam. Secundus casus est, vt ipsa mulier vendat dotes suas causa alendi patrem, & matrem, vel fratrem, ad inopiam laborantes, vel causa redimendi sanguinem suum. Tertius casus est, quando ipsa mulier vult vendere dotes causa redimendi maritum captum ab hostibus, vel patrem, vel fratrem. Quartus casus est propter euidentem vtilitatem. In istis quatuor casibus supradictis dos est restituenda: de voluntate mariti, & non cogitur restituere, si non vult. Ad secundum princip. membrum, scilicet, infra quæ tempora dotis, restitutio sit facienda dissoluto matrimonio? & ad hoc plenè sciendum sic distingue: aut fuit fundus dotalis, quia fuit dos constituta in rebus immobilibus & inæstimatis: & tunc potest peti incontinenti, & est restituenda illa die: & sic mulier petat eam soluto matrimonio. Si autem fuit dos constituta in pecunia, & rebus immobilibus æstimatis, & tunc non est restituenda statim, sed infra annum & diem post matrimonium dissolutum: & ille annus appellatur luctus, siue annus lugubris: quia mulier debet stare vno anno in domo, ne sanguis turbetur: quia fortè quando maritus decessit, de duobus diebus antè impraegnauit eam: & sic vnus sanguis cum altero misceretur, quod esse non debet: ita quòd debet stare vnum annum in domo, & plorare mortem mariti propter illam rationem, quam dixi. hoc tamen fit potissimè propter reuerentiam sacramenti, & castitatem: nam obseruare debet ne voluptuosa porca dicatur, citò in lutum se prosternens. Et hoc, quod dixi, quòd debet stare vnum annum in domo, est verum de iure ciuili: sed secus est per legem Pauli Apostoli, quæ præualet. Nam dicit Paulus, mulier soluta à lege viri, cuicunque vult nubat in domino. Tu dicas quòd dos est restituenda statim infra annum & diem. Scias tamen quòd si maritus non est soluendo, potest allegare beneficium, vt non conueniatur vltra quàm facere potest, habita ratione ne egeat. Sed quando dos est restituenda: infra annum & diem. Quæritur, quis debeat alere mulierem in terminum? & ad hoc sciendũ sic distingue: quia aut extãt heredes cõmunes, quia sunt filij mariti premortui, & ipsius mulieris, vel solũ ipsius mariti, quia sunt priuigni aut sunt hæredes extranei. Si autẽ sunt hæredes cõmunes, vel

Dotis restitutio infra quæ tẽpora sit facienda.

priuigni,& tunc ipsi debent illam alere non tanquã hæredes, sed tanquã veri filij. Si autem sunt hæredes extranei:& appello omnem extraneum præter filios ipsius mariti.& tunc subdistingue:quia aut ipsa habet bona vnde possit se alere, aut non. Si autem habet alia bona vnde possit se alere,& tũc non tenentur ipsam alere. Si autem nõ habet alia bona vnde possit se alere,& tunc ipsi tenentur eam alere. Sed pone quòd hæredes non restituunt dotem infra annum,sicut debent mulieri,quid erit in isto casu?certè si est fundus dotalis, tenẽtur hæredes rem restituere cum fructibus perceptis, & quos in illo tempore percipere potuerunt. Si autem est dos,& tunc debẽt restituere cum annua,bima,trima die,id est,pro omni anno, quo hæredes tenuerunt illam dotem, dent tertiã partem pro dote,vt si sunt iij.lib.constituerũt vno tempore, vltra annum terminatum teneantur in quatuor lib. quia in tertia parte & vltra damnantur: & sic in tribus annis vsura siue pœna, quæ imponitur hæredibus,æquiparatur sorti. Vnum tamen scias quòd dos ante annũ venit restituenda in duobus casibus. Primus casus est, quando est actum per pactum, vt ante annum vxor debeat habere dotem soluto matrimonio. Secundus casus est,quando maritus veniens ad mortem legauit in suo testamento,vt eius vxor deberet quando vellet, dotem suã habere:quia tũc plus valet legatum,quàm de dote actio. Etiam dos mulieri est restituenda citò, si expellatur à bonis mariti, & omni alimento careat,nec sit qui ei tũc ministret:quia quæ procrastinari non possunt,nullam patiuntur dilationem. Ad tertium principale membrum,scilicet,primi membri, scilicet,quot modis matrimonium dissoluitur?& dico quod dissoluitur quatuor modis. Primus modus est,morte:quoniam mors omnia soluit. Secundus modus est,diuortio. Et diuortium est separatio viri ab vxore per censuram ecclesiasticam. Tertio modo dissoluitur religionis ingressu:vt si maritus intrat aliquã religionẽ,vt putà,sancti Dominici,vel sancti Frãcisci,&c. vel aliam religionem de cõsensu mulieris, vel mulier intrat aliquam religionem de cõsensu viri:vel ambo,vnus, scilicet, de consensu alterius:quoniam vnius de consensu alterius debet facere ingressum. Nam si vnus alio inuito religionem esset ingressus, posset tanquam rem propriam vendicare: & debet dos in isto casu restitui. Quarto modo dissoluitur matrimonium fornicatione, siue maritus fornicaretur cum aliena

Matrimonium quot modis dissoluitur.

aliena vxore, siue mulier cum alio viro:& dissoluitur matrimonium quo ad hoc, quòd vnus possit negare alteri, qui fecit fornicationem, debitum carnis. Non autem credas quòd ipsa possit alium accipere virum,nec ipse aliam accipere vxorem:nisi maritus post fornicationem factam ab vxore,ipsam laborauerit: quia tunc tacitè iniuriam fornicationis videtur remisisse, sed in hoc casu quid erit de dote? distinguendum est: quia aut maritus commisit fornicationem cum alia vxore,aut vxor cum alio viro. Si autem maritus commisit fornicationem cum alia muliere,& tunc restituit dotem mulieri, & donationem propter nuptias, si quam fecit. Si autem mulier commisit fornicationem cum alio extraneo (& appello omnem extraneũ præter maritum) & tunc restituit donationem marito,& amittit dotem, quam dedit ei.Ad secundum princip.membrum,scilicet, cui competat actio de dote in casu restituendæ dotis,contra quos,& ad quid? Sed ad hoc sciendum sic distingue: quia aut fuit mulier, quia per se dotem constituit, si fuit dos constituta à muliere, aut à patre, auo, vel proauo paterno pro filia, nepte, vel pronepte: Aut fuit frater, vel mater,vel quilibet extraneus:& dico quemlibet extraneum, præter patrem, auum, vel proauum paternum: & ideo appello matrem vel fratrem ad dotem restituendam, quia non tenentur dotem constituere, si volunt. Sed pater, auus,proauus coguntur dotem constituere filiabus, neptibus,vel proneptibus, ipsis inuitis. Si autem mulier constituit dotem sibi, & ipsa potest agere contra maritum, & sibi competit actio dotis & eius hæredibus. Si autem fuit pater, qui dotem constituit pro filia, vel auus pro nepte, vel proauus pro pronepte: & tunc subdistingue, quia aut ipse dedit dotem aduentitiam, aut profectitiam: Si autem dedit dotem aduentitiam, quia est aliunde quàm à patre profecta, quia de bonis mulieris: & tunc proculdubio ei competit actio dotis. Si autem dedit dotem profectitiam, quia de bonis patris venit: & tunc subdistingue, quia aut ipse fuit stipulatus sibi dotem restitui incontinenti, aut stipulatur sibi, vel paciscitur ex interuallo, aut nihil dictum est. Si autem pater fuit stipulatus dotem sibi reddi incontinenti, & tunc secundum quosdam debet succedere ipse pater. Nam dos à patre profecta, ad patrem redire debet. Alij tamen sic distingunt, & tunc aut præcedit in

Actio de dote cui cõpetat.

morte filiæ,aut non.Si pater præcedit filiam,& tunc filia debet succedere,& ei competit actio dotis.& est speciale in isto casu quòd hæres non succedit defuncto. Si autem filia præmoritur patri, & tunc subdistingue: quia aut ipsa decessit liberis existentibus,aut decessit liberis non existentibus. Si autem decedit liberis existentibus,& tunc liberi succedunt, & ipse non. Si autem decedit liberis non existẽtibus,& tunc pater succedit. Si autem stipulatur ex interuallo,vel paciscitur incontinenti,vel ex interuallo,vel nullo modo paciscitur,nec stipulatur:& tunc actio est communis,scilicet,patris & filiæ:sed pater debet intentare actionem,& filia consentire de necessitate,nisi quando vitæ suspectæ pater eius est, quia lusor vel alius:nam tunc filia non debet consentire. Sed quando dicitur statim stipulari?certè dico quòd magnæ sunt opiniones. Nam quidam dicunt, quòd quis stipulatur statim, quando matrimonium est contractum, & dos constituta,& statim stipulatur. Alij dicunt, quòd quis stipulatur statim, sed stipulatur ipsa existente in domo patris, & nondum tradita viro suo. Alij dicunt, quòd quis stipulatur statim ante carnalem copulam consummatam. Si autem est extraneus, qui dat dotem: & est extraneus omnis præterquàm pater,auus,vel proauus paternus: & tunc subdistingue, quia aut ipse extraneus fuit stipulatus vel pactus statim sibi dotem restitui, aut stipulatur vel paciscitur ex interuallo, aut nihil dictum est: aut ipse maritauit eam de bonis mulieris ipsius. Si autem fuit stipulatus vel pactus statim, & tunc debet ad eum dos reuerti eo modo,vt suprà dixi de patre. Si autem non stipulatur,vel paciscitur incontinenti, vel ex interuallo,vel nihil dictum est,& tunc acquiritur actio mulieri:quia videtur sibi velle donare iste extraneus,eo quòd tacuit. Item etiam competit eius hæredibus. Sed contra quos competit ista actio? certè competit contra maritum & eius hæredes. Sed ad quid? certè competit ad restituendum fundum dotalem, si fuit inæstimatus: si autem fuit æstimatus,potest haberi regressus vel ad rem,vel ad pretium,vel ad repetendum rem vel æstimationem. Sed quæ est ratio diuersitatis? nam videtur extraneus melioris conditionis, quàm pater: quia video.si pater non paciscitur incontinenti, non acquiritur sibi actio, nisi incontinenti stipuletur:& si extraneus siue

paci

paciſcitur ſiue ſtipuletur, acquiritur ei tota actio. Certè ratio eſt:quia pater videtur tacitè ſtipulari à lege, quantumcũque nihil dicatur. Sed extraneus ſtipulari tacitè nõ videtur à lege:& ideo quia ſtipulatio eſt à iure ciuili inuenta, pactum non poteſt tollere tacitam ſtipulationem,niſi ſit de iure naturali:& ius naturale non tollit ius ciuile. Sed quia pactum nihil habet tollere in extraneo, ideo acquiritur ſibi actio,ſi ſtipulatur incontinenti.

Item non eſt prætereundum,quòd aliquando contingit patrem filium à ſe emancipare. Rubr.

PRæſens inſtrumentum cum nota præſenti,quæ incipit, prætereà nota quòd non eſt prætermittendum poteſt continuari iſta forma:Nos ſuprà vidimus in præſenti nota,qualiter in quibuſdam caſibus fiat dotis reſtitutio conſtante matrimonio: quia non ſolum ex caſibus ſupradictis fit dotis reſtitutio,ſed etiam aliis modis, ideo de ipſis in præſenti loco videamus. Iſtud inſtrumentum emancipationis habet quatuor capitula. Primum eſt proœmij. Secundum confeſsionis.Tertium promiſsionis,ſcilicet,quòd ille maritus faciet & curabit quòd nunquam ſibi ab eius vxore mouebitur lis vel quæſtio de ipſa dote.Quartum eſt pœnæ cum refectione damnorum,&c.Tamen ad euidentiam præſentis notæ,& inſtrumenti præſentis,duo tibi volo per ordinem declarare.Primò quæram,nunquid mulier poſsit conſentire reſtitutioni dotis ſuæ,exponendo notam prædictam. Secundò,qualiter dos ſit reſtituenda,vt ſit bene cautum patri iſtius mariti:quia primo recepit dotem,& obligauit vxori filij omnia ſua bona: tria conſilia ſalubria exhibenda. Ad primum,ſcilicet,ad expoſitionem notæ, & circa idem narrabo quædam ad huius intelligentiam, deinde quæram vtrum mulier poſsit conſentire reſtitutioni dotis, vel non. Et dico quòd contingit multoties, quòd pater vxorat filium, & ipſo vxorato habito conſilio cum vxore, ipſa vxor cum ſocru eius quotidie contumeliis rixabantur. Pater dominus Boëtius videns quòd iſtæ mulieres altercabantur adinuicem malo modo, volens egredi talem ignominiam, Maxelinum ſuum filium

emancipauit, & restituit dotes quas recepit de nuru sua,& fecit ipsam interesse renuntiare,& iuri hypothecario,quod habebat in bonis eius:valét ne istud pactũ?certè probo quòd non valeat duplici ratione. Prima est,quod constante matrimonio non debet dos restitui:sed adhuc est matrimonium inter eos,ergo non debet restitui. Alia ratio est, quia renuntiando iuri hypothecarum,vel consentiendo restitutioni dotis,facit conditionem dotis deteriorem:quod esse non debet. & hæc opinio notæ,& actoris est. Tamen opinio notæ dicit, quòd potest renuntiare:quia vnicuique licitum est renuntiare iuri suo.si ipsa renuntiat iuri hypothecarum, potest propter regulam supradictam. Item etiam probo alia ratione, quòd ipsa possit renuntiare & consentire restitutioni dotis: quia vnicuique licitum est renuntiare iuri suo siue debito:ergo si ipsa liberat socerum,qui primò habuit dotes reuocando debitum à marito,quare non petet?certè sic. Alij tamen dicunt respondendo huic primæ petitioni,scilicet vtrum possit consentire restitutioni dotis:& dico quòd sic. Sed nunquid valet iste consensus?certè sic.& hoc est verum dote æstimata, sed dote non æstimata non nocet sibi: quia esset damnosum reipublicæ. Nam publicæ vtilitatis est mulieres fore dotatas,vt nubant,& nubant communiter, vt ciuitas liberis repleatur. Tamen fidem adhibeas notæ nostræ:quia ligatio habet continere seu arctare repressurum. Ad secundum principale membrum,scilicet,qualiter debet fieri dotis restitutio,vt sit bene cautum Boëtio restituenti dotem?& circa idem triplex consilium erogabo. Primum bonum. Secundum melius. Tertium optimum & excellens. Primum enim est bonum,quòd pater debet emancipare filium,& filius confici instrumentũ emancipationis:& ipsa emancipatione facta fiat instrumentum confessionis quomodo habuit centum lib. pro dote vxoris:& promittit facere & curare,quòd nunquam lis sibi pro dote per eius vxorem mouebitur: & hoc fiat de cõsensu mulieris.& per hoc non est bene cautum ei: quia maritus posset ludere & recedere: & si dos non extaret,non valeret consensus factus ab ea: quia esset damnosum reipub. allegando regulam supradictam,& sic posset petere dotem adhuc à socero suo. Secundum consilium est,ꝙ pater restituat non filio suo,imò mulieri de consensu mariti, & quòd ipsa sit præsens, & quòd consentiat restitutioni dotis, & quòd renun

Restitutio dotis qualiter fieri debet.

nuntiet iuri hypothecario,quod habet in rebus suis,& remittat per pactum omne ius , quod habet in rebus patris.& per hoc non est bene cautum ipsi patri.verum est,si ipsa mulier non coacta,non decepta,& sanæ mentis sponte,sine suæ dotis præiudicio sic pacta fuerit,alioquin non valeret.Tertium consilium optimum & excellens est,quòd ipse Boëtius pater eius non restituat dotem,sed accipiat rem æstimatione eiusdem dotis,cuius est principalis dominus,& consignet filio, nõ vt sit dos,nec sub quouis nomine dotis,sed vt vsumfructũ habeat in ea,id est,vt eam habeat ad vtendum & fruendum: & isto modo est bene cautum ei,& etiam mulieri est cautũ de dote sua.nam soluto matrimonio repetet rem , quam dedit in dotem,& restituet ipsam rem,in qua constante matrimonio habuit vsumfructum.& est bene cautum socero mulieris,quia ille non poterit alienare istam rem : & pater habet ipsam rem sibi saluam,quã dedit eis nomine dotis,& sic non poterit esse in damno. Sed quæritur quare datur in consilio quòd ipse emancipet filium suum? certè ista est causa: quia tunc filius suus poterit secum contrahere , quod ante emancipationem non poterat : quia iuris ciuilis interpretatione , vna & eadem præsumitur esse persona patris & filij.

Instrumentum sponsaliorum & matrimonij contrahentium.

ANtonius contraxit , concessit , & destinauit Corr.Iacobinam eius filiam in futuram sponsam & vxorem Ioannis filij ipsius Corr. Promittens per se & suos hæredes dicto Corr.pro se & suis hæredibus stipu.se facturum & curaturũ, omni exceptione remota,quòd dicta domina Iacobina eius filia contrahet sponsalia & matrimonium cum dicto Ioannne,tempore legitimo,seu cùm ipsa sponsalia,& matrimonium contrahi & compleri poterunt,& se soluturum & daturum eidem Corr.dotis nomine,& pro dote ipsius Iacobinæ,tempore contracti matrimonij centum lib.Bonon.inter denarios , & conuenientem mobilium. Pro quibus sponsaliis & matrimonio , vt dictum est , contrahendis, & prædictis omnibus & singulis obseruandis & adimplendis,

idem Anto. constituit ipsi Corr. arrhas sponsalitias: Et eidem sponsalitiarum arrharum nomine obligauit vnam domum sitam in tali contrata, infra tales confines, &c. Constituens se dictam domum tanquam arrhas & arrharum nomine ipsorum sponsaliorum & matrimonij contrahendi pro ipso Corr. & eius nomine possidere. Et volens & concedens, quòd si per eum aut per dictam Iacobinam staret, quominus dicta sponsalia & matrimonium complerentur & fierent, quum fieri & compleri legitimè poterint, cedat dicta domus lucro ipsi Corr. & eam accipere, ac possessionem eiusdem sua authoritate ingredi possit, & ex ea, tanquam verus dominus, facere quicquid velit. Versa vice dictus Corr. contraxit, concessit, & destinauit dicto Anto. prædictum Ioannem eius filium in futurum sponsum & virum dictæ Iacobinæ filiæ eiusdem Anton. Promittens per se & suos hæredes dicto Anto. pro se & suis hæredibus stipul. se facturum & curaturum, omni exceptione remota, quòd d. Ioan. eius filius contrahet sponsalia & matrimonium cum dicta Iacobina, tempore legitimo, seu cùm ipsa sponsalia & matrimonium contrahi poterunt, & compleri. Et quòd ipse Corr. tempore dicti matrimonij contrahendi solutis sibi dictis centum lib. Bono. dotis nomine, & pro dote ipsius Iacobinæ faciet dicto Anto. instrumentum dotale secundum ius & consuetudinem ciuitatis Bononiæ. Pro quibus sponsaliis & matrimonio, vt dictum est, cõtrahẽdis, & prædictis omnibus & sing. à se Cor. promissis obseruãdis & adimplẽdis, idẽ Cor. cõstituit ipsi An. arrhas sponsalitias, & eidẽ arrharũ sponsalitiarũ nomine obligauit vnam petiam terræ aratoriæ positam in tali loco, & intra tales confines, &c. Constituens se dictam petiã terræ, tanquam arrhas, & arrharum nomine ipsorum sponsaliorum & matrimonij contrahendi pro ipso An. & eius nomine possidere. Volens & cõcedens, quòd si per eum aut dictũ Ioã. staret quo minus dicta sponsalia & matrimonium complerentur & fierent, quum fieri & compleri poterint legitimè, cedat ipsa petia terræ lucro ipsi An. & eam accipere, ac possessionem eiusdem sua authoritate ingredi possit: & ex ea, tanquam verus dominus, facere quicquid velit. Quæ omnia & singula suprascripta promisit vna pars alteri adinuicem solennibus stipulation. hincinde interuenientibus, firma & rata habe

habere,& tenere,obseruare,adimplere,& non contrafacere vel venire per se vel alios,aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto.Sub pœna ducentas lib.Bono. stipu. adinuicem inter ipsos in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa:qua soluta vel non prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere vna pars alteri adinuicem omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrà:Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit vna pars alteri adinuicem omnia sua bona.

Instrumentum sponsaliorum & matrimonij contrahendi. Rubrica.

Tertia pars.

PRæsens instrumentum potest continuari ad præcedentia ista forma:Nos suprà vidimus in princip.huius capituli, quòd istud capitulum diuidebatur in partes tres.In prima parte ponebantur instrumenta dotalia.In secunda parte ponebantur instrumenta donationis propter nuptias. In tertia parte ponebantur instrumenta futurorum sponsaliorum & matrimonij contrahendi.Cùm igitur dictum sit de prima & secunda parte, ordine reseruato, restat nunc videre de tertia, scilicet, de instrumentis futurorum sponsaliorum & matrimonij contrahendi: innuit hoc clarè Rubric.nostra,cùm dicit instrumentum futurorum sponsaliorum, &c. Istud instrumentum habet tres partes: nam in prima parte ponitur Anto.cum suis pactis & conuentionibus. In secunda parte ponitur Corra. cum suis pactis & conuentionibus. In tertia parte ponitur clausula generalis, quæ ligat ambos contrahentes communi vinculo pœnæ. Casus enim positionem omitto, quia legendo literam satis patet. Quia hîc fit mentio de sponsalitiis & matrimonio, vt plenè quid intendit finis istius instrumenti non tibi maneat in occulto, te duo specialia volo scire. Primò, de sponsalibus. Secundò, de matrimonio. Ad primum, scilicet, de sponsalibus,& circa idem

idem, vt arrha sponsaliorum clarè pateat tibi quinque in ordine declarabo. Primò quæram, quæ sint sponsalia, & quare sic dicantur, & quis dicatur sponsus, & quæ dicatur sponsa. Secundò, qualiter sponsalia contrahuntur. Tertiò, inter quos, & à quibus fiunt. Quartò, qualiter sponsalia contracta & perfecta dissoluantur. Quintò, vtrum pœna apposita in sponsalibus valeat: & quæ sit pœna dissoluentium sponsalia.

Sponsalia quæ sint.

Ad primum, scilicet, quæ sint sponsalia? & dico quòd sponsalia sunt futurarum nuptiarum repromissio. & primò dicit, futurarum nuptiarum: quia sponsalia fiunt per verba de futuro. Sequitur, repromissio, nam denotat iterationem: quia sponsus debet promittere sponsæ & dicere, Accipiam te in meam sponsam & vxorem: & ipsa debet promittere & respondere, & ego accipiam te in meum sponsum & maritum. Et dicuntur sponsalia à spondeo, spondes: quia sponsus & sponsa adinuicem spondent futurum matrimonium. Sed quare dicitur sponsus? certè colligere potes & præmissis.

Sponsalia qualiter contrahũtur.

Ad secundum membrum venias, qualiter sponsalia contrahuntur? & dico quòd sponsalia contrahuntur multis modis. Vno modo simplici promissione vel sponsione contrahendi matrimonij: quia dicit Aurora, sola promissio sufficit in sponsalibus: hoc modo, Te in meam sponsam accipiam: & ego accipiam te in meum sponsum. hoc verum si inter spondentes mutuus currat consensus, vt vult lex ciuilis de ritu nuptiarum. Item contrahuntur iurando, id est, apposito iuramento: hoc modo, iuro quòd te accipiam in vxorem meam. Item contrahuntur fidei datione, vt quando datam ab aliquo vel ab aliqua fide, adinuicem se promittunt accipere. Item contrahuntur annuli datione.

Quæstio de annulo.

Tamen quia hic fit mentio de annulo, & vt eius materia vobis ambigua non existat, duo de ipsa principaliter dicam vobis. Primò quæram vtrum annulus sit necessarius in matrimonio vel sponsalibus. Secundò, ad quid operatur, & quomodo potest sciri an sit matrimonium an sint sponsalia. Ad primum, scilicet, nunquid annulus sit necessarius in matrimonio vel sponsalibus? & dico quòd non: quia matrimonium posset fieri sine annulo, sicut cum annulo: sed ponitur & datur ad denotandum quòd illa, quæ portat annulum, est nupta: nam facit tantum in eo, quantum circulus ad tabernam. Quia sicut

ſicut circulus vbi eſt demonſtrat eſſe cauponam ſiue tabernam: ita annulus demonſtrat matrimonium eſſe contractum ſiue ſponſalia eſſe contracta: annulus etiam ſecundum Eccleſiaſticam cenſuram à ſponſo ſponſæ datur in fidelitatis connexum perpetuò obſeruandæ: nam vir vxori dat annulum vt ligamen, vxor verò illum recipiens,& digito imponens, ſe amoris & fidelitatis viri vinculo colligat. Ad ſecundum quæro ad quid operatur,& quomodo poteſt ſciri an ſit matrimonium an ſint ſponſalia, quia in vtroque poteſt annulus exhiberi?& ad hoc ſciendum ſic diſtingue: quia aut annulus datur per verba de præſenti, aut per verba de futuro. Si autem datur per verba de præſenti, vt quotidie tempore noſtro fit:& tunc indicat matrimonium, & illo facto non eſt locus pœnitentiæ, quamuis ſit de communi conſenſu. Si autem datur per verba de futuro,& tunc ipſe annulus indicat ſponſalia: vt quia dico, promitto te accipere in meam vxorem:& ipſa dicit, promitto te accipere in meum virum: dico ego, bene placet:& in ſigno non violandæ fidei, & matrimonij non retractandi, accipe annulum. Item contrahuntur ſponſalia arrharum datione, vt fit in caſu noſtri inſtrumenti. Ad tertium, ſcilicet, inter quos,& à quibus ſponſalia contrahuntur?& dico quòd contrahuntur inter impuberes, dummodo ſint maiores infantiæ, id eſt, à ſeptem annis ſuprà:& ipſi impuberes ſponſalia contrahendo naturaliter & ciuiliter obligantur, ſcilicet, vt vnus alium non accipiat vſque ad tempus legitimæ ætatis, & ad matrimonium contrahendum: maſculus autem vſque ad quatuordecim annos, & fœmina ad duodecim: Sed cùm peruenit ad illam ætatem, & in eis eſt diſſentire. Item contrahuntur ſponſalia inter puberes & maiores ex vna parte. Item etiam contrahuntur inter parentes ſponſi & ſponſæ. Sed parentes non obligant filios ſuos, ſcilicet, ſponſum & ſponſam. Quia ex alienis contractibus neminem obligari certiſsima iuris regula eſt. Item etiam contrahuntur inter tutores pro pupillis communiter,& curatores pro adultis. Item etiam contrahuntur ſponſalia inter extraneos:& appello omnem extraneum præter patrem, auum, vel proauum: & per conſequẽs mater,& frater,& alię perſonæ ab illis deſcendẽtes ſunt extraneæ. Not. tamen quòd tutor non poſſet contrahere

Quod quid operatur annulus.

Sponſalia inter quos contrahũtur.

pro

pro se cum pupilla: nec pro suo filio, sed bene potest contrahere sponsalia de filia sua, & dare eam pupillo, aliàs non. Sed inter quas personas non possunt contrahi sponsalia? certè inter infantem & furiosum: sed primò contracta sponsalia bene possunt executioni mandari. Ad quartum, scilicet, quando sponsalia dissoluantur? & dico quòd dissoluuntur multis modis. Primo modo contrario consensu tolluntur: quia nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm vnum quodque dissolui eo vinculo, quo ligatum est: Verbi gratia, ego contraxeram sponsalia cum quadam Matelda, modò cùm venit tempus legitimæ ætatis de matrimonio contrahendo, ego dixi ei, ego nolo te: & illa dixit, ego nolo te. & sic consensus vtriusque sponsalia contracta dissoluit, quia sic mutuo nolle dissentiendo dissoluuntur. Sed pone quòd vnus vult consentire, & alter dissentire, nunquid potest vnus altero inuito sponsalia dissoluere? Et ad hoc sciendum sic distingue: aut sunt ambo impuberes, aut ambo puberes: aut vnus est pubes, & alter impubes. Si autem ambo sunt impuberes, & tunc cùm ad pubertatem deueniunt, possunt dissentire, & consentire de sponsalibus contrahendis de communi consensu, & vnus etiam alio nolente. Si autem ambo sunt puberes, & tunc possunt de communi consensu dissoluere & consummare sponsalia: sed vnus alio inuito nō posset, nisi maius vinculum superueniret: putà, quia contraxit aliquis matrimonium per verba de præsenti, tamen imponeretur ei pœna de fide mentita ab ipso vel ab illa religione, siue religiosa persona. Si autem vnus est pubes, & alter impubes, vel maior, & tunc potest consentire & dissentire, si vult. Sed pubes, non potest dissentire alio impubere inuito. Idem intelligas de masculo pubere, & fœmina pubere, & ad hoc no, quòd ex prædictis sponsalia dissoluuntur consensu vnius tantum, scilicet, impuberis. Item etiam quando superuenit maius vinculum, quia vel ingreditur religionem, vel contraxit matrimonium per verba de præsenti. Item etiam soluitur morte, & per hoc not. quòd mors omnia soluit. Item etiam dissoluuntur sponsalia, si alter sponsorum transfert se ad aliam prouinciam, diu vel longo tempore expectatus non rediit. Sed quando quis dicitur expectare diu? Quidam dicunt, quòd si mulier expectat eum biennio vel triennio, & ista bona

Quæ personæ non possunt cōtrahere sponsalia.

Sponsalia qualiter dissoluuntur & quibus casibus.

Expectatio quādo dicatur diuturna

bona opinio. Alij dicunt, quòd debet expectare decennio: & prima opinio præualet: quia si ista expectaret eum decennio, esset damnosum reipublicæ: nam in illis decem annis potuisset habere decem filios. Alij dicunt, quòd est standum arbitrio iudicis iudicantis. Item etiam contracta dissoluuntur, si vnus eorum deuenit ad grauem infirmitatem, vt quia incidit in lepram, vel aliam enormem infirmitatem. Item etiam sponsalia dissoluuntur, si vnus eorum deuenit ad causam hæresis: quia debent esse par communi fide. Item etiam dissoluuntur sponsalia religionis ingressu, vt si vnus eorum intraret religionem. Ad quintum & vltimum membrum istius primi membri, scilicet, vtrum pœna in sponsalibus apposita valeat, & quæ sit pœna dissoluentium sponsalia? & primò dico quòd pœna in sponsalibus apposita non valet: quia sponsalia & matrimonia debent esse libera, & expedita, & non debent contrahi metu pœnæ: quia si fierent metu pœnæ, incontinenti diceret maritus, tantùm venias, quòd per sanctam Crucem, ego interficiam te, & sic peccarent, quod esse non debet. Vnde si vis scire vtrum pœna ibi apposita valeat, distingue sic: aut pœna fuit apposita inter parentes sponsi & sponsæ, aut inter sponsum & sponsam, aut inter extraneas personas. Si inter sponsum & sponsam, non valet pœna: quia ambo mutuò, spontè, & liberè, non coactè, in vero matrimonio se accipere debent. Si inter parentes non valet pœna. Si autem esset apposita inter extraneas personas, quia inter fratres & matres sponsi & sponsæ, & tunc bene valet. Sed secus est in arrhis sponsalitiis: nam illæ optimè peti possunt, inter quoscunque sint appositæ illæ arrhæ sponsalitiæ. & hæc de sponsalitiis dicta sufficiant.

Pœna apposita in spõsalibus an sit valida.

Ad secundum principale membrum, scilicet, de matrimonio: & circa idem quæram quatuor. Primò, quid sit matrimonium, & quare sic dicatur, & quare fuit inuentum, per quem, & à quo iure, & quibus verbis, & quot nominibus nuncupatur. Secundò, qualiter contrahatur, & qualiter contractum dissoluatur. Tertiò inter quos contrahitur. Quartò, quot & quibus modis matrimonium dissoluatur. Ad primum, scilicet, quid sit matrimonium? & dico quòd matrimonium non inuenitur in lege scriptum nec diffinitum: sed sic à doctoribus diffinitur: Matrimonium est viri & mulieris coniunctio, diuini & humani iuris commu-

Matrimonium quid sit.

municatio indiuiduam vitæ consuetudinem in se continens. xxvij.q.ij.§.j.& de præsumpt.c.illud.de conuer.in fi.ex literis. Expositio verborum diffinitionis est hæc,& vtilis valde: & primum verborum eget expositione, cùm dicit, matrimonium est viri.no.viri,non autem virorum: quia non potest esse nisi vnus vir in matrimonio contrahendo. Sequitur, mulieris.no.mulieris,non autem mulierum: quia vnus homo non potest nisi vnam habere vxorem,nõ autem duas: quia matrimonium in eodem sensu esse non potest. Sequitur, coniunctio,scilicet,animorum,non autem corporum: nam consensus,& non concubitus,matrimonium facit:quia si concubitus matrimonium faceret, multa diceret matrimonium adimpleri.tamen copula carnalis post sponsalitia habita,ratum efficit matrimonium vt Gratianus,& cæteri canonistæ. Sequitur,diuini & humani iuris communicatio:& per hoc nota,quòd ambo debent esse eiusdem sectæ, id est,ambo Christiani,nõ autem vnus Christianus,& alter Sarracenus.Sequitur,indiuiduam vitæ consuetudinem in se continens:& per hoc nota quòd vir & vxor debent esse istius propositi,vt nunquã matrimonium per eos dissoluatur. Sed quare dicitur matrimonium? quia quasi matris munium, id est, officiũ:& sic dicitur à matre, ideo quia plura matrimonium onera sustinet mater. Nam mater ante partum est onerosa, in partu dolorosa,& post partum laboriosa, non autem dicitur matrimonium ratione prædicta. Et fuit adinuentum ab ipso Deo nostro ante peccatum in Paradiso. & ista verba ore Prophetico prolata sunt: Pars ex ossibus meis, & caro de carne mea:propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ,& tũc licet alij dicant quòd fuerit adinuẽtum per hæc verba, Crescite & multiplicamini,quæ opinio reprobatur. Causa autẽ inuentionis matrimonij ante peccatũ fuit susceptio liberorum, & post peccatũ euitatio fornicationis: & hoc dicit Apostolus, Vnusquisque habeat suam propter fornicationẽ,supple, euitandã. Scias tamen quod à iure gentium est receptũ, à iure naturali inuentum,& à iure ciuili conformatum, cùm certam formam inuenerit,vt insti.de nup.per to.tit.vsque ad §.si aduersus. Et appellatur matrimoniũ,etiã nuptiæ. Item connubiũ. Itẽ coniugiũ. Item consortiũ. Itẽ cõtuberniũ,& hoc propriè inter seruos:& hæc sufficiant de primo,licet alibi plura verba ponantur. Ad secundũ,scilicet,qualiter matrimoniũ

Matrimonium quare sit, dicitur.

Matrimonium qualiter contrahatur.

contrah

contrahatur? & dico quòd contrahitur solo consensu connubentium, siue sint puberes, siue maiores: nec est necessarius parentum consensus, licet honestè filius facit patris voluntatem sequens: nec est necessaria aliqua alia solennitas, sed solus cõsensus. Item verba sunt necessaria, si loqui possunt: sed si loqui non possunt, sufficit consensus: duntamen alio quocunque modo consensus appareat. Sed quid si verba eorum sumuntur obscura? Respondeo ad eorum intelligentiam recurrendum esse, qui matrimonium contraxerunt. Item in ecclesia proclamabunt, si aliquis est, qui velit opponere aliquid, propter quod matrimonium impediretur: & hæc faciat infra certum tempus, quo elapso nemo audiatur, nisi causam ignorantiæ allegaret. Item debent matrimonia fieri publice, vt omnes sciant: & sic matrimonium de facili potest probari. Et contrahitur matrimonium per hæc verba: Accipio te in meam legitimã sponsam. & econtrà per hæc verba fieri potest, scilicet, promitto ab ista die in antea quòd habebo te pro mea legitima vxore, & econuersò formam habet matrimonij nõ positione summa. & sic plus posuit in Rubro, quàm in nigro: tamen vnã scribam infrà in fine huius materiæ, & ex illa leuiter poteris sumere formam secundum consuetudinem tuæ regionis. Ad tertium, scilicet, inter quos cõtrahitur matrimoniũ? & hoc ex prædictis iam patet, nam inter puberes, homines liberos, siue sint patresfa. siue filiifa. vt Institu. de nupt. in princ. Pubertas autem accipitur in masculo in xiiij. anno, & in fœmina in duodecimo, vt Instit. quibus modis tutela finitur. in princip. & sic de iure ciuili tria sunt necessaria, vt matrimonium valeat. Primum, quòd sint puberes mares, fœminæ verò viri potentes. Secundum, quòd sint ciues Roma. id est, homines verè liberi, non autem serui, licet de iure canonico possit matrimonium contrahere, & etiam inuitis dominis. Domini Theologi & Canonistæ id asserunt, quòd potestas terrena non impedit Christi sacramenta. intellige tamen hîc versibus seq. insertis conditionibus per prius obseruatis. Tertium quòd fiat secundum legum præcepta, de quibus tractatur in Instit. de nup. à § ergo. vsque ad §. si aduersus ea. & quia certis causis impeditur matrimonium fieri & contractus ex quibusdam causis retractatur: Ideo veniamus ad quartum, scilicet, quot & quibus ex causis matrimonium contrahendum impeditur, & impe-

Verba ad cõtrahendũ matrimonium.

Matrimoniũ inter quos contrahitur.

Quæ impediunt matrimonium contrahendũ

ditum dissoluitur? & dico quòd duodecim sunt impedimenta, quæ habent dirimere matrimonium, quæ in his versibus continentur. Vnde versus,

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, si quoque coire nequibis.
Hæc copulanda vetant, matrimonia iure retractant.

De singulorum aut expositione videamus: & primò de errore. Sciendum est quòd error saltem personæ, ex sua natura habet matrimonium dirimere: & est errare, aliud pro alio putare. & ratio quare error dirimit matrimonium, quia contrarius est consensui: sed in matrimonio necessarius est consensus, ergo vbi error, ibi nullus est consensus. Est ergo aduertendum quadruplicem esse errorem. Est enim error personæ, error conditionis, error fortunæ, & error qualitatis personæ: & illud habet matrimonium dirimere, putà, credebam matrimonium contrahere cum Berta, & contraxi cum Maria. Error conditionis deterioris, & habet dirimere matrimonium, vt quia liber homo contrahat cùm serua muliere, quam credebat fore liberam, nisi primò sciuerit verbo vel facto, & consenserit matrimonio iam contracto. Scias tamen quòd si ob causam hanc separetur matrimonium, licitum est vtrique ad libitum suum matrimonium contrahere. Item not. quòd aliqui errorem conditionis, de quo nunc dixit, notant ex verbo quod sequitur, & conditio, quod Moderni doctores, & maximè domi. Ioan. And. non approbant. Sequitur conditio, vtputà, in contractu matrimonij sit apposita alia conditio licita: nam ea non seruata, matrimonium non procedit, nisi ab eodē de communi consensu fuerit recessum, quod esse poterit, vel cōtrahendo cum alia per verba de præsenti, vel matrimonium cum alia consummando per carnalem copulam. Hoc tamen verbum, conditio, à doctoribus no. exemplificatur, secundum quod posui exemplum de errore conditionis: & not. quòd dixi, licita: nam si illicita esset conditio, vel impossibilis, habetur pro non adiecta. Sequitur, votum, quod est duplex, scilicet, solenne & simplex. Solenne est, quantum ad matrimonium dirimendum, quod fit suscepto sacro ordine, vel facta aliqua professione tacita vel expressa, dummodo fiat alicui de religionibus approbatis. Simplex autem votum, matrimoniū contractum non dirimit, sed con-

trahendum impedit. Sequitur cognatio, & not. quòd triplex est cognatio, scilicet, spiritualis, carnalis, & legalis. Spiritualis cognatio fit ex sacra inundatione, vt sunt compatres & cõmatres: & ideo no. quòd si compaternitas præcessit, matrimonium contractum dirimitur: si autem sequeretur, siue scienter, siue ignoranter, matrimonium non dirimitur. Imponitur tamen pœna, id dolosè facienti: & intelligas de compaternitate, quæ contrahitur per sacrum baptisma: & quod dixi inter compatrem & commatrem matrimonium impediri, idem intelligas de ipsorum filiis, si propter alterum eorum fuerit contracta compaternitas. Cognatio legalis est, quæ peruenit per adoptionem: ideo constat inter adoptantis fratrem & sororem non posse matrimonium contrahi durante adoptione: sed ea remota per emancipationem bene permittitur matrimonium contrahi, vt Institu. de nupt. §. si aliqua per adoptionem. Legalis cognatio iure diuino nullum inducit impedimentum, nisi adoptione cum voto susceperit, fecerit sacramentum, videlicet, dicendo per sacra in sanguine proprio perpetuò hanc in Deo mihi voueo filiam vel hunc adoptatum esse filium. Sed inter adoptantem & adoptatum propterea matrimonium impeditur etiam per emãcipationem, vt in præallegato titu. in Institu. §. & hæc ita. Cognatio verò carnalis in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, & à citeriori matrimonium dirimit: in quinto verò vel vlteriori licitum est matrimonium contrahere. Crimen, id est, incestus impedit matrimonium, sed non dirimit: idem est, si & coniunx in coniugem mortem machinaretur, non tamen peruenit ad effectum. Sciendum tamen est, quòd crimen nunquam matrimonium contractum dirimit, sed contrahendum impedit. Fallit in tribus casibus, in quibus potest matrimonium dirimere. Primus casus est, cùm adultus dat fidem adultæ viuente legitima vxore prima. Secundus casus est, cùm de facto contraxit cum altera viuente legitima. Tertius casus est, cùm alter eorum cum effectu machinatus est mortem alterius: & intelligas primo casu matrimonium separari quo ad thorum. In secundo casu cùm de facto cum adultera contraxit ignorante, mortua legitima compellitur adhærere secundæ, si ipsa vult, imposita sibi tamen competenti pœnitentia. In tertio casu sufficit machinatio homicidij cum effectu etiam sine

adulterio, licet fides vel matrimonium sufficiat sine adulterio: quo casu posito, sequitur quòd aliquando infamia soluit matrimonium: & si lex humana non vetat, sacer canon duxit esse ratum. Cultus disparitas, vt si Christianus contrahebat cum Iudæa vel Pagana: & hæc disparitas habet matrimonium impedire, non autem dirimere contractum, nisi in casu, putà, cùm alter de infidelibus coniugibus conuertitur ad fidem. Vis, vis enim de sui natura habet impedire matrimonium, cùm fieri debet ex consensu. Sed vbi est vis, ibi non est consensus: & intelligas de vi, quæ cadit in constantissimum hominem, siue constantem, non habita distinctione sit maior, an sit minor, cui lata est violentia, aliàs si non esset talis violentia, quæ in constantem hominem caderet, tunc non habet impedire matrimonium. Quando, scilicet, impedit & dirimit matrimonium, suprà dixi. Ligamen, alligatus enim suæ vxori cum secunda contrahere non potest: & hoc ligamen tollitur altero coniuge mortuo, vt statim liceat coniugi viuenti contrahere. Honestas, publicæ enim honestatis æquitas matrimonium dirimit. Honestas autem est mulieris de consanguineis, ne possit contrahere cum aliquo affine, de consuetudine verum: hodie tamen vir dicitur affinis consanguineis vxoris, & vxor affinis consanguineis viri: de hac honestate habetur exemplum de iure ciuili in Insti. §. nam nec sponsam. Si sis affinis. De hac affinitate habetur exemplum in Institu. de nupt. §. affinitatis. Vnde priuignus non potest accipere eam, quæ olim fuit nouerca sua, vel vir eius priuignam. Si fortè coire nequibis. Et est sciendum, quòd frigiditas perpetua, vel siccio in viro vel alatio in muliere præueniens in matrimonio dirimitur impedimento prædicto prius probato ad inuicem possunt manere, vt frater & soror non vt vir & vxor; sic ergo ex prædictis duodecim casibus patet; matrimonium dirimi, sed ex quinque impediri, vt suprà, dictum est. & sic computatis casibus, in quibus matrimonium dirimitur, & impeditur xvij. sunt causæ, hæc copulanda vetant, &c. quasi dicat istud, quomodo dixit, scilicet, quædam dirimunt matrimonium, quædam impediunt: vnde tempus feriarum impedit non tamen dirimit. Vnde versus,

Ecclesiæ vetitum necnon tempus feriarum.
Hæc prohibent fieri, permittunt facta teneri.

His

His ergo declaratis: quia summa, instrumentorum sponsaliorum descrip. & nõ matrimonij: Idcirco hic est ponenda quædam forma de matrimonio contracto, quæ poterit esse extra aliâs quæ talis est,&c.

Ista est quædam forma de matrimonio contracto. Rubrica.

ANtonius volens contrahere matrimonium cum domina Berta consensit in ipsam tanquam vxorem legitimam per verba de præsenti,dicendo expressè,more solito, Mihi placet,&consentio in vxorem legitimam vos habere:& ipsa versa vice volens cõtrahere matrimonium cum eodem Anto.ipsum tanquam verum & legitimum virũ consensit dicendo,accipio vos in meum virum & legitimum maritum,post quæ verba dictus Anto.posuit annullum in digito dextræ manus,vt moris est,in signum matrimonij contracti inter eos,&c.

Explicit secundum capitulum de dotibus.

INCIPIT TERTIVM CAPItulum de debitis & creditis.

LIcet ex mutuo, commodato,deposito,& de his, quæ mercandi, seu negotiandi causa, aut ex pretio quod deberetur ad tempus,multi procedant contractus varij & diuersi:quia tamen sub vno & com muni nomine crediti, videlicet, vel debiti,concluduntur, ideo de omnibus his secundum ordinem, de quolibet in hoc tertio capitulo est videndum.. Veruntamen ne contra me ipsum opponam posterius,væ mihi, quia tacui, & quia conscientia pungor,hoc nequaquam silentio præterire permittam:illis dico tabellionibus, qui hoc ignorãt,aut (q̃d peius) qui fingunt se, vel simulant ignorare,quòd mutuum à diuina Prouidentia pia, & sancta causa procedit,videlicet,vt illi penes quos tẽporalẽ substantiã dominus cõmodauit, quẽad-

modum in cæteris misericordiæ operibus, sic in mutuo ad tempus egentibus proximis subuenirent. Veruntamen fœneratores hanc piam causam in impiam conuertentes, & retorquentes in mortis & damnationis eorum cumulum: cùm illud donum Dei tempora, & temporum momenta, hominibus æquè pauperibus & diuitibus & animalibus communia vniuersis, vt propria vendunt, furtum sub quodam piæ subuentionis vel animæ committentes. Igitur cùm nemo ambigat, etiam ipsi iidem inficiari non audeant hoc mortale fore peccatum, sicut qui homicidæ adultero, vel latroni circa ipsa scelera scienter aliquod opus pręstant vnius eiusdémque culpæ obligant se ad pœnam. Sic tabellio propriis manibus illud conficiens instrumentum, in quo dictat sibi conscientia pactum fœneraticum contineri, vno eodémque mortali peccato reddit vsurario se consortem: & acquirit miser tabellio, nescio quales vndecim denarios, vel quid modicum, æternam obligans se ad mortem. Fugiant ergo tabelliones, sicut pestem mortiferam, hos contractus, nequaquam puritatem huius artis, aut qualibet vel proprias animas peccato huiusmodi infidelitate aliqua maculantes. Absit, hos quidem super mutuo contractus in fœneratorum cautelam, vel auxilium me scripsisse. Sed quoniam sunt præcipuę artis membrum, & possunt sine Dei offensa inter eos, qui fideliter contrahunt, operari: non enim in arte peccatum est, sed malos operarios abusus & subuersio artis fœdat, secundum quos, & non secundum artem peccatum iis nascitur.

Incipit tertium capitulum. De debitis & creditis. Rubrica.

PRimò est consequens, vt hoc tertium capitulum ad præcedentia continuemus. Secundò, ipsum diuidamus. Tertiò, præsens procemium exponamus. Quartò, ad ius & ad materiam mutui descendamus. & sic continuatur. Quia ex diuersis aliis causis, nedum ex causis dationis creditores & debitores constituuntur, sed etiam ex causa debiti & crediti: idcirco de debitis & creditis est hîc videndum. Vel sic vidimus in princ. nostri libri, quòd ars notariæ per tres disponitur partes. Et prima pars per septem capitula ordinatur.

Sed

Sed quia dictum est per Dei gratiam de duobus, restat nunc videre de tertio. Circa secundum, scilicet, circa capituli diuisionem: & dico quòd illud capitulum principaliter diuiditur in partes quinque: In quarum prima ponitur qualiter debitores constituantur ex causa mutui. In secunda parte ex causa mercationum. In tertia parte ex causa commodati. In quarta ex causa depositi. In quinta ponuntur quædam instrumenta sumentia originem ex prædicto. Incipit ibi secunda, Instrumentum mutui ex causa cambij à scholaribus contracti. Incipit ibi tertia, Instrumentum commodati. Quarta incipit ibi, Restant nunc de deposito. Quinta incipit ibi, Instrumentum delegationis. Modò ad declarationem est sciendum, quòd istud procemium diuiditur in partes tres. In quarum prima author respondet cuidam tacitæ quæstioni. In secunda quandam ponit narrationem fideliter tabellionibus consulendam. In tertia respondet obiectioni, quæ sibi posset fieri. Secunda ibi, verum tamen. Tertia ibi, absit hos quidem. In prima parte respondet cuidam tacitæ quęstioni, quę erat talis. Nónne cōtractus mutui est per se, & suam seruat naturam, nónne commodatum est per se, nónne depositus per se, nónne instrumenta facta propter debita ex causa mercationū sunt diuersa, quare de vnaquaque figura non fuit factum capitulum per se? Respondet author, quòd licet sint diuersa, tamē quia omnia sub generali nomine debiti & crediti comprehēduntur, ideo meritò sunt omnia in eodem capitulo cōcludenda. Dixi quòd in secunda parte author ponit quādam narrationem tabellionibus consulendam: narratio est talis tabellioni loquēdo, dicit ipse, ne posset posteà dicere, væ mihi, quia tacui: & quia conscientia pungor, hoc silētio non prætermittam, scilicet, quòd mutuū à pia & sancta causa processit: vt patet in textu claré. Consiliū autem est, vt tabelliones huiusmodi cōtractus fœnerationes non faciant: quia cùm sciant hos cōtractus ad malos vsus fieri, in scriptis redigere non debent: nam qui in re mala simul negotiantur, de malo simul conscij videntur. In tertia parte author se excusat à quadam responsione, quæ talis erat: Vos dicitis, quòd cōficere instrumenta fœneratitia est peccatum: sed ergo vos facitis malè, ꝙ hic posuistis. dicit ipse, absit, &c. tres rationes assignat se excusando, vt patet in textu qui est clarior.

Diuisio procmij.

Instrumentum mutui debitoris vnius, & vnius creditoris super modica quantitate.

ANtonius filius quondam Boëtij fuit confessus & contentus se ex causa mutui habuisse & recepisse à Corrado quondam Titij lib.iij. Bono. promittens per se & suos hæredes sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corr. pro se & suis hæredibus stip. soluere, dare, & restituere eidem, aut certo eius nuntio, dictam quantitatem pecuniæ, hinc ad vnum annum proximum in ciuitate Bono. Quod si dictis loco, & termino, non soluerit, & non obseruauerit, vt dictum est, promisit eidem persoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ nomine pœnæ, stipu. in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa: qua soluta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta. Et nihilominus sortem & pœnam vbicunque locorum & fori creditor petierit ab eodem, & specialiter tempore fori Maij & Augusti, de Bono. & in ipsius foris se integrè soluturum. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrà, & de his credere suo simplici verbo sine sacramento vel alia probatione. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Renuntians priuilegio fori, & exceptioni sibi non datæ & mutuo acceptæ pecuniæ, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum mutui vnius creditoris, & vnius debitoris super modica quantitate. Rub.

Prima pars.

HIs præmissis de iure & materia mutui in genere quinque sunt videnda, scilicet. Primò, quid sit mutuum, & quare sic dicatur. Secundò, quotuplex sit mutuum. Tertiò, qualiter & quomodo contrahitur mutuum, & in quibus rebus consistit. Quartò, quot sunt consideranda in restituendo mutuum. Quintò, cui competit certi condictio pro mutuo, & quibus modis reconcilietur. Ad primum dico, quòd licet lege cautum non reperiatur: hæc diffinitio tamen

tamen à doctoribus sic diffinitur: Mutuum est rei ponderatę, numeratæ, mensuratęve datio, non eandem rem, sed similem æquali pondere ac mensura inter se mutuantes recepturi. Not. quòd dicit, ponderatę: nam mutuum consistit in rebus, quæ constant in pondere, vt aurum, & argentum & in similibus rebus, quæ ponderantur sui natura. numeratæ, dicit: nam mutuum consistit in his rebus, quæ constant in numero, vt pecunia. Deinde dicit, mensuratæ: quia mutuum consistit in his rebus, quæ constant in mensura de sui natura, vt vinum, oleum, & frumentum, & similia. Deinde dicit, datio: per hoc not. quòd rei mutuatæ dominium in accipientem transit. Sequitur, non eandem rem sed similem recepturi: & per hoc not. quòd mutuo non restituitur eadem res, quę mutuatur, sed similis tamen eiusdem generis & qualitatis: vnde si recepi mutuo pecuniam, non illa, sed similis est restituenda. Sed quid si eadem restituitur? Respondeo mutuum est, quia non euentus, sed propositum consideratur in mutuo, vt probatur in Instit. qui. mo. re. contrahi. obli. in princ. ibi, & quoniam nobis, &c. Sed in commodato eadem res est restituenda, vt in præallegato tit. §. Item is. vnde versus,

Mutuo vult similem, sed quomodo poscit id idem.

Mutuũ vnde dicitur.

Et dicitur mutuum de meo tuo factum: & sic componitur ex vno integro & altero corrupto, scilicet, ex mu. id est, meo & tuum. & patet, vt dixi, quòd in mutuo dominiũ transfertur, vt in præallega. titu. quibus mo. re. contrahitur oblig. in prin. hinc est quòd si res mutuata pereat, perit periculo debitoris, & remanet nihilominus creditori obligatus. Ad secundum, scilicet, quotuplex sit mutuum? & dico quòd est triplex, scilicet, Quoddam est mutuum naturale tantùm. Quoddam est mutuum ciuile tantùm. Quoddam est mutuum naturale & ciuile simul. Naturale mutuum tantùm est illud, in quo interuenit numeratio, ponderatio, vel mensuratio sine stipulatione aliqua. Et ex tali mutuo nascitur certi condictio specialis, secundum alios certi condictio generalis. Ciuile tantùm est illud, in quo interuenit sola stipulatio de reddendo: quod contingit, quando aliquis confitetur sub spe futuræ numerationis, siue spe numerãdæ pecuniæ, & promittit per stipulationem illam reddere: & tunc datur pro certo promisso certi condictio, pro incerto promisso actio ex stipulatu: licet obstet exceptio in factum, vel doli, vel

Mutuũ quotuplex est.

non numeratæ pecuniæ, si stipulatio non intercessit. Naturale & ciuile simul est illud, in quo interuenit numeratio, ponderatio, vel mensuratio, & etiam stipulatio: & ex tali mutuo datur actio ex stipulatione, si vtilis fuit stipulatio. Si autem fuit inutilis, & tunc datur actio ex numeratione, scilicet, certi condictio. Ad tertium, scilicet, qualiter & quibus rebus mutuum contrahitur? Et dico quòd mutuum contrahitur re interueniente, vt in Institu. quib. mo. re. contra. oblig. in princ. Et si quæras, in quibus? hoc patet per diffinitionem suprà positam: nã mutuum contrahi potest in rebus, quæ constant in numero, vt pecunia cuiuscunque generis. Item in rebus, quæ constant in pondere, vt aurum vel argẽtum in massa, vel zinziber, cynamomum, cratis aromata, & similia, quæ sui natura ponderantur. Item consistit in rebus, quæ constant in mensura, vt frumentum, vinum, oleum, & similia, quæ consistunt in liquamine, vt mel: non ergo consistit in rebus immobilibus. Nam res immobiles cum gratis alteri conceduntur, dicuntur propriè commodari, vel in precarium concedi. Scias tamẽ, quòd non omnes res, quæ possunt numerari, vel ponderari, mutuantur. Vnde licet liber, vel alia res mobilis, quæ vsu non pereat, possit ponderari, vel pecora numerari, non tamen dicuntur mutuari: quia nec natura, nec consuetudo, nec aptitudo in rebus prædictis interuenit: & quæ tria inspiciuntur in mutuo, vt statim dicam. Ideo dicit concludendo & tollendo omne dubium, quòd mutuum consistit in omnibus rebus, quæ constant in numero, pondere, vel mensura secundum sui naturam & consuetudinem, quæ vsu pereunt, non habita differentia, vtrum sint prohibitæ vel non, nisi fortè fieret domini conditio deterior.

Mutuũ qualiter & in quibus rebus contrahitur.

Ad quartum, scilicet, quot sunt consideranda in mutuo? Et dico quòd tria, scilicet, natura, consuetudo, & aptitudo: Debet enim considerari natura: vnde de natura pecuniæ est, quòd numeretur: & ideo si quis eam mutuet, debet omnino numerare: quia non confessio vel traditio facit mutuum, sed res in mutuum numerata, mutuo concessa, vel mensurata. Item de natura vini est, ꝙ mensuretur: vnde si quis mutuaret vinũ ad pondus, nõ dicitur mutuũ: vel si quis mutuaret librum ad pondus, nõ dicitur mutuum:

In mutuo quot sunt cõsideranda.

cùm

cùm non ſit de natura libri quòd ponderetur, nec mutuetur. Debet enim conſiderari aptitudo, ſcilicet, quòd res ſint aptæ ad mutuandum, ſicut ſunt omnes res, quæ vſu pereunt, cum in mutuo dominium transferatur. Vnde ſi quis mutuarent domum, licet menſurari poſsit, tamen non eſt apta ad mutuandum. Item debet conſiderari conſuetudo, hoc eſt, res quæ mutuari conſueuerunt debent mutuari. Vnde ſi quis vellet mutuare pecora ad numerum, non poſſet, cùm non ſit de conſuetudine prædicta: ſed hæc tria debent conſiderari, vt verum ſit mutuum. Reſtat vt modo videamus, quæ ſint conſideranda in reſtituendo? & dico quòd in mutuo conſiderantur iſta, ſcilicet, qualitas, quantitas, & genus, qualitas, vt reſtituatur ſimilis res æquè bona, vt erat res mutuata. Item conſideratur quantitas, vt in eadem quantitate: nam ſi mutuaſti mihi decem alia decem & non plus, tibi debeo reſtituere. Et ſic not. contra fœneratores, qui vſuras accipiunt tantùm in frumento & hordeo. Item in vino & oleo bene poteſt reſtitui quantitas mutuata cum acceſſione & eſt ratio: quia non ſunt ſemper eiuſdem æſtimationis. Item conſiderari debet genus, vt in eodem genere res reſtituatur. Vnde ſi mutuaui frumentum carrelum, conueniens eſt, vt eiuſdem generis reſtituas. Item ſi mutuaui tibi vinum album, conueniens eſt, vt mihi reddas vinum album, & non rubeum. Et ſi mutuaui hordeum, non eſt conueniens, quòd mihi reſtituas panicum. Ad quintum, ſcilicet, cui competit actio mutui? & ad hoc ſciendum ſic diſtingue: quia aut mutuauit quis ſuo nomine, aut nomine alieno. Si ſuo nomine, & tunc aut illa pecunia erat ſua propria, aut aliena. Si propria, non ſibi mutuanti competit actio, ſcilicet, certi condictio ſpecialis mutui ſtipulatione non interueniente: ſed ea in interpoſita, actio ex ſtipulatu. Si eſt aliena, & tunc aut numerauit pecuniam ſuo nomine, aut nomine alieno. Si ſuo nomine, & tunc aut ſtipulatio interuenit, aut non. Si ſtipulatio interuenit: quia fuit ſibi ſtipulatus, & tunc ſibi quærit actionem, ſed eam cedere cogitur ei, cuius nomine mutuauit. Si autem fuit ſtipulatus ei, cuius nomine mutuauit: & tunc dico quòd ſtipulatio eſt inutilis, & ideo remanet primitia ipſi mutuatori: & ita demum iſto caſu mutuum eſt, ſi conſumptione ſit reconciliatum, aliâs non: cùm dominium rei mutuatæ transf

Qualiter mutuum debet reſtitui.

Mutui actio cui competit.

transferatur. Si verò suo nomine mutuauit, & tunc si stipulatione vel consumptione mutuum sit reconciliatum, sibi competit actio aliàs non: & dominium non translatum. Alij tamen distinguunt per alia verba, scilicet, quòd aut mutuum est naturale tantùm, &c. tamen eadem est distinctio post prædicta plena, &c. Sciendum est tamen, quòd mutuum reconciliatur tribus modis. Vno modo consumptione putà, si numi non erant mutuati, sed accipiens consumpsit: modò tunc demum datur actio mutuanti descendens ex contractu mutui, sed primò rei vendicatio competebat. Secundo modo stipulatione, vt si mutuans fuerit stipulatus sibi reddi pecuniam. Tertio modo vsucapione, vt accipiens rem teneat triennio. Addunt quidam quartum modum, scilicet per conditionis euentum. Item scias, quòd de reconciliatione habet exemplum. Instit. quibus aliena. licet vel non. §. admonendi. putà, quia pupillus mihi mutuauit pecun. sine tutoris authoritate, modò non potuit in me dominium pecun. transferre: sed si consumpsit, habebit tantum actionē certi condictione de mutuo. Sed pecunia extāte habet rei vendicationem. His præmissis pro generali materia de mutuo venio ad casum & diuisionem huius instrumenti, qui talis est: Quidam indigens pecuniam, certam quantitatem mutuo accepit, quam confessus fuit habuisse ex causa mutui, & eam promisit restituere prædicto suo creditori hinc ad certum terminum, vel eius hæredibus, vel eius certo nuntio, vel cui ipse creditor mandauerit: & hoc promisit sub pœna cum refectione damnorum & obligatione bonorum, demum renunciat beneficiis sibi competentibus. Habet autem hoc instrumentum, & omne simile de mutuo x. capitula. Primum est confessionis. Secundum promissionis. Tertium pœnæ. Quartum refectionis damnorum. Quintum obligationis bonorum. Sextum & vltimum renuntiationis beneficiorum.

Instrumentum mutui duorum debitorum & vnius creditoris.

ANtonius & Phi. fuerunt confessi, & contenti se ex causa mutui habuisse & recepisse, ac sibi integrè & non spe futuræ numerationis & traditionis, datas, solutas, & numeratas esse à Corrad. quondam Titij xxv. lib.

xxv.lib.Bono.Promittentes per se & eorum hæredes, vnusquisque ipsorum principaliter & insolidum sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipu. soluere, dare, ac restituere eidem aut eius certo nuntio dictam pecuniæ quantitatem hinc ad sex menses proximos pecunia numerata, in ciuitate Bon. Quod si dictis loco & tertio non soluerint, & omnia & singula in hoc contractu contenta, non obseruauerint, promiserunt se (vt dictum est) principaliter & insolidum obligantes eidem persoluere, atque duplum ipsius pecuniæ quantitatis pœnæ nomine stipu. in singulis capitulis huius contractus, insolidum promissa: qua soluta vel non ratum maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta. Et nihilominus sortem & pœnam vbicunque locorum & fori, si creditor petierit ab eis, aut aliquo eorum, & specialiter tempore fori Maij & Augusti de Bo. & in ipsis foris se integrè solutúros. Item reficere & restituere sibi omnia & singul. damna, & expensas, ac interesse: quæ vel quas fecerit vel sustinuerit in iudicio siue extrà, pro ipsa pecunia exigenda: & de his credere suo simplici verbo sine sacramento, vel alia probatione. Præterea promiserunt insolidum præceptum recipere à communi Bono. hinc ad tertiam diem de dicta pecunia ad dictum terminum soluenda. Sub pœna decem lib. Bono. stipu. promissa: qua soluta vel non, prædicta omnia & singula firma & rata perdurent. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis obligauerunt eidem omnia eorum bona. Renuntiantes fori priuilegio, nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani & beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni sibi non datæ, & non mutuo acceptę pecuniæ, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum mutui duorum debitorum & vnius creditoris. Rubrica.

QVia contingit aliquando plures esse debitores & vnum creditorem, ideo viso de vno creditore & vno debitore, restat nunc videre de duobus debitoribus & vno creditore. declarat hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum mutui duorum debitorum

debitorum & vnius creditoris,&c.Casus positio huius instrumenti non mutatur à præcedenti,nisi quòd hîc sunt duo debitores. Et eodem modo diuiditur per sex capitula. Restat ergo, vt differentiam videamus huius instrumenti à præcedenti:& leuiter patet.Nam hîc sunt duo debitores & vnus creditor tantùm. Item hîc est pactum solidi, quod non est in præcedenti,cùm in vno locum non habeat.Item hîc ponitur renuntiatio quorundam beneficiorum,quę ibi ponuntur,cùm locum non habeat.

Instrumentum solenne mutui duorum debitorum & duorum creditorum diuersis fulcitum pactis.

ANtonius & Phil. promiserunt per se & eorum hæredes,vnusquisque ipsorum principaliter & insolidum,sine aliqua exceptione iuris vel facti,se obligando Cor. & Anto. pro se & eorum hæredibus stipu.& quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere,exigere,ac recipere cum effectu vni tantùm eorum facta solutione ab alio liberetur,soluere, dare,ac restituere eis,aut alteri eorum,vel eorum certo nuntio centum lib.Bon.hic ad vnum annum proximum in ciuitate Bono.Quam pecuniæ quantitatem confessi & contenti fuerunt se ab ipsis Cor.& Ant.ex causa mutui habuisse & recepisse.Recipientes etiam dictam pecuniam ab ipsis ibidem, & in præsenti,prout confessi fuerunt tantam esse quantitatem. Volentes & paciscentes non obstare, nec præiudicium fieri creditoribus antedictis,quòd si ipsi, aut aliquis eorum partem debiti in iudicio vel extrà exegerit,vel receperit ab altero debitorum,non ideo minus possit ipsum eundem debitorem, & etiam alium, quem eorum maluerit, ad residuum debiti ipsius principaliter & insolidum conuenire. Et promittentes non dicere, vel opponere dictam pecuniæ quantitatem non integrè fore acceptam, datam,solutam, & numeratam, & in ipsorum vtilitatem conuersam, & non probare solutionem, aut liberationem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum vel cancellatum, aut per aliud legalis,& bonæ famæ tabellionis manu

confect

confectum,& non petere libellum ipsius debiti, nec exemplum huius instrumenti: & specialiter ipse Philip. non dicere, vel opponere, quòd causa minoris vel pro minori, scilicet, ipso Anto. fuerit obligatus, certificatus, & sciens ipsum Anton. minorem esse: & ipsi ambo nullam aliam contrariam exceptionem, vel defensionem, seu negationem iuris vel facti specialem, vel generalem contra hunc contractum, seu contra aliquod prædictorum, vel infrascriptorum, in aliquo facere, vel opponere, quominus principaliter & insolidum teneatur ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciendam, & ad omnia & singu. in hoc contractu contenta plenius obseruanda efficaciter teneantur. Sed omnia & singu. in hoc contractu suprascripta firma & rata habere, tenere, obseruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quod si dictis loco & termino non soluerint, & omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promiserunt se, vt dictum est, principaliter & insolidum obligando eisdem creditoribus stip. vt dictum est. eis persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, stipu. in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa: quæ toties committatur, & exigi possit in singulis capitulis, quoties contrà factum fuerit. Et pœna soluta vel non, rata maneant omnia & singu. suprascripta, & infrascripta. Et nihilominus sortem & pœnam vbicunque locorum & terrarum, & in quocunque foro & mercato, creditores vel alter eorum petierit ab ipsis debitoribus, aut ab altero eorundem, se integrè soluturos in quibus locis, mercatis, & foris & quem voluerint ipsorum, & sub quocunque iudice maluerint, possint ex pacto ipsos debitores, & quemlibet eorum insolidum ad solutionem dicti debiti faciendam in dicto termino, & ad omnia & singu. in hoc contractu contenta efficaciter obseruanda, realiter & personaliter conuenire. Insuper reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse, quæ & quas fecerint vel sustinuerint in iudicio siue extra, vel aliàs quocunque modo pro ipsa pecunia exigenda: & de his credere suo simplici verbo sine sacramento, vel alia probatione aut alicuius causæ recognitione.

Insuper promiserunt insolidum præceptum recipere à com

à communi Bon. hinc ad tertiam diem de dicta pecunia soluenda prædicto termino. Sub pœna xxv. lib. Bono. stipu. promissa: qua soluta vel non, rata maneant prædicta, quod præceptum ad dictum terminum recipi iidem creditores ibidē, & in præsenti, denuntiauerunt debitoribus antedictis. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis & adimplendis obligauerunt ipsi debitores præfati dictis creditoribus omnia eorum bona, quæ præcario iure se ipsorum nomine, & pro eis possidere constituerunt vsque ad integram solutionem dicti debiti & satisfactionem omniū prædictorum. Ita quòd à termino in antea, si tunc solutio facta non fuerit, liceat ex pacto ipsis creditoribus, & cuique ipsorum propria authoritate sine curiæ proclamatione, aut aliqua denuntiatione, vel aliquo præiudicio dictorum bonorum, & quorum ex eis voluerint ingredi possessionem, & eam accipere, vendere, & alienare, alij obligare, & apud se pro iusto pretio retinere, & se indemnes conseruare, tam de pœna, damnis, & expensis, quàm de sorte sine omni occasione legum iuris & vsus. Renuntiauerunt autem debitores præfati fori priuilegio, nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & exceptioni sibi non datæ, & non mutuo acceptæ pecuniæ, & omni alij iuris auxilio. Insuper dictus Antonius, quia minor erat vigintiquinque annis, maior tamen quatuordecim, iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia, nullam restitutionem impetrare contra prædicta, vel aliquod prædictorum, prætextu minoris ætatis, vel cuiuscunque alterius rationis vel causæ. Ad hæc do. M. ipsius Ant. vxor prædictis omnibus præsens prædictæ obligationi ab ipso viro suo factæ consensit, & certificata per me notarium infrascriptum ipsa bona à dicto viro suo obligata eisdem creditoribus, sibi esse hypothecata pro dotibus suis. Renuntiauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habebat vel habere poterat occasione dotium suarum in dictis bonis obligatis, vt hypotheca sua non obstante prædicta ipsis creditoribus obligatio pleno iure, vsque ad satisfactionem prædictorum omnium præferatur, dictum suum ius ipsis creditoribus pacto remittens. Necnon promittens per se & suos hæredes eisdem creditoribus stipul. vt dictum

est,

est, non præferre ius suum iuri eorũ in prædictis bonis obligatis, eò quòd sit prior tempore, aut potior iure, siue alia quacunque ratione vel causa. Sed prædicta omnia & sing. firma & rata habere, tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Sub pœna dupli dicti debiti stipu. promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis & extrà: & obligatione omnium suorũ bonorum: & pœna soluta vel non, &c.

Si vero detur in instrumento mutui fideiussor quem velint partes, vt fideiussorem exprimi licet se principaliter obliget, ita scribes.

ANtonius fuit confessus & contentus se ex causa mutui habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse à Corrado quondam Titij xx. lib. Bono. exceptioni sibi nõ datę, & non mutuo acceptæ pecuniæ omnino renuntians. Quapropter dictus Ant. & ipsius precibus & mandatis Phi. se principalem constituens promiserunt per se & eorum hæredes, vnusquisque ipsorum principaliter & insolidũ sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligare Cor. pro se & suis hæredibus stipu. dare, soluere, ac restituere eidem, aut eius hæredibus, vel suo certo nuntio dictam pecuniæ quantitatem in foro Rheni mensis Aug. de Bon. proximè venturo, vel eo tempore Bon. si forum non fieret. Quod si dicto termino non soluerint, &c. continuando secundum aliquem prædictorum contractuum mutui.

Instrumentum solemne mutui duorum debitorum & duorum creditorum diuersis fulcitum pactis. Rubrica.

DIctum est suprà de vno debitore & vno creditore. Item de vno creditore, & duobus debitoribus. Sed quia quandoque plures sunt debitores & plures creditores, ideo de pluribus creditoribus & pluribus debitoribus loco præsenti est agendum & videndum, declarat hæc Rubr. cum dicit, Duorum debitorum & duorum creditorum, &c. Quia de materia mutui est dictum, idcirco hic in specie de quibusdam

pactis est videndum. Ad plenam euidentiam huius instrumenti duo sunt quærenda, scilicet Primò, exponere quodlibet capitulum singulariter. Secundò, exponere pacta in ipsis capitulis contenta. Ad primum, circa quod ego quæram, quare istud instrumentum incipiat à capitulo promissionis, & duo præcedētia incipiunt à capitulo confessionis? Respondeo quòd hæc est ratio, prout ipsemet Aurora protestatur, vt videant tabelliones, & cognoscant quòd instrumentum mutui potest inchoari, vel à capitulo promissionis, vel à capitulo cōfessionis, vt in duobus præcedentibus instrumentis. Sed quia in præsenti instrumento primum capitulum est promissionis, idcirco quæro quot modis possit variari capitulū promissionis quædam exponendo pacta in prædicto capitulo contenta. Ad primum, quot modis variatur capitulū promissionis? & dico quòd quatuor modis. Vno modo, quando vnus est debitor, & alter creditor. & hanc formam habes in primo instrumento. Secundo modo, quando est creditor vnus & duo debitores, vt in secundo instrumento. Tertio modo, quando vnus est debitor & duo creditores. & hanc formam non habes in summa, sed leuiter ex his formis potest colligi. pecuniam talis promisit Petro & Martino dare & restituere. Quarto modo, quando duo vel plures sunt debitores & creditores. & hanc formam habes hîc. eisdem modis potest variari capitulum concessionis, inspectis primis. Ad secundum scilicet, quot sunt necessaria in quolibet capitulo promissionis posito in instrumento mutui? Et dico, quòd vt rectè ordinetur capitulū promissionis, de sex est facienda mentio: & ibi instrumentū habuit initium à capitulo promissionis, & plures sunt debitores, sex sunt necessaria. Primò, quòd describantur nomina debitorum bene ordinata, secundum ea quæ dicta fuerunt in instrumento arrharum. Secundum est, quòd fiat mentio de pacto solidi, scilicet, qualiter se in solidum obligando promittūt, qui postea in fine renunciabunt beneficio de pluribus reis debendi. Tertium est, q mentio fiat de quantitate pecuniæ, scilicet, quantam pecuniam restituere promittunt. Quartò, ponere nomina creditorum insolidum stipulantium. Quintò exprimas qualiter in instrumento ipsi creditores fuerunt insolidum stipulati, aliâs non possunt agere insolidū, sed quilibet pro sua parte agere posset. Sextum est, quòd opponatur terminus, idest, quando promittitur pecu-

Capitulū promissionis quot modis variatur.

resti

restitui. & hæc non sunt alia pacta exponenda, nisi quòd hîc agitur, quòd vno soluente alter liber fiat. quod pactum nihil operatur, ex quo insolidum obligatur. nam sine isto pacto vno soluente alter liberatur, & per debitorem vni cre. solutione facta ab alio creditore liberatur. Sequitur modò capitulum confessionis, & circa hoc quæram duo: Primò, quot modis posit variari capitulum confessionis? Secundò, exponere pacta in hoc cap. inserta? Ad primum dico quòd istud capitulum potest variari tribus modis. Vno modo, quando pecunia datur in præsenti, & numeratur in presentia notarij & testium, & soluitur: & tunc debes facere mentionem in instrumento. & tunc hoc debet apertè exprimi, vt putà, sicut talis & talis promiserunt soluere tantam pecuniam &c. quam pecuniam prædicti tales dederunt, & numerauerunt & soluerunt coram me notario & testibus infrascriptis: nec est aliqua renũtiatio necessaria. Secundo modo, quando in præsentia notarij soluitur, sed non numeratur: & tunc dic vt suprà dixi omisso verbo, numerauit. Tertio modo, quando pecunia soluitur, sed non in præsentia, tamen debitores confitentur: & tunc dic vt in præsenti instrumento, apponendo renuntiationes. Ad secundum scilicet exponere quædam pacta hîc apposita: Primum est, quod incipit, Volentes, &c. quod dicit: quòd si aliquis debitorum solueret vni ex creditoribus vel vtrique partem aliquam debiti, nihilominus valeant creditores agere posse contra eundem debitorem soluentem pro solido residuo, vel contra alium, prout ipsis creditoribus placuerit. Quæritur ergo nũquid valeat tale pactum? respondetur quòd sic, & multum operatur: nam cessante hoc pacto, & creditores vel alter eorum partem debiti reciperet, iuri solidi tacitè renũciare videtur. Fallit in tribus casibus, in quibus, qui partem dedit in recipiendo, non videtur iuri solidi renuntiare: vnus est casus, quando est actum per pactum: vt hîc in præsenti instrumẽto, & præsenti pacto. Secundus est, quando creditor recipit partẽ debiti cum protestatione, dicens, quòd non obstante particulari solutione, nihilominus ius solidi vult saluum esse, & agere posse contra soluentem, vel quem voluerit: & faciet cautus creditor confici instrumẽtum de huiusmodi protestatione. Tertius casus est, quando debitor partem negat, & partem confitetur: nam creditor partem confessatam recipiendo, non præiudicat sibi in parte negata, *Quæstio quæ sæpe accidit.*

quin agere posſit contra quemlibet inſolidum; vel contra eundem negantem. Secundum pactum in hoc capitulo confeſsionis incipit ibi promittentes, non dicere, vel opponere. Circa quod quæritur, nunquid valeat, & an ad aliquid operetur? & dico quòd non valet: nam ſic promittendo videtur renuntiare dolo futuro, cui renunciare non poteſt. Vnde ſi eis non eſſet pecunia numerata, nihilominus poſſent opponere exceptioni non numeratæ pecuniæ. Operatur tamen quo ad pœnam in inſtrumento appoſitam, & de ipſa pecunia exceptioně non numeratę pecunię opponerent: & ſic de facto. Sed vbi de iure opponerent: quia verè nunquam fuit numerata: & tunc in pœnam non incidunt, cum hoc iure faciant. Tertium pactum incipit ibi, Et non probare ſolutionem. Circa quod quæro eodem modo, nunquid valeat, & ad quid operetur? & dico quòd non valet: quia iſtud pactum eſt contra ius, quod anguſtat & tollit probationum facultatem, ſed iſtud eſt huiuſmodi, ergo non valet, eò quòd anguſtet probationum facultatem. Hoc pactum patet ad literam: quia non poſſent iſti debitores probarę ſolutionem vel liberationem debiti, niſi per hoc inſtrumentum inciſum, &c. Si ergo debitores vellent probare ſolutionem non poſſent. Ex præmiſsis patet, quòd nihil operatur, nec quo ad pœnam de iure vellent probare. Ad quid ergo apponuntur huiuſmodi pacta in inſtrumento? Reſpondeo ad tenorem & ornatum inſtrumenti, multū gaudent mechanici de longa & plena ſcriptura: vel dic & ſanius quòd ponuntur ad perfectionem & complementum inſtrumenti: & ad ipſius corroborationem tenoris. Quartum pactum incipit ibi, Et non petere libellum: Circa quod quæram an valeat, & ad quid operetur? Et dico quòd valet, quia libellus de partiū volūtate remitittur cùm lex dicat, cùm iudex ſententiam libelli forma proferre debeat: & ideo ſi malè & ineptè libellus ſit conceptus, ineptam fore ſententiam de neceſsitate. Præterea dicit lex, ei offeratur libellus, qui ad iudicium vocatur, vt in auth. offeratur ei. & ſic patet quòd nihil operatur, nec exemplum huius inſtrumēti. Hoc eſt quintum pactum. Circa quod quæro: nunquid valeat, & quid operetur? Reſpondeo quòd non valet: nam addenda ſunt omnia, quibus aliquis eſt vſurus in cauſa; ergo in contrarium factum non valet, ergo nihil operatur. Sextum pactum incipit ibi, Et ſpecialiter ipſe Philippus &c. Circa quod ego quęro, nun-

quid

quid valeat, & quid operetur? Respondeo, quòd non valet: quia licet hoc pactum non fuisset appositum, tamen non potest opponere, cùm etiam fideiussor pro minore intercedens efficaciter teneatur: ergo patet quia nihil operatur. Septimum pactum incipit ibi, Et ipsi ambo nullam cõtrariam exceptionem. Circa quod ego quæro, nunquid valeat, & quid operetur? Et dico quòd istud pactum nihil operatur, & non valet quantum ad opponendam exceptionem iuris: nam si qua exceptio sibi competeret de iure posset eam opponere, nec incideret in pœnam. Sed si quam exceptionem de facto vellet opponere, non posset: & si opponeret tunc, quia venit contra pactum, incideret in pœnam in instrumento appositam. Est autem exceptio iuris, actionis exclusio: vbicunque enim contra me alteri aliqua actio competit, si possum aliquam exceptionem opponere, puta, exceptionem pacti de non petendo, vel rei venditæ, vel doli, & his similes. Exceptio autem facti, est rei defensio contra intentionem principalis actoris vt latius dicetur de his exceptionibus infrà in nono cap. de except. Et not. pulchrum modum inserendi pacta in instrumento. Nam postquam author plura descripsisset in spem pacta, subiecit clausulam generalem, vt hic patet.

Sequitur tertium capitulum, circa quod quæram, scilicet primò nunquid pœna hic apposita valeat, & an possit peti? Secundò, nunquid pactum hoc capitulo positum valeat? *Pœna appositio an teneat.* Ad primum, & dico quòd hæc pœna valet, quia est quantitati adiecta: & pœna quantitati adiecta non valet, quia præsumitur in fraudem vsurarum adiecta, & ideo reducitur ad legitimum modum vsurarum: sed licet reducatur ad legitimum modum, non tamen petuntur de iure Canonico, sed de iure ciuili. Hodierni tamen tabelliones adiiciũt hanc formam hoc facto, scilicet, quòd creditor promisit, si in termino non solueret portare seu deferre ad domum dicti creditoris tot pignora auri vel argenti, quæ valerent tantum, quantum dictum debitum: quod si non fecerit infra tres dies, incidit in pœnam Centum lib. modò est pœna facto adiecta: & licet istud seruetur, tamen aliqui dicunt non posse peti talem pœnam: quia licet ita sit adiecta, tamen videtur quantitati opposita esse quòd non obligat, prout vertitur quantitas. Ad secundũ, scilicet nunquid pacta hîc opposita valeant: Quorũ primũ est ibi, Et sortem & pœnam, &c. vbi scias quòd istud

pactum valet: secus si ageretur per pactum, vt dicti debitores possint conueniri: quia tunc non valet: vt est ratio, consensus priuatorum non tribuit iurisdictionem. tamen, vt rectè sit tale pactum ordinatum, cautus tabellio primò specificabit in specie aliqua loca, putà, promiserunt autem debitores præfati quantitatem prædictam soluere creditoribus antedictis Florentiæ, Pisis, Bononiæ, & Luccæ, & generaliter in omni terra, loco, & mercato, vbi creditores prædicti petierint ab eisdem: & sic præmissa specialitate deueniens ad genus: quia non est nouum, si quibusdam enarratis subiiciatur clausula generalis. Secundum pactum, quod valde frequentatur in instrumentis incipit ibi, Quæ toties committatur, & exigi posit: hoc est aliud pactum, circa quod quæram, nunquid valeat, & quid operetur? Respondeo, quòd bene valet istud pactum: tamen pœna est adiecta quantitati: & ideo non exigetur, nisi vsque ad legitimum modum vsurarum. Operatur ergo istud pactum, vt si pluries esset contrafactum, pluries posit exigi: cessante autem hoc pacto, si semel fuerit solutum, amplius exigi non posset. Item consueuit apponi aliud pactum scilicet sub tali pœna & stipulatione singulis capitulis huius contractus insolidum promissa: & ista verba operantur: quia si veniant contra quodlibet capitulum, vel quodlibet pactum, in omnibus pœna committatur. Ad istud pactum correspondet pactum, quod dixi, suprà videlicet, quæ toties committatur. Et pœna soluta vel non illud pactum multum operatur: nam vbicunque aliquid promittitur sub pœna, si illud non fiat, soluendo pœnam liberatur ab eo, quod facere vel dare promiserat: vt patet in diffinitione pœnę & infrà de pœnis inno. §. nunc demum. nisi quis se pœnæ submittendo, & non excipiendo rem pactam, vouerit seu iurauerit perpetuò habere gratam & ratam. Sed pacto prædicto apposito, licet pœnam commissam soluit, nihilominus ad principalem terminum tenetur. Sequitur quartum capitulum refectum damnorum, & expensarum. Et ad euidentiam huius capituli quæram de duobus. Primò de damno, & interesse, & de pœnis, & expensis. Secundò, de quibusdam pactis hic positis. Circa primum quæram duo, scilicet, primò quid sit damnum, & quid interesse, & quid sint impensæ, & quotuplices sint. Secundò, an impensæ veniant reficiendæ. De primo dico quòd interesse

tereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans ſuper eo, quod dari, fieríue omiſſum eſt, de quo intereſſe multa poſſent dici. Sed de ipſo dicetur infrà in inſtrumento mutui ex cauſa cambij ſcholaribus & clericis contracti. Damnum eſt diminutio patrimonij vel famæ, veluti quando aliquis de meo patrimonio aliquid ſubtraxit, & ſic diminuitur patrimonium, & laudandæ virtuti meæ mihíq; quis detrahit: quia tunc detrahens famam diminuit. Expenſæ autem prout hîc ſumuntur, ſunt quæ fiunt in iudicio vel extrà cauſa proſequendi quod mihi debetur: & ſic ſunt duplices. Nam expenſarum quædam fiunt in iudicio, quædam extra iudicium. In iudicio dicuntur fieri expenſæ, aduocatoribus, procuratoribus, & executoribus, & notariis officio deputatis. Extra iudicium fiunt expenſæ in viatico, putà, quando de vna ciuitate ad aliam producuntur teſtes: nam is qui producit, tenetur eis facere expenſas, conſiderata perſona teſtis. Maiores expenſæ fiunt in vno homine honeſto, quàm in vno ruſtico: & ſic iudex huiuſmodi expenſas ſuo iudicio taxabit, ſcilicet conſiderata perſona aduocatorũ, procuratorum, & teſtium. Eſt enim veriſimile quòd magis ſoluatur vni bono aduocato, quàm vni de mana recta: & ſic de procuratore, item de teſtibus. Fortè enim quòd hic eſt, qui non eſt conſuetus ire pedes, nec ſtare in quolibet vili hoſpitio. Ad ſecundum, ſcilicet, nunquid impenſæ veniant reſtituendæ? & certè regula eſt, ꝙ victus victori in expenſis condẽnatur, quę ſecundum modernos locum habet in tribus caſibus. Primus caſus eſt, quando apparet & improbat litigator, quod videtur eo ipſo ꝙ ſuccumbit improbando. Secundus caſus eſt, quando iuratum eſt de calumnia: vbi ergo eſſet de calũnia iuratum, non petuntur: vidi tamen contrarium obſeruari, & eſt ratio, quare non reficiuntur expenſæ, cùm eſt periuratum, quia ſatis *Deũ habet* vltorẽ, qui eſt periurus. Tertius caſus eſt, quando eſt actum per pactum, vt reficiantur expenſæ, & operatur pactum: quia ſi iudex in ſententia non ſententiauit de expenſis, nihilominus debentur ex pacto: quia ſecus, vbi non eſſent promiſſæ: nã tunc nõ reficiuntur, cùm expiratũ ſit iudicis officiũ, nec de nouo poteſt diffiniri, tamẽ poſſent peti: quia eſſet abſurdum ex litibus litem aliam oriri: quod verum eſt, niſi iudex in ſententia ſibi expenſarum reſeruauerit taxationem. Et ſi quæras qualiter reficiuntur? reſpondeo quòd iudex taxa-

Quid ſit damnum vel intereſſe.

An expenſa ſint reſtituenda.

bit statim lata sententia, & ipse statim ex taxatione facta defert sacramentum victori: & his peractis, in expensis secundum taxationem & iuramentum subsecutum, victus victori condemnabitur. Modò restat secundò exponere quædam pacta in hoc capitulo contenta. Quorum primum incipit ibi, Et de his credere suo simplici verbo, &c. quod pactum non valet, cùm iniquum sit: & quòd sit iniquum, patet: quia ille possit dicere, ego expendi mille libras. Secundum pactum est illud præceptum recipere à communi Bonon. Circa quod quatuor sunt videnda, scilicet: Primò, quid sit præceptum, quis faciat præceptum, & cui fiat. Secundò, ad quid operetur pactum solidi appositum in præcepto. Tertiò, quanta sit dilatio danda debitori præceptum recipienti. Quartò, quid sit effectus & virtus præcepti. Ad primum dico, quòd præceptum est quædam sententia interlocutoria, quodammodo secum trahens executionem, vt suprà dicam de eius effectu: & facit illud iudex pro tribunali sedens præsente creditore, & fit debitori debitum sponte confitenti, aliàs non posset fieri in Thuscia, tamen & in quibusdam ciuitatibus fit à tabellionibus, quod appellant præceptum varentigiæ. De secundo dico quòd pactum solidi hîc positum, multum operatur: nam quilibet præceptum recipere tenetur insolidum, quod non tenebatur: sed vbi pacti sunt, modò tenebuntur: & sic contra quemlibet insolidum tale præceptum suum effectum exercebit. Est ergo optimum, quòd insolidum præceptum recipiant debitores. Ad tertium, scilicet, quanta dilatio debet dari debitoribus ad soluendum? ad quod sciendum sic distingue: quia aut est actum per pactum, putà, quia terminus est appositus in instrumento debiti, & tunc secundum instrumenti tenorem: aut nihil est dictum, & tunc subdistinguendum est, quia aut est statutum vel consuetudo in regione: & tunc statutum vel consuetudo seruabitur. Aut non est statutum vel consuetudo, & tunc secundum quosdam iudex statuere potest terminum quatuor mensium, sicut in omnibus actionibus personalibus obseruatur: & etiam partes possunt statuere de nouo terminum. Ad quartum, scilicet, quis est effectus & virtus huius præcepti? & dico quòd vim tenet diffinitiuæ sententiæ, adeò quòd sicut iudex tenetur sententiam exequi, ita præceptum. Sed posset aliquis dicere, imò non tenet vim diffinitiuæ sententiæ contra con

Expositio illorũ pactorũ huius instrumenti.

Præceptũ de soluendo debito quid sit.

Pactum solidi.

Dilatio de soluendo danda debitoribus.

Virtus præcepti.

tra conuictum secundum probata. Sed pręceptum fit debitori confitenti, & in confessum, & in conuictum, nullæ sunt partes iudicis, quod intelligas esse verum in cognoscendo: sed in condemnando sic, imò dicas, quòd plus operatur illud præceptum, quàm sententia, cùm à sententia possit appellari, sed ab hoc præcepto non potest appellari. Adde & dic, & magis cautum tibi erit, & pro consilio teneas, alioquin nihil valeret, quòd creditor citetur per debitorem, vt veniat ad ius causa recipiendi præceptum, alioquin non valeret, cùm nullum interesse creditoris esset: & si citatur, eius interest, vel interesse potest. Et circa hoc pactum no. quòd tabellio pœnam in hoc præcepto appositam debet temperare, cùm sit facto adiecta, quæ quantacunque sit, potest tota exigi. Sequitur modò quintum capitulum, scilicet, obligatio bonorum, quæ bonorum obligatio multum operatur, cùm regulariter creditor bona debitoris non habeat obligata, nisi per pactum fuerint obligata: & de ista obligatione multa possent dici, tamen multa de eis dicta fuerunt suprà, in tractatu securit. & dicetur infrà, de oblig. in notul. & in tit. de inutilibus contractibus ratione rerũ. §. itẽ rei alienæ. &c. Sed quia hîc apponitur pactũ de precario, ideò de ipsius materia quatuor breuiter sunt declaranda. Primò, quid sit precarium, & quare sic dicatur. Secundò, quotuplex sit precarium, & in quibus rebus constat. Tertiò, qualiter, & quibus modis precarium reuocatur. Quartò, qualiter fiat precarium, & in quo differat precarium à commodato. Ad primum, scilicet, quid sit precarium? & dico quòd precarium est, quod ad preces petentis conceditur, vt tandiu sit penes eum, quandiu libuerit concedenti: & patet quòd precarium fit ad preces vtentis. Et dicitur, à precor precaris: quia prece motus dominus, rem precanti concedit vtendam, secundum Azo. in summa: vel secundum Goffred. in sum. Precarium est illud pignus obligatum creditori, & à debitore ipsi creditori concessum, & vtendũ, quandiu patitur, & permittit, qui concessit. tex. est in l. j. ff. de preca. Ad secundum, scilicet, quotuplex sit precariũ? & dico ꝙ triplex est precarium, scilicet, proprietatis, possessionis, & pignoris. Precarium proprietatis est, quando fit, vt deprecans re vtatur: veluti, quando rem meam tibi precanti cõcedo gratis, vt ea vtaris, & de huiusmodi nihil ad præsens. Precariũ possessionis est, quando

Virtus & effectus obligationis bonorum.

Tractatus de precario.

Precariũ quid sit.

Precariũ quotuplex.

rem tuam mihi specialiter obligatam ego concedo ratione possessionis: & de isto tali precario loquitur præsens instrumentũ. Precariũ pignoris est, quãdo rẽ tuã mihi pignoratã tibi in precarium concedo, vt suprà in diffinitione precarij. Ad tertium, scilicet, qualiter procarium reuocatur? & dico ꝙ precarium possessionis & pignoris contraria voluntate reuocatur quandocunq;. Item precariũ pignoris solutione debiti tollitur: quia debiti solutione facta, omnis tollitur obligatio. Precarium autẽ proprietatis reuocatur eodẽ modo, nisi contrariũ sit actũ, vt latius hoc tractatur in no. in tit. de pactis. §. item pactum precarij. Ad quartũ, scilicet, qualiter fiat precariũ possessionis, de quo hic tractatur? & dico ꝙ fit isto modo: quia creditor dicit debitori: Tu obligas mihi ex pacto omnia tua bona iure pignoris: & mihi tradis possessionẽ: & ideò tu debitor exeas domũ: & tũc debitor exit. vel protestatur se nullam habere possessionẽ: vel dicit, ego possideo ista bona, sed tuo nomine, scilicet creditoris: & sic creditori traditur pignus, & possessio eiusdẽ pignoris: & statim creditor iure precarij in possessionẽ reponit debitorẽ, non vt ipse debitor veram habeat possessionẽ, sed iure precarij possideat, & simplicem habeat detentionẽ: & sic prędicto modo fit precariũ possessionis: sed, vt melius videas qualiter fit, & pleniorẽ habeas formã, sic scribes istud pactũ precarij, primò obligationem bonorũ, & ita incipies. Insuper præfati debitores omnia sua bona habita & habenda se nomine prædictorũ creditorum constituerunt possidere naturaliter & ciuiliter, vt decæterò possint apprehẽdere omnẽ possessionẽ propria authoritate, tam naturalẽ, ꝗ ciuilẽ: & ex nunc prælibati debitores transtulerunt in dictos creditores omnẽ possessionẽ naturalẽ & ciuilẽ: qui creditores ad instantiã & preces antedictorũ debitorũ concesserunt dicta bona eisdem in precariũ ratione simplicis detentionis & vsus, non transferendo in præfatos debitores aliquod ius vel possessionẽ naturalẽ vel ciuilem: ꝙ si debitũ non fuerit solutũ in termino supradicto, liceat creditoribus antedictis dictũ precariũ propria authoritate reuocare quandocunq;, tam ante terminũ, ꝗ post, sine aliqua denunciatione, vel iudicis requisitione, sine curiæ proclamatione, seu legis, iuris, & vsus cõditione: quia sic inter eos actum existit, & conuentũ per pactũ vsq; ad integram solutionem & satisfactionem omnium prædictorũ, & hæc est plena forma, in

Precarij reuocatio.

Precariũ possessionis qualiter fiat.

ma, in qua clarè ostenditur, qualiter fiat precarium. Sequitur sextum capitulũ, scilicet, renunciationis beneficiorum, circa quod plura possent dici, sed transeo, quia de ipsis dicetur in tract. notula. in tit. de renunc. benefic. Vltimò, quia vnus ex his debitoribus minor est xxv. ann. ideò ponitur iuramẽtum ab eo præstitum, scilicet contra prædicta, vel aliquod prædictorum non faciet: ꝙ hoc pactum est valdè vtile pro creditoribus: & dicas qualiter iuratur non venire contrà occasione minoris ætatis, vel qualibet alia ratione vel causa. Modò restat videre vnam bonam securitatem, de qua nihil ad præsens, cùm de ipsa, suprà, in tract. securi. de consensu vxoris dictum sit. Tamen quæritur hîc, an vxor possit se vnà cũ viro suo in eodem instrumento obligare? & dico ꝙ si quędam pro vtilitate mariti se obligauit, & tunc non tenetur, modò ipso iure tuta est. Et nota, ꝙ vbicunq; mulier vnà cum viro in eodẽ instrumento intercessit, præsumitur intercedere pro marito, nisi contrarium probetur per creditorem: ideò siue ipsa obligauerit, siue alter ad ipsius mulieris preces, siue rẽ suam pro marito obligauerit, siue semel, siue pluries pro marito obnoxia fuerit inuenta, siue sit publicũ debitũ, siue priuatum, mulier ipso iure est tuta, nisi creditor probet pecuniam esse conuersam in vtilitatem mulieris: nec est necesse ꝙ alleget beneficium Velleiani, cùm sibi nota cõpetat. Econtrà autem maritus pro vxore potest se obligare: nec obstãt his, quę dixi ꝙ mulieres quotidie renuntiant iuri hypothecarũ: quia aliud est consentire & renuntiare, aliud est se obligare & non consentire: & iuri hypothecarũ renuntiare potest, sed se in eodem instrumento pro marito obligare non potest: quia sic in fraudem præsumeretur donatio, quæ prohibita est inter virum & vxorem. & hoc de expositione huius instrumenti. Esset tamẽ hîc quærendũ, quare istud instrumentũ fuisset inchoatũ à cap. promissionis, duo autẽ pręcedentia instrumenta à cap. cõfessionis. Respondeo, vt dixi suprà, in prin. huius instrumenti. Item quæro, quare in superioribus instrumentis, scilicet, primi & secundi capit. in vno capitulo ponuntur refectio damnorum & expensarum: obligatio bonorum, & renunciatio beneficiorum? Et dico quòd ista fuit ratio, scilicet, quia hîc in his instrumentis in capitulo, penè varia ponuntur pacta: & sic in cap. de refectione expẽsarum, & beneficiorũ renuntiatione (cũ varia inserãtur pacta) optimũ fuit vt de ipsa

An vxor possit se obligare cum viro in vno instrumẽto.

Haec materia tractatur authen. si qua mulier. C. ad Velleia.

de ipsa expensarum refectione fiat capitulum per se, & sic de obligatione bonorum. Et nota, quòd hæc securitas habet quinque capitula sicut cæteræ securitates, quæ fiunt à mulieribus. Modò incipit alia securitas, quæ incipit, Si verò detur in instrumento mutui fideiussor, &c. Circa quam quæro, quot modis possit apponi fideiussor in instrumentis? & dico quòd tribus modis: vel dic quatuor, secundum ea quæ dicta fuerunt suprà, in tract. securitatum. ibi, si maior, &c.

Instrumentum mutui contracti à communi ciuitatis.

DOminus Richardus de Villa Potestas Bonoñ. & dominus Arardus Massarius, & dominus Iacobus: & Ro. procuratores communis Bon. de consensu & voluntate, licentia, & mandato consilij generalis & specialis dicti communis, ad sonum campanarum & voce præconis, vt moris est, in palatio eiusdem communis ad hoc specialiter congregati: necnon omnium & singulorum in ipso consilio existentium, mandantium, & volentium hoc debitum contrahi: & pręsens instrumentum fieri vllo statuto, seu statuti capitulo, non obstante, ac etiam ipsi omnes & singuli in eodem consilio existentes promiserunt solenniter, vnusquisque eorum principaliter & insolidum pro seipsis & eorum successoribus, vice & nomine communis Bon. sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando Cor. pro se & suis hæredibus stip. soluere, & dare, ac restituere eidem, aut certo eius nuntio, mille lib. Bonoñ. hinc ad vnum annum proximè venturum in ciuitate Boñ. Quam pecuniæ quantitatem dicti Potestas, Massarius, Procuratores, consilium, & omnes & singuli in ipso consilio existentes, confessi & contenti fuerunt atque asseruerunt se vice & nomine communis Bon. & pro ipso communi ab ipso Corrado ex causa mutui habuisse & recepisse, ac eis integrè, & ex veritate, non spe futuræ numerationis datam, solutam, & numeratam esse, & in ipsius cōmunis necessariam, & vtilem causam, & commodum specialiter conuertendam, scilicet in satisfactionem & solutionem talium debitorum, ad quæ idem commune tali creditori tenebatur, siue in expensis, vel occasione expensarum operis clusæ Rheni, aut in solutione solidi talium militum destinādorum pro communi Bon. ad ta

ad talem locũ, obligantes principaliter & insolidum seipsos, & eorum successores, vice & nomine cõmunis Bon. & ipsum commune, vt tam ipse Potestas, quàm alter qui regimen ciuitatis eiusdem est in posterum habiturus, & tam ipsi Massarius, Procuratores, & consilium, quàm alij qui in eisdem officiis loco successerint eorumdem, principaliter & insolidum, ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciẽdam; & ad omnia & singula facienda in hoc contractu contenta plenius obseruanda efficaciter teneantur. Et vt ipse creditor ex pacto possit (fori priuilegio non obstante) tam prædictos obligatos quàm eorum successores, & quemlibet eorum insolidum, & quem primò voluerint vice & nomine communis, & ipsum commune vbique locorum atque terrarum, & in omni foro & mercato, & sub quocunque iudice tam ecclesiastico quàm seculari, & in omni curia, & præsertim in curia Romana, & per literas Apostolicas & rescripta ad solutionẽ ipsius debiti, & ad omnia & singula in hoc instrumento contenta realiter & personaliter conuenire, non obstante nec præiudicante creditori præfato: vt si ipsius partem debiti in iudicio vel extrà exigeret, vel reciperet ab altero debitorum, non ideo minus possit ipsum eundem debitorem, & etiam reliquos, & quem ipsorum voluerit ad residuum ipsius debiti principaliter & insolidum conuenire. Necnon promittentes solenni stipulationi creditori præfato non dicere, vel opponere dictam pecuniam non integrè fore acceptam, datam, solutam, aut numeratam, & prædictam in ipsius communis causam & vtilitatem conuersam: siue quòd indebitè, aut sine causa, vel communi, seu alieno facto fuerint obligati, & non petere libellum dicti debiti, aut huius instrumenti exemplũ, & non probare solutionem aut liberationem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum vel cancellatũ, aut per aliud legalis & bonæ famæ tabellionis manu confectum. Et non detinere pecuniam supradictã, aut partẽ eius, vel quòd ex ea vltra dictũ terminũ cõtra voluntatem creditoris aliqua ratione vel causa, & nullo tempore per se vel alios contra ipsum creditorẽ, vel eius hæredes occasione ipsius debiti impetrare, aut impetrari vel obtineri facere aliquas Apostolicas literas, vel rescriptũ. Et illis, vel illo, aut aliquo tam impetrato quàm impetrando non vti, nec vti facere, & litem aliquam vel controuersiã ei vel eius hæredibus inde in perpetuum

petuum non mouere, & nullã contrariam exceptionem, vel defensionẽ, seu negationem iuris vel facti specialẽ vel generalem cõtra aliquod prædictorũ, vel infrascriptorũ in aliquo facere vel opponere, quo minus principaliter & insolidũ ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciendam, & ad omnia & singula in hoc contractu contenta plenius obseruanda, efficaciter teneantur. Et quia voluerunt debitores præfati prædicta & infrascripta omnia & singula, nõ solùm ex harũ solenniumpromissionum, aut ipsius instrumenti vigore, verùm etiam ex debito legis municipalis iuramento firmante solenniter obseruari. Idem Potestas, & ipsum consilium nullo contradicente statuerunt, ordinauerunt præcisè prędictam pecuniæ quantitatem integrè dicto creditori & termino supradicto per commune Bon. & de ipsius communis pecunia restitui & persolui, & ipsum commune ad eandem quantitatem, vt dictum est, soluendam, & ad omnia & singula in hoc contractu contenta obseruanda, & adimplenda præcisè teneri. Decernentes hoc statutum adeò fore præcisum: & ita tam prædictum Potestatem, quàm futurum, & tam præsens consilium, quàm succedens ad illud præcisè teneri. Et quòd nulla absolutio peti, aut per consilium vel concessionem communis Bon. dari possit, & quod ipsum irritari, immutari, vel remoueri, aut ex eo quicquã diminui vel cancellari possit. Promittentes solenni stipulatione (vt dictum est) se insolidũ obligando hoc statutum in libris statutorum communis Bon. anni præsentis cras per totam diem, & in libris statutorum anni futuri: cùm ipsa statuta fient, possit scribi, & inseri facere diligenter, vt Potestas & consilium anni futuri, & commune Bonoñ. iurent, & præcisè teneantur ad illud. Quæ omnia & singula suprascripta & infrascripta, & idẽ Potestas, Massarius, Procuratores, consilium, & omnes & singulos in dicto consillo existentes se, vt dictum est, principaliter & insolidùm vice & nomine communis Bonoñ. obligando promiserunt dicto creditori stipulanti, vt dictum est, firma & rata habere & tenere, obseruare & adimplere, & non contrafacere vel venire per se vel alios, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quod si non soluerint prædictis loco & termino, vt dictum est, & omnia & singula suprascripta & infrascripta non obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promiserunt, vt dictum est, se obligando insolidum eidem creditori

tori persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnę nomine stipul. in singulis capitulis huius cõtractus insolidum promissæ, quæ toties committatur, & exigi possit, quoties contrafactum fuerit: & pœna soluta vel non, rata maneat omnia & singula suprascripta & infrascripta. Et nihilominus sortem & pœnam vbicunque locorum & fori creditor petierit ab eis se integrè soluturos. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse, quæ vel quas fecerit vel sustinuerit in iudicio vel extrà pro ipsa pecunia exigenda. Et de his credere suo simplici verbo, sine sacramento, vel alia probatione, aut alicuius causæ cognitione. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis & adimplendis obligauerunt vice & nomine dicti communis ipsi creditori omnia bona dicti communis, quę ipsum commune precario iure pro ipso creditore & eius nomine possidere constituerunt vsque ad integram solutionem dicti debiti & satisfactionem omnium prædictorum: ita quòd à dicto termino in antea, si tunc solutio dicti debiti ei facta non fuerit, possit idem creditor ex pacto sua authoritate sine denuntiatione, aut curiæ proclamatione, vel aliquo præiudicio dictorum bonorum, & quorum ex eis voluerit ingredi possessionem, & eam accipere, vendere, alienare, alij obligare, & apud se pro iusto pretio retinere, & se indẽnem conseruare, tam de pœna, damnis, & expensis, quàm de sorte sine occasione legum, iuris, & vsus. Renuntiauerunt autem debitores præfati fori priuilegio, nouarum constitutionũ, & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, cõdictioni sine causa, in factũ actioni, nouæ ac veteri cõstitutioni de duobus reis, & exceptioni sibi nõ datæ & nõ mutuo acceptæ pecunię, & omni alij exceptioni, omníque legum auxilio, & omni defensioni, & priuilegiis, & decretis, eis & cõmuni Boñ. modo quomodolibet competentibus. Insuper Viuianus nuntius & præco cõmunis Boñ. super animas & animabus prædictorũ Potestatis, Massarij, Procuratorum, omniúmq; & singulorũ in dicto consilio existentiũ de ipsorũ licẽtia & mãdato iurauit Cor. ad sancta Dei Euãgelia prædictũ debitũ dicto termino soluere: Statutũ prædictũ præcisum & inuiolabile obseruare, & omnia & singula in hoc cõtractu cõtenta firma & rata habere & tenere, obseruare & adimplere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa.

Instru

Instrumentum mutui contracti à communi ciuitatis. Rubr.

VIdimus suprà de mutuo à priuatis personis contracto: sed quia quandoque contingit mutuum contrahi à communi vel ciuitate, Ideo de tali mutuo loco presenti est agendum & videndum. declarat hæc rubrica, cum dicit, Instrumentum mutui contracti à communi ciuitatis: & idem esset, si contraheretur à Castro, Burgo, vel villa. Casus summariè talis est: Communi Bonon. indigente pecunia pro quibusdam arduis negotiis eiusdem ciuitatis, & tales Massarij, & Procuratores eiusdem, & omnes homines de consilio ad campanæ sonitum, more solito, congregati, promiserunt ipsi suo nomine & dicti communis, & suorum successorum insolidum restituere & reddere tantam pecuniam tali quam ipsi fuerũt contenti & confessi habuisse pro solutione facienda stipendiariis, vel opere clusæ Rheni: & hæc omnia faciunt cum diuersis instrumentis positis. Habet autẽ istud instrumentum sex capitula, sicut alia instrumenta de mutuo tractantia: licet litera sit longa per multa pacta. His præmissis ad plenam euidentiam huius instrumenti quinq; sunt quærenda. Primò si quis accepit pecuniam mutuo nomine alterius, quis teneatur ad restitutionem, an ipse qui accepit, an ipse cuius nomine accepta est. Secundò quia iste Potestas & Procur. communis Bonon. in presenti instrumẽto obligãt futuros officiales, quæritur an ipsi successores teneantur, ita quòd possint conueniri. Tertiò vtrum causa in huiusmodi instrumentis sit necessaria: & si est necessaria, an sit bene posita in presenti instrumento. Quartò, qualiter hoc instrumentum per notarium debeat ordinari. Quintò, quia Viuianus preco iurat super animabus illorum de consilio, quæram vtrum hoc potuerit facere, & an valeat, & ad quid operetur. Ad primum scilicet si quis accepit pecuniam mutuo pro alio, quis tenetur reddere? ad quod sciendum sic distingue: quia aut siue tutor, qui accepit pecu. pro pupillo, vel curator pro adulto, vel prælatus pro ecclesia, vel potestas pro ciuitate, vel syndicus pro villa, castro, vel burgo, vel vniuersitate, aut alia singularis persona. Si tutor pro pupillo, vel curator pro adulto &c. vt nunc suprà dixi pecuniam mutuatam accepit, subdistingue: quia

Quæstio prima principalis, quæ soluitur per pulchram distinctionem.

quia aut pecunia apparet esse conuersa in vtilitatẽ eius, cuius nomine est accepta. & tunc dico quòd ipse tenetur pecuniam restituere creditori, non autem ille qui accepit. Si autem non est conuersa in vtilitatem eius, cuius nomine est accepta: & tunc dico quòd ille qui accepit, tenetur ad pecuniã restituendam, scilicet, tutor, curator, &c. vt suprà dixi. Si autem fuit persona priuata, quæ pecuniã accepit pro alia priuata, & tunc subdistingue: quia aut iste qui mutuo accepit pecuniam de mandato eius, cuius nomine est accepta pecunia, accepit, aut sine mandato. Si cum mandato, & tunc aut habebat mandatum ad certum hominem, aut ad incertũ. Si autem habebat mãdatũ ad certũ hominẽ, & tũc aut habebat mãdatũ tanquã nũtius aut vt procurator. Si tãquã nũtius habebat mãdatũ, & tũc dominus mãdãs tenetur, si eius nomine res agatur, nõ aũt nũtius: cùm nõ in sui personã sed domini verba proferat: & sic nõ nũtius, sed dominus loqui videtur: quia qui per alium agit, per seipsum facere videtur: vnde est tanquã pica seu organũ referẽs verba domini. Si autẽ accepit vt procurator, & tũc vterq; tenetur: & sic ratione mãdati procurator, dominus autẽ ratione cõtractus. Si autem habuit mandatũ ad incertũ hominem, & tunc subdistingue: quia aut mutuans mutuauit gratia vtriusque. Si mutuauit gratia procuratoris, quia hic expressit hoc, asserens se non cognoscere mandantem, vel quòd de ipso mandante non confidit: & tunc ipse solus tenetur, sed solutione facta, recuperat à domino mãdati actione.

Si autem ille mutuauit gratia domini, dicens, quòd sibi scilicet procuratori non mutuaret vnum denarium, sed ipse mutuat contemplatione domini: & tunc dominus tantum tenetur, cuius fidem secutus est mutuãs, nõ autẽ procurator, quia noluit mutuans eum habere obligatum Si verò mutuauit gratia vtriusque, scilicet mandantis & procura. quia hoc voluit mutuans, & tunc vterque tenetur, scilicet, procurator & mandans, putà, quia dixit, mutuo tibi centũ amore domini tui. Si autem quis accipit pecuniam mutuo, sine mandato, nomine alieno; quia est negotiorum gestor, quo casu distingue, vt suprà dixi in habente mandatum: quoniam aut mutuans mutuauit gratia gerentis tantum, aut gratia domini tantum, aut gratia vtriusq;. Si is qui mutuauit, gratia gerentis tãtum mutuauit, ipse solus tenetur, & non dominus. Si gratia domini tantũ, & tunc solus dominus tenetur. Si gratia vtriusq;

& tunc vterque tenetur. Ad secundum scilicet, an futurus Potestas, vel futuri procuratores & cæteri futuri successores obligētur ex pacto prędecessorum? nam Potestas in præsenti instrumento,& omnes de consilio,promittunt hanc pecuniā reddere per se & suos successores: dicunt quidam quòd non: quia ex alienis cōtractibus neminē obligari certissima iuris regula est.& si hoc est,quòd non obligentur,ergo pactum erit inutile.Sed contrariū est,scilicet,quòd teneantur: quia pactū est adeò generale,quòd nedū cōprehendit personas paciscentium,sed etiā personas hæredū vel successorū. Nec obstat regula supradicta,cum intelligatur neminem obligari,scilicet extraneum:sed successores vel heredes non censentur extranei,cum habeant repræsentare personas prædecessorum: dominus Potestas ,ciuitatis magistri,& procur.ac syndici intelliguntur tota ciuitas: & quicquid agāt nomine ciuitatis,agūt pro nunc,& in posterū.Vnde in præsenti instrumento successores futuri,inquantū in eodē officio succedunt,ipsi videntur esse hæredes. Ad tertium,scilicet, vtrū in tali mutuo causa sit necessaria inserēda:& si est necessaria, vtrū sit bene apposita?& dico quòd causa in huiusmodi instrumētis est necessaria cum causa reipublicæ mutuum contrahatur: secus in mutuo accepto à priuata persona.Modo quæro ex quo necessaria est, an sit bene apposita hîc, secūdum quod ponit litera huius instrumenti,quia dicit causa soluēdi stipēdiariis, vel pro opere clusæ Rheni?& dico ꝙ nō est bene apposita,cùm nō appareat pecuniam versam esse in causam desideratā:quòd non sit conuersa in vtilitatem ciuitatis,hoc non apparet,cùm non dicat stipendiariis sit solutum.& ideo in similibus instrumentis, scilicet mutui contracti à communi ciuitatis , castri,villę vel burgi procuret creditor,qui mutuauit,vt stipendiarij veniāt: & de mādato ipsorum accipientiū creditor soluat pecuniam numeratam ipsis stipendiariis: & hoc in instrumentis debet exprimi.& non dices,quam pecuniam conuertendā,sed conuersam. Ad quartum scilicet,qualiter instrumētum mutui contracti à ciuitate,castro,burgo , vel villa debeat per notarium variari vel ordinari? Et dico quòd bonus est modus, vt cùm ob causam mutuū cōtrahitur,in instrumento inseratur. Sed melior est modus , vt creditor procuret , vt homines de consilio (vel si est castrum)habeant decē,vel plures, & quantumcunque potest ditiores,& quòd pecuniæ recipiantur suo

no

nomine,& nomine ciuitatis,castri,burgi,vel villæ,& promittant insolidum, pecuniam restituere. hoc autem procurare potest cum syndico,vel massario,vel simili officiali,qui pecuniam petat mutuo:& à dominio, tali obligatione secuta,poterit creditor debitũ suum percipere ab ipsis: nec est necessaria alia causa in instrumento:hoc fit ad securitatem creditoris.Sed caueant,qui reipublicæ administrationem gerunt,ne in mutui cõtractu nomine proprio per prius cõtrahent:nam tunc primi efficiũtur solutores. Ad quintũ scilicet,nunquid præco,de quo præsens instrumentum facit mentionẽ,poterit iurare,& an valeat,& quid operetur? & dico ꝙ iuramentum valet:quia qui per aliũ facit,per se ipsum facere videtur: sed ipse iurat super animabus hominũ de cõsilio,ergo perinde est ac si iurasset.& sic patet quòd potuit iurare, cum mandatum haberet: & obligantur omnes homines de consilio quo ad Deum licet non de iure ciuili: & operatur quantũ ad duo scilicet primo,vt nullo modo impediant solutionem. Secundo modo,quia propter iuramentum, si nolunt incurrere periurium,tempore termini assignati integrum debitum soluent. & hæc de materia præsentis instrumenti dicta sufficiant.

Instrumentum debiti ex causa cambij à scholaribus & clericis contracti.

DOminus Castellio Gerundieñ. diœce. & dominus Raymundus Burdegalensis scholares,Bo. commorantes.Pro pretio, & nomine pretij & cãbij.CCC.lib.Bo.quas contenti & cõfessi fuerunt atque asseruerũt se ex causa emptionis & cambij habuisse,recepisse,ac sibi integrè datas,solutas,& numeratas esse nominatim pro expensis,& occasione expensarũ causa & gratia studiorum à domino Corrado & An.ciuibus & mercatoribus Bononien. promiserunt solenniter vnusquisque eorum principaliter & insolidum sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dictis domini Corradi & Antonij stip.recipientibus pro se ipsis insolidum, & Iacobo & Petro eorum sociis. Ita quòd quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu, vni tamen eorum solutione vel sociorum ipsorum facta ab aliis liberentur,soluere & dare eis aut vni ipsorum,vel dictorum sociorum,siue eorum certo nũtio

centũ lib. Turonensiũ bonorũ & legaliũ in nundinis Pruini: proximè apud Pruinũ: octauo die postquam in ipsis nundinis cridatũ fuerit hæc arrha, vel apud Pruinũ tẽpore nũdinarum. Volentes & paciscentes non obstare, nec præiudiciũ fieri creditoribus, vel eorũ sociis: vt si ipsi, aut aliquis eorũ partẽ debiti in iudicio vel extrà exegerit vel receperit ab altero debitorũ, non ideo minus posit ipsum eũdem debitorem, & etiam alium, & quem ipsorũ maluerit, ad residuũ ipsius debiti principaliter & insolidũ conuenire. Et promittentes non dicere vel opponere dictã quantitatem bonorum integrè non fore acceptam, datam, solutam numeratã, & in ipsorũ vtilitatem conuersam: & non exire districtum Bon. contra creditorũ voluntatẽ, quousq; fuerit eis integrè satisfactũ, & non allegare cõtra prędicta, vel aliquod prædictorum, siue instrumentorum aliquod priuilegium, legem, constitutionẽ, vel decretalem, siue quid aliud. Et non recusare aliquẽ iudicem, sub quo citati essent & conuenti, & nullam cõtrariam exceptionem, defensionem, seu negationem iuris vel facti, specialem vel generalem contra hunc contractum in aliquo facere vel opponere. Sed omnia & sin. in hoc contractu contenta, firma & rata habere & tenere obseruare & adimplere, & non cõtrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quod si dictis loco & termino non soluerint, & omnia & sing. in hoc cõtractu cõtẽtã nõ obseruauerint, aut in aliquo cõtrauenerint, promiserũt se, vt dictũ est, principaliter & insolidũ obligãdo eisdẽ creditoribus stipul. vt dictũ est, eisdẽ persoluere atque dare nomine recompẽsationis damnorum & interesse quolibet mense, quo vltra dictum terminum solutionem dilatauerint supradictam, pro singul. x. lib. prædictæ quantitatis xx. so. Turonen. ipsa recompẽsatione in sortem dicti debiti nullatenus computanda. Insuper nomine pœnæ in singu. capitulis huius cõtractus stipu. insolidum promissæ duplum ipsius quantitatis: quæ etiam pœna toties committatur, & exigi posit in singulis capitulis, quoties contrafactum fuerit: & pœna soluta vel non, rata maneant omnia & sing. supraſcripta & infraſcripta. Et nihilominus sortem & pœnam vbicunque locorum, & fori & in quibuscunque nundinis creditores aut alter eorum vel sociorum petierint ab eis vel aliquo eorum se integrè soluturos, & in quibus locis, mercatis, & foris, & quo ipsorum voluerint, & sub quocunque iudice

ma

maluerint possint ex pacto ipsos debitores, & quemlibet eorum insolidum ad solutionem faciendam, & ad omnia & sing. in hoc contractu contenta efficaciter obseruãda realiter & personaliter conuenire. Insuper reficere & restituere eis omnia & singu. damna, & expensas, ac interesse, quæ & quas fecerint vel substituerint in iudicio siue extra, vel alio quocunque modo pro ipsa pecunia exigenda. Et de his credere suo simplici verbo sine sacramento, vel alia probatione, aut alicuius causæ recognitione. Pro quibus omnibus & singu. firmiter obseruandis & adimplendis obligauerunt dicti debitores dictis creditoribus seipsos personaliter, & omnia eorum bona, tam ecclesiastica, quàm mandata, & omnes eorum reditus & prouentus, tam præsentes, quàm futuros: quæ & quos precario iure se ipsorum nomine, & pro eis, possidere constituerunt, vsque ad integram solutionem dicti debiti, & satisfactionem omnium prædictorum: & specialiter iure pignoris obligauerunt eis vnum Codicem in chartis hædinis scriptum cum apparatu D. Ac. & vnum Digestum in chartis hædinis cum apparatu tali. Item tales & tales libros quos libros ipsi creditores dictis debitoribus precario restituerunt, & ipsi ab eis ibidem precario receperunt. Promittentes vnusquisque eorum se principaliter & insolidum (vt dictũ est) obligãdo eisdem creditoribus stipu. (vt dictum est) dictos libros ab omni obligatione de ipsis hactenus facta liberatos & expeditos eisdem creditoribus restituere & consignare quandocunque, tam ante terminum, quàm post, debito non soluto petierint ab eis: & dantes eisdem plenam & liberam potestatem, & licentiam à termino in antea, si tunc solutio facta non fuerit, possint eorum authoritate sine curiæ proclamatione, & aliqua pronunciatione, & aliquo præiudicio dictorum bonorum, redituum, & prouentuum, & quorum ex eis voluerint, & specialiter ipsorum librorum ingredi & accipere possessionem, & eam vendere, alienare, alij obligare, & apud se pro iusto pretio retinere, & se indemnem conseruare, tam in pœna, damnis, & expensis, quàm in sorte, sine omni occasione legũ, iuris, & vsus. Renũciauerũt autem debitores præfati in his omnibus & singulis suprascriptis, fori priuilegio, nouarum constitutionũ, & epistolę diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, nouę & veteri constitutioni de duobus reis editæ in

cōcilio generali, legi ob æs alienū. C. de act. & oblig. & auth. omni beneficio in integrum restitutionis, canonicæ & ciuili cōsuetudini, Statuto & priuilegio clericatus, illi etiā Decretali, de foro cōpetēti. si diligēti, omniq; Decretorū suffragio, & omni constitutioni canonicæ, & omni iuri & legū auxilio eis modo quolibet competenti vel cōpetituro, & omnibus literis super his vel aliquo eorū cōtra creditores à sede Apostolica impetrandis. Insuper dicti debitores iurauerūt corporaliter ad sancta Dei euāgelia, vt dictum est, soluere, attendere, & obseruare, & adimplere, & non cōtrafacere vel venire, nec aliquid obiicere, vel attentare, de iure vel de facto: & in eorum euidens omnium testimonium & notitiam clariorem iidem debitores voluerunt & mandauerunt præsens instrumentum suorum sigillorum appensione muniri.

Instrumentum debiti ex causa cambij à scholaribus & clericis contracti. Rubrica.

Diuisum fuit istud capitulum principaliter in partes quinque. In quarum prima tractatur de instrumentis, quæ insurgunt & causantur ex causa mutui: dicto ergo de illa prima, restat videre de secunda, in qua ponuntur instrumenta debiti sumentis originem ex causa mercationum. & sic patet ꝙ in superioribus instrumentis ostenditur qualiter ex causa mutui debitores & creditores constituantur. Hic verò author incipit tractare qualiter debitores & creditores constituantur ex causa mercationū. Casus enim talis est: Quidam Castellio & Rolandus scholares, Boñ. commorantes, indigentes pecunia, à quibusdam mercatoribus Bono. habuisse & recepisse confitetur ccc. lib. Bono. ex causa emptionis: Pro qua pecuniæ quantitate, promiserunt pro pretio & nomine dictæ pecuniæ, dare & soluere mercatoribus antè dictis hinc ad terminum centum libr. Tur. & hoc promittunt sub pœna, &c. Istud instrumentum habet sex capitula, vt precedentia. Quibus omnibus præmissis, circa præsens instrumentum tria sunt declaranda. Primò, quis contractus iste dicatur, & quæ actio descendat ex eo. Secundò, nunquid pactum recompensationis hic positum valeat, & ad quid operetur. Tertiò erit quærendum de interesse. Ad primum, circa quod dicunt quidam

Positio casus in præsenti instrumēto.

Qualis sit cōtractus præsentis instrumenti.

quidam, quod est contractus debiti sumentis originem ex mutuo:& sic daretur certi condictio specialis de mutuo. Quę opinio reprobatur:nam duabus rationibus non potest loqui instrumentum de mutuo. Prima, quia in mutuo restituendo debet considerari genus, vt in eodē genere reddatur & quantitas, vt non plus quis restituat, quàm accipiat. Et qualitas, quia in eadem bonitate: quæ omnia non concurrunt in promissione debitorum, cùm ipsi receperint ccc. lib. Boñ. & promittunt c. lib. Turo. quæ plus valent, quàm ccc. lib. Boñ. & diuersum genus monetæ. est alia ratio: quia in rub. non dicitur mutui, sed cambij: nec ex aliquo verbo instrumēti potest colligi ꝙ sit mutuum. Alij dicunt, ꝙ est contractus permutationis, quod probant per rubricam, quæ dicit, ex causa cambij:& textus dicit, in eodem: & sic daretur actio præscriptis verbis: quod non videtur posse procedere: quia consueuit dicere magister meus, ꝙ in contractibus innominatis non desideratur aurum vel argentum, sed hîc agitur ex vtraq; parte de pecunia. Alij dicunt, ꝙ est contractus emptionis & venditionis: nam, prout dixi in continuando, isti scholares emūt ccc. lib. Bono. & nomine pretij promittuntur c. lib. Turo. cuius pretij ratione, quod in præsenti soluere non possunt, constituunt se debitores: Sed videtur, quod non possit esse contractus venditionis, cùm in venditione requiratur res & pretium: Sed hîc non est res, licet pretium promittatur. sed dic, quòd venditio fuit, & pecunia Boñ. loco rei est, cùm appellatione pecuniæ omnes res contineantur. Item si opponis, ꝙ hîc non est pretium: Respondeo, imò est quantitas centū lib. Turo. hoc bene posuit author in textu, pro pretio & nomine pretij: & sic datur actio ex empto, & actio ex vendito.
Tamen quia statim fuit interposita stipulatio, datur actio ex stipulatu: quæ quidem obseruat actionem, quæ inuenitur in contractu. Sed modò ad istud instrumentum ego oppono sic: Qui contraria dicit, non debet audiri. Sed istud præsens instrumentum continet contraria: ergo non debet ei credi, nec fides adhiberi. Quòd sibiipsi cōtradicat, patet, quia rubrica dicit, Instrumentum debiti ex causa cābij, postea dicit in nigro, pro pretio & nomine pretij: ergo cōtinet contraria, cùm cambiū idem est, q̃d permutatio: sed pretium in venditione debetur: sed expone, cābij, id est pretij, vel rei ex cambio datæ, nomine pretij constitutæ: quia aliter soluere non

posses.& sic Aurora tenet, quòd sic debet exponi, patet ex eo quod probatum est, quòd hic fuit contractus emptionis & vēditionis. Secundo modo oppono,& videtur quod istud instrumentum debuisset apponi in primo capitulo,cùm iam sit dictum,ꝙ iste est contractus emptionis & venditionis. Et in primo capitulo tractatum est de venditione, ergo ibi debet poni. Sed respondeo, quia licet sit originaliter instrumētum oriens ex venditione,tamen de præsenti precium non soluitur, sed dari promittitur: & sic isti scholares constituunt se debitores ex causa pretij.& in hoc cap. inseruntur instrumēta debiti & crediti ex quacunq; causa contracti: ergo cōgruè hìc appositum est. Ad secundum, scilicet, nunquid pactum recompensationis hìc positum valeat, & ad quid operatur? Promittunt enim similiter scholares pro quolibet mense, quo solutionem distulerint,soluere pro singulis x. lib. prædictæ quantitatis xx.solid.Turonē.nomine recompensationis damnorum & interesse. modò quæritur an istud pactum valeat? & dico ꝙ non: quod sic probo: quia aut venit tanquam vsura, aut tanquam interesse, aut tanquam pœna. Si tāquam vsura,& tunc non valet:quia vsura est prohibita.Non tanquā pœna:quia non est quantitati adiecta:& pœna quantitati adiecta,reducitur ad legitimum modum vsurarum. Non tanquam interesse,quia oporteret istos mercatores probare interesse:sed eorum interesse non patuit,nec quantum ipsi fuerunt stipulari: debet ergo tabellio habere cautelam, quam suprà dixi in instrumento solenni mutui, vt ad factum reducat:& posteà recompensationis nomine promittāt: & sic nihil operatur istud pactum,nisi quantum ad terrorem. Ad tertium princ.scilicet, videre de interesse: circa quod quatuor sunt videnda. Primò,quid sit interesse. Secundò, quotuplex sit interesse. Tertiò,quantum potest peti de interesse. Quartò,qualiter & quomodo probetur interesse. Ad primū dico, ꝙ interesse est damnum emergēs, & lucrum cessans super eo quod dari fieríue omissum est. Ex qua diffinitione collige, ꝙ siue quis faciat quod facere debet,siue non det quod dare debebat:& ex hoc quod non fecit vel non dedit, aliquod damnum habeo,vel aliquid amisi quod lucratus fuissem: totum est interesse. Quid autē sit damnū, & quid interesse,hìc non dico:quia suprà dixi in expositione solennis mutui instrumēti in v.cap.refectionis dam.& expēs.Ad secundū,scilicet, quotup

Interesse quid sit.

Interesse quotuplex est.

quotuplex sit interesse? & dico ꝙ est triplex, scilicet, interesse conuentum, interesse commune, & interesse singulare. Interesse conuentũ est illud, quod venit ex partiũ cõuentione, vt precium. Interesse cõmune est, quod venit communi æstimatione habita: putà, si equum, quẽ tibi cõmodaui, amisisti: nam debet per eos, qui aliàs viderunt & cognouerunt, æstimari: & inquantũ æstimatur cõmuniter, in tantum mihi teneberis. Singulare interesse est illud, quod singulariter venit penes vnum, & non penes alium: non ratione rei, sed ratione affectionis: vt quia cõmodaueram librũ meum, in quo Romæ & Bono. studueram, quem amisisti, mea singulariter interest, quia fortè ibi posuerã additionẽ: modò potero agere ad singulare interesse. Non tamen debet haberi ratio meæ affectionis, sed inquantum, cuius posset interesse, inspicitur, ꝙ tale interesse non sit vanum, neq; friuolum, quia illud non exigitur, sed verum interesse. Ad tertium, scilicet, quantum posit peti de interesse? & certè conuentum interesse, quantuncunq; sit, totũ potest peti & exigi, dummodo non excedat dimidium iusti pretij: cùm licitum sit contrahentibus se adinuicẽ decipere vsq; ad dimidiam iusti pretij, & non vltrà. Si est interesse commune, & tunc totũ potest peti circa rem & extra rem. Circa rem, putà, quia seruũ meũ occidisti, petam omnẽ æstimationẽ. Extra rem, putà, quia erat hæres institutus, & antequã hæreditatẽ adiret, occidisti eum: modò non solùm petã æstimationẽ serui, sed etiã hæreditatis. hæc in delictis, sed in contractibus totũ damnũ æstimatur: lucrũ autem omissum non nisi in duobus casibus. Primus casus est, quãdo aliquid certo loco dari promittitur: putà, promiseras mihi dare florenos centũ, quos alteri ibi dare debebã, sub pœna vel cum vsuris: ego solui vsuras, vel pœnã, quia ibi nõ soluisti, teneris etiã de lucro omisso: putà, quia emissem mercationes & vsuras nõ soluissem. Secundus casus est in locatione: quia locasti rẽ, super qua fuisset lucrũ. Ad quartũ & vltimũ membrum. ¶ quomodo probetur interesse? & dico ꝙ interesse conuentũ probari potest per testes, & per instrumenta. Sed interesse cõmune probatur per testes, non autem per instrumenta. Singulare probatur per iusiurandum: & hæc dicta sufficiant. Multa tamen possent dici de interesse, sed profundissima materia est, & nedum notariis, sed etiam aduocatis, pro maiori parte incognita sunt: ideò prædicta sufficiant.

Interesse inquantũ peti posit.

Interesse qualiter probetur, hæc est difficilis quæstio, quæ tractatur per doct. in l. j. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profe.

Obligatio fideiussoris ex prædicto instrumento aliquando substituti, & dati aliquando.

CVM dominus Castellio Gerundiensis, & dominus Raymundus Burdegalensis scholares, obligati ad debitum, & in debito centum lib. Turonen. dominis Corrado & Antonio, ciuibus Bon. & mercatoribus Bonon. promisissent & iurauent ipsis mercatoribus nõ exire districtum ciuitatis Bon. contra ipsorum voluntatem, quousq; fuerit eis integrè satisfactum: & hoc patet in instrumento ipsius debiti, scripto manu talis notarij. Quoniam ipsi creditores ipsi domino Castellioni roganti & instanti, ꝙ districtum Bon. egredi posset, & ad patriam suam ire licentiam concesserunt. Idem dominus Castellio dominum Gulielmum Eragonensem pro principali debitore eisdem creditoribus cõsignauit. Quapropter dictus dominus Gul. precibus & mandatis dicti domini Castellionis, lecto sibi & in eius præsentia seriatim dicto instrumento debiti, se ad id debitum principalem constituens promisit principaliter & insolidũ sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dictis domino Cor. & Anto. stipul. & recipientibus insolidum pro seipsis, & talibus eorum sociis: Ita ꝙ quilibet eorum insolidũ possit hoc debitũ petere, exigere, & recipere cum effectu (vni tamen eorum facta solutione ab aliis, liberentur) soluere & dare eis, aut alteri eorũ, vel sociorum ipsorũ, siue certo nuntio eorum dictas c. lib. Turon. termino & loco, quibus ipsi domini Castellio & Raymundus dictis creditoribus in eodẽ instrumento tenẽtur, omni tamen ipsorũ creditorũ in omnibus & per omnia iure saluo: & iisdẽ dominis Castel. & Raym. ad d. debitũ, & ad omnia & singula in ipso instrumento cõtenta integrè remanẽtibus obligatis. Quod si dictis loco & termino idẽ dñs Guliel. nõ soluerit, & non obseruauerit, vt dictũ est, promisit eisdẽ creditoribus stipul. vt dictũ est, eis persoluere, atq; dare duplũ ipsius quantitatis pecuniæ, pœnæ nomine, &c. Et facies eũ obligari, quàm breuius poteris, ad ea, quæ tibi videbuntur ex forma præcedentis instrumenti: & in fine renuntiabit beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus, fori priuilegio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, nouæ ac veteri constitutioni de duobus reis: & omni alij iuris auxilio.

Instr

Instrumentum securitatis. *Rub.*

MOdò in fine huius instrumenti ponitur quædã securitas. Nam vnus de illis duobus scholaribus cogitur recedere: modò, quia iurauit non exire ciuitatem Boñ. alter nomine suo promisit omnia, quæ ipse principaliter promiserat, & ad idem tenebitur. Habet autem ista securitas quinque capitula, quorum primum est cõstitutionis cum quodam præambulo. Secundum, &c. vt suprà, in securitatibus super securitate facta per fideiussoré. & sic hîc ponitur fideiussor post principalem obligationem.

Instrumentum contractus pro soluendo ad tempus pretio mercationum emptarum.

PAulus pro pretio & nomine pretij duarum petiarum panni viridis de Cypro, quas confessus & contentus fuit se ex causa emptionis pro talibus, quales sunt, sine vllo restauro iacturæ vel minuitatis habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas, & traditas esse à Corrado, promisit solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corrado stipul. & recipienti insolidum pro seipso, & An. & Iac. eius fratribus & consortibus. Ita quòd quilibet eorum insolidum posit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu (vni tamen eorum facta solutione ab aliis liberetur) soluere & dare eidem, aut alteri dictorum fratrum vel certo eorum nuntio centum libras Bonoñ. hinc ad festum sancti Michaëlis mensis Septembris proximi in ciuitate Bonoñ. Paciscens non dicere vel opponere dictas petias pannorum sibi datas, mensuratas, & traditas non esse: & non probare solutionem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum vel cancellatum, aut per aliud legalis & bonæ famæ tabellionis manu confectum, & nullam aliam contrariam exceptionem, vel defensionem, seu negationem iuris vel facti specialem vel generalem contra aliquod prædictorum vel infrascriptorum in aliquo facere, vel opponere: sed omnia & singula suprascripta & infrascripta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quod si dictis loco & termino non soluerit, &om

& omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit promisit eis soluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, &c. secundum alterum prædictorum modorum, in fine verò renuntiabit hoc modo: Renuntians fori priuilegio, exceptioni doli, conditioni sine causa, & exceptioni sibi non datarum, & nõ traditarum petiarum panni, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum contractus pro soluendo ad tempus pretio mercationum emptarum. Rubr.

DIctum est in præcedenti instrumento de debito contracto specialiter in quodam casu: sed quia ex aliis diuersis modis contrahitur debitum & causa mercationis, ideo de tali instrumento hîc est videndum. Hoc instrumentum habet sex capitula, sicut præcedentia instrumenta. Ad cuius euidentiam tria sunt quærenda, scilicet, Primò quis contractus iste dicatur, & quæ actio oriatur ex eo. Secundò, quia hîc ponitur quoddam pactum pro talibus quales sunt, vtrum valeat, & quid operetur: & si non est appositum, quid iuris. Tertiò, quia ipse stipulatur pro se & fratribus suis, vtrum hæc stipulatio valeat: & si valeat, an in toto, an pro parte, & cui acquiratur actio. Ad primum dico, quòd iste est contractus debiti & crediti: quia ille qui emit, facit se debitorem ad pretium soluendum. Et ille qui vendit, facit se creditorem ad pretium recipiendum, vt debitum & creditum. Causatur ab emptore & venditore: & sic nascitur actio ex empto & ex vendito. tamen quia stipulatio intercessit, datur actio ex illa stipulatione: & sic actio ex stipulatu obsorbet actionem empti & venditi. Modò potest opponi, si ita est originaliter, quòd fuerit emptio & venditio: quare hoc instrumentum non fuit collocatum in primo capitulo, eò quòd pretium non soluitur in præsenti: & per hoc constituit emptor se debitorem, & venditor creditorem, inquantum pannum vendidit, & pretium non recepit, & hoc de primo. Ad secundum quæritur, nunquid istud pactum, pro talibus quales sunt, valeat, & quid operetur? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut hoc pactum fuit appositum, aut non: si non fuit appositum,

Qualis sit cõtractus præsentis instrumẽti.

Responsio ad secundam quæstionem.

positum,& tunc aut venditor sciebat aut ignorabat: si ignorabat,& tunc tenetur, cùm præsumatur scire vires suæ rei. Si autem pactum fuit appositum,& tunc aut venditor sciebat aut ignorabat rei vitium. Siquidem sciebat rei vitium, & tunc istud pactum nihil sibi prodest: quia qui dat, scire sua præsumitur,nisi probetur contrarium. Si autem ignorabat, & tunc non tenetur. Primò, propter ignorantiam. Secundò, propter pactum: & per hoc patet quid operetur hoc pactum:quia ratione ignorantiæ istud pactum facit, vt non teneatur de vitio non expresso. Sed si quæras,quomodo potest esse,quòd quis ignoret,cùm quilibet semper præsumatur scire vires rei suæ? Respondeo, quòd bene fortè is, qui modò vendidit,modò emerat ab alio,& nondum vendiderat:& fortè successit patri vel alteri in tali mercatione, præsumitur ignorantia quasi in facto alieno. hæc omnia sunt vera: Vel venditor certificasset emptorem de vitio rei, vel vbi vitium fuisset apparens,quo casu venditor non tenetur: cùm scienti & volenti non inferatur dolus:nec præsumitur deceptus qui sciuit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit. Ad tertium, scilicet, nunquid stipulatio facta ab Ant. pro se & suis fratribus valeat:& si valet,an in totum vel pro parte? & dico quòd hæc non est stipulatio emptionis neque venditionis:tamen pro parte stipulationis valet,sed pro parte fratrum suorum non valet:quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest: vt Instit.de inutili stipulatione.§.si quis alij.& §. si quis alteri.nec eis actio acquiritur:quia per liberam personam nostro iuri non subiectam nobis actio non acquiritur: tamen in præsenti instrumento: quia iste venditor fuit stipulatus sibi pretium solui insolidum,id est sic solidum pretium tenetur emptor sibi soluere:tenetur tamen iste venditor cedere actionem aliis fratribus suis,potuisset tamen iste frater pro se stipulari, & vice & nomine fratrum suorum. Et licet quis non alteri stipulari possit,tertius adiectus stipulationi potest,putà,promittis mihi aut Cayo, modò iste promissor potest soluere adiecto, & promissor liberatur. Fallit tamen in casibus. Primus casus est, si adiectus statum mutauit, si lis esset contestata cum stipulatione tantùm.Nota tamen quòd licet possit solui adiecto,non tamen potest solui hæredi eius: vt Instit. de inutili stipulat. §. planè. cum glos. sua. & habes de ista,&c.

Si ve

Si verò ex residuo debiti mercationum emptarum promittatur pecunia, ita scribes.

ANtonius & Philippus pro residuo & complemento pretij mille quingentarum librarum lanæ de Tunisi nitidæ & mundæ secundũ consuetudinem ciuitatis Bonoñ. quam confessi & contenti fuerunt se causa emptionis pro tali, qualis est, sine vllo restauro habuisse & recepisse à Corrado, promiserunt solenniter vnusquisque eorum principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipul. soluere, & dare eidem, aut eius certo nuntio centum libras Bonoñ. hinc ad vnum mensem proximum in ciuitate Florentiæ. Quod si dictis loco & termino non soluerint, & omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promiserunt vnusquisque se principaliter & in solidum obligando eidem creditori persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, &c. vt suprá.

Si verò ex residuo pretij alicuius rei mobilis vel immobilis promittatur pecunia, quod tamen pretium venditor in instrumento venditionis ipsius rei confessus fuit integrè recepisse, ita scribes.

ANtonius per se & suos hæredes promisit Corrado pro se & suis hæredibus stipulanti soluere & dare eidem, aut eius certo nuntio viginti quinque libras Bonoñ. hinc ad festum natiuitatis Domini pro xiiij. in ciuitate Bonoñ. pro residuo, & ex causa residui & complementi pretij vnius domus sitæ in viuario. Quam dictus Corradus prædicto Antonio vendidit, vt patet in publico instrumento scripto manu mei notarij suprascripti, non obstante confessione solutionis ipsius pretij facta ab ipso Corrado in prædicto instrumento venditionis. Quod si dictis loco & termino non soluerint, &c. vt suprá.

Si verò

Si verò de tota dote recepta confessus fuerit recipiens in instrumento dotis, & tamen aliquid superest, quod ad tempus dari promittatur, ita scribes.

ANtonius promisit per se & suos hæredes Corr. pro se & suis hæredibus stipul. dare, & soluere, ac restituere eidem aut eius certo nuntio xxv. libras Bonoñ. hinc ad vnum annum proximum in ciuitate Bonoñ. pro residuo & causa residui & complementi dotium dominę Mateldæ filiæ ipsius Antonij, & vxoris eiusdem Corradi, non obstante confessione solutionis ipsarum dotium facta ab ipso Corrado in instrumento dotium earundem scripto manu mei notarij suprascripti. Quod si dictis loco & termino non soluerint, &c. vt suprá.

Si verò de tota dote recepta confessus fuerit recipiens &c. *Rubrica.*

SEquuntur modò tria instrumenta quasi ad vnũ ballum tendentia: tamen vt habeas eorum originem, sciendum est quòd quandoque remanet debitor ex pretio rei emptæ, quandoque ex dotis residuo, si aliquis remanet debitor pretij: & tunc quandoque remanet debitor partis pretij, & de hoc habes præsens instrumentum, quandoque quis remanet debitor totius pretij: quod tamen pretium vẽditor totum habuisse confitetur: vt in instrumento vendi. Veruntamen emptor facit contrariam chartam, in qua promittit emptor pretium soluere infra certum tempus, non obstante confessione facta à venditore in instrumento venditionis, & de hoc casu habes sequens instrumentum. Si autem quis debitor constituitur pro parte dotis, putà, maritus confitetur totam dotem: veruntamen, quia aliquid superest ad soluendum, de quo residuo maritus vult esse tutus: & si quis debet dotem dare, promittit in aliquo instrumento residuum dotis ei soluere, non obstante confessione facta in instrumento dotali: & de hoc fieri habet tertium instrumentum, vbi fit mentio de dote. hîc non sunt dicenda alia. Casus satis per prædicta patet, &c.

Si ve

Si verò ex causa pretij soluti promittatur frumentum, vel aliquid aliud, ita scribes.

ANtonius nomine pretij xl. sol. Bon. quos contentus & confessus fuit se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datos, solutos, ac numeratos esse à Corra. promisit solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligãdo dicto Corra. pro se & suis hæredibus stip. dare & deferre eidem Bon. domui suæ sex corbes frumenti boni, pulchri & mundi, in festo sanctæ Mariæ mensis Augusti proximi: donans ei purè, & liberè, ac simpliciter, & irreuocabiliter inter viuos, quicquid dictum frumentum plus valuerit vel valiturum est dicto pretio, certificatus & sciens illud esse maioris pretij & æstimationis. Quod si dictis loco & termino nõ dederit, nõ soluerit, & detulerit, vt dictum est, & omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerit, promisit eidẽ persoluere atq; dare xx. solidos Imperialium pœnæ nomine stipul. in singulis cap. huius contractus insolidum promissæ: qua soluta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta: & nihilominus dictum frumentum vbique locorum & fori creditor petierit ab eodem, & specialiter tempore fori Maij & Augusti de Boñ. & in ipsis foris integrè se daturum. Item reficere & restituere eidem omnia & singula damna & expensas, &c. vt suprà in primo instrumento mutui. Et nota idem seruandum esse in lignis & vuis, & omni eo, quod ex pretio debetur ad tempus.

Si verò ex causa pretij soluti promittatur frumentum vel aliquid aliud. *Rubrica.*

QVia quandoque quis fit debitor nõ ratione pretij, sed rei futuræ, ad quam dandam se obligat, ideo de hac forma est hîc videndum. Casus est talis: Quidam Antonius habebat sex corbes frumenti, quas vendidit, quod dare promisit Corrado emptori mundum & nitidum in festo sanctæ Marię pro pretio quadraginta lib. Boñ. quod ipse confessus fuit habuisse à dicto Corrado, & promisit dictum frumentum deferre in dicto termino domui d. Corradi sub pœna, &c. Habet autem hoc instrumentum sex capitula, sicut alia instrumenta,

de deb-

de debitis & creditis tractãtia. Sed circa declarationem huius instrumẽti quærenda sunt quatuor, scilicet, Primò, quis cõtractus iste dicatur, & quæ actio descendat, & oriatur ex eo. Secundò, an venditor sit deceptus, & si est deceptus, an posit petere restitutionem donando illud plus, quod valebat frumentum tempore quo tradebatur. Tertiò, vtrum illud plus posit donare, & an donatio hîc facta valeat. Quartò, an quis posit emere futuros fructus sine Dei offensa. Ad primum, scilicet, quis contractus iste dicatur? Et dico quòd iste contractus est debiti & crediti: nam venditor facit se debitorem ad rem tradendam. Emptor autem facit se creditorem, pretium futuræ rei soluendo: tenetur tamen actione ex empto & vendito ad illud debitum: & sic nascitur actio empti & venditi: tamen quia stipulatio fuit interposita datur actio ex stipulatu. Notandum est tamen pro intelligentia, quòd venditio futurorum potest fieri purè, & conditionaliter: purè, sicut hîc, vendo tibi decem corbes frumenti, vini, vel olei: & sic est pura, & in genere facta. Nec potest dici quòd sit hîc tacita conditio, si nascatur cum stipulatione facta in genere; sed si sit facta in specie, putà, vendo tibi decem corbes frumenti, quod nascetur in tali agro meo: & tunc venditio est conditionalis. Nam tacita est conditio, si nascatur: & si non nascatur, venditio effectum non haberet, sed expectatur sequens annus: nisi esset dictum, vel de alio æquè bono. Sed quæro, quare dixit bene mundi & nitidi, &c. Respondeo, quòd dando vtilissimum liberatur, ex quo in genere promisit. Sed si promisit in specie, tunc dare tenetur de eo quod promisit, siue sit bonum, siue non. Et sic bene fuerunt apposita illa verba, boni, &c. cum ministerio, & bene operantur, vt suprà dixi. Ad secundum, scilicet, si venditor in modico vel enormi damno sit deceptus, an posit restitutionem petere? Ad quod sciendum sic distingue: quia aut venditor est maior, aut minor: si est maior, & tunc potest petere restitutionem de enormi damno. De modico autem non, cùm licitum sit contrahentibus se decipere adinuicem: duntamen deceptio non excedat dimidiam iusti pretij. Si autem esset minor, & tunc donare non potuit sine tutoris vel curatoris authoritate. Nam tunc semper præsumitur læsus, ex quo donatur: & sic non esset tunc restitutio necessaria: cùm contractus ipso iure sit nullus, quod est verum, nisi minor iurasset in contractu: quia tunc illud iu-

Qualis dicatur contractus præsentis instrumenti.

An ex hoc cõtractu decepto competat restitutio.

V

ramentum repræsentat eum maiorem. Et intelligat de maiore quatuordecim annis: quia si esset minor quatuordecim annis, non posset iurare, per authenticam, Sacramenta puberum, &c. Ad tertium, scilicet, quando donatio hîc facta valeat, & an ille venditor potuit donare illud plus, quod valebat frumentum tempore traditionis? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut ille, qui donat, est minor quatuordecim annis, aut maior quatuordecim annis: Si minor, donare non potest: quia semper præsumitur læsus, vt suprà dixi. Si autem est maior quatuordecim annis, & tunc potest donare in his, quæ non possunt seruari, cum curatoris authoritate. & sic tenet, si curatorem habet, aliàs ipse solus: sed si vellet donare ea, quæ possunt seruari: & tunc non potest nec cùm curatoris authoritate, cùm non possit causa legitima subesse. Veruntamen si spontè, & ex certa scientia iuret, iuramentum facit eum maiorem. Sed licet maior habetur tunc propter iuramentum, nihilominus, si fuerit deceptus in enormi damno, posset etiam restitutionem petere, nisi post primum iuramentum iuret nullam restitutionem impetrare: quia tunc non posset petere restitutionem. Et idcirco patet quòd ista donatio in casu, in quo valuit, operatur, vt rusticus non possit petere restitutionē de enormi damno, cùm illud plus donauerit. Et cùm opponas, quòd res pro parte vendi, & pro parte donari non potest, Respondeo, quòd est verum in actionibus, quæ ceduntur, vt in quinto capitulo dicetur: sed res corporales bene possunt pro parte donari, & pro parte vendi, vt hîc. Ad quartum, scilicet, nunquid quis possit emere futuros fructus sine Dei offensa? dicunt aliqui, quòd non: quia idcirco emit, vt pro minori habeat: & sic quasi vsura habet cōmitti. Dic securè, quòd nemo futuros fructus emere potest: quia cum Deo mercari nititur tempora & Dei prouidentiam coarctare venditione sua, ita adeò quòd coactus sit ipse Deus ad fructus nouos creandos, & natura gignendos. & hoc ex foro Diuino. Alij dicunt, quòd quis potest emere, quia licitum est cuilibet. Alij distinguunt diligere caristiam habeat: tamen quæstionem relinquamus sacris Theologis disputandam. Demum not. quòd si venduntur futura ligna, vel futurum vinum, quòd eodem modo conficitur instrumentum: attendenda tamen sunt pacta inter partes inita, &c.

Possint emi fructus futuri.

Instru

Instrumentum debiti pecunia mercandi seu negotiandi causa recepta.

ANtonius fuit contentus & confessus se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse ad laborandum, & ex causa laborandi, & negotiandi in arte & mercantia lanæ & pannorum lanæ exercendæ solummodò in ciuitate Bono. & non alibi, ad quartam partem lucri vel damni à Cor. quondam Titij centum lib. Bono. Promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando do. Cor. pro se & suis hæredibus stip. fideliter negotiari atque mercari cum ipsa pecunia in mercatione prædicta, hinc ad vnum annum proximum. Et ipsam quantitatem integrè solummodò in pecunia numerata cùm dicta quarta parte lucri & damni, vel tantum minus, quantum fuerit quarta pars damni ex operata mercatione cum ipsa pecunia habiti, vel subsecuti, soluere, dare, ac restituere eidem, aut certo eius nuntio in fine dicti termini in ciuitate Bon. ita tamen quòd si denuntiauerit fore damnum ex mercatione prædicta cum ipsa pecunia subsecutum, non aliter ipsius damni partem aliquam sibi computare creditor teneatur, nisi idem debitor duos vel tres legales & bonæ opinionis testes, qui non sint eius familiares vel participes, legitimè probet illud. Quod si dictis loco & termino non soluerit, vt dictum est, & prædicta omnia & singula suprascripta & infrascripta non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine stipul. in singulis capitu. huius contractus insolidum promissæ, &c. vt in præmissis instrumentis debitorum. In fine verò renuntiabit fori priuilegio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & exceptioni sibi non datæ, non solutæ, & non habitæ ex prædicta causa pecuniæ quantitatis supradictæ, & omni alij iuris auxilio. Not. tamen quòd prædictus cõtractus iuxta meliores opiniones & probationes & rationes ex suiipsius natura fœneratitius iudicatur. Contractus verò subsequens cõceditur vt legitimus & fidelis, eò quòd in ipso super toto capitali suscipitur, & diuinum iudiciũ & fortuitus casus. Verũtamen vtrunque conscripti, vt in hoc sciatur bonum & malum. Illud illico euitandum, istud

autem eligendum. Et quia contraria iuxta se posita melius elucescunt. Et etiam propter illorum vtilitatem, qui fœnerari nolentes, contractum prædictum inière, credentes se prauitatem vsurariam euitare. Sed,

Incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim.

Itaque illius contractus, qui super huiusmodi cõuenientibus sine no. pacti fieri potest, forma hæc est.

Instrumentum alicuius debiti super simili materia fideiussoris addita cautione.

ANtonius fuit confessus & contentus se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse ad laborandum, & ex causa laborandi, & negotiandi in arte & mercantia pannorum de Vltramontes mercandi solummodò in ciuitate Bononiæ, & non alia ad quartam partem lucri à Corrado quondam Titij C. lib. Bonon. exceptioni sibi non datæ & non receptæ ex causa prædicta pecuniæ omnino renuntians. Et promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corra. pro se & suis hæredibus stipul. fideliter negotiari atque mercari cum ipsa dicta pecunia in mercatione prædicta hinc ad vnum annum proximum. Quas quidem centum lib. Bono. idem Anto, & ipsius precibus & mandatis Philip. se principalem constituens promiserunt solenniter vnusquisque eorum principaliter & insolidum sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dicto Corra. pro se & suis hæredibus stipul. integrè solùm in pecunia numerata cum quarta parte lucri habiti, vel eo minus, quantum fuerit totum damnum ex operata mercatione cum ipsa pecunia subsecutũ, soluere, & dare, ac restituere eidem, aut certo eius nuntio in fine dicti termini in ciuitate Bonon. Ita quòd damnum totum, si diuino iudicio vel casu fortuito sine ipsius Antonij culpa vel dolo subsecutum est, ad ipsum pertineat creditorem. Veruntamen diuinum iudicium, casum, vel damnum non aliter sibi computare creditor teneatur, nisi dictus Anto. per duos vel tres legales & bonæ opinionis testes, qui non sint eius familiares vel consortes, legitimè probet illud. Quod si dictis loco & termino non soluerint, vt dictum est, & omnia & singula suprascripta & infrascripta, nõ obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promisse

promiserunt vnusquisque eorum principaliter & insolidum se obligando eidem creditori stipulanti, vt dictum est, persoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine stipulatione in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa, &c. Iuxta formam aliorum contractuum debiti. In fine verò renuntiabunt fori priuilegio, nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum debiti pecuniæ mercandi seu negotiandi causa repertæ.

Instrumentum aliud in eadem forma. Rubrica.

Secunda pars.

QVia non solùm ex causa emptionis & venditionis contrahitur debitum & creditum, sed etiam ex causa societatis, ideo de debito & credito ex causa societatis contracto in his duobus instrumentis est agendum & videndum. Casus autẽ est: Quidã Anto. sciens mercationẽ lanæ exercere, pecuniam quandam fuit confessus habuisse à Corr. dante & soluente prædicto Anto. vt fideliter artem lanæ exerceat, ad quartam partem lucri & damni. Quam pecuniam promisit dictus Anto. restituere hinc ad annum sub pœna, &c. Habet autem hoc instrumentum sex capitula, sicut & alia de debitis & creditis tractantia. Modo ad plenam expositionem huius instrumenti quatuor sunt declaranda. Primò, quis contractus iste sit, & quæ actio oriatur ex eo. Secundò, an capitale hîc positum veniat diuidendum, vel totum restituendum. Tertiò, qualiter sint intelligenda illa verba, ad quartam partem lucri & damni. Quartò, exponere notam in fine instrumenti contentam. Ad primum dico, quòd iste est contractus debiti & crediti, quod quidem causatur à societate: quia vnus ponit pecu. & alter operam, quod esse potest: vt Instit. de societate. §. de illa. Item quia hîc agitur de lucro vel damno quod absit diuidendo, & sic originaliter patet, quòd est contractus societatis: & sic debet dari actio pro socio, tamen quia fuit stipulatio interposita, datur actio ex illa sti-

Qualis sit contractus præsentis instrumẽti.

pulatione. Ad secundum, scilicet, nunquid capitale in societate positum veniat diuidendum, an totum restituendũ? Ad quod sciendum sic distingue: quia aut est dictum per pactũ, quòd restituatur, aut quòd diuidatur, aut nihil dictum fuit. Si dictum fuit quòd diuidatur vel restituatur, est pactum seruandũ. Si autem nihil fuit dictum, & tunc aut est consuetudo vel statutum de hoc in ciuitate, vel in regione, & seruabitur: aut non est statutum, nec consuetudo: & tunc seruari debet ius, scilicet, vt capitale diuidatur: quia omnia posita in societate intelliguntur communicata diuidenda. Ad tertium, scilicet, qualiter debeant intelligi illa verba, ad quartam partẽ lucri vel damni? & dico quòd non debent intelligi, quamuis lucrum & damnum simul & semel diuidatur: nam vbi est lucrum, ibi damnum esse non potest, & econtrá. Intelligas ergo vt primũ damnum emergens in societate deducatur: quia nunquã dicitur lucrum, nisi prius damno deducto: damnum ergo deducitur de tota societate, & non de singulis rebus: cũ sit possibile damnum fuisse in vna re, & in alia lucrum: tunc quod superest præter capitale, lucrum est, & illud venit diuidendum secundũ conuentionem: vnde iste, qui pecuniam posuit, habebit quartam partem lucri: is autẽ, qui eam recepit, habebit tertiam partem. Ad quartum, scilicet, exponere notã in fine huius instrumenti positam, Quæritur, nunquid iste contractus dicatur fœneratitius? & dicit ista nota quòd iste contractus, secundum hanc primam formã, est fœneratitius: quia quando in contractu quis non suscipit casum fortuitum & diuinum iudiciũ, tunc ille contractus fœneratitius iudicatur. Sed iste, qui pecuniam dedit ad mercandũ, non suscepit diuinũ iudicium, nisi pro quarta parte: & ideo contractus fœneratitius censetur: licet quidam credentes vitare fœnus, magis intrant deuenientes ad hunc contractum, & excusantes se, quòd quartam partem recipiunt, vel aliam, de qua conueniunt: & ideo ipsi faciunt sicut nautæ volentes effugere Carybdim quendam locum in mari periculosum, sed ipsi incidunt in Scyllam, id est, in alium locum magis periculosum. vnde versus,

Incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim.

Tabellio ergo qui cõscientia aliquali pungitur, debet formã seruare: sed in quæ verba est macula, cùm totum diuinum iudicium in dictis pactis in se recipiat: sed si contingat damnũ

Responsio ad secundam quæstionẽ bona quæstio est.

dolo

dolo vel culpa Antonij, debitorem: tunc totum spectet ad quod est valde congruum. Si vellet tamen dicere damnum emersisse diuino iudicio, hoc probare tenetur apertè: quia qui casum allegat, casum probare debet. Verùm quia quandoque, imò de raro datur pecunia alteri ad mercãdum, quin detur fideiussor, quoniam qualiter habeas ipsum scribere, habes hîc. Non enim debes eum obligare ad id ad quod principalis, sed ad interesse, sicut hîc: quia iste fideiussor non obligatur ad mercandum, sed ad pecuniam reddendam, & ad interesse præstandum, si principalis non obseruet promissa. & sic po. hanc formam fideiussoris bene positam.

Instrumentum commodati.

ANtonius fuit confessus & contentus se ex causa commodati habuisse & recepisse à Corrado vnum Digestum vetus in chartis hædinis scriptum in textu de litera antiqua, & glossatum de apparatu domini Accursij ad vsum legendi. Promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipu. prædictum librum omni dolo, & culpa remota, solicitè, prudenter, & fideliter custodire: & in ipso seruando & custodiendo summam, & exactissimam diligentiam adhibere, & eundem librum eiusdem bonitatis, vt nunc est, restituere, & consignare sibi, aut soluere, daréque eidem nomine æstimationis, & pro æstimatione eiusdem libri concorditer ab eis ibidem facta quinquaginta lib. Bonon. hinc ad vnum annum proximum. Suscipiens in se, & super se, omnem casum fortuitum & euentum incendij, naufragij, ruinæ, rapinæ, furti, violentiæ, & desuperuenientis periculi, & quemcunque alium tam ex diuino vel humano iudicio, quàm ex quolibet genere culpæ, vel aliàs prouenientem. Et promittens solenni stipu. eidem Corra. nullam contrariam exceptionem vel defensionem iuris vel facti specialem vel generalem occasione vel prætextu prædictorum, vel fortuitorum casuum, & euentuum, aut quorũcunque aliorum, vel alia causa inaliquo facere vel opponere: quominus ad ipsius libri restitutionẽ, aut prædictę æstimationis solutionẽ, vt dictũ est, faciẽdã efficaciter teneat. Sed omnia & singula in hoc cõtractu cõtẽta firma & rata habere, & tenere, & nõ contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quòd si dicto termino

prædictum librum non restituerit,aut dictam æstimationem nō soluerit,vt dictum est,& omnia & singula suprascripta & infrascripta non obseruauerit,aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem Corr.persoluere atque dare duplū ipsius æstimationis pecuniæ pœnæ nomine, stipu.in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa:qua soluta vel nō,rata maneāt omnia & singula suprascripta & infrascripta. Et nihilominus antedictū librum se redditurū siue æstimationē prędictam soluturum vbicunque locorum & fori commodator petierit ab eodem. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna,expensas,&c. Vt in præcedentibus debitorum instrumentis. In fine renuntiabit fori priuilegio,exceptioni sibi non habiti & non recepti ex commodato libri prædicti, exceptioni doli,condictioni sine causa,in factum actioni,& omni alij iuris auxilio.

Instrumentum commodati. *Rubr.*

Tertia pars.

VIdimus suprà,quòd istud capitulum diuidebatur in partes quinque. In quarum prima ponuntur instrumenta mutui. In secunda debiti & crediti, quæ sumunt originem ex diuersis causis mercationum. In tertia ponitur instrumentum commodati. Dicto ergo de duabus partibus, Restat nunc videre de tertia. Vel sic: Qualiter constituantur debitores & creditores ex causa mutui. Item ex causa mercationum in superioribus instrumentis est dictum. Sed quia aliquando constituuntur ex causa commodati: ideo de ipso commodato hîc est videndum. demonstrat hæc Rub. cùm dicit, Instrumentum commodati. Casus talis est: Quidam Ant. volens studere fuit confessus ex causa commodati habuisse à Cor. vnū Digestum vetus ad vsum legendi,quem dare,& restituere promisit,&c. Habet autem hoc instrumentum sex capitula,sicut cætera de mutuo tractantia:& quia nobis offertur materia commodati,ideo circa ipsius materiam quatuor sunt videnda. Primò,quid sit commodatum,& quare sic appellatur. Secundò,qui possunt commodare. Tertiò,qualiter contrahitur commodatum,& qualiter contractum dissoluatur,& in quibus rebus fiat commodatum. Quartò,ad quid tenetur commodator cōmodatario,& econtrà,& quibus actionibus

nibus

nibus. Ad primum, scilicet, quid sit cõmodatum? & dico quòd commodatum est alicuius rei ad aliquem specialẽ vsum gratuita facta concessio: vt ff. eo. tit. l. rei commodatæ. Expone, alicuius rei, scilicet, mobilis vel immobilis, quæ nõ perit: nã in rebus, quæ vsu pereunt, non potest esse commodatũ. Ad aliquem specialẽ vsum. Et sic no. ꝙ in commodato debet specificari vsus, ad quem res commodatur: & in hoc differt à precario, in quo non specificatur vsus. Gratuita facta concessio. & sic not. ꝙ commodatũ debet gratis fieri, aliàs si aliquid daretur, si quidem in pecunia, esset contractus locationis & conductionis. Si alia re, & tunc esset cõtractus nominatus: vt Institu. qui. mo. re. cõtrah. oblig. §. item is, cui res publica vendenda datur, &c. in fine, §. item not. quòd dicit, alteri facta concessio & non translatio: quia in commodato nullum ius quęritur nisi vtendi. Et sic bene patet, quòd sibi nõ possidet commodata re: sed ipsius rei. Et dicitur cõmodatum, quasi cõmodo vtendis datum. & ideo si tibi cõmodaui equum, vt ires ad villam: & ego antequàm vadam, volo reuocare, non possum duabus rationibus. Vna, quia commodatum commodo vtentis esse debet: sed modò potius esset in incommodo. Item alia ratione: quia cõmodatũ nõ potest aliquo modo reuocari, nisi vsu finito. Ex prædicta ergo diffinitione no. iij. vel iiij. Primò, quia in commodato vsus specificari debet, vt in præsenti instrumento. Secundò, quia oritur actio ex prædictis; non potest cõmodatum reuocari, nisi finito vsu. Tertiò, quia commodatum fieri debet gratis. Quartò, quòd cõmodatarius nullũ habens ius, sic vti potest ad eum vsum, ad quem est concessum. Ad secundum, scilicet, qui possunt commodare? & dico quòd illi possunt commodare, qui possunt de rebus suis alienare: vnde non minor, nisi cum tutoris vel curatoris authoritate. Item homo hebes, mente captus, vel furiosus, vel prodigus: tamen si aliquod iuris impedimentum non habeat, potest cõmodare: cùm cõmodatum non sit species alienationis. Et potest commodari omnibus, qui possunt se obligare ad rem restituendam: & sic nõ potest cõmodari minori, cùm nõ obligetur, nisi cum tutoris vel curatoris authoritate. Ad tertium, scilicet, qualiter commodatum contrahatur, & contractum dissoluatur, & in quibus rebus cõtrahatur? Et dico quòd cõtrahitur re interueniẽte, vt Insti. qui. mo. re. contrah. oblig. §. itẽ is cui. & nunquã nascitur obligatio, nisi re interueniẽte,

Cõmodatum quid sit.

Cõmodare qui possunt.

Cõmodatũ qualiter cõtrahatur.

& contrahitur gratis. & potest fieri cum scriptura, & sine. & dissoluitur pluribus rationibus siue pluribus modis. Primò, ratione facta de re cõmodata, vel alio iusto titulo acquisita, putà, donatione, datione in insolutũ, vel similibus titulis. Et si quæras, in quibus rebus possit fieri cõmodatũ? Dico q in omnibus reb⁹, quę possint in cõtractũ deduci, siue sint mobiles siue immobiles, dũmodu vsu nõ pereant: quia in rebus, quæ cõstant in pondere, numero, vel mẽsura, cõmodatũ esse non potest: nisi res nõ eodem numero, seu specię commodata, eodem pondere, & mensura à commodatario restitui cõmodatori suo promittatur, ipso commodatore annuente, & non aliàs: cùm in cõmoda eadem res debeat restitui. sed istæ, quæ constant in numero, pondere, vel mensura, vt vinũ, oleũ, & frumentum quæ vsu consumuntur: & sic dominiũ transfertur in mutuo, quod nõ est in cõmodato. Et sic no. magnã differentiam inter mutuum & cõmodatũ: quia res, quas desiderat mutuum, odit & fugit commodatũ: & in mutuo dominium transfertur, in commodato nõ: in mutuo, similis res restituitur, in cõmodato eadem. Itẽ res cõmodata perit periculo domini in casu fortuito, si pereat cessante culpa cõmodatarij. Demũ no. q quędã res prohibentur alienari, quæ possunt cõmodari, videlicet, fundus dotalis, res religiosa, res sacra mobilis, vt crux, & calix, licet quæ res alienari nõ possint possunt tamen cõmodari: cũ rei dominiũ per commodatum nõ transferatur. Ad quartũ, scilicet, ad quid teneatur cõmodator cõmodatario, & ecõtrà: Ad cuius euidentiã sciendũ est, q cõmodator est ille, qui rem cõmodat: sed cõmodatarius est ille, qui cõmodatũ accipit. Itẽ no. q ex cõtractu cõmodati nascitur actio cõmodati directa & cõtraria. Actio cõmodati directa datur cõmodatario cõtra cõmodatariũ. Cõtraria datur cõmodatario cõtra cõmodantẽ. Sed videamus ad quid datur actio cõmodati directa. Et dico, quòd primò datur vt res cõmodata restituatur cõmodatori cũ expẽsis, dãnis, & interesse: quia in re dolũ commisit, & latam culpam, leuem, & leuissimam. Sed videamus quid sit dolus, quæ lata culpa, quæ leuis, & quæ leuissima, & qui casus fortuitus. Dolus est studiosa machinatio, vel calliditas ad alterum decipiendum, putà, quia ordinauit commodatarius cum aliquo, vt iret tali hora, & poneret ignem in domo Corrad. commodata. Lata culpa est facere quod nullus alter faceret vel nõ faceret, quod

In quibus rebus cõmodatum possit fieri.

Cõmodator ad quid teneatur cõmodatario.

Not. diligẽter istas differentias, licet, nihil alleget, tamẽ procedit contra iura.

quili

quilibet diligẽs faceret,& ista dolo cõparatur: Verbi gratia, equũ tibi cõmodatũ dimisisti in via solum de nocte,vel fortè cùm curreret vltra velle tuũ,vulnerasti eum. Leuis culpa est quæ prouenit ex negligentia vel desidia, putà, quia equũ audiuisti in nocte capistratum,vel fortè cum aliis equis calcitrantem:tu verò stabas calidus in lecto,timore frigoris noluisti surgere,nec ire:tamen si tunc equus, vel res alia,tuo dolo(te succurrere nolente,cũ teneris) pereat,tuo periculo perit. Leuissima est non facere quod fecisset sapientissimus,putà,quia cameram,vbi erat res commodata,firmasti cum magna festinãtia:nec tentasti,si erat clausa,& illa res furto perdita est. Casus fortuitus est,cui aliquo modo prouideri non potest,& ideo regulariter non tenetur commodatarius:cùm in cordibus nostris euitare nõ possumus. Fallit tamen in quatuor casibus,in quibus tenetur omnino ipse commodatarius de casibus fortuitis. Primus casus est,quando dolus vel culpa præcessit casum,putà,commodaui tibi equum vt ires ad rus: tu verò iuisti ad exercitum,vel ad alium locũ periculosum, & equum casu fortuito amisisti. Secundus casus est, quando fuit in mora restituendi. Tertius casus est,quãdo per pactum suscepit. Nota tamen quòd commodatarius non semper tenetur de istis supradictis omnibus: sed quandoque de dolo solo tenetur,vtputà,res aliquas commodaui vxori meæ, vt compta veniret ad me. Quandoque dolus,lata culpa,& leuis: vt si commodaui ciphos argenteos,vt omnes amicos inuitares ad cœnã. Quandoq; etiã leuissima: & sic generaliter casus fortuiti nunquam veniunt,nisi in casibus supradictis. Sed pone ꝙ commodatarius remisit equum per nuntium commodatoris,& nuntius fugit cum equo,nunquid tenetur commodatarius? Ad quod sciendum sic distingue:quia aut commodator misit nuntiũ pro equo:& tunc non tenetur, si nuntium cognoscebat:aut commodatarius equũ misit per eum nuntiũ,qui dicebat se nuntium,cùm non esset missus,& eum non cognoscebat,& tunc tenetur:quia debebat remittere per fidum & tutum nuntium,qui erat consuetus stare cum ipso commodatore. Sed quid si commodatarius remisit equum per suum nuntium tantùm? Respondeo:quia aut iste erat bonæ famæ,& consuetus stare cum ipso,aut malæ famæ. Si autem bonæ famæ,& iste nuntius posteà fugit cũ equo, liberat eũ,vt leuissima culpa non posit ipsi commodatario ascribi.

Casus in quibus cõmodatarius tenetur de casu fortuito.

Si autem

Si autem erat malæ conditionis & famæ:& tunc commodatarius tenetur,si aufugit: cùm exactissimam diligentiam debeat adhibere. Actio verò contraria,quæ datur commodatario,competit cõtra commodatorem,vt sinat commodatarium re vti vsque ad terminum. Item pro maioribus expensis restituendis ipsi commodatario, non autem pro minoribus,putà,pro cibariis equi. Item tenetur commodator de dolo,putà si vitiũ erat in equo,equum commodauit,nec vitium expressit. Item si equus erat vitiosus,quo casu ad omne interesse tenetur,nisi fuisset vitiũ apparens,quo casu non tenetur.

Instrumentum depositi.

RESTAT nunc de deposito videre, sed notandum est,quòd aliquando fit instrumentum depositi simpliciter & breuiter,nulla de restituendo ei promissione adiecta. Et hoc puto debere fieri quando fit depositum solummodò gratia deponentis. Aliquando verò fit cum solenni promissione restituendi depositi:& hoc potest fieri,quando fit depositum gratia deponentis,seu gratia depositarij. Sed magis æquum est, vt depositum pro vtilitate & gratia depositarij factum solenniter restitui promittatur:& recipiat expressim in se depositarius casus fortuitos, sicut suprà in instrumento commodati. Licet de iure depositum pro vtilitate depositarij factum & amissum restitui debeat:& non solùm in hoc casu, sed etiam in tribus aliis, scilicet, quando depositarius dolum commisit,vt surriperetur depositum,vel quando in mora stetit reddere,postquàm repetitum fuit. Et quando expressim conuenit de deposito restituendo. Sagacitatis verò inter deponentes & depositarium, ne depositum alteri detur, nisi sicut ordinatur,multi modi fuerunt aliquando per hydioceram,aliquando per chirographum,& multis aliis modis. Est igitur vtriusque forma contractus hæc.

Instrumentum depositi simplex cum promissione de restituendo.

ANtonius ciuis & mercator Bon. precibus & gratia Cor. recepit seruandi & custodiendi causa depositũ ab ipso Cor. ibidem & in præsenti vigintiquinque libras grossorum Venetorum, prout ipse Ant. con-

fessus fuit tantam esse quantitatem, restituendam ei Cor. vel eius hæredibus, siue ipsius certo nuntio sibi fidē inter eos ordinatā & dispositam facienti, & quandocunque ipse Cor. vel eius hæredes, aut dictus certus eius nuntius petierit ab eodē.

Depositum pro vtilitate & gratia depositarij factum cum promissione de reddendo.

ANtonius fuit confessus & contentus se in depositum habuisse & recepisse à Cor. xxv. lib. grossorum Venetorum, in vsum & vtilitatem suā de ipsius Cor. licentia conuertendas, recipiens etiam pecuniam prædictam ab ipso ibidem, & in præsenti, quam confessus fuit tantam esse quantitatem. Et promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipu. restituere & consignare eidem, aut eius hæredibus, vel ipsius certo nuntio sibi hoc instrumentum deferenti, vel signum, vel fidem inter eos ordinatam & dispositam referenti, ipsam Venetorum grossorum quantitatem, quandocunque idem Corradus vel eius hæredes, aut eius dictus certus nuntius petierit ab eodem. Necnon suscipiens in se, & super se, omnem casum & euentū incendij, naufragij, ruinæ, rapinæ, furti, violentiæ, & quemcunq; aliū tam ex diuino, & humano iudicio quàm ex quolibet genere culpæ, vel aliàs prouenientem. Et promittens nullam contrariam exceptionem, vel defensionem, seu negationem prætextu dictorum casuum, & euentuum, aut alicuius eorum, siue quorumcunque aliorum euentuum, aut alia quacunque causa in aliquo facere vel opponere, quominus ad ipsum depositum restituendum, vt dictum est, efficaciter teneatur. Sed omnia & singula suprascripta & infrascripta in hoc contractu contenta firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quod si non restituerit & consignauerit, vt dictum est, promisit eidem persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, &c. vt in instrumentis debitorum. In fine renuntiabit fori priuilegio, exceptioni non habitæ & non receptæ pecuniæ ex causa depositi quantitatis prædictę, exceptioni doli condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

Deposi

Depositarius si in se casus fortuitos non recipiat, poterit uti breui instrumento, & expedito modo, qui in huiusmodi depositis pro maiori parte seruatur.

ANtonius fuit cōtentus & confessus se habuisse & recepisse seruandi & custodiendi causa in depositum à Corrado xv. libras Venetorum grossorū. Recipiens pecuniam ipsam in vno sacculo ibidem, & in præsenti, quam confessus est tantam esse quantitatem. Et promittens solēniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipulanti restituere & consignare eidem, aut eius hæredibus, vel eius certo nuntio hoc instrumentum deferenti vel sibi signum & fidem inter eos ordinatam & depositam facienti dictam quantitatem Venetorū grossorum, quandocunque ipse Cor. vel eius hæredes, siue dictus eius certus nuntius petierit ab eodem, Sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ, stipulatione promissa: qua soluta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta. Item reficere & restituere ei omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extra. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Renuntians, vt suprà, &c.

Instrumentum depositi cum duobus sequentibus instrumentis. Rubrica.

Quarta pars.

VIdimus suprà de tribus partibus huius capituli. Restat nunc videre de quarta. Vel sic: Vidimus qualiter debitores & creditores constituuntur ex causa mutui. Item ex causa mercationum. Item ex causa cōmodati. Sed quia aliquando constituuntur ex causa depositi, ideo de ipso est videndum. innuit hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum depositi. Et antequàm veniam ad aliquod instrumentum in specie, more solito videamus theoricè aliqua de deposito: deinde deueniamus ad practicam, ista tria instrumenta diuidendo, prout erit opportunum: & circa materiam depositi,

licet

licet praecedens aliqua tangat, sex per ordinem sunt notanda. Primò, quid sit depositum, & quare sic appellatur. Secundò, quotuplex si depositum. Tertiò, qui possunt deponere, penes quos potest deponi, quae res possunt deponi. Quartò qualiter depositum contrahatur, & qualiter contractum tollatur, & dissoluatur. Quintò, cui depositum sit restituendum, & quid sit restituendum. Sextò, ad quid teneatur depositarius deponenti, vel econtrà, & quibus actionibus. Ad primum dico quòd depositum est, quod alicui custodiae causa, vel alicuius fidei creditum aut traditum est, vt vult Azo in sum. Exponas haec verba hoc modo: dicit enim, depositum est quod alicui, scilicet, habili ad obligandum se ad depositum restituendum, custodiae causa traditum est: & per hoc not. quòd per depositum non transfertur dominium, nec aliquod ius, vt est: & ideo si depositarius re deposita vtatur, furtum committit. Traditum, & per hec not, quòd depositi contractus contrahitur re interueniente. Et dicitur depositum quasi seorsum à se positum: nam penes ipsum depositarium res ponitur, & à domino separatur: & sic nomen est consequens rei, vt esse debet. Ad secundum, scilicet, quotuplex sit depositum? & dico quòd est duplex. Nam quoddam est depositum iuris. Quoddam depositum facti. Depositũ iuris est, quando debitum offertur à debitore creditori, quod ipse creditor non vult recipere, vt currant vsurae: tamen consulitur debitori, vt debitum oblatum deponat & consignet hoc modo, scilicet, apud sacristiam, vel ędem sacram, vel alium idoneum & legalem, & dicat quòd ipsum restituat creditori suo. Et sic, vt debitor liberetur, tria sunt necessaria in tali deposito. Primum est, quòd offerat ipsi creditori, de qua oblatione vtile est confici instrumentum, vt possit probari fuisse facta. Secundum est, quòd deponat. Tertium est, quòd consignet, ita quòd possessio remaneat penes depositarium, nisi deponens in suos vsus conuertat, his tribus concurrentibus etiã debitor liberatur: poena etiam non potest committi, & vsurae non currunt, si ad domum solitae habitationis offertur pecunia denuntiando, & protestando, quòd paratus est satisfacere ceditori suo, ex nunc & quotidie: & quòd dicat ita, non intendo deinceps de vsura, siue quauis pensione, teneri, videlicet, tibi creditori meo. Et de hac protestatione optimum est, vt instrumentum conficiatur: & sic postea deponat & consignet,

Depositũ quid sit.

Depositũ quotuplex.

signet, ita quòd creditori soluatur: & ipsi creditori dabitur actio ad talem pecuniam petendam: nec obstat regula, quæ dicit, Per liberam personam, &c. quia hic est casus exceptuatus à regula: nec obstat alia regula, quæ dicit, quòd nemo potest alteri stipulari, vel paciſci: quia hic est speciale. Et depositum facti est duplex, scilicet, voluntarium, & necessarium. Necessarium depositum fit quadruplici de causa. Primò, causa naufragij. Secundò, causa incendij, putà, si in domo est ignis accensus, modò res extrà portaui, & apud vicinos deposui. Tertio modo causa tumultus, putà, quia rumor est in ciuitate. Quarto modo causa ruinæ. Istis enim casibus depositum est necessarium, quia fit ex necessitate imminẽte. Depositum autem voluntariũ est illud, quod fit ex volũtate, sicut frequenter contingit: & de isto loquitur istud instrumentum cum duobus sequentibus. Prodest autem multum scire hanc diuisionem propter effectum: nam si est depositum iuris habet effectum, quem suprà dixi de deposito iuris. Si est depositum necessarium, & tunc si depositarius inficiatur tale depositum, tenetur in duplum, vt Institu. de ac. §. sequens. versicu. plane. Sed si est depositum voluntarium, etiam tunc si probo depositum, non tamen crescit in duplum, sed in simplum tantùm tenetur. Et si quæras de ratione diuersitatis, dico quòd hoc est: quia in deposito necessario non potuit deponens prouidere sibi de depositario: sed in voluntario bene potuit de bono depositario prouidere: vnde magis est conueniens, quòd subueniatur, cùm quis sibi prouidere non potuerit, vt probet depositum, negans in duplum condẽnetur. Ad tertium, scilicet, qui possunt deponere? & dico quòd omnes habentes sensum & intellectum, siue sint maiores, siue minores cùm deponere, non sit alienare, sed rem suam custodiendam mandare: & potest fieri depositum penes illos, qui possunt se obligare ad depositũ restituendũ. Sed pone, quòd volo deponere penes pupillum, nunquid possum? Respondeo sine tutoris authoritate ꝙ non. Et si depono, non obligatur pupillus, nisi quando factus sit locupletior, vel dolum commisit, putà, quia erat doli capax. Item, nunquid posſit fieri filiofa? Respondeo quòd sic, etiam tenetur, quando est in pecunia: & potest fieri depositum in rebus mobilibus, in rebus autem immobilibus non. Sed si quis absentet se, licet non possit res immobiles deponere, potest tamen procu. constituere. Ad

Deponere qui possunt.

re. Ad quartum, scilicet, qualiter depositum contrahatur? & dico quòd contrahitur re interueniente. Sed quomodo dissoluitur depositum contractum? & dico quòd multis modis: Vno modo deposito restituto. Item dissoluitur interitu rei sine culpa depositarij emergente. Item acquisitione dominij, putà, si depositarius emat rem depositam, vel alio titulo acquirat. Item reuocatione, putà, si deponens reuocet depositum, quod facere potuit quandocunque. Nam terminus in deposito appositus non valet: & ideo non obstante termino apposito poterit deponens depositum reuocare, nisi fuerit factum gratia depositarij, vt vtatur deposito. Operatur terminus in depositum appositus, vt depositarius compellatur depositum detinere vsque ad terminum, licet deponens ante terminum possit reuocare: & sic est speciale in deposito, vt non sit locus pœnitentiæ. Ad quintum, scilicet, cui depositum sit restituendum? & vt hoc plenè sciatur, sic distingue: quia aut fuit vnus solus, qui deposuit: aut fuerunt duo, vel plures. Si fuit vnus solus qui deposuit, & tunc nõ dubium est quòd ei debet restitui, vel eius hæredibus, vel eius certo nuntio, qui mãdatum habet ab eo: & hoc est verum, nisi esset pactus per stipul. alteri. Si autem fuerunt duo vel plures, qui deposuerunt, & tunc subdistingue: quia aut omnes deposuerunt insolidum, & stipulati fuerunt insolidũ, aut simpliciter: Si omnes deposuerunt, & insolidum stipulati fuerunt, & tunc quilibet potest agere insolidum ad restitutionem depositi, sed vni facta restitutione depositi ab aliis liberatur. Si autem omnes deposuerunt simpliciter, & non fuerunt stipulati insolidum, & tunc subdistingue: quia aut depositum factum fuit in quãtitate, & tunc aut illa quantitas est sigillata, aut non. Si non est sigillata, & tunc cuilibet potest depositarius partem suam restituere. Si autem est sigillata, & tunc intelligas, quòd potest omnibus restituere: sed consulitur ei, vt patiatur se citari à postulante, scilicet, ab eo, qui pro parte sua petit, & coram iudice partem suam restituat petenti. Si autem est depositum factum in specie, & tunc aut illa species est diuidua, aut indiuidua. Si est diuidua, cuilibet potest sua portio restitui, & quilibet pro parte sua agere potest. Si autem est indiuidua, & tunc si omnes petunt, certum est quòd omnibus debet restitui: vno autem petente, eidem restituere non debet depositarius, nisi ille petens cautionem præstet de saluando *Depositũ cui sit restituendũ.*

deposito: nisi sit dictum expressè, quòd omnibus simul restitui debet: quia tunc debet seruari, & non solùm debet restitui depositum deponenti, sed etiam deponentis hæredibus: & si plures essent hæredes, omnibus simul est facienda restitutio. Distingue tamen, quia aut omnes succedũt, aut vnus succedit. Si omnes succedunt, & certè omnibus restituendum est. Sed si vnus sine reliquo petat partem suam, distingue vt suprà, quia aut depositum factum fuit in specie, &c. suprà dixi, cùm plures fuerunt deponentes. Si autem vnus succedit, iste casus est certus. Sed videamus quid sit restituendum? ad quod sciendum sic distingue: quia aut depositum fuit in specie, aut in quantitate. Si in quantitate, aut illa quantitas est sigillata, aut non. Si est sigillata, & tunc illa est restituenda, & non similis. Si autem non est sigillata, & tunc aut extat, & tunc eadem est restituenda: aut non extat, & tunc similis reddatur. Si autem est depositum in specie, ipsa species debet reddi. Ad sextum, scilicet, ad quid tenetur deponens depositario, vel econtrà, & quibus actionibus? ad quod sciẽdum est, quòd ex isto contractu facto deposito nascitur obligatio: & ex ista obligatione oritur actio depositi, quæ est duplex, scilicet, directa & contraria. Directa datur deponenti contra depositarium. Et dico quòd competit, vt ipse depositarius restituat rem depositam non deterioratam. Idem si dolum commisit, vel latam culpam: de leui autem non tenetur, nec de leuissima, multò minus de casibus fortuitis, nisi in quibusdam casibus. Primus casus est, quando depositum factum est gratia depositarij, vt fuit in secundo instrumento depositi. Secundus casus est, quando depositarius se obtulit, quia iuit ad deponentem, & rogauit eum, quòd deponeret penes se. Tertius casus est, quando pro deposito custodiendo pecuniam accepit. Quartus casus est, quando per pactum in se voluit de leui & leuissima culpa teneri: in quibus casibus venit dolus, lata culpa, leuis & leuissima: sed in casibus tenetur infrà de casibus fortuitis. Primus casus est, quando dolus & lata culpa præcessit. Secundus casus est, quando fuit in mora restituendi. Tertius casus est quando promisit per pactum: & quia diuersimodè veniunt prædicta in contractibus, scilicet, dolus, lata culpa, &c. generalem distinctionem videamus. Vnde si quæratur, an dolus, lata culpa, leuis & leuissima, veniant in contractu? sic distinguendum est: quia aut contra-

Quid sit restituendũ de deposito.

Deponẽs ad quid tenetur depositario.

ctus

ctus sit gratia dantis tantùm, aut gratia recipientis tantùm, aut gratia vtriusque. Si sit gratia dantis tantùm, sicut est depositum, & tunc venit dolus, & lata culpa tantùm, repetas tamen quæ dicta fuerunt de deposito. Aut gratia accipientis tantùm, & tunc venit dolus, lata culpa, leuis & leuissima. Casus autem fortuiti non veniunt in aliquo contractu, nisi secundum ea quæ dicta sunt. Fallit in quibusdam casibus, vt dictum est. Item competit, vt re deposita non vtatur: nam qui re deposita vtitur, non solum actione depositi potest conueniri, sed etiam actione furti. Fallit tamen, vbi depositum factum esset gratia depositarij. Sed videamus ad quid competit actio depositi contraria? Et certè competit, vt deponens expensas vtiles & necessarias restituat contra minores: licet secus sit in cõmodato, vt suprà dixi: & est ratio quia commodatum fit gratia recipientis tantùm, sed depositum gratia dantis tantùm. No. tamen quòd si gratia depositarij fiat depositum, tunc ei competit actio, vt deponens sinat ipsum depositarium vti re deposita. Modò, quia in deposito quædam signa ordinantur, cùm restituitur, ideo de his videamus: & certè quandoque conficitur instrumentum testans: & iste est bonus modus, quia amodò non potest deponens opponere quòd depositum non habuit. Item si deponens mittat nuntium bonum, quòd ipse depositarius retineat penes se instrumentum depositi: & si numerus non portat, remittat eum ad deponentes. Item quandoque fides fit, putà, si dicat deponens, cùm mittam tibi nuntium, qui tanget tibi pedem dextrum, vel dicet in auribus depositarij aliquam orationem, putà, Aue Maria. tamen conuenitur: vt in quadam schedula deportauerit, vel scribatur vnus versus, & per medium incidatur: & vna pars remanebit penes depositarium, reliqua penes deponentem: vt nunquam depositarius restituat depositum, nisi deponens mittat sibi aliam partem schedulæ. & sic multæ possunt fieri cautelæ. Theorica ergo præmissa veniamus ad practicam. Ad quam sciendam nota quòd tribus modis potest variari instrumentum depositi. Vno modo simpliciter sine aliqua promissione vel cautela de reddẽdo; & tũc habes primũ instrumentũ. Quãdoque depositũ fit gratia deponẽtis, & tunc habes secundũ instrumẽtũ. Quãdoque fit gratia dãtis tantũ: depositarius tamẽ se obligat ad depositum restituẽdũ, & tũc habes tertium in-

ſtrumentum. Et quod licet prædictorũ inſtrumentorum habet ſex capitula, præter primum, quod habet tantùm capitulum confeſsionis cum ſimplici promiſsione de reddendo depoſitum reſtituendum, &c. hæc de materia depoſiti dicta ſufficiant, &c.

Inſtrumentum delegationis debitoris.

Quinta pars.

CVm Antonius teneretur ex cauſa mutui, vt confeſſus & contentus fuit ad debitum & in debitò centũ lib. Bono. Cor. & ipſe Cor. prout aſſeruit & confeſſus eſt, debitor eſſet in eadem quantitate Philippo nomine pretij, & pro pretio cuiuſdam quãtitatis lanæ: idem Cor. prædictum Antonium debitorem ſuum ipſi Philippo creditori ſuo in eadem quantitate pecuniæ delegauit. Quapropter dictus Antonius de ipſius Corradi mandato & voluntate ſe ipſi Philippo principalem conſtituens debitorem, promiſit ſolenniter ſine aliqua exceptione iuris vel facti ſe obligando dicto Philippo pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulanti ſoluere & dare eidem, aut eius certo nuntio, hinc ad Paſcha Reſurrectionis Domini, dictas centum libras Bononienſes, quas ipſe dicto Corrado, & ipſe Cor. dicto Philippo, vt dictum eſt, ſoluere tenebatur. Quod ſi in dicto termino non ſoluerit, & omnia & ſingul. ſupraſcripta & infraſcripta non obſeruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promiſit eidem perſoluere atque dare duplum ipſius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, ſtipulatione in ſingulis capitulis, &c. Vt in præcedentibus debitorum inſtrumentis. Renuntiabit autem dictus Antonius exceptioni non habitæ dictæ quãtitatis pecuniæ ab ipſo Corrado, & dictus Corradus exceptioni non habitæ dictæ quãtitatis lanæ ex cauſa venditionis à dicto Philippo. Et ipſi ambo exceptioni doli, cõdictioni ſine cauſa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

Inſtrumentum delegationis debitoris. Rubri.

Quinta pars.

VIdimus de quatuor partibus huius capituli, ſcilicet, in quarum prima ponitur de mutuo. In ſecunda de mercationibus. In tertia de cõmodato. In quarta de depoſito. Reſtat nunc videre de quinta, vel ſic: Qualiter conſtituantur debitores

tores & creditores ex causa mutui. Item ex causa mercationum. Item ex causa commodati. Item ex causa depositi in superioribus instrumentis est dictum & declaratũ. Sed quia aliquando cõstituũtur ex causa delegationis, & quibusdam aliis modis, vt patet in sequẽtibus instrumẽtis, ideo de ipsa delegatione hîc est videndũ: declarat hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum delegationis. Casus autem talis est: Quidam Anto. erat debitor Cor. in centum libris ex causa mutui, Cor. autẽ ex causa mercationis tenebatur soluere certã pecuniæ quãtitatem Iacobo: ipse autem Cor. quia non poterat cõmodè pecuniam soluere prædictam, Antonium debitorem suum delegauit, vt decæterò ipse Anto. sit liberatus, & Cor. sit obligatus Iacobo: cui idem Anto. promisit dictam pecuniam soluere infra talem terminum, sub pœna, &c. Potest autem hoc instrumentum diuidi per quatuor capitula. Primum erit delegationis factæ, in qua fit mentio de delegante & delegato, & de eo cui fit delegatio, & de causa delegationis. Secundum delegationis de solutione facienda. Tertium pœnæ. Quartum renuntiationis beneficiorum. His præmissis ad euidentiam huius instrumenti tria sunt declaranda, scilicet, Primò, quid sit delegare. Secundo, quotuplex sit delegatio. Tertiò, quis sit effectus delegationis. Ad primum, scilicet, quid sit delegare? & dico quòd delegare est vnius causæ vel plurium causarum cognitionem alteri committere cognoscendam. & isto modo non sumitur hîc: sed secundum hoc, secundum quod sumitur, ita diffinitur. Delegare, est debitorem suum creditori suo vice sua dare, vel cui iusserit creditor: l. delegare. ff. de noua. Ex ista diffinitione collige, quòd in delegatione prædicta trium personarum consensus requiritur, scilicet, delegantis, delegati, & eius cui delegatur. Requiritur enim consensus delegantis, quod non est in cessione: quia potest fieri cessio sine consensu eius, contra quem ceduntur iura, imò ipso ignorante.

Delegare quid sit.

Ad secundum, scilicet, quotuplex sit delegatio? & dico quòd est duplex, scilicet, necessaria & voluntaria. Voluntaria est, quæ fit per stipulationem, vt in casu nostri Instrumenti, putà, quia debitor vult debitorem suum creditori suo delegare: & in hoc bene consentit is, qui delegatur: quoniam per stipulationem promittit satisfacere debitori debitoris, qui bene stipulatur ab ipso delegato. Necessaria

Delegatio quotuplex est.

autem delegatio fit duobus modis. Vno modo cesſione, putà, ſi creditor cedit iura alteri, quæ habet contra debitorem: in tali delegatione requiritur tantùm duorũ conſenſus. Et ſecundo modo fit per litis ceſsionem, vt ſi quis veniat in iudicium ad defenſionem alterius, & cautionem præſtet de iudicato ſoluendo: nam ea præſtita cogitur ſtare in iudicio. Vel neceſſaria delegatio fit per litis conteſtationem, putà, quando quis abſens delegat ipſum debitorem ſuum abſentẽ creditori ſuo. Nam iſto caſu, ſi is cui facta eſt delegatio, agat cõtra eum, qui in abſentia eſt delegatus: & ſi ipſe veniat lite conteſtata ſecum, & tunc poſt litem cõteſtatam cogitur talis debitor omnino ſoluere delegato. Ad tertium, ſcilicet, quis ſit effectus delegationis? & dico maximus: quoniam vnam inducit obligationem, & duas parit liberationes, ſcilicet, quòd debitor delegans liberatur à creditore ſuo: & debitor delegatus liberatur à delegante. Item parit vnam obligationem: quia per effectum talis delegationis ipſe delegatus obligatur ei, cui delegatio facta fuit.

Delegationis effectus qualis eſt.

Inſtrumentum promiſsionis de conſeruatione indemnitatis ab obligatione, quã quis fecit in inſtrumento alterius precibus & mandatis.

SVpereſt vt in vltimo huius capituli loco, cùm promiſsiones de conſeruatione indemnitatis vt plurimum cauſentur ex debitis promiſsionum, ipſorum inſtrumentorum forma ſequatur. Sed quia multis & diuerſis modis ſe obligat vnus pro altero, ideo promiſsiones de conſeruatione indemnitatis diuerſam & variam habent formam: & ideo diligenter conſideranda eſt promiſsio & obligatio, à qua quis indemnis promittitur conſeruari. Ipſarum verò promiſsionum duo hic inſtrumenta notantur, quibus ſcitis, ad cætera (ſi contigerit) leuior erit tibi proceſſus & via.

Promiſsio de conſeruatione indemnitatis ab obligatione, quam quis fecit in inſtrumento alterius precibus & mandato.

QVia Corradus ad debitum & in debito centum librarum Bononienſium precibus & mandatis Antonij, & vnà cum ipſo Philippo principaliter & inſoli-

ſolidum obligauit, vt patet in inſtrumento ſcripto manu mei notarij infraſcripti:& eadem pecuniæ quantitas,vt ipſe Antonius confeſſus & contentus fuit,tota ad ſe, & nihil ad ipſum Corradum peruenit:idcirco idem Antonius promiſit ſolenniter ſine aliqua exceptione iuris vel facti ſe obligando dicto Corrado pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulanti ſe liberaturum eum,& eius hæredes,& bona ab ipſa fideiuſsione, & obligatione, promiſsione, & debito ad terminum, & in termino in dicto inſtrumento contento, ſcilicet, hinc ad ſex menſes ſe facturum & curaturum,quòd ipſe Corradus dicti debiti occaſione nullum damnum incurret, nulláque ſibi lis vel moleſtia inferetur:& quòd ipſum,& eius hæredes,& bona conſeruabit ab obligatione, & fideiuſsione prædicta,& ab omnibus & ſingulis in hoc inſtrumento cõtentis penitus ſine damno. Sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ, ſtipul. in ſingulis capitulis huius contractus inſolidum promiſſi: qua ſoluta vel non, rata maneant omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta. Obligans ſe dicto Corrado,& eidem ſolenni ſtipula. promittens, ſi prædicto termino eum non liberauerit, vt dictum eſt,& omnia & ſingula ſupraſcripta non obſeruauerit, ſe liberaturum eum & omnia & ſingula obſeruaturum:& nihilominus pecuniam ſoluturum prædictam,vbicunque locorum,& fori,ipſe Corrad.petierit ab eodem:& præſertim tempore fori Maij & Auguſti de Bonon.& in ipſis foris ſe integrè ſoluturum. Item reficere & reſtituere ſibi omnia & ſingula damna, & expenſas, ac intereſſe litis extrá. Et de his credere ſuo ſimplici verbo ſine ſacramento vel alia probatione. Inſuper promiſit præceptum recipere à communi Bonon.de prædictis ſeruandis & adimplendis intra tertium diem, poſtquàm ei denuntiatum fuerit. Sub pœna quinquaginta librarum Bononien. ſtipula. promiſſa: qua ſoluta vel non,prædicta firma perdurent. Pro quibus omnibus & ſingulis firmiter obſeruandis obligauit eidem omnia ſua bona, quæ precario iure ſe nomine eius poſsidere conſtituit vſque ad integram ſatisfactionem, & ſolutionem omnium prædictorum. Renuntians fori priuilegio,exceptioni doli, condictioni ſine cauſa,in factum actioni,& omni alij iuris auxilio.

Promissio de conseruatione indemnitatis, si fiat illi, qui non precibus & mandatis, sed vt principalis se obligauit cum principali, licet in veritate fuerit fideiussor, ita scribes.

ANtonius fuit confessus & contentus, quòd promissio & obligatio, quã ipse & Corradus fecerunt Philippo in debito & occasione debiti centum lib. Bono. promissarum ab eis ambobus ipsi Philippo ex causa mutui, vt patet in publico instrumento scripto manu mei notarij infrascripti, pro se solo Antonio facta fuit, & ipsum debitum pro se solo contractum. Et quòd ipsa pecuniæ quantitas ad eum tota peruenit, & nihil ad Corradum prædictum. Et quòd ipse Corradus ex causa fideiussionis pro ipso Antonio, & eiusdem Antonij precibus & mandato se ad dictum debitum obligauit: licet non sit in instrumento principalis debiti hoc expressum. Quapropter dictus Antonius promisit solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corrado pro se & suis hæredibus stipulanti se liberaturum eum, & eius hæredes, & bona, &c. in omnibus & per omnia, vt patet in instrumento præcedenti.

Instrumentum promissionis de conseruatione indemnitatis ab obligatione, quam quis fecit in instrumento alterius precibus & mandatis. *Rub.*

QVia contingit quandoque aliqua fieri instrumenta, quæ aliqualem similitudinem habeãt cum præcedentibus, putà, si debitor principalis promittat fideiussorem in termino liberare: ex qua quidem promissione duobus modis poterit fieri instrumentum, secundum quod statim patebit: vnde de talibus instrumentis est hîc videndum. Casus autem est: Quidam Anto. pecuniam acceperat mutuo à Corr. & eiusdem precibus & mandatis Philippus extitit fideiussor, & cum dicto Antonio promisit conseruare indẽnem, & ideo ipse Anto. confitetur tantam pecuniæ quantitatem acceptam à tali coram eo conuersam in vtilitatem suam, & promittit ipsum Corr. indemnem conseruare, & ipsum à prædicta fideiussione liberare, & omnia sua bona, sub pœna, &c. Habet autem

autem istud instrumentum quatuor capitula. Primum est cuiusdam praeambuli. Secundum promissionis de indemnitate. Tertium poenae. Quartum renuntiationis. Et differt hoc instrumentum à sequenti: quia hîc debitor bene asserit Corrad. fuisse fideiussorem, & sic fuit Corr. verè fideiussor, & non principalis. In sequenti verò instrumento non obligauit se fideiussor vt fideiussor, sed vt principalis: & sic non cognoscebatur à debitore principali. & ideo ibi, scilicet, in sequenti instrumento confitetur verus debitor socium suum: &, qui se in eodem instrumento obligauit, fuisse fideiussorem: non obstante quòd instrumentum dicat, quòd ambo fuerunt debitores: & ideo ipsum promisit liberare. & habet eodem modo quatuor capitula. Primum est confessionis. Secundũ promissionis. Tertium poenae. Quartum renuntiationis. His ergo praemissis, ad declarationem horum duorum instrumentorum duo sunt quaerenda, scilicet, primò, nunquid si fideiussor aliquid soluit, an possit agere contra debitorem principalem, & quid operetur haec promisso de conseruatione indemnitatis. Ad primũ, scilicet, quaeritur an fideiussor possit agere contra principalem debitorem sine ista promissione? & dico quòd nunquam potest fideiussor agere, nisi mandato impleto: ille enim, qui rogat te, vt pro eo fideiubeas, rogat de duobus, scilicet, quòd fideiubeas pro eo, id est, obliges te pro eo, & soluas: nam licet fideiussor obligauerit se, si nondũ soluit, non habet actionem mandati contra debitorem. Et nota regulam & except. Regula est quòd fideiussor nunquam agit contra debitorem, antequam soluat. Fallit tamen in quatuor casibus. Primus casus est, quando fideiussor est condemnatus per sententiam: quo casu antequàm soluat, potest agere contra debitorem, quia soluisse videtur. Secundus casus est, quando diu steterit in obligatione, scilicet, decem annis. Tertius casus est, quando debitor incipit dissipare bona sua. Quartus casus est, quando debitor principalis promisit fideiussorẽ indemnem conseruare, vt in hoc casu. Et econtrà in quatuor casibus fideiussor agere non potest, licet soluerit pro debitore principali. Primus casus est, quando non opposuit exceptionem sibi competentem ex persona principalis debitoris, sciens eam sibi competere: secus si ignorasset, putà, si principalis debitor habebat exceptionem nudo pacto de nõ petendo: secus si amisit exceptionem ex persona sua propria, putà,

quando pactum erat factum de non petendo ipsi fideiussori. quo casu si non opposuit, potest nihilominus petere id, quod soluit, à debitore principali. Secundus casus est, quando fideiussit in rem suam. Tertius casus est, quãdo fideiussit animo donandi. Quartus casus est, quando fideiussit pro inuito debitore: nam tunc donare præsumitur: & ideo tunc non repetit. Ad secundum, scilicet, quid operetur promissio facta de conseruatione indemnitatis? & dico quòd nihil operatur: nã ratione huius promissionis bona debitoris essent obligata fideiussori: quod non poterat esse ex causa fideiussionis. Secundo obstabit mentibus creditorum, quia credebant siue volebant habere fideiussorem obligatum, vt principalem: cùm in rei veritate pecunia ad eum non perueniebat. Item quia, licet in instrumento debiti videatur debitor, tamen Corradus huius promissionis fideiussor probatur. & ex hoc sequitur, quòd si creditor prius ageret contra fideiussorem, quàm contra debitorem, potest allegare beneficium, vt antè conueniatur ipse principalis, quàm fideiussor. Item debitor soluens, à creditore nõ poterit impetrare, vt sibi cedat actiones contra fideiussorem, qui debitor videatur. Item si ipsum indemnem non conseruauerit, poterit agere ad pœnam promissionis in instrumento conseruationis indemnitatis. Et hæc Diuino adminiculo de tertio capitulo dicta sufficiant.

Explicit tertium capitulum.

INCIPIT QVARTVM Capitulum de cessionibus.

ETsi ex aliis contractibus & stipulationibus iustè acquisitæ & habitæ actiones & iura secundum iuris ordinem cedi possunt: Quia tamen vt plurimum ex contractibus debitorum à creditoribus contra debitores suos procedunt actionum & iurium cessiones. Idcirco post capitulum debiti & crediti visum est, vt cessionum doctrina & forma conuenientius immediatè sequatur. Veruntamen antiquæ formæ doctores non solùm ex omnibus cessionibus, sed etiam ex multis aliis contractuum generibus, ex vnoquoque, vide

videlicet, genere vnum & simplex instrumentum in eorum compilationibus tradiderunt: Relinquentes potius obscuritatem & ignorantiam ex nimia breuitate, & sic credentes ex rationibus artis quicquid iacet in profundo sentire, remanserunt quantum ad practicam in littore sicco pede. Sed & illi qui per medium Pelagi contractuum ex temporis diuturnitate, & negotiorum multiplicitate natarunt: & qui nihil ferè reliquerunt ex longo exercitio in contractibus intentatum. Viderunt in his contractibus non sufficere vnam formam. Et propterea in hoc capitulo plures ponuntur diuersitates contractuum cessionum: & si non omnes, tamen illæ quæ ad tabellionum manus frequentius peruenire noscuntur. Quibus scitis apertior & expeditior ad cæteras est doctrina. Ponuntur etiam postremò remissiones & fines quarundam actionum & iurium, & solutiones debitorum, quoniam aliquam cum cessionibus cohęrentiam habere videntur, eò quod etiam ex ipsis alienantur & transferuntur actiones & iura. Et notandum est etiam, quòd concessiones eisdem titulis & causis fieri possunt, quibus & aliarum rerum traditiones. Est igitur primò de cessione titulo venditionis facta videndum.

Incipit quartum capitulum de cessionibus. Rubr.

QVia discreta prodit authoritas beati Augustini: Felix est ille, qui in suis principiis ad Deum redit, qui est donator omnium gratiarum, ideoq; in huius lecturæ principio eius subsidium imploremus, necnō ipsius matris Virginis gloriosæ, quæ ipsum peperit incorrupta, inuocemus etiam illius auxilium, qui in Iordanis flumine prolem Virgineam baptizauit, & totius cælestis curiæ. Initiando, In nomine Patris, &c. Tamen quia hic incipit capitulum cessionum, in huius lecturæ principio tibi hunc ordinem reseruabo. Primò, continuabo capitulum ad superiora. Secundò, id diuidam. Tertiò, diuidam nostrum procemium, ipsum exponendo. Quartò, descendam ad nostrum instrumentum, exponendo materiam cessionum. Ad primum, scilicet, ad continuationem nostri capituli: & dico quòd continuatur ad superiora altero de duobus modis. Vno modo sic: Nos suprà vidimus in principio huius libri qualiter iste liber diuidebatur in partes tres. In prima parte tractatur de contractibus & pactis.

Continuatio præsentis capituli ad superiora.

In secund

In secunda de vltimis voluntatibus defunctorum. In tertia de iudiciis,& ordine iudiciorum. Sed prima pars diuidebatur per septem capitula. Cùm igitur dictum sit de primis tribus capitulis, Restat nunc videre de quarto per ordinem, scilicet, de cessione: Hoc est, quod innuit rubrica, cùm dicit: Incipit quartum capitulum de cessionibus. Secundo modo continuatur sic: Qualiter iura & actiones acquiruntur diuersis ex causis, in titulis superioribus est dictum & declaratum. Sed quia plerunque contingit quòd iura acquisita tolluntur, vno modo, scilicet, per cessionem, meritò de ipsa cessione in præsenti loco videamus. Ad secundum, scilicet, ad diuisionem capituli:& dico quòd nostrum capitulum cessionum diuiditur principaliter in partes tres. In prima parte ponuntur instrumenta cessionum. In secunda parte ponitur de fine, refutatione, transactione, & pacto de vlterius non petendo. In tertia parte ponitur qualiter iura tolluntur per debitorem. Ibi incipit pars prima, in qua ponuntur instrumenta cessionum:& durat vsque ad illam notam, quæ dicit: Superest nunc vt de instrumento finis & refutationis. Ibi secunda, in qua ponuntur instrumenta finis, &c. Conditioni vsque ad instrumentum solutionis. Ibi pars tertia & vltima, & durat vsque ad finem capituli: & hoc de secundo principali membro, scilicet, de diuisione capituli. Modò veniamus ad tertium membrum principale, scilicet, ad diuisionem procemij:& dico quòd nostrum procemium diuiditur principaliter in partes tres. Nam in prima parte respondet cuidam tacitæ quæstioni, quæ posset fieri: quare posuit hoc quartum capitulũ in isto loco. In secunda parte reprehendit antiquos doctores de nimia breuitate, quæ potius inducit obscuritatẽ, quàm claritatẽ. In tertia parte ponitur quędã clausula, quæ in se continet diuisionem huius capituli. Prima pars incipit ibi,& si ex aliis contractibus, & durat vsque ad §. veruntamen antiquæ formæ, &c. Ibi pars secunda, in qua reprehendit antiquos doctores,& durat vsque ad §. ponuntur etiam postremò. Ibi pars tertia, in qua ponit diuisionem. Exponamus ergo primam partem nostri capituli,& in ea sic ponitur casus: Accessit iuuenis ad dominum Rolandinum, & coram eo sic proposuit: Domine Rolandine, dicatis mihi, iura quæ sunt acquisita in alterum per instrumenta, nónne possunt cedi? Respondet author quòd sic: sed si possunt, quare istud

Diuisio præsentis capituli.

Diuisio procemij.

Casus positio in præsenti capitulo.

istud capitulum fecistis ita post tertium capitulũ,& non post primum,nec post secundum?certè respondet author, dicens: quamuis ex aliis instrumentis primi & secundi capituli iura cedantur,tamen sæpe & sæpius contingit, quòd ex debitis & creditis magis iura ceduntur, quàm ex venditione & emptione & dotibus:ideo de cessione iurium post istud tertium capitulum videamus.Veruntamen in ista parte sic ponitur casus.Accessit iuuenis ad dominum Rolandinũ, & coram eo sic proposuit:Domine Rolandine, vehementi admiratione confundor de eo,quod vos dicitis in hoc libro: quia ego video, quòd antiqui doctores fuerunt breuitate contenti,& de vnoquoque contractu vnam formam posuerunt: sed vos quæritis pleraque, ad quod respondet dominus Rolandinus:& certè bene verum est quod dicis,quòd ipsi posuerunt ex omnibus contractibus & generibus contractuum vnam formam:quia de venditione vnam formam, de permutatione vnam aliam,de dote solùm vnam aliam, & sic de omnibus contractuum generibus.tamen ipsi credentes scire quicquid erat in profundum huius scientiæ, in posterum dimisere obscuritatem & ignorantiã ex nimia breuitate. Et sic nota,quòd nimia breuitas à lege reprehenditur. & isti credẽtes pretiari,remanserunt in littore sicco pede,quia nihil ex practica habent:tamen nos,qui diu stetimus in exercitio huius artis,vidimus quòd ad hoc addiscendum non sufficit vna forma,sed plures.In isto capitulo de cessionibus plures cessionum formæ ponuntur.Sed quærit iuuenis, súntne omnes formæ in isto capitulo?certè non respondet do.Roland.sunt illæ,quas consuetudo approbat,& quæ solent in ipso occurrere tabellionatus officio. Istis formis habitis in intellectu, omnium cessionum de mundo natura tibi dilucidius & clarius apparebit. Modò sequitur tertia pars procemij, in qua author ponit diuisionem capituli,quam superius habuisti.Nam nihil ad præsens. Tamen ad remouendum vnum dubium, quod posset poni hîc, quare author miserit cessionem cum translatione: certè quia per eam iura ceduntur in alium.

Cessio

Cessio iuris & actionis ex causa venditionis facta.

ANtonius ex causa venditionis dedit, cessit, transtulit, & mandauit Corrado pro se & suis hæredibus recipienti, omnia iura & actiones, reales & personales, vtiles & directa, quæ vel quas habebat, vel habere poterat aduersus Philippum, & Andræam, & quemlibet eorum insolidum, & eorum hęredũ, & in ipsorum bonis nomine & occasione debiti centum librarum Bononiensium, quas dicti Philip. & Andræas prædicto Antonio ex causa mutui dare & soluere tenebantur, vt patet in instrumento scripto manu talis notarii. Quod instrumentum dicto Corrado tradidit, & dedit ibidem, constituens procuratorem eum tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quòd amodò suo nomine actionibus vtilibus & directis posſit aduersus prædictos Andræam & Philippum, & quemlibet eorum insolidum, & eorum hæredes, & in ipsorum bonis nomine & occasione dicti debiti agere & experiri, excipere & replicare, consequi & se tueri, & petere dictum debitum, sortem, pœnam, damna, expensas & interesse, & bona obligata: & omnia & singula facere, quemadmodum ipse poterat. Et paciscens atque conueniens, quòd nulli alij hactenus cessit iura prædicta. Et quòd tempore huius contractus verè creditor erat huius debiti prætaxati. Necnon promittens solenni stipulatione Corrado prædicto dictã cõcessionem. Et omnia & singula suprascripta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire aliquà ratione vel causa, de iure vel de facto: Et prædicta iura & actiones sibi legitimè defendere, & authorizare. Si verò apparuerit ipsum hactenus alteri dicta iura cessisse, aut creditorem dicti debiti huius contractus tempore non fuisse: & si non defenderit, vt dictum est, & omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, stipulatione in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa: qua soluta vel non, prædicta omnia & singula suprascripta & infrascripta firma perdurent. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, expensas, ac interesse

litis

litis & extra. Obligando pro his omnibus & singulis obseruandis eidem omnia sua bona pro pretio quoque & nomine pretij eiusdem cessionis, ipsis iuribus & actionibus primò cessis, confessus & contentus fuit dictus Antonius se ab ipso Corrado habuisse & recepisse centum libras Bononienses, exceptioni sibi non dati & non soluti pretij, doli mali, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio omnino renuntians. Si verò fiat cessio in aliqua quantitate, quæ sit residuum debiti alicuius, scribes sicut in subsequenti contractu videbis, & poteris formam prosequi breuiorem: & non solùm in ipso contractu, sed etiam in omnibus contractibus cessionum. Veruntamen prædictam longiorem, & infrascriptam breuiorem formam habeas in exemplum, vt scias magno & paruo negotio suum adaptare contractum.

Instrumentum cessionis iuris & actionis ex causa venditionis facta. Rubrica.

Prima pars.

QVia hîc materia cessionum subinfertur, Circa cessionum substãtiam, vt de ea nihil maneat in occulto, volo sex per ordinem declarare. Primò, quæ sit cessio, & quare sic appellatur. Secundò, qui possunt cedere de voluntate, & qui debent cedere de necessitate. Tertiò, quibus potest cedi de voluntate, & quibus debet cedi de necessitate. Quartò, an cessio facta in quolibet casu valeat, ponendo quosdam casus, in quibus cessio facta non valet, & perditur actio: & ponendo casus, in quibus cessio facta non valet, tamen actio retinetur. Quintò, formare aliquas quæstiones ad præsentem materiam facientes. Sextò & vltimò, exponere quædam verba in instrumento contenta. Ad primum principale membrum breuiter veniamus, scilicet, quæ sit cessio? & dico *Cessio* quòd cessio est iuris & actionis translatio, vel directi iu- *quid sit.* ris, & actionis plena remissio. Expone, directi, vel melius, dic, cessio est iuris vtilis & non directi. Nam per cessionem iura directa non acquiruntur emptori, quia sunt infixa ossibus suis, & in tantum, quòd ab eis euelli non possunt: sed possunt

possunt bene vendi iura directa, vel alio iusto titulo alienari: tamen per cessionem non acquiritur emptori nisi vtilis actio & vtile dominium. dicit enim, translatio, non autem traditio: quia iura & actiones sunt res incorporales, & iura incorporalia non recipiunt traditionē, vt Instit. de rebus corporalibus & incorpora. §. quædam. in princip. in gloss. ibi signata. Sed vnde dicitur cessio? certè dicitur à cedo, is: quia tu te remoues à iure tuo, & das alteri, vt ait Cato: Cede locum maiori. quia remoueste de loco tuo, & das alteri. Ad secundū princip. membrum, scilicet, qui possunt cedere de voluntate, & qui debent de necessitate? & dico quòd illi possunt cedere de voluntate, qui aliàs possunt contrahere, & rebus suis alienare. Et à contrario sensu, illi qui non possunt contrahere, & de bonis suis alienare, non possunt cedere iura. Sed pone quòd pupillus vult cedere iura, nunquid potest facere? certè aut vult cedere iura competentia, scilicet, ex re mobili: & tunc bene potest cum tutoris authoritate: aut vult cedere iura de re immobili, & tunc bene potest cum tutoris authori. & cum causa legitima, & cum iudicis decreto. eodem modo de pubere dicam. Fallit tamen in casibus, in quibus quis cogitur, etiam si non vult, de necessitate. Primus casus est in creditore: nam tenetur cedere iura debitori soluenti totum debitum contra alium debitorem. Item in fideiussore contra alium fideiussorem, & contra principalem debitorem, aliàs non tenetur soluere fideiussor nisi ratione cedendarum actionum. Item tenetur cedere iura procura. domino siue velit siue nolit. Item etiam tenetur cedere de necessitate illi, qui iura alieno nomine acquisiuit. Ad tertium principale membrum, scilicet, quibus potest cedi de voluntate, & quibus debet de necessitate? & dico quòd illis potest cedi de voluntate, qui possunt se obligare in cessione, habentes sensum & intellectum. Sed quibus debet cedi de necessitate? certè debitori contra debitorem, fideiussori contra fideiussorem, fideiussori contra debitorem principalem: domino à procuratore, socio à socio: & breuiter omnibus illis, quorum nomine iura sunt acquisita. Ad quartum principale membrum, scilicet, an cessio facta valeat? sed ad hoc sciendum sic distingue: quia aut est cessio facta in vltima voluntate, aut inter viuos. Si autem est cessio facta in vltima voluntate, certè valet, siue cedantur iura litigiosa, siue non, tamen

Qui possunt cedere voluntariè, vel ex necessitate.

Quibus potest fieri cessio.

Cessio facta an semper valeat.

tamen fieffent litigiosa ante cessionem; & tunc habes tentare ipsam actionem omnibus suis sumptibus & expensis:& quod consequitur, debet litigatori dare, & non illi, cui iura sunt cessa. Sed si iura sunt facta litigiosa post cessionem factam, & tunc litigator aget suis sumptibus & expensis. Si autem cessio est facta inter viuos, & tunc aut est facta potẽtiori, aut pari, aut inferiori. Si est facta potentiori, scilicet, ratione officij, non valet, & perditur actio. Si est facta ratione officij, vt quia cessit iura pupilli in tutorem vel Gebelini vel Guelfini. Si autem est facta potentiori ratione diuitiarum, tunc non retinetur actio, & non valet cessio. Si autem est facta pari vel inferiori, aut est facta cum causa, aut sine causa: si cum causa, valet: si sine causa, non valet. Sed ad hoc sciendũ vtrum cessio facta inter viuos valeat: dicas quòd sic regulariter. Sed nota tres casus, in quibus nõ valet cessio, nec perditur actio. Primus casus est, quando cessio est facta in potentiorem ratione officij, vt nunc dixi de tutore. Secundus casus est, quando cessio est pro parte vendita & pro parte donata, non valet, & perditur actio: quia videtur fraudem cõmisisse. Tertius casus est, quando cessio est fictitia vel simulata: vt quia cedo iura vni sub hoc pacto, vt mihi commodum & incommodum spectare debeat de eo, quod fiet: & tunc si fictio & fraus emineant, frustratur cessio. Item nota tres casus, in quibus non valet cessio, sed tantum actio retinetur. Primus casus est, quando cessio facta est sine causa. Nam cessio sine causa facta non valet. Vnde nota quòd semper debet apparere causa, pro qua fit cessio. Secundus casus est, quando cessio facta pro minori pretio, vt quia cedo iura vni contra alium pro centum, & ille, cui cedo, mihi in lx. lib. tenebatur. Modò non valet ista cessio: quia tantum esse debet in cessione rei, quanta est quantitas occasione pretij. Tertius casus est, quando cessa sunt iura litigiosa: quia cessio facta litigiorum non valet inter viuos. Sed secus est, si cessio facta sit in vltima voluntate: quia siue sint iura litigiosa, siue non, valet cessio. De omnibus, quæ ad nos pleno iure spectant, in vltima voluntate alteri cessionem facere possumus. Ad quintum principale membrum, scilicet formare aliquas quæstiones præsenti materiæ facientes, quarum prima talis est: Quæritur, si quis cessit iura vni contra alium, qui verè non erat suus debitor, quid iuris? si iste, cui iura sunt cessa, poterit agere ad-

Casus in quibus nõ valet cessio nec actio perditur.

omne damnum & intereſſe contra ipſum cedentem? & dico quòd ſic. Secunda quæſtio eſt: Quidam cedit iura vni contra debitorem, qui non erat ſoluendo, quæritur nunquid iſte, cui ceſſa ſunt, poſsit agere contra ipſum, qui ſibi ceſsit iura? dices tu breuiter quòd poſsit: quia ſi poterat, quando ille non erat obligatus, multò magis hic: quoniam iſte, contra quem ceſſa ſunt iura, verè debitor eſt. Tamen dicas quòd non poteſt agere: quia iſte, cui iura ſunt ceſſa, debebat explorare, ſi iſte debitor erat ſoluendo, vel non: & quia ipſe non fecit hoc, ſibi debet imputare. hoc eſt quod dicit regula iuris: Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputare debet. Tertia quæſtio eſt talis: ſuprà verò dictum eſt: iſte appoſuit pro pretio, & numerat pretium, quod valet: quia ſatis eſt quod dictum eſt pro pretio, & nomine pretij: nam tunc præſumitur vendidiſſe, quia pretium ſine venditione eſſe non poteſt: nec venditio ſine pretio. Quarta quæſtio talis eſt: Quidam ceſsit iura vni contra debitorem, modò accidit quòd verus creditor vult agere contra debitorem: & ille, cui iura ſunt ceſſa, vult etiam agere contra debitorem: modò quæritur in iſto caſu quis ſit præferendus de iure, an ille qui retinuit licentiam domini, an ille cui iura ſunt ceſſa, qui habet ſolum vtile dominium? & dico quòd hic ſunt opiniones. Nam quidam dicunt, quòd verus creditor eſt præferendus. Alij dicunt & melius, quòd ille cui iura ſunt ceſſa eſt præferendus: quia melius eſt quòd fiat vna ſolutio, quàm plures: & ſpecialiter in hoc caſu quòd vtilis actio præferatur actioni directè. Sed pone quòd quidam ceſsit iura vni contra alium: condebitor ſtatim ceſsis iuribus ſoluit vero creditori cedenti. modo quæritur, vtrum iſte debitor liberetur ab iſta ſolutione? & dico quòd ſic. Fallit tamen in tribus caſibus, in quibus quamuis debitor ſolueret creditori, non liberatur ab illo cui ſunt ceſſa iura. Primus caſus eſt, quando ille cui iura ſunt ceſſa, denuntiauit debitori ne ſolueret creditori: modò iſto caſu ſi debitor ſolueret creditori, à ſolutiore minimè liberatur. Secundus caſus eſt, quando ille cui iura ſunt ceſſa, debitor eſt lite conteſtata: vt quia iam fecit citari debitorem, & ipſe venit ad litem: modò debitor videns quòd ipſum oportet ſoluere, ſtatim vadit ad creditorem verum: & ſoluit partē illi cui iura ſunt ceſſa, & partem illi qui ceſsit: modò pro parte quam ſoluit

soluit creditori, non liberatur. Tertius casus est quando ille, qui cedit iura, vnà cum illo cui iura sunt cessa, in lite est. Nam si cedenti soluit, non liberatur debitor, quia vtilis actio præfertur directæ in isto casu. & est ratio: quia si cedenti solueret, qui directam habet actionem, ille habet vtilem, qui recipit ab illo, cui solum est facta cessio, qui iura cessit offerenti. Ad sextum & vltimum principale membrum, scilicet, exponere quædam verba in instrumento contenta, quæ indigent expositione. Et primum verbum, quod eget expositione, est Antonius, quod verbum quomodo in instrumento per te notarium debeat ordinari, suprà habuisti in instrumento arrharum: ideo quæ ibi dicta fuerunt, hæc repetita credentur. Sequitur hoc verbum, dedit, quod verbum nihil operatur, nec debet de necessitate apponi, quoniam facta est. tamen tu dicas vt suprà eodem instrumento habuisti in sequenti, quòd hoc verbum, dedit, in iure sumitur tribus modis, scilicet, propriè, impropriè, & magis impropriè: tamen hic sumitur impropriè. Sequitur, cessit. nota, quòd hoc verbum est substantiale in cessione & necessarium: nam sicut hoc verbum tradidit in corporalibus rebus est necessarium, ita in corporalibus hoc verbum, cessit, est necessarium & substantiale. Sequitur, transtulit, nota quòd istud verbum exponit præcedens, cessit: nam qui cedit iura, transtulit in eum cui cedit vtile dominium & vtilem actionem. Sequitur, mãdauit, scilicet, exercitiũ mutuæ actionis: nam si ille, cui cessa sunt iura, posset intentare actionem vtilem, sic nomine suo poterit à domino intentare nomine cedẽtis directam actionem. Item poterit agere secunda ratione istius verbi, mãdauit, iure cesso, & actione mandati. Sequitˀ, omnia iura & actiones, scilicet, iura vtilia & actiones vtiles, non autẽ iura directa, nec actiones directas: quia per cessionem nullũ ius directum acquiritur. Nam adeò iura directa sunt ita infixa ossibus primæ venditionis, quòd ab ea separari non possunt. Sequitur reales & personales: ista verba parum siue nihil operantur, quia siue sint actiones personales siue directæ semper infiguntur rei venditæ vel cessæ. sed hic potest apertè notari ꝙ actionũ aliquę sunt reales, aliquę personales. Personales tamen actiones sunt illę, quę nascuntur ex contractu vel ex quasi contractu, ex maleficio, vel quasi. Reales actiones sunt illæ, quæ non descendunt ex contractu vel

Exponit verba instrumẽti.

Verbum dedit.

Verbum cessit.

Verbum trãstulit.

Verbum mãdauit.

Verba omnia iura &c.

Verba reales & personales.

quasi,ex maleficio vel quasi, sed veniunt in rei vendicatione vtili & directa. Et per hoc nota quòd ille,cui sunt cessa iura, potest suo nomine intentare vtiles actiones, & nomine cedentis directas actiones, Sed pone q̃ quis habet contra aliquem aliquam actionē ex contractu vel quasi contractu, nunquid habet directā & vtilem actionem simul, aut directam tantum,putà quia habet actionem ex empto vel ex vendito, & sic de aliis? certè hîc sunt opiniones, Nam quidam dicunt quòd habet directam tantum: & secundum istos, qui dedit iura,non potest istam cessionem directam cedere, sed ex illa actione datur vtilis actio. Alij dicunt quòd ipse habet vtilem & directam:& actio ex empto,quę suprà datur,est duplex,scilicet vtilis,& directa:& cedendo,directam retinet, & vtilem cedit.& hæc est verior opinio. Et nota quòd directa sumitur dupliciter. Vno modo ad differentiam vtilis, Alio modo ad differentiam contrariæ vt in cōmodato & deposito. Sequitur modò,cōstituens eum procuratorem tanquam in rem suam. Et tunc not. quòd ipse procurator in re sua dicit:& ista verba tamen aliquid operantur:quia amodò iste poterit intentare directas actiones nomine illius,qui cessit: & operantur,quia simplex procurator iurare non potest de calūnia,nec amodò istorū verborū virtute poterit iurare,vt verus dominus illius nouerit,nec rationē. Sequit̃,agere. Nota istud verbū, agere, esse necessariū quo ad actionē dandā. Sequitur istud verbū,excipere,& est verbū facti:nā qui potest agere, multò magis & excipere, Sequitur experiri,istud verbū est facti:quia sufficit, postquàm agere poterit:nam qui agit,experitur. Sequitur replicare,hoc verbū est iuris:cōsequi & se tueri,hæc sunt verba facti:tamē dicas quòd ista verba supradicta parum vel nihil operantur:sed ponūtur in instrumento causa ornatus, Sequitur,paciscēs & cōueniens,istud pactū nihil operatur;quoniā quātumcunq; non dixisset, tenebatur ad omne damnū & interesse,si alteri cessisset: sed operatur quo ad pœnā in instrumento appositā, Promittens firmiter,istud pactum nihil operatur:quia cogitur habere ratam cessionē, quantumcunque nō promittat:pro pretio quoq; & nomine pretij quęritur hîc, sic istud pactū in capitulo positū inferius apparebit. Insuper nota quòd istud instrumentū habet sex capitula. Primum est contrahentium. Secūdum est iurium cessorum. Tertiū traditionis, Quartum promissionis. Quintum pœnæ. Sextum pretij.

ij. Opponitur, quia non apparet causa in litera, quòd non sit bene dictatum, quia cessio facta sine causa non valet: sed hic est huiusmodi, ergo non valet, nec est instrumentum bene dictatum. Ad hoc respondetur, & bene: & sic dicitur, quod est bene dictatum: & quando dicitur cessio facta sine causa, non valet. Dico, quòd illa regula est vera in cessione voluntaria, sed in cessione necessaria non est apponenda causa de necessitate: nec ipsa necessitas! secundum ius est causa. Prætereà quia iste debitor soluit totum debitum:& si soluit, videtur soluere cũ causa, si sibi cedãtur iura à creditore si fine causa, quare &c. Ad secundũ principale membrum, scilicet videre de cessione facta debitori cõtra suũ debitorẽ. Et circa idẽ quatuor sunt videnda. Primò, si vnus debitor soluit pro aliis debitoribus, vtrũ possit agere cõtra eos, si iura non sunt ei cessa, & qua actione. Secundò, vtrũ creditor teneatur cedere iura debitori soluenti totum debitũ cõtra illos condebitores. Tertiò, si tenetur cedere iura, an in totũ, an in parte. Quartò, ad quid illa cessio operetur. Ad primũ ergo redeo, scilicet, si iura sunt, &c. quæro, sunt duo vel plures debitores in vno instrumento ligati, & vnus ex illis debitoribus soluit totum debitũ, modò quæritur, vtrũ possit agere contra cõdebitores suos, si iura sibi non sunt cessa à creditore? & videtur quòd sic: quia debitor soluendo agit contra alios condebitores suos in instrumento secum obligatos. Sed qua actione potest agere debitor soluens cõtra alios condebitores? certè dicit Aurora, quòd aget actione mãdati: quia quotiescunq; quis obligat se vltra partẽ sibi cõtingentem, pro illis fideiubere videtur. Sed iste debitor, qui soluit, erat obligatus pro partibus istorum: ergo non erat fideiussor: & sic actio mãdati ei competit. Sed dicit Azo: quòd debitor soluens tunc agit contra alios condebitores actione negotiorũ gestorum: quia videtur gerere negotia aliorũ, inquantũ liberat eos à debito: nec videtur quis fideiussor, nisi appareat expresse in instrumẽto. & hæc verior est. sed sunt plures socij, & vnus soluit: tunc debitor ex causa societatis potest agere contra alios socios actione pro socio. Tamen ad remouendum omne dubium, & ad sciendum qua actione iste debitor possit agere contra alios condebitores, si totum debitum soluit, sic distingue: quia aut debitores erãt obligati insolidum in instrumento, aut non. Si autem sunt obligati insolidũ, & tũc iste debitor, qui soluit, agit tanquam

Quãdo fiat cessio debitori cõtra suum debitorẽ.

mandator actione mandati. Si autem erant obligati simpliciter, & tunc iste debitor qui soluit, agit actione negociorum gestorum. Ad secundum, scilicet, vtrum iste creditor teneatur cedere iura isti debitori soluenti? Ad quod sciendum sic distingue: quia aut apparet in instrumento debiti, quod isti debitores renuntiassent beneficio cedendarum actionum aut non. Si autem renuntiauerunt beneficio cedendarum actionũ, & tunc creditor non tenetur cedere iura, si non vult per electionẽ facti: quia renuntiantibus iuri suo non est dandum auxiliũ: & si creditor renũtiãtibus iuri suo vult cedere, bene potest de sua propria voluntate. Et nota, quòd ista renuntiatio beneficij cedendarum actionum non est apponẽda in instrumento per te notarium, nisi de debitoris processerit voluntate. Si autem non renuntiauerunt, & tunc creditor tenetur cedere velit nolit: aliàs contra istum debitorem non ageret ad solutionem sibi faciendam, nisi primò cederet iura. Sed quæ iura sunt cedenda? certè vera & efficacia: quibus cessis, iste qui habet ius cessum, poterit contra alios condebitores agere. Ad tertium, scilicet, si creditor tenetur cedere, an in totum, an pro parte? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut sunt duo debitores insolidum obligati, aut tres, aut plures: Si sunt duo tantùm: & tunc debitori soluẽti sunt iura cedenda contra alium pro parte alterius, non tamen parte ipsius soluentis. Si autem sunt tres vel plures debitores, & vnus soluit totum, & tunc subdistingue: quia aut omnes sunt insolidum obligati, & insolidum iura debent cedi: aut pro parte sunt obligati, & tunc pro parte debent cedi. Ad quartum, scilicet, quid operetur cessio facta debitori contra alios cõdebitores? & dico, quòd multum operatur.

Quæ iura cedenda.

Cessio in quantitate, quæ debetur ex residuo debiti.

ANtonius dedit ex causa venditionis, & cessit Corrado pro se & suis hæredibus recipienti omnia iura & actiones, quæ vel quas habebat vel habere poterat aduersus Philippum & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione quantitatis viginti quinque librarum Bononiensium, quas ab ipso Philippo habere debebat, pro residuo & complemento debiti centum

librarum

librarum Bononiensium, in quibus idem Philippus erat dicto Antonio ex causa pretij dictæ quantitatis lanæ obligatus, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij: Quod instrumentum ei tradidit, constituens ibidem eum procuratorem in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita ꝙ amodò suo nomine actionibus vtilibus & directis possit aduersus dictum Philippum & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione dictæ quantitatis pro residuo dicti debiti agere & experiri, excipere & replicare, consequi & se tueri: & omnia & singula facere, quæ ipsemet facere poterat: Promittens dictam cessionem, & omnia & singula in hoc contractu contenta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire, sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ stipulatione promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione suorum bonorum, & pœna soluta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta: pro pretio quoque & nomine pretij ipsius cessionis post ipsam actionem cessam confessus fuit, & contentus dictus Antonius ab ipso Corrado habuisse & recepisse xxv. libras Bononienses, exceptioni sibi non dati & non soluti pretij omnino renuntians.

Instrumentum cessionis factæ in quantitate, quæ debitur ex residuo debiti. Rub:

Circa præsens instrumentum volo quærere duo: Primò, in quo differt præsens instrumentum à superiori instrumento. Secundò, videre quare sextum capitulũ pretij in ista cessione fuit in vltimo loco collocatum. Ad primum dico, ꝙ præsens instrumentum differt à superiori isto modo: quia in primo ceduntur iura in totum, hîc autem ceduntur in partem. Ad secundum, scilicet, videre quare sextum capitulum in isto instrumento fuit in vltimo loco collocatum, & in instrumento venditionis fuit tertio loco appositum? Et ratio est: quia prius cessio est facienda, quàm solutio, tamen hæc ratio non procedit: quia illa cessio necessaria, sed ista est cessio voluntaria. Præterea iste emptor non soluit animo liberandi debitorem, imò animo acquirendi sibi, ideò non refert in quo ponatur, in medio vel in fine.

Cessio facta debitori contra vnum ex debitoribus suis.

ANtonius dedit, cessit, trãstulit, & mãdauit Corrado pro se & suis hęredibus recipienti, omnia iura & actiones, reales & personales, vtiles, & directas, quæ, vel quas habebat vel habere poterat aduersus Philippum & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione debiti vigintiquinq; librarum Bonon. quas Philippus insolidum cum dicto Corrado & Andræa, eidem Antonio dare & soluere tenebantur ex causa mutui, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij, & in quodam pręcepto scripto manu talis notarij. Item nomine & occasione quãtitatis quinq; librarum Bonon. pro damnis, expensis & interesse dicti debiti, currentibus à termino debiti vsque nunc. Quod instrumẽtum & præceptum ei tradidit ibidẽ & in præsenti, constituens eum procuratorem tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita ꝙ amodo suo nomine actionibus vtilibus & directis possit aduersus dictũ Philippũ & eius hæredes in ipsius bonis, nomine & occasione dictarum quantitatũ agere & experiri, excipere, & replicare, consequi & se tueri, &c. secundum vnam ex formis prædictorũ instrumentorũ: cõtinuando vsq; ad locum, vbi dicitur, Pro pretio quoq;, in quo loco ita incipies: Quam cessionem ipse Antonius eidem Corrado fecit, vt dictum est, eò ꝙ cùm ipse Corradus esset vnà cum dicto Philippo & Andræa ad dictum debitum insolidum obligatus. Et propterea à dicto creditore ad solutionem coactus, idẽ Corradus dicta cessione sibi prius facta, dedit & soluit ipsi Anto. vigintiquinque libr. Bonon. prout ipse Antonius contentus & confessus fuit, exceptioni sibi non datæ & non solutæ dictæ quantitatis omnino renuntians.

Instrumentum cessionis factæ debitori contra vnum ex debitoribus suis. Rub.

PRæsens instrumentum continuatur cum præcedenti ista forma. De vna cessione voluntaria in superioribus instrumentis est dictum, & declaratum. Sed quia plerunq; contingit, quòd cessio est necessaria, vt soluens debeat habere iura

iura cessa sibi à creditore, ideò de ipsa cessione loco præsenti est agendum & videndum. Innuit hæc rub. cùm dicit, Instrumentum cessionis factæ debitori contra vnum debitorem. Istud instrumentum habet sex capitula, sicut & alia supradicta. Primum est contrahentium, &c. Tamen quia huiusmodi materia non modicam continet grauitatem, vt eius substantia tibi liqueat manifestè, quinq; tibi dicam ordine reseruato. Primò, nunquid cessio facta in casu nostri instrumenti valeat, & quæ sit ratio dubitationis. Secundò, quid operatur cessio facta in casu nostri instrumenti. Tertiò, de cessione facta vni fideiussori contra debitorem principalem. Quartò, quid operetur cessio facta vni fideiussori contra debitorē suum principalem. Quintò & vltimò, quid operantur illa verba, ipsis iuribus primò cessis, in hoc instrumento contenta. Ad primum, scilicet, nunquid cessio facta in casu nostri instrumenti valeat? & dico quòd valet. Sed ratio dubitationis talis est: nos habemus q̄ cessio facta sine causa non valet, sed ista est huiusmodi, ergo, &c. Ad secundum, scilicet, quid operatur cessio? & dico q̄ operatur multis de causis. Primò, operatur, quia debitor per actionem mādati negociorum gestorum non habet bona debitorū obligata, sed per actionem quæ competit ex cessione facta, habet bona aliorum debitorum obligata: nam cedendo nascitur obligatio. Secundò, prodest cessio: quia debitor soluens per actionē negotiorum gestorum, nō potest recuperare bona alienata à debitoribus per hypothecariam actionem, sed idem debitor soluens habet bona debitorum per istam cessionem tacitè obligata. Tertiò, operatur cessio: quia debitor potest recuperare damna & expensas, cessione facta: quod non poterat facere per actionem negociorum gestorum. Quartò, operatur cessio: quia debitor non tenebatur soluere, si creditor non habebat iura efficacia contra alios condebitores, si non fuit renunciatum beneficio cedendarum actionum. Item operatur ista cessio: quia iste debitor per istam poterat repetere omnes alios creditores posteriores ipso, habere debentes: quia est prior tempore, ergo erat potior iure, cùm agat virtute instrumenti debiti: & hoc de isto principali secundo membro. Ad tertium principale membrum, scilicet, videre de cessione facta vni fideiussori contra debitorem principalem, & circa illud volo quærere quatuor. Primò,

An cessio in præsenti instrumento valeat.

Quid operatur cessio.

si fideiussor soluit aliquid pro debitore principali; vtrum possit agere contra eum principalem, petendo quicquid pro eo soluit, si iura non sunt sibi à creditore cessa. Secundò, vtrum creditor tenetur cedere iura fideiussori soluenti contra reum principalem. Tertiò, si tenetur cedere, an in totum, an in parte. Quartò, quid operatur cessio facta fideiussori contra reum principalem. Ad primum, scilicet, si fideiussor soluit aliquid pro debitore principali, vtrum possit agere contra debitorem principalem? & dico quòd sic. Fallit tamen in quibusdam casibus, quamuis fideiussor soluat pro creditore, non repetit, vt suprà habuisti. Primus casus est, quando fideiussit animo donandi, vel quando fideiussit in rem suam, vel omisit cessionem competentem sibi ex persona debitoris, vel pro inuito fideiussit: quia istis modis fideiussor contra debitorem non agit, quantumcunq; soluat. Sed qua actione agit fideiussor contra debitorem principalem, si aliquid soluat pro eo? & dico quòd aget actione mandati: quia fecit quod mandatum est: nam obligat se, cùm soluit hoc de proprio. Ad secundum, scilicet, vtrum creditor tenetur cedere iura fideiussori soluenti debitum pro principali? Ad hoc sciendum sic distingues: quia aut fideiussor in instrumento debiti renuntiauit beneficio cedendarum actionum, aut non. Si renuntiauit, & tunc creditor non tenetur ei cedere iura, si non vult: sed si vult, bene potest. Si autem non renuntiauit, & tunc creditor tenetur cedere ei iura: & si non cedit, fideiussor soluere non tenetur. Ad tertium, vtrum debeat iura cedere in totum, an in parte? sic distingue: quia aut creditor habet debitores insolidum obligatos, & insolidum cedere debet iura. Aut habet debitores pro parte obligatos, & tunc debet pro parte iura cedere, & non in totum: quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quàm in se habeat. Ad quartum, scilicet, quid operetur cessio facta in casu nostri instrumenti, quæ fit fideiussori contra debitorem principalem? & dico quòd multum operatur. Primò, quia fideiussor per cessionē habet bona debitoris tacitè obligata, quæ bona nō habebat obligata per actionē mandati, quia fideiussit post obligationē factam. Secundò operatur: quia cessione facta, potest fideiussor bona obligata per debitorē recuperare, quod nō poterat per actionem mandati. Tertiò, operatur cessio facta, quia iste fideiussor

Cessio facta fideiussori cōtra reum principalem.

Actio mandati competit fideiussori contra debitorē.

An iura sint cedenda in parte an in totum.

iussor poterat petere omnia damna & expensas; quæ non poterat per actionem mandati. Item operatur, quia iste fideiussor præfertur cæteris creditoribus posterioribus debitum repetere & recipere debentibus. & hoc de tertio principali membro. Ad quartum principale membrum, scilicet videre de cessione facta fideiussori contra alios fideiussores. & circa idem quæram quatuor. Primò, si fideiussor soluit pro aliis fideiussoribus, vtrum possit agere contra alios fideiussores, si iura non sunt sibi cessa. Secundò, nunquid creditor teneatur cedere iura fideiussori soluenti contra alios fideiussores. Tertiò, an teneatur in totum, an in parte. Quartò, ad quid operatur cessio facta in casu nostri instrumenti vni fideiussori contra alios fideiussores. Ad primum, scilicet, nunquid fideiussor soluens pro aliis fideiussoribus possit cōtra ipsos agere, vt putà: quia sunt tres vel plures fideiussores super vna & eadem re obligati? modò casus accidit, quòd vnus istorum fideiussorum totum debitum soluit, & posteà vult agere contra alios fideiussores, nunquid potest? certè respondeo, & dico quòd si vellet agere actione mandati, non potest: quia isti fideiussores dicent, nunquam mandauimus tibi, quòd hoc faceres: ergò non poterit agere actione mandati: dicit iste, agam contra vos actione mandati negotiorum gestorum: quia gessi negotia vestra: quia vos eratis ligati, modò estis à tali debito liberati. Dicent fideiussores, certè non gessisti negotia nostra, imò principalis debitoris: quia habemus recursum ad debitorem. Sed si iura sunt sibi cessa, aget ex iure sibi cesso.

Tractat de cessione facta vni fideiussori contra alios fideiussores.

Fideiussor soluēs pro aliis confideiussoribus qualiter agat cōtra eos.

Ad secundum, scilicet, nunquid creditor teneatur iura cedere fideiussori, si non vult? Ad hoc sciendū sic distingue: quia apparet in instrumento, quòd renuntiauit beneficio cedendarum actionum, aut non. Si apparet quòd renuntiauit, & tunc non tenetur, si non vult: sed si vult, bene potest. Si autem non renuntiauit, & tunc creditor tenetur fideiussori cedere si vult, quod à fideiussore soluatur: alioquin fideiussor minimè tenetur soluere. Ad tertium, scilicet, an iste venditor teneatur cedere in totum, an pro parte? & dico ꝙ si fideiussores sunt obligati in solidū, in totū iura cedi debent. Si sunt obligati pro parte, & tunc pro parte iura cedantur. Ad quartum, scilicet, quid operatur cessio facta fideiussori contra alios confideiussores? & dico ꝙ multū operatur. Primò, quia quicquid soluit, habebit alios cōfideiussores obligatos, quos primò nō habebat.

Creditor an teneatur cedere iura fideiussori.

bat. Operatur etiã, quia habet bona cõfideiussorum obligata, & poterit vendicare bona alienata per confideiussores, quod primò non poterat. habet etiam actionem ex iure sibi cesso, quam primò non habebat: intelligas primò, id est, ante iuris cessionem. Ad quintum & vltimum principale membrum, scilicet, quid operantur illa verba, ipsis iuribus primò cessis? & dico quòd operantur ad hoc: Nam si aliquis vult cedere contra alium obligatum, debet primò cedere, antè quàm fiat solutio, alioquin nõ posset: quia creditor facta solutione non habet amplius iura contra alios debitores: quia solutione facta de eo, quod debetur, omnis tollitur obligatio. Fallit tamen in casibus, in quibus potest post solutionem factam, & valet cessio. Vnus casus est, si cessio fit incontinenti cum solutione. Alius casus est, quando pactum præcessit, vt quia soluo cuidam: & pactum est, quòd venimus ad illa negotia pa ct l: quia ait Prætor, Pacta bona fide facta seruabo, &c.

Cessio ex titulo donationis facta contra plures debitores, scilicet contra vnumquenque pro suo debito.

Antonius ex causa donationis purè, liberè, simpliciter, & irreuocabiliter inter viuos dedit, cessit, transtulit, & mandauit Corrado pro se & suis hæredibus recipienti, omnia iura & actiones, reales & personales, vtiles & directas quæ vel quas habebat, vel habere poterat aduersus Philippũ & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione debiti decem librarum Bonoñ. quas ipse Philippus dicto Antonio ex causa pretij quarundam petiarum pannorum de meca lana, dare, & soluere tenebatur, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij. Item aduersus Andræam & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione debiti viij. lib. Bonoñ. quas ipse Andræas dicto Antonio dare & soluere tenebatur ex causa mutui, vt patet in instrumento scripto manu mei Rol. notarij infrascripti. Quæ instrumenta ei tradidit ibidem, & præsenti: Constituens eum procuratorem tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quòd amodò suo nomine actionibus vtilibus & directis posit aduersus prædictos, scilicet, aduersus vnumquenque eorum, & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione sui debiti, agere

gere & experiri, excipere & replicare, consequi & se tueri, & petere ab vnoquoque debitum à se promissum, sortes, pœnas, damna, expensas, ac interesse, & bona obligata, & omnia & singula facere, quemadmodum ipse poterat. Et promittens solenni stipulatione Corrado prædicto prædictam cessionem, donationem, & omnia & singula suprascripta & infrascripta firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Et ipsam donationem nulla causa vel ingratitudine reuocare: Sub pœna dupli dictarum quantitatum, stipulatione promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione omnium suorum bonorum: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Et nota, quòd si cessiones titulo donationis factæ excedant quantitatem quinquaginta libras Bonoñ. seruari debet Bononiæ solennitas illa, quę scripta est in fine instrumẽti donationis in primo cap.

Instrumentum cessionis ex titulo donationis facta contra plures debitores, scilicet contra vnumquenque pro suo debito. Rubrica.

Irca præsens instrumentum quæram tria. Primò, vtrũ cessio facta in casu nostri instrumenti valeat, & quæ sit ratio dubitationis. Secundò, quando ceduntur iura contra plures debitores & diuersos, qualiter per te notarium instrumentum fieri debeat & ordinari. Tertiò, exponere notam in huius instrumenti fine contentam. Ad primum, scilicet, nunquid ista cessio valeat, & quæ sit ratio dubitationis? Certè ratio dubitationis est talis, quia nos habuimus suprà in primo huius instrumenti capitulo, quòd cessio facta pro parte vendita, & pro parte donata nõ valet, & perditur actio: sed hæc est huiusmodi, ergo non valet. Respondeo & dico, quàndo tu dicis, cessio pro parte vendita & pro parte donata non valet: pro parte donata, dico quòd bene est verum, si est pars donata. Sed si est cessio in totum donata, siue quæ fuit tota ex causa donationis, bene valet in casu nostri instrumenti. Ad secundũ, scilicet qualiter istud instrumentũ per te notarium debeat ordinari? & dico quòd potest ordinari duobus modis.

Vno modo, secundum quod forma nostra docet. Secundo modo potest ordinari,& tot facere instrumenta,quot sunt debitores,& hoc pluribus rationibus. Prima,quia erit magis cautum creditori & debitori, qui vellet probare solutionem, quam fecit creditori:& creditor de cessione,quam fecit debitori. Nam si fiet solùm vnum instrumentum,vnus ex debitoribus veniet,& dicet:ego volo instrumentum cessionis: quia soluo tibi,& te oportet dare:posteà tu creditor de cessione facta probare non poteris cessionem factam:& si plura sunt instrumenta, poterit dari instrumentum cuilibet creditori: quod non poterat,si solùm vnum fiebat instrumentum: nam non potest restitui,nisi ab omnibus solutione facta. Item est melius,quòd conficiantur plura instrumenta per te notarium: quia tu solutionem duplicatam habebis. Ad tertium & vltimum,scilicet,exponere notam in fine instrumenti contentã. Et nota dicit,quòd si fiat cessio ex causa donationis,quæ excedat quinquaginta libras, instrumenta debent fieri cum insinuatione iudicis incontinenti. Item dic,quòd si excedat quinquaginta libras auri,seruetur illa forma communis Boñ.quę est scripta in primo capitulo in fine instrumenti donationis. Istud instrumentum habet quinque cap. sed primum instrumentum cessionis habet sex: quia in illo instrumento ponitur capitulum pretij,in isto autem non.

Si verò cedantur iura habita ex iure cesso,ita scribes.

ANtonius ex causa venditionis dedit, cessit, transtulit,& mandauit Corrado pro se & suis hæredibus recipienti,omnia iura & actiones, reales & personales,vtiles & directas, quæ vel quas habebat,vel habere poterat ex iure cesso sibi ab Antonio, vt patet ipsius cessionis in instrumento scripto manu talis notarij aduersus Philippum & eius hæredes,& in ipsius bonis nomine & occasione debiti decem lib. Boñ.quas dictus Philippus dicto Antonio dare & soluere tenebatur ex causa mutui, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij. Quæ instrumenta ipse Antonius dicto Corrado tradidit ibidem,& in præsenti:Constituens eum procuratorem,sicut in rem suã:& ponẽs ipsum in locum suum,&c. vt in primo & secũdo instrumẽto huius capituli. Nota quòd si aliquis alterius nomine stipulatus fuerit,ille cuius nomine stipu

stipulatio facta est, directò non aget: nisi demum cessione sibi facta ab illo, qui suo nomine stipulatus fuerit: cuius cessionis instrumentum secundum infrascriptam facies formam.

Si verò cedantur iura habita ex iure cesso. Rub.

Circa præsens instrumentum sic ponitur casus: Quidam soluit cuidam centum: & ille, cui soluit cessit iura: modò cui iura sunt cessa, vult alteri cedere, & sic cedit. Istud instrumentum habet sex capitula sicut alia cessionis instrumenta. Primum est contrahentium, &c. Circa hoc instrumentum, vt tibi eius liqueat materia, [illegible] quæram duo. Primò, nunquid ille, cui iura sunt cessa, possit alteri cedere, & si potest, quæ iura. Secundò, quid acquiratur illi cui postremò iura sunt cessa. Ad primum, nunquid ille, cui iura sunt cessa, possit alteri cedere ipsa iura sibi cessa? & dico quòd sic, Nam potest ita quis iura sibi cessa alteri cedere eo titulo & contractu, quo sibi cessa fuerunt illa iura: & sic iura possunt cedi vsque ad infinitum: quia istud ius seruatur in rebus corporalibus, ita & potest seruari in incorporalibus. Sed illud ius seruatur in corporalibus: quia vna domus potest vendi vni, & ille alteri vsque ad infinitum successiuè: ergo iura possunt cedi in infinitum. Ad secundum & vltimum, scilicet, quæ iura acquirantur illi cui iura secundò sunt cessa? & dico quòd ei acquiratur vtile dominium, & vtilis actio, quam habebat ille qui iura cessit. Sed pone quòd ille habebat exercitium directæ actionis per illud verbum, mandauit, nam tunc directam actionem nomine creditoris poterit intentare. Sed nunquid hæc iura, quæ iste qui secundò habet, sunt quæsita isti, cui ceduntur secundò? & videtur primò quòd non: quia procurator constitutus in vna re non potest alium constituere procuratorem: ergo iste, qui cedit, non potest: quia nemo dat quod non habet. Sed tu dic quòd ei bene sunt quæsita ista iura per istud verbum, quod ponitur in instrumento, constituens eum procuratorem vt in rem suam: & procurator in [illegible] sua constitutus potest in ea re alium procuratorem constituere: & ideo dic quod isti, cui iura sunt cessa, acquiruntur duo, scilicet, vtile dominium, & vtilis actio, & exercitium directæ actionis, quod ille habebat. Sunt etiam alij duo casus, in quibus procurator

Iura cessa an possint alteri cedi.

Quæ iura acquirantur cessionario.

rator. potest alium procuratorem constituere. Vnus est, quando ipse satisdat de iudicato soluendo. Alter casus est, quando est procurator ad negotia: & quando est procurator constitutus in re sua vt hic, &c.

Cessio facta illi, cuius nomine stipulatus fuit ab eo, qui stipulatus est.

CVm hoc esset quòd Philippus ad debitum & in debito viginti vnius lib. Bononiensium ex causa pretij cuiusdam quantitatis ferri se obligasset Ant. stipulanti & recipienti vice & nomine Corra. vt patet instrumento scripto manu talis notarij. Idem Antonius dedit, cessit, trãstulit, & mandauit Cor. prędicto pro se & suis hęredibus recipienti, omnia iura, & actiones, reales & personales, vtiles & directas sibi acquisitas, vel ad se spectantes, aut quas, vel quæ habebat, vel habere poterat ex stipulatione prædicta à se facta nomine ipsius Cor. contra dictum Philippum & eius hæredes, & in ipsius bonis, nomine & occasione dicti debiti: Constituens eum procuratorem vt in rem suam, & ponens ipsum in locum suum: ita quod amodò suo nomine, &c. vt suprà habes in secundo instrumento huius capituli, vsq; ad locum vbi dicitur, Pro pretio. Quia de pretio aut de altera causa nullam aliam facies mentionem: sufficit enim causa, quæ in narratione ponitur in principio instrumenti.

Notula.

SVperest nunc vt de cessione iuris habiti in re ex hypotheca vel obligatione videamus. Et quia in hoc instrumento multoties à tabellionibus solet errari: idcirco vt magis instrumenti naturam videas, exponitur casus, ex quo solet hoc procedere instrumentum. Est igitur casus talis: Philippus habebat creditores plures, vnum altero priorem tempore, quibus omnia bona sua pro ipsis creditis obligauerat. Hic Philippus ex bonis prædictis obligatis vendidit Corrado vnam domum conueniens cum eo, vt ex prædicto pretio satisfaceret creditoribus suis, vnicuique, videlicet, prout esset prior tempore. Ipse verò Corradus satisfaciens primo creditori, vt putà, Antonio, cessionem recepit ab eo de illo iure

iure quod habebat in ipsa re vendita ex causa obligationis sibi factæ de ipsa re occasione crediti sui: vt sicut ipse Anton. cunctis præferebatur creditoribus, & cæteros excludere poterat: ita possit Corradus loco sui. Cuius cessionis forma est hæc.

Instrumentum cessionis facta illi, cuius nomine stipulatus fuit ab eo, cui stipulatus est. Rubrica.

IStud instrumentum habet sex capitula, sicut præcedentia instrumenta. Primum est contrahentium, &c. Et no. quòd istud instrumentum habet originem ex quodam instrumēto primi capituli, quod sic incipit, instrumentum vendi. factæ à procuratore ementi nomine & vice sui domini. & hic procurator habet iura cessa, & dedit domino, & ei à procuratore acquiritur actio ex empto & ex vendito. Tamen vt huius instrumenti materia euidenter appareat, duo tibi per ordinem declarabo, Primò nunquid cessio facta in casu nostri instrumenti valeat, & quæ sit ratio dubitationis. Secundò, quid operatur cessio facta domino à procuratore suo. Ad primum, scilicet, nunquid cessio facta in casu nostri instrumenti valeat? & dico quòd valet: quia cessio est necessaria. Sed quę est ratio dubitationis? certè talis est: quia ista cessio est facta sine causa: & cessio sine causa facta non valet. Sed tu dicas quòd valet tunc, quando tu dicis, cessio sine causa facta non valet. Dico quòd illa regula habet locum in cessione voluntaria, sed in necessaria non est apponenda: quia in ista cessione necessitas & ius est causa. nam procurator si emit aliquid vice & nomine domini, tenetur, velit nolit, iura cedere domino suo. & sic est cessio necessaria, vt hîc. Ad secundum scilicet quid operet̄ cessio facta domino à procuratore suo? & dico quòd multum operatur: quia nisi esset facta cessio à procuratore, dominus re euicta non habebat actionem de euictione, sed amodò habebit ex iure cesso. Et ratio est: quia non habet actionem, nisi cessione facta: quia non acquiritur actio domino per procuratorem: quia per liberam personam nostro iuri non subiectam nobis actio non acquiritur. Sed pone quòd procurator decessit, vel aufugit, antèquam cedat iura domino, quid iuris, si res est euicta à domino? Et certè

Cessio in præsenti instrumento facta an valeat.

Cessio facta domino à procur. suo quid operetur.

dico quòd in subsidium eius dat lex actionem vtilem de euictione: idem dico quòd quantumcunque quis stipuletur vice & nomine alicuius, cogitur cedere iura alteri: in subsidium dat ei lex actionem vtilem, ne reuocetur in damno. Sed quæ iura habet procurator cedere isti domino, si quid emat nomine alterius? dico quòd quandoque habet quis facere tria, quandoque duo, quandoque tria. Habet facere tria, quando quis emit rem pro alio non tanquam mandator, non tanquam negotiorum gestor, sed tantum absolutè ita emit. modò habet tria facere. Primò, habet reddere. Secundò, promittere de legitima defensione. Tertiò, iura cedere, qui habet contra aliquem venditorē dictę rei. Quandoque habet facere tantum duo, scilicet, rem vēdere & promittere de defensione ab illis personis duntaxat suis, quibus esset suo nomine obligata: vt quando quis emit rem, & paciscatur cum venditore, vt si dat pecuniam hinc ad annum vel ad tempus limitatū, ipse emptor cedere pro eodē pretio teneatur. Quandoque habet facere vnum solum, scilicet, cedere, vt in casu nostri instrumenti: quia procurator emit, vice & nomine domini: modò cedit ei iura, quæ habet contra venditorem.

Instrumentum cessionis iuris habiti in re ex obligatione vel hypotheca.

ANtonius dedit, cessit, transtulit, & mandauit Corrado pro se & suis hæredibus recipienti, omnia iura & actiones, reales & personales, vtiles & directas, quæ vel quas habebat, vel habere poterat aduersus Phi. & eius hæredes, & in ipsius bonis, & specialiter in quadam domo posita in strata Castellionis infra tales confines: quam dictus Philip. dicto Corrado vendidit, vt dicitur contineri in instrumento scripto manu talis notarij, nomine & occasione obligationis & hypothecæ ad se spectantis specialiter in dicta domo, & generaliter in omnibus bonis dicti Phi. sibi obligatis pro debito & ex causa debiti centum lib. Bon. quas dictus Phi. dicto An. dare & soluere tenebatur, vt patet in instrumēto scripto manu Iacobi notarij. Quod instrumentum dictus An. ipsi Cor. tradidit ibidem constituens eum procuratorem tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quòd amodò actionibus directis & vtilibus possit suo nomine loco eiusdem

dem Antonij dictam domum defendere iure obligationis & hypothecæ prædictæ contra omnes alios creditores dicti Phi. si qui aliquo tempore apparerent: & non vt possit aduersus ipsum Phi. vel eius hæredes pro exactione ipsius debiti agere, nisi in casu euictionis, si sequeretur de re ipsa vel parte pro rata. Et hoc ideo fecit dictus Ant. quia incontinenti post ipsam actionem cessam idem Corradus præsente & mandante, & his omnibus consentiente prædicto Phi. dedit, & soluit ipsi Ant. centum lib. Bon. de pretio dictæ domus, prout ipse Anto. confessus & contentus fuit tantam esse quantitatē: Promittens solenni stipulatione ipsi Corrado prædictā cessionē & omnia & singula suprascripta firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel aliū aliqua ratione vel causa de iure vel de facto: Sub pœna dupli dictæ quātitatis pecuniæ stipulatione promissa, & refectione damnorū, & expensarum litis & extra, & obligatione omnium suorum bonorum. Et pœna soluta vel non, prędicta omnia & singula firma perdurent.

De transactionibus & aliis modis, quibus ab actione transigitur. Notula.

SVperest nunc vt de instrumento finis trāsactionis, refutationis, & pacti de vlterius non petendo videamus. Sed notandum est, quòd transactio fit de re dubia, & lite incerta nondum finita, & fit aliquo dato, vel retento, vel promisso. Pactum verò de vlterius non petendo fit super re certa, & potest gratuitò fieri hoc pactum non manet ratum, si inter paciscentes aliquis paciscentium in pacto per fraudem & per seductionem videatur deceptus, facit ad hoc ff. de pact. vide glos. l. j. §. j. Finis autem, refutatio & remissio huiusmodi, quodammodo superadduntur & referuntur ad idem, licet non adeo æquipolleant, quòd diuersum non habeant modum significandi. Sed sciendum est quòd fines, remissiones, & refutationes huiusmodi non valeant, nisi iustam causam vel titulum contineant, quemadmodum cessiones. Veruntamen transactiones titulo donationis fieri non possunt: quia fieri debent aliquo dato, retento, vel promisso, vt dictum est.

Instrumentum cessionis iuris habiti in re ex obligatione vel hypotheca *Rubr.*

AD euidentiam huius instrumenti sic ponitur casus: Quidam Antonius erat obligatus pluribus ex diuersis debitis, & accidit quòd vnus creditor prior in tẽpore, ergo potior in iure, istum Ant. debitorem de sua solutione instat quotide, Iste Anton. videns sic accessit illico ad Cor., dicens, ô Cor. vis tu emere domum meam? dixit Cor. quare vis vendere? cui Ant. asserit, certè quia talis quotidie me incitat de tali debito, vt sibi in integrum satisfiat: tunc Cor. dixit, bene emã: sed volo quòd ille B. cedat mihi iura prioritatis, scilicet, vt sim prior in tempore sicut ipse, vt possim si res fuisset mihi euicta, vel alio quocunque modo litigata, omnes repellere ab agendo: certè dicit Ant. bene placet, & vadit dicens: ego vendo tali domum, vt satisfaciam tibi: sed ipse vult quòd tu cedas iura, quæ habes contra me: dicit iste Cor. bene placet. & sic facit vt dictũ est. Modò ad euidentiam istius casus huius instrumenti quæram, nunquid quis possit loco sui alium col locare? & dico quòd optimè potest tribus causis interuenientibus. Primò, quòd agatur per pactũ, quòd iste qui emit, ponatur loco primi venditoris. Secundò, quòd iste qui vendit, vẽdat eo animo, & accipiat eo animo, vt primò isti primo creditori satisfaciat, & quòd primus creditor dictæ venditioni consentiat: & cedat iura prioritatis isti emptori ementi. Tertiò, requiritur quòd appareat verè qualiter ista pecunia est versa in causam desideratam, id est quòd isti creditori sit de ista pecunia satisfactum: & de prædicto pretio primo creditori fiat mentio. Nota quòd iste primus creditor potest cedere iura prioritatis, non autem iura hypothecæ; quia cedere non potest qui non habet pro se. nam sublato principali, scilicet, creditore, sublatum est accessorium, scilicet, hypotheca in qua erat creditor. Et no. quòd vltimus creditor ponitur in locum prioris: & scias quòd instrumentũ istius cessionis debet fieri ante instrumentum vẽditionis, faciẽdo mentionẽ de vẽditione celebrãda, & de cõsensu & cessione creditorũ priorum & de emptione, in eo ꝙ iste emptor ponatur in locũ primi, & qualiter potest esse versa in rem desideratam, scilicet, quòd ipsis creditoribus primis est integrè satisfactum.

An quis possit aliũ in locum suum collocare.

In

Instrumentum finis, refutationis, transactionis & pacti de vlterius non petendo.

DOmina Maria filia quondam domini Boëtij, & soror Antonij fecit in posterũ per se & suos hæredes dicto Antonio eius fratri, filio & hæredi quondam domini Boëtij pro se & suis hæredibus recipienti finem, refutationẽ, transactionem, & pactum de vlterius non petendo, de omni iure & actione, & omni eo quod ad eam spectabat, aut spectare, vel pertinere poterat in bonis quondam patris sui, nomine & occasione institutionis, seu successionis, aut hæreditatis, vel testamenti quondam dicti patris sui, siue Falcidiæ ad se spectantis in bonis paternis iure naturę, seu alia quacunque ratione vel causa. Et hoc pro centum lib. Bon. quas contenta & confessa fuit se ab ipso Ant. habuisse & recepisse, Exceptioni sibi non datæ, & non solutæ quantitatis pecuniæ omnino renuntians. Vel sic: Et hoc pro ducentis libris Bon. in quibus pater suus eam in suo testamento hæredẽ instituit; quas confessa & contenta fuit ipsum Antonium, eius fratrem pro ea, & eius mandato, & voluntate soluisse, seu soluere cõuenisse in dotẽ, & dotis suæ nomine domino Iacobo eius viro vel socero. Absoluens & liberans eum, & eius hæredes, & bona ipsius ab omnibus & singulis, quæ prædictorum occasione, aut alia quacunque causa petere posset, nec non promittens solemni stipulatione eidem Anton. litem, vel controuersiam, seu aliquam quæstionem ei, vel eius hæredibus, prædictorum occasione, vel alia quacunque causa per se vel alium, de iure vel de facto, vllo tempore non inferre. Sed prędicta omnia & singula perpetuò firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub pœna centum lib. Bon. stipulatione promissa, &c. Insuper quia minor erat xxv. annis, maior tamen duodecim, iurauit, &c.

Instrumentum generalis finis & refutationis.

ANtonius fecit per se & suos hæredes Corrado pro se & suis hæredibus stipulanti, finem, refutationem, transactionem, & pactum de vlterius non petendo

specialiter debito centum lib. Bono. quas ipse Corr. d. Anto. dare & soluere tenebatur, vt patet instrumento scripto manu talis notarij, & generaliter de omni iure & actione, & de omnibus & singulis ad quæ ipse Corradus dicto Anto. hactenus tenebatur, seu teneri poterat, nomine & occasione alicuius quantitatis, aut alicuius debiti, siue rei, vel occasione alicuius promissionis vel obligationis sibi ab ipso Corrado hactenus factæ, aut alicuius instrumenti vel scripturæ, siue alia quacunq; ratione vel causa. Et hoc ideò, quia confessus & contentus fuit se ab ipso Corrado habuisse & recepisse dictas cẽtũ lib. Bon. & quia sibi integrè solutum & satisfactũ est de omni debito & re, & omnibus & singulis, ad quæ sibi idẽ Corr. hactenus tenebatur ex aliquo instrumento vel scriptura, siue ex aliqua ratione vel causa: Exceptioni sibi non datæ & non solutæ prædictæ quantitatis pecuniæ, centũ lib. Bono. & sibi non soluti & non dati totius eius, ad quod idem Corra. si hactenus tenebatur, vt dictum est, omnino renuntians. Et volẽs atq; mandans prædictum instrumẽtum scriptum manu prædicti talis notarij, & omne aliud instrumentum vel scripturam, in quibus apparet ipsum Corradũ fuisse hactenus dicto Anto. occasione aliqua obligatum, ex nunc vana esse, & cassa, & habita inefficacia & cancellata. Necnon absoluens, liberãs eum & eius hæred. & bona per acceptillationem, & Aquilianam stipulationem legitimè interpositam. Et promittens per se & suos hæredes dicto Corra. pro se & suis hæredibus stipulanti, litem vel controuersiam aut quæstionem ei vel suis hæredibus, prædictorum occasione, vllo tempore non inferre. Sed prædicta omnia & singula firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel alium, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: sub tali pœna, stipulatione in singulis capitulis huius cõtractus insolidũ promissa.

Instrumentum finis refutationis, transactionis & pacti de vlterius non petendo. Instrumentum generalis finis & refutationis. *Rubrica.*

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora altero de duobus modis. Vno modo sic: Qualiter quis transit ab actione sua cedendo iura alteri à principio huius capituli hucusque est dictum & declaratum. Sed quia non solum illis

illis modis, sed etiam aliis modis, quia per transactionem, finem, & refutationem: meritò de ipsis loco præsenti est videndum: intimat hæc rubrica, cùm dicit, Instrumentum finis, refutationis, & transactionis, &c. Continuatur & secundo modo sic: Nos suprà vidimus in principio huius cap. ꝙ istud capitulum diuidebatur principaliter in tres partes. Nam in prima parte ponebantur instrumenta cessionum. In secunda parte ponebantur instrumenta transactionis, &c. sed viso per ordinem de prima parte, nunc restat videre de secunda: ponit hoc apertè rub. cùm dicit, Instrumentum finis & refutationis. Istud instrumentum habet sex capit. Primum est contrahentium. Secundum est absolutionis. Tertium pretij. Quartum promissionis de ratihabitione. Quintum pœnæ. Sextum & vltimum iuramenti. Circa istud instrumentum quæram quinq;. Primò, de transactione. Secundò, de pacto de vlterius non petendo. Tertiò, de acceptilatione. Quartò, de Aquiliana stipulatione. Quintò & vltimò, formare aliquas quæstiones ad materiam congruentes. Ad primum, scilicet, de transactione: & circa idem quæram quatuor. Primò, quid sit transactio, & quare sic dicatur. Secundò, qui possunt transigere, & qui non. Tertiò, super quibus rebus possit transigi, & super quibus non. Quartò, quæ sit virtus & effectus huius transactionis. Ad primum, scilicet, quid sit transactio? & dico ꝙ transactio est de re dubia, lite incerta nondum finita, non gratuita facta pactio, aliquo dato, retento, vel promisso. ff. de transact. l. j. & C. eod. tit. l. transf. Modò exponamus diffinitionis verba: & primò dicit, transactio est de re dubia. not. de re dubia, quia super re dubia fit transactio, non autem super certa. Sequitur modò, lite incerta: Nam sicut certum est ꝙ nemo potest transigere nisi super lite incerta, quæ est incerta, id est, ante sententiam: Nam dubius est litis euentus: & non solùm super lite præsenti, sed super lite futura potest transigi, antequam incipiam agere contra ipsum. Sequitur, nondum finita: & per hoc no. quòd lis, super qua transigitur, nondum est finita: quia si lis esset finita per diffinitiuam sententiam, non potest transigi, & hoc est verum, transactis decem diebus potest appellari, & efficitur dubia per appellationem, quia suspenditur pronuntiatum: quia aut pronuntiabitur bene appellatum, & malè sententiatum: aut bene sententiatum, & malè appellatum. Modò sequi-

Trāsactio quid sit.

tur, non gratuita facta pactio: & per hoc no. quòd transactio non fit gratis, imò debet fieri aliquo dato, vel promisso, vel retento: hinc est, quòd transactio per donationem fieri non possit. & sic oportet, quòd transactio ista non fiat gratis: sed bene dicitur transactio, certæ quasi actionis transitio: & dicitur à transigo transigis. Vnde transigere, nihil aliud est, quàm ab actione transire: & sic nomen est consequens rei, vt esse debet: vt colligitur in Instit. de dona. §. est & aliud. Sed dices tu, quid prodest istam diffinitionem scire? certè multum est necessaria, quia per eam bene possunt omnia instrumenta transactionis formari. Ad secundum membrum, scilicet, qui possunt transigere, & qui non? & dico quòd illi possunt transigere, qui possunt alios contractus facere, & de rebus suis alienare. Nota quòd indebitum solutum per errorem in transactione non potest repeti, vt Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. is quoque qui. not. in glo. ibi signata super verbo, accepisset. & de oblig. ex quasi contrac. §. fin. in glo. signata, ex quibusdam tamen causis alienare. Et à contrario sensu, qui non possunt aliàs contrahere, non possunt transigere: vnde maior & non minor, potest transigere: & non datur huic restitutio de enormi damno maiori. Sed nunquid minor potest transigere? distinguendum est: quia aut vult transigere super re, quæ seruando seruari non potest, vt vinum, oleum, frumentum: & tunc potest cum sola tutoris authoritate, & adultus cum curatoris authoritate, si curatorem habet, aliàs potest solus. Si autem vult transigere super rebus, quæ seruando seruari possunt, vt est de lite, & tunc potest cum tutoris authoritate, causa legitima, & iudicis decreto. Item dico de adulto, quòd possit cum solennitatibus & causa legitima: vt quia contrà aliquem volebat litigare, & tamen non habebat iura liquida nec aperta, quibus posset probare, modò potest transigere cum tutoris vel curatoris authoritate, vel iudicis decreto: & idem est si vult transigere petendo ab alio, siue ab eo quis petat. Item paterfamiliàs potest transigere, & non filiusfamiliàs, sine consensu patris, de aduentitiis vel profectitiis, & pater habet partem in his peculiis. Item potest transigere dominus litis, & cōmunis aduocatus pro cu. sine consensu domini. Sed nunquid tutor vel curator potest facere, sicut si habet ad hoc speciale aliquid, vel apertum, quibus posset probare habere? aliàs non posset. Sed nunquid

Trāsigere qui possunt.

Minor an possit trāsigere.

nunquid procurator potest hoc facere? certè sic, si habet ad hoc speciale mandatũ, vel ꝙ sit procurator cum generali & libera administratione. Sed cum quibus potest minor trãsigere? certè cum illis, qui possunt se obligare. Ad tertium. s. super quibus rebus & causis potest transigi? certè super illis, quæ aliàs possunt alienari, siue sint mobiles, siue immobiles, dummodo non sint res, quæ prohibeantur à lege alienari, non autẽ potest transigi super re sacra vel religiosa, vel super libero homine, quæ alienari prohibentur à lege: verum est, si de re sacra cum re profana fieret trãsactio: sed de sacro cum sacro bene potest fieri trãsactio. Sed super quibus causis potest trãsigi? certè super causa ciuili & pecuniaria, & distinguendũ est: quia aut ipse vult trãsigere super causa alimentorũ debitorũ inter viuos, aut in vltima voluntate. Si autẽ sunt alimenta debita inter viuos: & tunc optimè potest transigere, putà, quia quis iura alimentorũ emerat: & plus fuerat stipulatus, vel alio modo acquisiuerat. Si autẽ vult trãsigere super alimẽtis habitis in vltima volũtate, vtputà, quia quidã moriẽs legat cuidã omnia alimenta: & nunc aut vult transigere super alimẽtis præteritis, vel præsentibus, aut super futuris. Si autẽ vult trãsigere super alimẽtis præteritis, vel præsentibus: & tunc secundũ quosdam bene potest transigere, tale allegans. *Ad præsens oua, cras pulli sunt meliora.* Alij dicunt ꝙ non: & sic ne alimentarij pro modico in præsenti contenti, vadãt in posterũ mẽdicando, vt nunc facit Corr. qui ad præsens omnia alimẽta totius tẽporis, & iura sua quinquaginta lib. cessit, vt aliàs luderet, vel alio modo dissiparet, vel dipsergeret, & sic postea mẽdicaret. tamen dicas ꝙ iste alimẽtarius super futuris alimentis potest trãsigere cum deliberatione iudicis: nam iudex habet considerare tria. Primò, de causa, de qua iste vult trãsigere, si sit rationabilis, aut nõ. Secundò, debet inquirere pro quanta pecuniæ quãtitate isti volunt trãsigere: nã si est iuuenis, qui vult transigere, non potest pro modica quãtitate trãsigere: sed si est senex, pro minori quantitate cedat. Itẽ debet quærere de persona, scilicet, an sit diues, qui vult transigere, an pauper. Sed pone, ꝙ iudex permittit inquisito de his tribus, nunquid valet transactio? certè non: quia datus est iudex, vt inquirat, non autem vt de voluntate permittat. Sed nunquid potest permittere sine his tribus inquisitis, si alimentarius facit suam conditionẽ meliorem? certè sic, putà,

Transigi super quibus rebus potest.

Quomodo hæc tractatur per doc. ff. de transact. l. cum hi.

quia ille alimentarius debebat solùm habere in fine anni alimenta, modò intelligitur vt in fine anni habeat. Sed nunquid super causa criminali potest transigi? Distinguẽdum est: quia aut est causa criminalis, in qua imponitur pœna sanguinis, aut in qua imponitur pœna pecuniaria. Si est causa, in qua imponitur pœna sanguinis, siue personalis, & tunc semper potest trãsigi: quia vnicuiq; licitum est redimere sanguinem suum, ne pereat: sed transigens per offensam incidit in Turpilianum, & in pœnam quinq; librarum. Fallit tamen in crimine adulterij propter enormitatem delicti: nam si quidã fornicaretur cum vxore alterius, & accusatur, imponitur sibi pœna personæ, & non potest transigi super ista causa criminali, nisi maritus mulieris remitteret gratis. Si autẽ est causa in qua imponitur pœna pecuniaria, & tunc non potest transigi super ea, probo, eò ꝙ qui transigit, habetur pro confesso. Ad quartum. s. quæ sit virtus, & quis sit effectus istius transactionis? & dico quòd effectus talis est, & sic distingue: quia aut est transactio nuda aut vestita. Si nuda, & tunc non datur actio, scilicet, ex empto. Sed pone, ꝙ ille cum quo transegero, non vult mihi soluere, quid iuris erit? certè agã contra eũ actione pristina, id est, si mutuaui sibi, agã contra eum actione ex mutuo, id est, si ille dicit, tu trãsegisti mecũ pro 50. & tu petis cẽtum, & ego dicã, tu noluisti soluere: Et fallere fallentẽ nulla lege vetatur: imò fallacia alia aliam trudit: nam tu volebas me fallere, ego fallam te: & sic soluis mihi istud totum, quod mihi debes, antequam transigam tecum. Si autem est vestita transactione & stipulatione munita, & tunc datur actio ex stipulatione promissa: & hæc de ipso principali membro, scilicet, de transactione, dicta sufficiant. Nunc restat videre de secundo principali membro, scilicet, de pacto vlterius non petendo, & circa illud quæram duo. Primò, quotuplex sit pactum. Secundò, quæ sit virtus & effectus istius pacti. Ad primum, scilicet, quotuplex sit istud pactũ? & dico ꝙ est duplex, scilicet, gratuitum & non gratuitum. Gratuitum autem fit, nullo dato, retẽto, vel promisso: vt quia tu tenebaris mihi in centum lib. modò videns ꝙ non potes mihi soluere, de istis centum, facio tibi pactum de non petendo. Non gratuitum pactum de non petendo, est illud, quod fit aliquo dato, retento, vel promisso. Secundo modo potest etiam dici quòd illud pactum est duplex, scilicet, temporale & perpetuum. Tempo

Transigi an possit super causa criminali, hæc quæstio tractatur C. de trãsactien. l. trãsigere.

Transactionis effectus.

Pactum de non petendo.

Temporale est illud, quod fit ad certum tempus limitatum: quia tu tenebaris mihi in centum libras: modò ego videns quòd tu non potes ad tempus mihi soluere, facio tibi pactum de non petendo ad certum tempus, donec tu poteris. Perpetuum pactum de non petendo est illud, quod fit in perpetuum. Ad secundum, scilicet, quæ sit virtus & effectus huius pacti de non petendo? & dico quòd talis est, quæ tollit naturalem obligationem, & ciuilem sauciat. Quia hoc pacto habito retrahitur obligatio. Sed quid operatur ista ciuilis, quæ remanet? certè in totum eliditur, quod per eam agi non potest: cùm ciuilis obligatio per se sit efficax ad agendum. Sed quid prodest dicere, remanet ciuilis, & tollitur obligatio naturalis, postquàm per ciuilem obligationem non potest agi? certè prodest, quia quamuis sola ciuilis remaneat inelisa, sed posteà potest venire ad effectum per contrarium sensum: vt quia alicui feceram pactum de non petendo semper, quia fortè soluere mihi non poterat. Nunc quia iste venit ad pinguiorem fortunam, dicit, ego nolo esse ingratus: qui & venit ad me, dicens: tu fecisti mihi ex tua curialitate pactum de non petendo, imò volo modò quod possum tibi soluere, quòd tu posis inquantumcunque tu vis agere contra me. modò ista ciuilis, quæ erat elisa, roboratur, quod secus esset, si naturalis & ciuilis simul essent extinctæ. Ad tertium principale membrum, scilicet, videre de acceptilatione, & circa idem quæram quatuor. Primò, quæ sit acceptilatio diffiniendo, & quare sic dicatur. Secũdò, quas obligation. tollit ista acceptilatio. Tertiò, in quo differat & conueniat ista acceptilatio cum stipulatione. Quartò, quæ sit virtus & effectus huius acceptilationis. Ad primum, scilicet, quæ sit acceptilatio? & dico quòd acceptilatio est imaginaria debiti solutio: vt Instit. quib. mod. toll. oblig. §. item per acceptilationem. vbi notatur, quòd per verba creditori soluitur, quod debetur: vt imaginatur, quod tibi debetur ex tali debito habere acceptum, quod tuli, id est non solui, ego bene tuli: vel non reputas tutè habere à me, quod tibi debeo ex tali causa: & ipse dicet, habeo acceptum quod tulisti modò, hæc est acceptilatio. Ad secundum, scilicet, quas obligationes tollat acceptilatio? & dico q tollit omnes naturales obligationes, id est verbales: quia consentaneum visum est, obligationem verbis factam, aliis posse verbis dissolui: vt Instit. quib. mod. tol.

Effectus huius pacti, quid sit.

Acceptilatio quid sit.

Acceptilatio quas oblig. tollit.

tol.oblig.§. Consentaneum enim. Contractus emphyteoticus, literarum obligatio, verborum obligatio, & sponsalitia largitas, tollũt naturalem obligationem. & isti sunt quatuor contractus, qui verbis contrahuntur. Sed quæ est ratio; quòd acceptilatio non retinet naturalem obligationem? certè quia ius ciuile remouere non potest ius gentium; sed naturalem obligationem inductam à iure gentium. Ad tertium, scilicet, in quo differat, & in quo conueniat ista acceptilatio à stipulatione? & dico, quòd conuenit primò in hoc: quia vtraque est de iure ciuili. Item vtraque fit verbis: nam sicut in stipulatione repetitur, in interrogatione, & responsione, & ita in acceptilatione. Item etiam illi, qui possunt stipulari, possunt acceptilationem facere. Item etiam: quia sicut in absentes stipulatio concepta est inutilis, & nõ valet, ita & acceptilatio. Sed tamen differunt, quia stipulatio est inducta ad obligandum, sed acceptilatio est inducta ad liberandum. Item etiam differunt, quia in stipulatione actor interrogat, & reus respondet: sed in stipulatione fit tale contrarium, quia in acceptilatione siue debitor siue reus interrogat, etiam actor siue creditor.

Differentia inter acceptilationẽ, & stipulationem.

Ad quartum, scilicet quis sit effectus & virtus huius acceptilationis? & dico quòd talis est: quia ipsa acceptilatio tollit naturalem & ciuilem obligationem. Sed diceret aliquis, videtur quòd nõ possit remouere naturalem obligationem: quia ius ciuile non remouet naturalem, sed ius ciuile est acceptilatio: ergo non potest remouere naturalem obligationem, quæ est introducta à iure naturali: dico, quòd est beneverum quod dicis: sed non dico, quòd remaneat propterea ius naturale ista acceptilatione: sed consequens vtriusque, scilicet, debitores & creditores remaneant per verba inita inter eos. & sic tollitur per verba, sicut orta fuit: quia nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm vnũquodque dissolui eo vinculo, quo ligatum est. Item etiam eius effectus est: quia fideiussores, qui diu steterunt in obligatione liberantur. Item quia pignora restituuntur. Item quia ad pœnam non incidunt. Ad quintum principale membrum, scilicet videre de Aquiliana stipulatione, & circa idem quæram tria. Primò, quotuplex sit Aquiliana stipulatio. Secũdò, quas obligationes tollit. Tertiò, quæ sit virtus & effectus eius. Ad primum, scilicet, quotuplex sit Aquiliana stipulatio? & dico quòd est duplex, scilicet generalis & specialis. Specialis est, quę specialiter renouat aliquas oblig

Effectus acceptilationis.

Aquiliana stipulatio quotuplex est.

obligationes,id est quæ specialiter de quibusdam debitis facit. vnum per Aquilianam stipulationem, quia redeunt ad vnum nouum debitum. Generalis Aquiliana stipulatio est, quando quidam habebat infinita debita, & omnia ad vnum nouum debitum reducit:modò ista est Aquiliana stipulatio generalis:quia de omnibus istis vnum facit, & tollit omnes antiquas obligationes reducendo ad nouam. Sed quare appellatur Aquiliana stipulatio?certè dicitur à Gallo Aquilio, qui eam composuit: sicut Pauliana à Paulo, & sic est nomen consequens rei,vt esse debet:vt Instit.de donat.§. est & aliud.

Ad secundum,scilicet quas obligationes tollit?& dico,quòd tollit omnes antiquas obligationes,tam naturales, quàm ciuiles,& eas renouat reducendo ad nouam. Sed diceres tu,nõ videtur renouare naturales obligationes:quia naturalis obligatio est à iure gentium inuenta, & Aquiliana stipulatio descendit à iure ciuili, & ius ciuile non tollit naturalem obligationem. Respondeo & dico,quòd est verum; sed non dico,quòd in tantum ista Aquiliana stipulatio renouet obligationem naturalem,quòd nõ remaneat ita debitor obligatus, sicut erat prius;sed cùm tollit,ab antiqua obligatione,reducit tamen ad nouam. Ad tertium,scilicet,quis sit effectus & virtus istius Aquilianæ stipulationis?& dico quòd eius virtus & effectus est,quòd omnem naturalem & ciuilem obligationẽ tollit,& nouam facit. Sed diceret aliquis: tu dicis quòd ista Aquiliana stipulatio inducit nouam obligationem,sed quare dicitur in instrumento,& ipsum absoluens per legem Aquilianam?quod non potest:tu tamen dicas,quòd ista Aquiliana stipulatio, & posteà acceptilatio renouet: ergo tu legens in summa corrigas illud instrumentum,vbi dicit, absoluens & liberans eum & eius hæredes,& bona per acceptilationem & Aquilianam stipulationem,preponas Aquilianam stipulationem. Ad quintum & vltimum principale membrũ, scilicet, formare vnam quæstionem præsenti materiæ competentem, quæ est talis:Quidam habebat quandam suam filiam,& eam de bonis ipsius filiæ matris maritauit: & vult quòd ipsa filia renuntiet iuri,quod habet in rebus patris occasione dotium maternarum,ei finẽ faciens & refutationẽ. Modò quæritur qualiter agi debeat, vt tutius & cautius sit patri, ꝙ ipsa filia nõ possit habere regressum in bonis paternis occasione dotiũ matris suæ? & primò dico ꝙ ista mulier non potest patri finem

Effectus Aquilianæ stipulationis.

finem & refutationem facere: quia inter patrem & filiá nulla cadit obligatio. Sed tamen ad hæc triplex datur consilium, scilicet, bonum, melius, & optimum. Bonum est illud, quòd pater det filiæ dotes non tanquam pater, sed tanquam debitor: & tunc patri adhuc non est bene cautum, quia nulla obligatio potest cadere inter patrem & filiam: vt Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. Melius consilium est, quòd ipse pater emancipet filiam, & tunc pater per emancipationem potest cum filia contrahere tanquam cum extranea. Sed tamen propter hoc nõ bene cautũ est ei: quia pater ꝑ emancipationẽ ꝑdit multa iura, quę habet cõtra filiá, vtputa, quia filia posset testari. & de ista dote facere quodvellet, ꝙ si nõ esset emãcipata, non posset testari. Optimum est & efficax consiliũ, scilicet quòd ipsa filia cedat iura cuidam amico patris: & ipse amicus cedat postmodũ patri eius mulieris, & sic fiat per obliquum: quod directo fieri non potest, si vult, det dotes tanquam debitor. & non de bonis paternis, sed ipsius filiæ: & quòd maritus promittat se facturũ & curaturũ ꝙ vxor nõ cõtraueniet. Sed diceret aliquis, istud non est bonũ consilium: quia est fictitiũ, & non valet: sed tamen est bonum, quia difficile esset probare, vtrum esset fictitium, vel non: illi, qui vellet probare, tamẽ istud esset bonum consilium, quod ipsa renuntiaret omnibus iuribus, quæ ipsa haberet in bonis paternis, post habitam viri copulam, maximè viro consentiente.

Instrumentum solutionis, seu simplicis confessionis debiti soluti.

ANtonius fuit confessus & cõtentus se habuisse & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse à dicto Corrado viginti quinque libras Bon. quas dictus Corradus dicto Antonio dare & soluere tenebatur, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij. Quod instrumentũ ei restituit ibidẽ, & in præsenti, vt ex nũc sit vanũ, cassum, & irritum, inefficax, & cancellatũ. Renũtians exceptioni sibi nõ datæ & nõ solutæ prædictæ quantitatis pecuniæ, & omni alij iuris auxilio. Necnon promittens solẽni stipulatione eidẽ Cor. prædictam solutionẽ, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel per alium, aliqua ratione vel causa, de iure vel

de fa

de facto: Sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ, stipulatione promissa, &c. vt suprá.

Instrumentum solutionis partis debiti.

ANtonius fuit confessus & contentus se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & numeratas esse à Corrado decem libras Boñ. de debito, seu parte debiti vigintiquinque lib. Bonoñ. in quibus dictus Corradus ipsi Antonio tenebatur, vt patet in instrumento scripto manu talis notarij. Protestans tamen & asserẽs seipsas decem libras Bononienses recepisse, & de ipsis sibi solutis confiteri saluo iure omni suo ante solutionem, & post, tam in residuo dicti debiti, quàm pœnis, damnis, & interesse totius & eiusdem debiti, & in omnibus & singulis aliis sibi in dicto instrumento promissis. Et renuntiãs exceptioni sibi non datæ & nõ solutæ dictæ quantitatis decem librarum Boñ. & omni alij iuris auxilio. Necnon promittens solenni stipulatione dicto Corrado prædictam solutionẽ, & omnia & singula suprascripta, &c. Vt suprà in proximo præcedenti instrumento.

Instrumentum solutionis, seu simplicis confessionis debiti.

Instrumentum solutionis partis debiti.

PRæsens instrumentum cum sequenti cõtinuatur ad præcedentia ista forma: Qualiter quis ab actione sua transit cedendo iura alteri, & transigendo, ac faciendo pactum de vlterius nõ petendo, & pluribus aliis modis à principio huius capituli hucusque dictum & declaratũ est, sed quia quandoque contingit quòd quis transit ab actione sua recepta solutione, ideo de ipsa solutione loco præsenti videamus. demonstrat hoc rubrica, cùm dicit, Instrumentũ solutionis, &c. Istud instrumentum habet tria capitula. Primum est confessionis. Secundum est promissionis de ratihabitione. Tertium & vltimum est pœnę. Quia hîc se ingerit solutionis materia, de iure ipsius, & vt eius substantia tibi euidenter clareat, septem tibi per ordinem declarabo. Primò, quæ sit solutio, & quot modis sumatur in iure. Secũdò, qui possit soluere de voluntate, & qui debeat de necessitate. Tertiò, quibus potest sol

ui de

ui de voluntate, & quibus debet solui de necessitate. Quartò quid sit soluendum. Quintò, qualiter solutio sit facienda. Sextò, quæ sit virtus & effectus solutionis. Septimò, videre multos casus, in quibus tollit naturalis & ciuilis obligatio: & videre quatuor casus, in quibus tollitur naturalis, & remanet ciuilis: & videre vnum in quo tollitur ciuilis, & remanet naturalis. Ad primum, scilicet, quæ sit solutio? & dico quòd solutio est debiti, vel pro debito satisfactio. & per hoc no. cùm dicit, debiti, quòd debet solui illud quod est in obligatione: vt ff. de pig. act. l. si rem alienam. §. omnes. Secundò, cum dicit, pro debito, quoniã aliud pro alio inuito creditori non potest solui. Sed quot modis sumitur in iure solutio? certè tribus modis, scilicet, propriè, impropriè, & magis impropriè: vel strictè, largè, & largissimè. Propriè siue strictè sumitur, quando illud soluitur, quod est in obligatione appositum. Impropriè siue largè sumitur, quãdo aliud soluitur, quàm illud quod est in obligatione appositum. Magis impropriè siue largissimè est, quando nihil soluitur, vt in acceptilatione. Ad secũdum principale membrum, scilicet, quis debeat de necessitate soluere? & dico ꝙ debitor obligatus. Item eius hæredes, duntamen sit ille debitor persona habilis ad agendum, siue ad soluendum: nam si esset pupillus, nõ posset soluere, nisi cũ tutoris authoritate. Et si esset adultus cum curatoris authoritate. Sed si esset furiosus, alius pro alio soluere debet. Item prælatus ecclesiæ, duntamen sit ligatus duplici vinculo, scilicet, naturali & ciuili. Item pater pro filio. Sed quando potest quis de voluntate soluere? certè quilibet homo, dum tamen sit persona habilis ad contrahendum: & potest soluere debitore volente vel consentiente, ignorante vel inuito: Tamen refert inter istas solutiones: nam si quis soluit debitore consentiente & volente, tunc potest agere contra debitorem actione mandati ad repetendũ id, quod soluit. Si autẽ quis soluit debitore ignorante, tunc habet actionem negotiorum gestorum ad repetendum id, quod soluit pro debitore: quia eius negotia gessit, inquantum ipsum à debito liberauit. Si autem quis soluit debitore inuito, certè nõ potest ab eo aliud petere: quia videtur voluisse donare. Ad tertium principale mẽbrũ, scilicet cui debet solui de necessitate? & dico ꝙ debet de necessitate solui creditori habere debẽti, & nõ alij, vel eius hæredibus, aut saltẽ eius certo nũtio. Itẽ etiã eius perso

Solutio quid sit.

Solutio quot modis sumitur.

Quis necessariò soluit.

Cui necessariò solui debet.

personæ adiectæ. Sed nunquid tenetur quis soluere creditori minori habere debenti? certè sic:& potest ita soluere, quòd ei contingit liberatio plena:& hoc si soluit minori, quando apparet pecuniam esse versam in vtilitatem euidentem ipsius minoris eius extante re, contra me ipse minor agere non potest: nam ita soluere potest, quòd contingit plenior liberatio, vt quando soluit cum tutoris authoritate, nam ipso iure liberatus est. Sed si pupillus rem consumpserit, tenetur etiam ei. Item potest etiam ita solui pupillo, quòd contingit plenissima liberatio,& securitas:& hoc, quando soluit cum decreto iudicis,& ipso iure liberatur: & contingat quicquid vult de pec. ille solùm liberatur.& est speciale in isto casu, quòd minori decepto denegatur restitutio. & est ratio quare in aliis contractibus restituitur, si deceptus est: sed in isto non: quia in aliis contractibus contrahit quis de voluntate cum pupillo. Sed in isto casu ipso inuito contrahit cum pupillo. Sed cui potest solui de voluntate? certè cuilibet de voluntate creditoris consentientis,& mandantis,& volentis. Ad quartum principale membrū, scilicet, quid sit soluendum?& ad hoc sciendum sic distingue: quia aut species est in obligatione aut quātitas, aut factum. Si autem species,& tunc eam tenetur soluere, siue facere. Si autem est quantitas, & tunc eam tenetur soluere. Si autem est factum,& tunc habet electionem: quia vel velit factum facere, vel interesse præstare, licet dicatur, quòd aliud pro alio inuito creditore nō rectè soluitur, vt Insti. qui. modis tol. oblig. in prin. Sed fallit in donatione, in qua aliud pro alio inuito creditore rectè soluitur. Nam potest donator æstimationem rei præstare, vel rem, si vult. Item fallit in ecclesia, quæ quando soluit, potest soluere quicquid vult. Item in minore: Item in repub. Item in eo, qui debet seruum, patrem, vel matrem præstare alteri: nam potest æstimationem præstare, si vult: quia vnicuique licitum est redimere sanguinem suum proprium. Ad quintum principale membrum, scilicet, qualiter sit facienda solutio? & dico quòd solutio est facienda secundum Romanæ ciuitatis iura. Item facienda est solutio in loco destinato solutioni. Item in congruo loco, non autem in prostibulo, vel ad thermas, vel inter prædones. Item facienda est congruo tempore, quia de die, nō autem de nocte. Ad sextum principale mēbrum, scilicet, quæ sit virtus & effectus solutionis huius?& dico quòd virtus & effectus est, quia

Quid solui debet.

Solutio qualiter sit facienda.

Solutionis effectus quis sit.

solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, scilicet naturalis & ciuilis obligatio simul. Item quia per eã solutionem tollitur fideiussor, & liberatur. Item quia pignora restituuntur, si sunt data. Item quia debitor non potest amplius in pœnam incidere, si pœna est in instrumento apposita. Item quia non potest amplius in mora constitui. Item etiam quia per eam omnes debitores liberantur. Ad septimum & vltimum principale membrum, scilicet, videre aliquos casus, in quibus tollitur obligatio naturalis & ciuilis. & primò videamus quatuor casus per se, in quibus tollitur obligatio naturalis, & remanet ciuilis. Primus est in pacto de vlterius non petendo. Secundus casus est in transactione. Tertius casus est in iureiurando. Quartus casus est in chirographi restitutione. Videamus modò vnũ casum, in quo tollitur ciuilis & remanet naturalis: vt in sententia malè lata à iudice, vt quia iudex malam dat sententiam, modò propter istã sententiam ciuilis tollitur, & remanet naturalis: & est ratio, quia solùm tollitur ciuilis obligatio, & remanet obliga. naturalis. Nunc videamus duodecim casus, in quibus omnis tollitur oblig. naturalis videlicet. & ciuilis. Et primus casus est in acceptilatione Secundus casus est per veram solutionẽ: quia solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, vt Insti. quib. mo. tol oblig. in prin. Tertius casus est per Aquilianam stipulationẽ Quartus casus est per contrarium consensum: quia nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm vnũquodque dissolui eo vinculo, quo ligatum est. & hoc optimè in quatuor casibus. Sextus casus est per delegationem, siue sit voluntaria, id est, quæ fit per stipulationẽ: siue necessaria, id est, per litis cõtestationem. Septimus casus est per edictum, vt quia accipit per vim rem de manibus alicuius: & hoc per edictum. Si quis in tantam fuerit audaciam, vt rem per vim de manibus auferat: si quidẽ res sua fuerit, cadat à iure suo. Octauus casus est in publicatione siue confiscatione, vtputà, quidam fecit homicidium, & vadit in bannũ, & omnia eius bona vniuersaliter cõfiscantur. Nonus casus fit per obliga. depositionẽ, & consignationẽ. Decimus casus fit per compensationẽ, vt quia ex vna re mihi tenebaris in centum, & ego tibi ex diuersa causa. Modò cõpensamus alterũ de eis. Vndecimus casus est per cõfusionẽ iuriũ, vt quia mihi tenebaris in centũ, & posteà in hæreditate succedo tibi, vel tu mihi. Duodecimus casus est rei interuẽtu: nam

Casus sequẽtes benè nota.

Casus in quibus tollitur omnis oblig.

rum rei interuentu debitor liberatur. Opponitur demum ad instrumentū, ꝙ non valet, quia vbicunque fit cōfessio sine causa non valet, sed ita est hic, ergo, &c. Respondeo & dico ꝙ est verū, si est confessio ad soluendū: sed si est ad verberandū, vt ista, non est necessaria causa. Et hæc de isto quarto capitulo dicta sufficiant, &c. Gratiarū vberes actiones agētes cælesti Monarchæ, qui mundum gubernat perpetua ratione, quia huius numerum quarti capituli de cessionibus, fecerit sine debito compleri.

INCIPIT QVINTVM CAPItulum, *De locationibus & conductionibus.*

IN hoc quinto capitulo rerum mobilium & immobilium, necnon & operarum contractus, locationū & cōductionū, prætereà contractus innominati, & postremò instrumenta electionum, & priuilegium creandorum tabellionum, per ordinem continentur,

Incipit quintum capitulum, De locationibus & conductionibus. Rubrica.

IN huius lecturæ principio nomē Domini inuocemus, quo postergato nullum ritè inchoatur primordium. Apostolo taliter protestante, inuocandum, inquam, omniū rerum patrem, quo prætermisso, nullum ritè fundatur exordium. In huius lecturæ principio siue primordio intentionē huius capituli describendo, tibi hunc ordinem obseruabo. Primò, continuabo capitulum ad superiora. Secundò, diuidā nostrum capitulum, vt docebit. Tertiò, quia hic de locatione & conductione tractatur: de eius substantia aliqua ad eius euidentiam tibi breuiter enarrabo. Ad primum, scilicet, continuare nostrum capitulum: & dico ꝙ præsens capitulum continuatur ad superiora modis altero de duobus. Primo modo sic: Nos suprà vidimus in præcedentibus capitulis qualiter rerum dominia de vno in alterum transferuntur. Sed non solum titulis & causis supradictis rerum dominia de vno in

Continuatio capituli ad superiora.

alterum trãsferuntur: sed etiã cõceduntur quo ad vsum, ideo de ipsa concessione quo ad vsum in præsenti loco videamus. Continuatur & secundo modo sic. Nos suprà vidimus in huius libri princ. ꝙ iste liber diuidebatur principaliter in tres partes. Nam in prima parte ponebatur de contractibus & pactis, tanquã de dignioribus. In secunda de vltimis voluntatibus defunctorum. In tertia de iudiciis, & ordine iudiciorum. Item dictum fuit ꝙ prima pars diuidebatur in septem capitula, siue partes. Sed viso de quatuor primis capitulis, restat nunc videre de quinto per ordinem, scilicet, de locatione & conductione. Innuit hoc rubrica, cùm dicit, Incipit quintum capitulum, de locatione & conductione. Ad secundum, scilicet, videre diuisionem totius capituli: & dico ꝙ istud capitulum diuiditur principaliter in partes tres. Nam in prima parte ponuntur instrumenta, quæ veniunt ex contractu nominato, scilicet, locationũ & conductionum. In secũda parte ponitur instrumenta ex contractu innominato descendentia. In tertia parte ponuntur instrumenta electionũ. Ibi incipit pars prima, cùm dicit, Instrumentum locationis domus ad pensionem. & durat vsque ad instrumentũ concessionis ad affictum. Ibi pars secunda, in qua ponuntur instrumenta, quæ descendunt ex cõtractu innominato. & ista durat vsque ad instrumentum electionis per formã scrutinij. Ibi pars tertia, & durat vsque ad finem nostri capituli. Iterum prima pars subdiuiditur in partes tres. Nam in prima parte ponuntur instrumẽta rerum immobilium. In secunda parte ponuntur instrumenta locationis rerũ mobiliũ. In tertia parte ponuntur instrumẽta locationis operæ personalis. Prima incipit ibi, Instrumẽtum locationis domus ad pensionem, & durat vsque ad instrumentum boum datorum ad laborandũ. Ibi secunda, in qua ponuntur instrumenta locationis rerum mobilium, & durat vsque ad locationes personales. Ibi pars tertia, & durat vsque ad finẽ primæ partis. Iterum secunda pars principalis subdiuiditur in partes tres. Nã in prima parte ponitur de concessione operæ personalis. In secunda ponitur de cõcessione rei immobilis. In tertia parte ponitur de cõcessione rei mobilis. Ibi pars prima, cùm dicit, Instrumentũ concessionis ad affictum. Ibi pars secunda, & durat vsque ad instrumentũ terræ datæ ad laborandũ. Ibi tertia, & durat vsque in finẽ secundæ partis principalis. Tertia pars prin. iterum subdiuiditur in duas partes.

Nam

Nam in prima ponitur de electione spiritualiū personarū. In secunda parte ponitur de electione temporaliū personarum. Ibi prima, cùm dicit, Instrumentū electionis, & durat vsque ad instrumentum, citius rubrica incipit, Priuilegium creandorum tabellionum. Ibi pars secunda istius tertiæ partis, & durat vsque ad finem nostri capituli.

Instrumentum locationis domus ad pensionem.

ANtonius concessit & locauit Corrado ad pensionem domum vnam positam in tali contrata, cuius tales dicuntur confines &c. Hinc ad quinque annos proximos. Et promittēs solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipulāti prædictam locationem firmam, & ratam habere, & tenere, & non contrafacere vel venire: sed prædictam locationem, seu rem locatam ipsi Corrado & suis hæredibus hinc ad dictum terminum legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & ex ipsa vel eius occasione aliquam non facere dationem, donationem, obligationem, vel contractum: cuius prætextu præsenti locationi, vel ipsi conductori aliquid præiudicet, vel damnum cōtingere possit, quominus ipse conductor dictam domum habere hinc ad dictum terminum per se, vel alium, quem maluerit, vti valeat, & tenere. Quapropter dictus Corradus promisit solenni stipulatione ipsi Antonio soluere & dare eidem nomine pensionis eiusdem domus quolibet anno viginti libras Bononienses, scilicet, dimidiam in principio anni, reliquam verò dimidiam in tali termino. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt vicissim, scilicet, vnus alteri adinuicem, solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus, firma & rata habere, tenere, & non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub pœna quinquaginta librarum Bononiensium stipulatione adinuicem inter ipsos promissa: qua soluta vel non rata maneant omnia & singula suprascripta. Item reficere & restituere vnus alteri adinuicem omnia & singula damna, expensas, ac interesse: quæ vel quas vnus occasione alterius siue culpa contra prædicta venientis fecerit, vel sustinuerit, in iudicio siue extrá. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit vna pars al-

teri adinuicem omnia bona sua, cum cæteris clausulis per te inserendis.

Instrumentum locationis domus ad pensionem. Rub.

Prima pars.

Quia hic de locatione tractatur, circa præsens instrumentum queram quinque in ordine. Primò, quid sit locatio, & quid conductio, & quis dicitur locator, & quis cõductor. Secundò, quot sunt necessaria in locatione, & quotuplex sit locatio. Tertiò, qualiter locatio contrahatur, & contracta dissoluatur. Quartò, in quo conueniat, & differat locatio & conductio ab emptione & venditione. Quintò ad quid teneatur locator conductori, & econtrà, & quibus actionibus. Ad primum, scilicet, quid sit locatio? & dico quòd locatio est personæ, vel rei, ad certum vsum alteri facta concessio, mercede in pecunia numerata conuenta: alioquin, si de alia re danda faciendáve conuentum fuerit, non erit locatio, sed potius innominata forma negotij. Et vt securius fiat locatio, ageretur verbis: vt ff. depos. l. si quis seruum. Et eodem modo diffinitur conductio. Dicit, locatio est personæ: nam operæ personales locari possunt. Dicit, rei: nam & quælibet alia res, quæ aliàs potest nostro dominio subiici, potest locari. Dicit, ad certum vsum: nam vsus debet specificari in locatione. Et si ille conuertat in alium vsum, quàm in specificatum, committit furtum: Dicit, alteri, scilicet, habili & idoneo ad se obligandum. Dicit, facta concesio, non autem translatio: nam nullum ius conductori acquiritur in re conducta. Dicit, mercede in pecunia numerata conuenta: nam semper aliquid debet dari, vt fiat locatio: & debet esse in pecunia numerata, & non in alia re. Dicit, alioquin si de alia re danda faciendáve conuentum fuerit, non erit locatio, sed potius innominata forma negotij: vnde si daretur res pro locatione rei, & non pecunia, esset contractus innominatus. Sed quis dicitur locator? qui rem locat: & conductor? qui rem conducit. Ad secundum, scilicet, quot sunt necessaria in locatione? & dico quòd duo sunt necessaria, scilicet, res, & merces: & res debet esse talis, quæ posit dominio nostro subiici, & in contractum deduci: quia qui non est dominus rei, rem alie

In locatione quot sunt necessaria.

alienam locare non potest. Sed merces debet esse in pecunia numerata, & non in alia re: debet esse vera, & non fictitia: debet esse certa, & non incerta. Sed quotuplex est locatio? dico quòd est duplex, scilicet, in scriptis & sine scriptis. In scriptis est illa, in qua à principio ipsius fuit facta mentio de scriptura. Sine scriptura est illa, in qua non est mentio facta de scriptis. Sed quæritur, vtrum merces in locatione possit conferri in arbitrium tertiæ personæ? & de hoc recurras ad ea, quæ fuerunt dicta in instrumento vendi. de pretio: & quę ibi de pretio dicta fuerunt, hîc de mercede dicta intelligantur. Ad tertium, scilicet, qualiter locatio contrahitur? & dico quòd contrahitur solo consensu per finalem actum scripturæ: contrahitur ad modicum tempus: & modicum tempus dicitur vsque ad decem annos. Sed prodest hoc scire: quia si est conductor ad modicum tempus, nullum ius acquiritur in re: sed si est conductor ad non modicum tempus, habet vtile dominium, & vtilem rei vendicationem, naturalem possessionem, & ius accusandi damnum dantes. Item prodest hoc scire: quia si est conductor ad modicum tempus, potest locator ipsum expellere. Sed conductor ad non modicum tempus non potest expelli. Dissoluitur contrario consensu: quia nihil est tam conueniens humanæ æquitati, quàm vnumquodque dissolui eo vinculo, quo ligatum est. Item dissoluitur interitu rei, id est, si res perit, nisi pereat dolo vel culpa ipsius. Item dissoluitur finito vsu. Ad quartum, scilicet, in quo conueniat, & differat locatio à venditione & emptione. Et primò conuenit, quia vtraque actio est perpetua vsque ad triginta annos. Item quia vtraque transit ad hæredes. Item quia in locatione in scriptis est locus pœnitentiæ, & ita in venditione. Item quia vtraque est contractus bonæ fidei. Sed differunt: quia conductor non posset vendere rem conductam, sed emptor sic. Item quia conductor non posset vsucapere rem conductam, sed emptor sic. Ad quintum, scilicet, ad quid tenetur locator conductori, & econtrà, & quibus actionibus? Et dico, quòd locatio est quidam contractus, ex quo oritur duplex actio, scilicet, locati & conducti. Actio locati datur locatori contra conductorem, vt rem tradat non deterioratam, & vt eam rem restituat. Item vt videatur reconduxisse, si tenet vltra terminum rem,

Locatio qualiter contrahitur.

Locatio qualiter dissoluitur.

Conueniẽtia & differẽtia inter locationem & venditionem.

Locator ad quid tenetur.

si est prædium rusticum:sed secus in vrbano prędio.Itē competit,vt mercedem soluat cōgruo tempore.Sed quod est congruum vel debitum tempus ad mercedem soluendam? Et ad hoc sciendum sic distingue:quia aut est appositū per pactum, quando debeat solui,& tunc pactum seruetur:aut nō est actū per pactum,quando debeat solui:& tunc subdistingue, quia aut est statutum vel consuetudo,quæ hoc dicit,& tunc statutum vel consuetudo seruetur:aut nō est statutum nec consuetudo,& tunc de iure debet solui merces finito tempore locationis:& cōpetit,vt teneatur de dolo,lata culpa,& leui. Item vt omnia eius bona sint locatori tacitè obligata. Item cōpetit,vt possit expellere cōductorem de domo,si non soluit pensionem.& hoc authore Prætore. Sed ego quæro,an locator possit conductorem expellere de domo ante finitum vsum? & dico quòd nō regulariter:ideo regulariter, quia fallit in quatuor casibus. Primus casus est,si non soluit mercedem ad tempus limitatum.Secundus casus est,quando res est sibi necessaria pro sua habitatione. Tertius casus est,quando domus indiget reparatione necessaria. Quartus casus est,quando conductor malè vtitur substantia domus,vel alterius rei locatæ,vtputà,locaui tibi domum,vt illic retineres stationē pannorum,& ibi retinebas prostibulum : modò in isto casu conductor potest expelli à locatione de domo ante finitum vsum & expeditum. Item vt illum aboneret de mercede si res pereat fertilitatem vel fertilitatis causam. Sed nunquid tenetur locator conductori,si locat rem vitiosam,vel animal vitiosum? Distinguendum est,quia aut promisit in genere,& tunc tenetur,putà,quia dixi,dabo tibi vnum de equis meis: aut in specie,& tunc si sciebat,tenetur:& si ignorabat,non tenetur.Item competit,vt teneatur ad expensas reficiendas in re factas:& locator est,qui rem locat. Et conductor est qui rem recipit,in Institu.de locatione & conductione, per totum titulum,&c.

Quo tēpore debet solui merces.

Casus in quibus cōductor potest expelli, vide in l.certi iuris.C. de loca. & conduct.

Instrumentum locationis terra ad superficiem in ea faciendam.

ANtonius concesit & locauit ad pensionem Corrado pro se & suis hæredibus stipulanti,& recipiēti quoddam Casamentum positum in parochia sanctæ Luciæ,quod est,& esse dixit,& conuēnit decem

clusos,

dusos,& eiusdem tales esse confines,&c.hinc ad vigintiquinque annos proximos ad domum & superficiem ædificandam & construendam super casamento prædicto. Promittens solenni stipul.dicto Corrado ipsum casamentum ei & suis hæredibus hinc ad dictum terminum ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere,authorizare,& desbrigare: & ex ipso,vel eius occasione aliquam non facere dationem,donationem,obligationem,vel contractum:cuius prætext.præsenti locationi,vel ipsi cōductori,vel eius hæredibus aliquod præiudicium fiat,vel quominus ipse conductor dictum casamentum hinc ad dictum terminum per se,& alium,quē voluerit,vti valeat,& tenere occasione prædicta.Quapropter dictus Corradus promisit dicto Antonio pro se & suis hæredibus recipienti domum seu superficiem ædificare in eodem casamento,& soluere,& dare eidem pensionis nomine casamenti prædicti quolibet anno viginti solidos Bononien. in festo Natiuitatis Domini. Hoc inter eos expressim acto,quòd si locator dictum terrenum,& conductor superficiem suam aliquandò infra dictum tempus vendere voluerit,teneatur vnusquisque eorum rem suam vendere volens, alteri denuntiare:& eidem volenti emere pro decem solidis minus,quàm alteri personæ vendere atque dare.Quod si is, cui denuntiatum fuerit,infra octo dies post ipsam denuntiationem ad emptionem recipiendam,& pretium soluendum se non obtulerit,ex tunc liceat vendere emere volēti:& cuicunque voluerit dare,conditione hac vllatenus non obstante,dummodo nullus fiat contractus,cuius prætextu dicta locatio hinc ad dictum terminum infringatur.Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt vicissim,scilicet,vnus alteri adinuicem solennibus stipulationibus,&c. vt in proximo instrumento locationis domus ad pensionem.

Instrumentum locationis terræ ad superficiem in ea faciendam. Rubr.

CIrca præsens instrumentum quæram duo in ordine videnda.Primò,quis dicitur superficiarius,& quis terrenarius,& quare sic appellantur,& quæ iura habeat superficiarius in terreno,& quæ terrenarius in superficie.Secundò,si superficiarius vult vendere superficiem,vel terrenarius ter-

renum,an vnus teneatur alteri denuntiare. Ad primum,scilicet,quis sit superficiarius? Et dico quòd superficiarius est ille,qui constituit superficiem supra terrenum. Sed quæ iura habet superficiarius in terreno? distingue,quia aut est modicum tempus,& tunc nullum habet ius:quia tempore modico nullum ius dominij acquiritur:aut est ad non modicum tempus,& tunc habet naturalem possessionem & vtile dominium,& vtilem rei vendicationem,& ius accusandi damnū dantes. Et terrenarius est,qui cōcedit terrenū ad superficiem cōstruendā. Sed quod ius habet in superficie? habet ius expellendi superficiarium,si non soluit:nisi ille sit paratus soluere pro tempore præterito & præsenti,etiā si superficiarius vult vendere,teneatur terrenario denuntiare,& econtrá. Ad secundum,scilicet,nunquid superficiarius teneatur,vel cogatur terrenario denuntiare,si vult vendere superficiem,vel econtrá? Aurora est sibimet contrarius:nam suprà in primo capitulo in instrumento ædificij domus dixit quòd sic,ad similitudinem emphyteotæ:& hîc dixit quòd non tenetur: tamen verius est,quòd teneatur vnus alteri denuntiare: & vnus debet alium expectare per duos menses, si vult deliberare ad emendum: aliâs incidunt in pœnam in instrumento contentam.

Superficiarius quis sit.

Instrumentum locationis equorum ad equitandum.

ANtonius locauit & concessit Corrado hinc ad decem dies vnum Roncinum ferartum cum comis,& zuffo,& cum vno fræno,& sella,æstimatum & appretiatum communi concordia & consensu locatoris & conductoris vigintiquinque libras Bononienses, ducendum, & equitandum vsque ad Florentiam. Confitens & asserens sibi ab ipso conductore de mercede locationis & pretij fore in pecunia numerata integrè satisfactum,exceptioni sibi non datæ,& non solutæ mercedis omnino renuntians. Quapropter dictus Corradus promisit solēniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Ant. pro se & suis hæredibus stipul. dictum Roncinū bene,solicitè,& diligenter custodire & saluare,pascere ac tenere:& in ipso custodiēdo ac saluādo summam & exactissimā diligētiā,curā,& solicitudinē adhibere: necnō eūdē rocinū cū dicto fræno & sella in nullo magagnatum,

tum, vitiatum, vel deterioratum, sed eiusdem bonitatis, soliditatis, & sanitatis, vt nunc est eidem hinc ad dictum terminum restituere & consignare: & domui suæ soluere, & dare eidem hinc ad dictum terminum prædictam æstimationem, videlicet, xxv. lib. Bono. Suscipiens in se, & super se, omnem casum fortuitum, & euentum incendij, naufragij, ruinæ, rapinæ, furti, violentiæ, hostilis aggressus, vulnerum suppositurae, claudaturæ, & subacturæ, mortis naturalis & accidentalis, & cuiuscunque morbi, & omnem alium tam diuino & humano iudicio, quàm ex quolibet genere culpæ, vel aliàs prouenientem, vel qui circa ipsum equum prouenire posset. Quòd si dictum equum cum fræno & sella æquè sanum & solidum, vt dictũ est, non restituerit & consignauerit eidem, aut dictam æstimationem non soluerit termino supradicto, vel si omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit de iure vel de facto, promisit eidem persoluere atque dare duplum ipsius æstimationis pœnæ nomine in singulis capitulis huius contractus stipulatione insolidum promissa: qua soluta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta. Prætereà si contigerit eam restitutionem ipsius equi ita sani & solidi, vt dictum est, aut ipsius æstimationis solutionem vltra dictum terminum dilatare, pacto promisit, & conuenit eidem persoluere atque dare quolibet die, quo vltra dictum terminum dictam restitutionem vel solutionem dilatauerit, duos solidos Bono. nomine recompensationis damnorum & interesse: Sub eadem pœna: & ea soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Et nihilominus se soluturum æstimationem & recompensationem prædictam vbicunque locorum & fori creditor petierit ab eodem, & specialiter tempore fori Maij & Augusti de Bononia, & in ipsis foris. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis, in iudicio & extrà. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona, renuntians fori priuilegio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & exceptioni sibi non locati equi, & non habiti, & omni alij iuris auxilio, &c.

Instrum

Instrumentum locationis equorum ad equitandum. Rubrica.

CIrca præsens instrumentum volo quęrere tria. Primò, quid operatur æstimatio facta in casu nostri instrumenti. Secundò, an valeat istud pactum, & omni die, quo tenuerit vltra terminum equos, soluat tres solidos nomine recompensationis. Tertiò, ad quid teneatur locator conductori, & econtrá. De primò, scilicet, ad quid operetur æstimatio facta in casu nostri instrumenti? operatur secundum quosdam, quia facit venire casus fortuitos: & si equus perit, perit periculo conductoris, & tenetur ad æstimationem equi, propter ista verba apposita in nostro instrumento: quia licet equus pereat, non perit æstimatio. Ad secundum, scilicet, nunquid valeat tale pactum recompensationis? & dico quòd nō: quia non potest peti pœna. Sed si rem tenet vltra terminum, & ille habet aliquod damnum, bene cogitur illud restituere. Alij tamen dicunt quòd valet in specie, quia venit merces: sed in quantitatibus non, quia videntur vsuræ. Ad tertium, scilicet, ad quid teneatur locator conductori, & econtrá? Conductor tenetur locatori de dolo, culpa leui, & leuissima, de casibus autem fortuitis non tenetur, nisi quando esset in dolo, vel culpa. Etiam tenetur equum restituere non deterioratum, tenetur etiam equum pascere. Sed locator tenetur conductori, si locauit rem vitiosam: verum est, si locator suo conductori rei conductę vitia non reuelauerit. Sed tamen distingue vt suprà in instrumento primi capituli: etiam tenetur ad omne damnum & interesse, si nō dedit equum bonum, prout conuenit: etiam tenetur si vitia equi non declarauit, si sciebat: etiam tenetur ad interesse circa rem, & extra rem: etiam tenetur ad impensas in re factas.

Instrumentum locationis operarum ad opus scriptura facienda.

ANtonius promisit & conuenit solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando Corrad. pro se & suis hæredibus stipu. scribere sibi vnum Digestum vetus in textu de tali forma, & litera, vel æquè bona, vt fecit & scripsit

in pri

in primo folio primi quaterni eiusdem Digesti. Quam quidam literam ostendit, & ad eius similitudinem formam obtulit, & conuenit illud Digestum se scripturum: & etiam de meliori, si poterit, & sciuerit, bona fide continuando bene diligenter & fideliter dictum opus sine sui vel alterius operis interpositione, vsquequo dictum Digestum totum scriptum fuerit & completum. Et hoc pro quadraginta libris Bonon. quibus contentus & confessus fuit idem Anto. se à dicto Cor. habuisse & recepisse viginti libras Bononienses, exceptioni sibi non datæ & non solutæ quantitatis omnino renuntians. Residuum autem ipsius summæ dictus Corradus solenni stipulatione promisit ipsi Anto. soluere & dare eidem hoc modo, scilicet, decem lib. Bonon. duabus partibus ipsius Digesti factis. Reliquas verò decem libras finito & completo ipso opere. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt vicissim, scilicet, vnus alteri adinuicem solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus, firma & rata habere & tenere, obseruare & adimplere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub pœna dupli dictæ quãtitatis pecuniæ, stipulatione in singulis capitulis huius contractus à quolibet eorum vicissim insolidum promissa. Item reficere & restituere vnus alteri adinuicem omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrá. Pro quibus omnibus & sing. firmiter obseruandis obli. vnus alteri adinuicem omnia sua bona: & pœna soluta vel non, prædicta firma perdurent. Si verò fiat locatio & conuentio de aliquo opere faciendo, vtputà, de murando, aut de domo ædificanda, vel de similibus, considera diligenter ea, de quibus partes concordes fuerint, & promissionem vnius ex vna parte continuè pones: & postmodum subsequenter promissionem alterius, demum ponas illam clausulam generalem: Quæ omnia & singula, vt suprà in proximo dicto instrumento.

Instrumentum locationis operarum ad opus scripturæ faciendæ. Rubrica.

Circa præsens instrumentum volo quærere quatuor. Primò vtrum quis possit locare operam personalem, & si potest, an in perpetuum, an ad tempus. Secundò, si quis promisit librum scribere, an liberetur

tur interesse præstando, vel an præcisè teneatur librum scribere. Tertiò, si stetit per locatorem vel conductorem, quominus locatio adimpleatur, vel casum fortuitum non attingentem personam alicuius, quid iuris? Quintò & vltimò, exponere notam in fine instrumenti contentam. De primo, an quis possit locare operam personalem? Et videtur quòd nõ: quia efficeretur verè seruus, & esset damnosum & contrariũ libertati: Tamen dicas quòd potest locari in perpetuum, & ad tempus: quia quantumcunque quis locet operam personalem in perpetuum, liberatur interesse præstando, vel dando substitutum, qui pro se seruiat. Tamen à dominis Canonicis hæc locatio non videtur obseruanda: maximè, quando fit ad longum vsum temporis: quia tunc tempora mercari videntur, cùm pluris sit opera valoris vno tempore, quàm alio. Tamen aliquis conuenienti pretio legitimè sumit opus aliquod sua opera ædificandum. Ad secundum, scilicet, si quis promisit librum scribere, vtrum ipse liberetur interesse præstando? & videtur quòd sic, quòd liberetur interesse præstando. Fallit tamen in istis casibus. Primò, si promisit librum scribere: quia tenetur librum scribere, & non potest interesse præstare: & istud est in fauorẽ studij & scholarium. Secundus casus est in procuratore actoris, qui satisdedit dominum defendere in causa reconuentionis: nam præcisè tenetur dominum defendere, & non potest interesse præstare: quod secus est de procuratore rei. Tertius casus est in opere demoliendo: quia tenetur opus demoliri, & non potest interesse præstare. Quartus casus est, quando per vim alium obligauit: nam tenetur ipsum liberare à tali obligatione præcisè: & non liberatur interesse præstando. Ad tertium, scilicet, si stat per locatorem, quominus locatio adimpleatur per locatorem vel per conductorem, quid iuris? Distingue: quia aut stat per locatorem, aut per conductorem. Si stat per locatorem scriptorem, aut stat per eum, quia non vult: & tunc tenetur scholari conductori ad omne suum damnum & interesse: imò scholaris potest ipsum compellere, vt præcisè scribat, intantum quòd potest ipsum facere decludi in carceribus. Si stat per eum, quia non potest casu fortuito: & tunc consequitur totam mercedem, sed in posterum tenetur adimplere, quando poterit, si est impeditus ad tempus. Sed si est impeditus in perpetuum, tenetur seruire per substitutum.

Opera personalis an possit locari.

Scriptor an liberetur præstando interesse.

tam. Si autem stat per cõductorem, putà, per scholarẽ: & tunc siue quia non vult, siue quia non potest, consequitur locator totam mercedem, si stat per casum fortuitum non attingentem personam locatoris nec conductoris, & tamen debet solui merces pro rata: quia casus fortuitus non attingens personam alicuius, alicui non debet obesse vel prodesse.

Ad quartum, scilicet, exponere notam in fine instrumenti contentam: & nota nostra dicit, quòd quando quis conducit operam alicuius quòd debet declarari, vbi, & in quo loco, debeat personaliter laborare ad euitandum quæstiones, quæ possent oriri. Sed ponamus, quòd opus minatur ruinam, siue ruit, quæritur cuius damnum sit? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut ruit ante opus perfectum, & tunc perit damno opificis, siue magistri facientis ipsum opus. Aut post opus perfectum: & tunc subdistingue, quia aut perit vitio siue culpa opificis, & tunc perit ipsius periculo: aut vitio vel culpa domini, & tunc domini periculo perit.

Instrumentum locationis & conuentionis ad seruiendum.

ANtonius locauit, & pacto cõuenit Cor. de operibus & seruitio sibi & familiæ suæ præstando hinc ad vnum annum proximum, promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corra. pro se & suis hæredibus stip. fideliter & solicitè facere quæcunque sibi & familiæ suæ atque negotiis suis vtilia crediderit, & etiã quęcũque sibi ab eo, vel familia sua bona fide præcepta fuerit, & res eius & familæ suæ & cuiuscunq; alterius, quæ penes eũ fuerint, fideliter omni dolo & fraude remota custodire & saluare. Et de ipsis furtum non facere, nec volenti facere consentire, imò totis viribus se opponere, necnon omnem facientem, vel facere volentem aliquod furtum, damnum, vel iniuriam ipsi domino, quàm citò hoc sciuerit, vel senserit, eidem manifestare, & credentias sibi ab ipso domino impositas fideliter retinere. Et hoc ideo quia dictus Corradus promisit & conuenit solenni stipulatione dicto Martino dare sibi decenter & debitè victum, & vestitum, & calceamentum hinc ad terminum supradictum, & pro suo feudo & merito tres lib. Bon. scilicet, dimidiam in tali termino, & reliquam dimi diam

diani in fine anni. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt vicissim, scilicet, vnus alteri adinuicem solennibus stipulat. hincinde interuenientibus, firma & rata habere & tenere, obseruare & adimplere, & non cōtrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub pœna centū sol. Bono. adinuicem inter ipsos stipu. promissa, & refectione damnorum & expensarū hincinde litis & extrà, & obligatione bonorum vtriusque partis: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Insuper idē Mar. iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia prædicta omnia & singula à se promissa firma & rata habere & tenere, obseruare & adimplere, & nō contrafacere vel venire per se vel per alium de iure vel de facto. Et prætereà d. Mart. precibus & mandatis Philipp. se principalem constituens, promisit principaliter & insolidū sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dicto Corra. pro se & suis hæredibus stipu. se facturum & curaturum omni exceptione remota, quod dictus Mar. omnia & sing. à se promissa firma & rata habebit & tenebit, obseruabit & adimplebit, & non contraueniet aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto. Quod si nō fecerit & curauerit, vt dictum est, & propterea dictus Corra damnum aliquod sustinuerit, vt quia dictus Mar. furtum vel damnum ei faceret, conseruabit ipse Phi. dictum Corra. indemnem sub pœna centum sol. Bon. stip. promissa, & refectione damnorū & expensarum litis & extrà, & obligatione suorum bonorum omnium & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurēt. Renūtiās beneficio nouæ cōstitutionis de fideiussoribus, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum locationis & conuentionis ad seruiendum. Rubrica.

Circa præsens instrumentum volo quærere quatuor. Primò, quis contractus iste dicatur, & quæ actio oriatur ex eo. Secundò, qualiter sunt intelligenda illa verba, seruire sibi & familiæ, & dare victum & vestitum. Tertiò, qualiter in instrumento debeat apponi iuramentum à famulo præstitum. Quartò, qualiter in instrumento debeat apponi fideiussor. Ad primum. s. quis contractus iste dicatur? & dico quod est pro parte nominatus, & pro parte innominatus. Nominatus.

us, inquãtum locat operas suas. Innominatus, inquantũ promisit dare sibi victum & vestitum. Ad secundũ, scilicet, qualiter sunt intelligenda illa verba, an seruire teneatur toti familiæ? dico quòd nõ tenetur seruire nisi domino & filiis & aliis tamẽ tam ex familia domini, quã aliàs, si per dominum commissus fuerit, & non aliàs: quia alteri stipulari vel pacisci seruiens nemo potest. Sed bonum est, quòd seruiat omnibus. Sed qualiter intelligitur, victum & vestitum? intelligitur, decens famulo, de bibendo, & comedendo, & de vestimentis: & ideo bonum est, quòd apponatur in instrumento qualem victũ & vestitum dare debeat. De tertio, scilicet, qualiter in instrumẽto debeat apponi iuramentum à famulo præstitum? & dico ꝙ debet reduci ad aliquid in specie, vtputà, iuret se non committere furtum: nam si iuraret in genere, non posset aliquo modo obseruare. Ad quartũ, scilicet, qualiter fideiussor in instrumento debeat apponi? & apponi debet, vt obligetur ad omne damnũ & interesse domini, si est talis persona, quæ non sit consequens: vt ipse faciat ea, quæ promittit principalis: & tunc promittat illud facere, quod facere debet principalis.

Instrumentum locationis seu conuentionis facta de aliquo, qui futurus sit discipulus in aliqua parte.

ANtonius posuit & ex pacto dedit Michaëlem filium suum magistro Corrado cerdoni ad addiscendã & operandam artẽ calzolariæ hinc ad quinque annos proximos. Promittens solẽniter sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligãdo dicto Cor. pro se & suis hæredibus stip. se facturũ & curaturum, quòd dictus Michaël eius filius hinc ad dictũ terminum perseuerabit, & continuè cũ dicto magistro Cor. morabitur, & fideliter & studiosè faciet, & operabitur quæcunque dictus magister sibi circa doctrinam & exercitium ipsius artis præceperit, & res eius, & cuiuscunque alterius, quæ essent penes eum, bona fide custodiet, & saluabit, & furtũ nõ faciet, nec volenti facere consentiet, neque fugiet, vel discedet ab eo hinc ad terminum supradictum. Quòd si aliquod eorum fecerit, satisfaciet de hoc ipse Ant. dicto Corra. & eum indemnem seruabit, & specialiter faciet, & curabit quòd ipse Mi. quot diebus ante terminum præter ipsius magistri volunta-

tem discedet, vel se remouebit à continuo exercitio dictæ artis, tot ei reficiet & restaurabit in eodē opere & exercitio ad suā voluntatē post terminū supradictū: & quòd dabit & deferet eidem magistro domui suæ vnū anserem, scilicet, & duas fogacias, & duos capones quolibet anno in festo sancti Stephani. Et hoc ideo quia supradictus magister Cor. promisit dicto Anto. pro se & suis hæredibus vice & nomine dicti Micha. stipul. quòd docebit & instruet ipsum Mi. bona fide in arte prædicta, & dabit eidē quolibet anno duo paria vel vnum sotularium. Quæ omnia & singula suprascripta promiserūt vicissim, scilicet, vnus alteri adinuicem solennibus stipula. hincinde interuenientibus, &c. vt suprà habes in primo instrumento huius capituli.

Instrumentum conuentionis factæ de aliquo, qui futurus sit discipulus in aliqua arte. Rubrica.

CIrca præsens instrumentum quæram duo. Primò, quis contractus iste dicatur, & quæ actio descendat ex eo. Secundò, an per istam promissionem iste sit obligatus. De primo, quis contractus iste dicatur, inquantū promittit dictum Michaëlem facere stare, & continuè operari dictam artem, est contractus innominatus, scilicet, facio vt facias: & inquātum promittit magistro suo vnum Xenium, & magister promittit dare vnum par sotularium, est contractus innominatus, scilicet, do vt des: & nascitur actio præscriptis verbis. De secundo, an iste Anto. sit obligatus, inquantū promittit quòd filius continuè cōmorabitur ad artem illam? & videtur quòd non: quia factum alienū promittit: & nemo promittendo factum alienum regulariter obligatur. Sed dic quòd bene obligatur: quia promisit per ista verba, facturum & curaturum: & qui promittit per ista verba, non videtur promittere factum alienum, sed suum proprium, & tenetur magistro suo, vel dic quòd pater pro filio stipulari potest, & filio nascitur obligatio, quādiu est in patria potestate, stipulationi ipso tamē filio consentiente. Secus in muliere: quia licet promittat per ista verba, facturum & curaturum, non tamen obligatur: quia quando mulier pro alio promittit, videtur fideiubere, & fideiubendo non tenetur, quia iuuatur beneficio Velleiani. Sed

nunq

mnquid discipulus videtur esse obligatus? certè non, siue pater, siue mater, siue alia persona pro eo promittat: quia ex alienis contractibus neminem obligari certissima iuris regula est: & tamen magister obligatur patri discipuli, & non discipulo.

Instrumentum concessionis ad affictum.

ANtonius dedit & concessit ad affictum Corrado pro se & suis hæredibus recipienti ad vtendum & fruendum pro certo affictu & reditu petiam, vnam terræ vineatæ positam in curia sancti Georgij, cuius tales dicuntur confines, &c. hinc ad quinque annos proximos. Promittens solenni stipul. ipsi Corr. prædictam concessionem firmam & ratam habere & tenere, & non cõtrafacere vel venire: sed ipsam rem vniuersitate hinc ad dictum terminum ab omni homine & legitimè defendere, authorizare, & desbrigare, & nullam dationem, obligationẽ, vel contractum in ea re, vel eius occasione facere: cuius prætextu dicta concessio infringatur, vel quominus ipse Cor. dicta re vti & frui valeat hinc ad terminum supradictum. Et hoc ideo quia econuerso dictus Cor. promisit & conuenit ipsi Anto. pro se & suis hæredibus stipu. dictam vineam bene colere & conseruare, & ipsam & iura sua manutenere, & ea vti & frui fideliter arbitrio boni viri, & nomine affictus & reditus quolibet anno dare & deferre sibi Bononiæ domui suæ omnibus suis expensis decem corbes vini puri eius, videlicet, quod ex dicta vinea percipietur, vel æquè boni, in tali termino. In fine verò termini vineam ipsam æquè cultam & laboratam & in eodem statu, vt nunc est, sibi dimittere & consignare. Quæ omnia & sing. supradicta promiserũt vicissim, scilicet, vnus alteri adinuicẽ, &c. per omnia, vt suprà habes in primo instrumento huius capituli de locatione domus ad pensionem. Et nota quòd si molendinum aut terra detur ad affictum, similem formam seruabis, ponendo tamen pacta & conuentiones, quæ agentur inter partes, & vtendo verbis congruentibus negotio. Et sic quoque facies de cæteris rebus, quæ ad affictum seu commodi culturam conceduntur.

Instrumentum concessionis ad affictum. Rubri. Secunda pars.

CIrca præsens instrumentũ Volo quærere quatuor. Primò quis cõtractus iste dicatur, & quæ actio descẽdat ex eo. Secundò, in quo differatur cõtractus affectus à contractu emphyteotico. Tertiò, quando dicitur esse sterilitas. Quartò, quid iuris si sit sterilitas. Ad primũ, scilicet, quis cõtractus iste dicatur? & dico ꝙ est cõtractus innominatus cõprehensus sub ista voce, do vt des: nam iste dat rem ad affictum, eò ꝙ cõuenit dare decẽ corbes frumenti, de illo cãpo. Sed si cõuenisset de dando pecuniã, esset contractus locationis. Et si cõuenisset de cõicando fructus, esset cõtractus quasi societatis & appellatur colonus pertiarius. Ad secundũ, scilicet, in quo differt cõtractus affictus à cõtractu emphyteotico? Primò differt; quia emphyteota habet naturaliter possessionẽ, vtile dominiũ, & rei vendicationẽ: & iste nullũ habet ius. Secundò differt: quia emphyteota tenetur facere rationẽ, sed affictuarius nõ tenetur. Differt etiã, quia emphyteosis fit ad nõ modicũ tẽpus, & affictus fit ad modicũ tẽpus, & nõ ad nõ modicũ. De tertia, scilicet, quãdo dicitur esse sterilitas? in quosdã, sterilitas dicitur, quãdo nõ recolligitur semen: secundũ alios, quãdo nõ recolligitur bis semẽ, vel bis tãtũ: secundũ alios & melius, quãdo vulgò dicitur. Ad quartũ, scilicet, quid iuris si sit sterilitas? & dico ꝙ si sterilitas est, affictuarius tenetur diuidere fructus cũ domino: & debet fieri cõputatio de anno sterilitatis ad annũ fertilitatis, si non bene recolligitur. Dic & securius, ꝙ dominus suũ affictuariũ pro anno sterilitatis ab annua pẽsione soluere debet sumẽdo prout natura cõtulerit: quia humana æquitas nõ patitur affictuariũ laborẽ simul pati & incõmodũ. Quintò exponere notã in fine instrumẽti cõtenta, quæ eget expositione. Et dicit quòd si datur terra aratoria ad laborandum, debes vti verbis congruis ad illam: & ita de molendino, &c.

Instrumentum terræ & vineæ datæ ad laborandum.

ANtonius dedit & concessit ad laborandum Co. pro se & suis hæredibus recipienti vnam petiam terræ aratoriæ vineatæ positã in villa Boguarolæ, in loco, qui dicitur fundus, iuxta Petrũ ex vna parte, & iuxta

iuxta Mar. ex altera, hinc ad quinq; annos proximos. Promittens hanc concesſionẽ firmã & ratã habere, & tenere, & obſeruare hinc ad terminum ſupradictum. Et econtrà dictus Cor. promiſit & cõuenit ſolenni ſtip. dicto Antonio prædictã terram & vineam, videlicet, quæ aratoria eſt, congruis temporibus bene arrumpere, remenare, & retrazare, & quarto ſulco ſeminare, omnibus ſuis expenſis & ſeminibus, ſiue cum dimidia ſuorum ſeminum, reliqua dimidia ſibi à domino concedenda. Illa verò, quæ vineata eſt, quolibet anno ſuis temporibus bene putare, releuare, ligonizare, & remenare omnibus ſuis expenſis, laboribus, palis & perticis atque vimine: ſepes & foſſata locis prædictis bene manutenere. Ipſam quoque vineam propaginare, vbicunque fuerit opportunum, & arbores non incidere contra domini voluntatem, & quolibet anno trahere & ponere in ipſam terram & vineam decem currus proprij letaminis. Præterea ſegetes metere, triturare, vuas vindemiare: cæteróſque fructus colligere omnibus ſuis expenſis & laboribus, & fructuum omnium percipiendorũ ex poſſeſſione prædicta, ſcilicet, bladi, vuarũ, & cæterorum fructuum tam arborũ quàm aliorũ dare, & cõſignare, & deferre eidem Bo. ad domũ ſuam dimidiã bona fide ſuis temporibus omnibus ſuis expenſis. Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta promiſerunt viciſsim, ſcilicet, vnus alteri adinuicem ſolennibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus, firma & rata habere, & tenere, &c. vt in primo inſtrumento de locatione domus ad penſionem. Et no. quòd ſi fuerit ſolũmodò vinea aut terra, quæ dabitur ad laborandum, ſumes ex forma prædicta contractum ſecundum naturam negotij, & ſecundum pacta inita inter partes.

Inſtrumentum terræ vineatæ datæ ad laborandum. Rubrica.

Circa præſens inſtrumentum tria ſunt videnda. Primò, quis contractus iſte dicatur. Secundò, qualiter debeat dictari iſtud inſtrumentum per te notarium. Tertiò, exponere notam in fine noſtri inſtrumenti contentam. Ad primum, ſcilicet, quis contractus iſte dicatur? Et dico quòd eſt cõtractus ſocietatis, & datur actio pro ſocio: & poteſt eſſe locatio, & datur actio locati & conducti: & poteſt eſſe contra-

ctus afficit. & datur actio præscriptis verbis, vel de dolo. Ad secundũ, scilicet, qualiter istud instrumentum debeat dictari per te notarium? Et dico quod debet dictari isto modo: nam notarius primò habet considerare contrahentes. Ad tertium, scilicet, exponere notam in fine instrumenti nostri contentam. Et nota est per se clara, & non eget expositione.

Instrumentum boum datorum ad laborandum.

ANtonius fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse ad laborandum ad quartam partem lucri vel damni à Corrado duos boues, scilicet, vnum bonellum cum cornibus apertis, & alium Rosellum cum cornibus leuatis pretij & æstimationis xxv. lib. Bonon. hinc ad vnum annum proximum. Promittens solenni stipulatione dicto Corra. ipsos boues fideliter & diligenter custodire & saluare, pascere ac tenere omnibus suis expensis. Ipsósque non vendere, alienare, vel obligare sine expressa domini licentia & mandato in se dictorum boum semper dominium reseruantis. Ita quòd à quocunque altero possidenti pleno iure valeat vendicare. Et pro summa dictæ quartæ partis sui laborarij dare & deferre eidem Bononiæ domui suæ duodecim corbes frumenti boni, pulchri, & nitidi in festo sanctæ Marie mensis Augusti. In fine verò termini dictos boues aut prædictam æstimationem cum quarta parte lucri, siue tantum minus ipsa æstimatione, quantum fuerit quarta damni ipsi damno dare & consignare: Veruntamen si dicti boues, aut alter eorum, ipsius laboratoris, aut eius nuntij, vel familiaris culpa, dolo, fraude, vel mala custodia perierit, aut deuastatus vel perditus fuerit, ad ipsum laboratorem spectet singulariter totum damnum. Et si contigerit eum ipsos boues per octo dies vltra dictum terminum retinere, quin eos vel dictam æstimationem consignet, vt dictum est, ex tunc deinde ad vnum annum, & sic de singulis annis ipsos à dicto domino retinere, & eisdem pactis & conditionibus teneatur: si de ipsius domini processerit voluntate: quia sic actum extitit inter eos. Quæ omnia & singula suprascripta promisit idem Anton. ipsi Corr. pro se & suis hæredibus stipulan. firma & rata habere,

re, tenere, & non contrafacere vel venire per se vel per alium aliqua ratione, ingenio, vel causa, de iure vel de facto. Alioquin promisit eidem persoluere atque dare duplum istius æstimationis & pretij pœnæ nomine stipu. in singulis capitulis huius contractus insolidum promissæ: qua soluta vel nõ, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta. Et nihilominus vnũquodque prędictorum prout promisit & cõuenit se restituturum, soluturum, & daturum vbicunque locorum & fori ipse Corr. petierit ab eodem, & specialiter tempore fori Maij & Augusti & Bono. & in ipsis foris. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrà: & de his credere suo simplici verbo sine sacramento vel alia probatione. Insuper promisit præceptum recipere à communi Bononiæ de prædictis omnibus & singulis adimplendis hinc ad tertiam diem, sub pœna decem librarum Bononiensium stipulatione promissa & pœna soluta vel nõ, prędicta omnia & singula firma perdurent. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Renuntians fori priuilegio, exceptioni sibi non datorum & non habitorum boum ex dicta causa, & omni alij iuris auxilio. Veruntamen nota, quòd contractus prædictus maledictam vsuræ continet prauitatem. Quod ideo dictum est, quòd illi qui tale pactum se legitimè facere posse putant, ab hac erroris & peracti via resiliant: Sed ex huiusmodi concessione sumi potest cõtractus rationabilis & fidelis, dummodo formam prædictam in tribus mutaueris locis. Quia vbi dicitur, ad quartam partem lucri vel damni, dices solummodo, ad quartam partẽ lucri. Secundò vbi dicitur siue tantum minus ipsa æstimatione, quantum fuerit quarta damni, dices siue tantùm minus ipsa æstimatione quantum fuerit totum damnum. Tertiò postquàm dixeris ad ipsum laboratorem spectet singulariter totum damnum, addes hoc, Et si diuino iudicio vel fortuito casu perierit, totum damnum antedictum ad dominum pertineat. & ita erit contractus bonus & iustus: quia dominus bene recepit in se diuinum iudicium: Quod quidem diuinum iudicium in animalibus & corporalibus nostris euitare non possumus, quantò magis ergo illud in rebus nostris recusare nõ debemus: imò si cõductarius huic vinculo se astringat, non valet: quia temere & inutiliter stipulatum iri visus est.

Instrumentum boum datorum ad laborandum. Rubrica.

CIrca præsens instrumentum volo quærere quatuor. Primò, quis cõtractus iste dicatur, & quæ actio descendat ex eo. Secundò, quomodo sunt intelligenda illa verba, ad quartam partem lucri siue damni. Tertiò, ad quid operetur illud pactum, quòd si boues tenuerit vltra terminum, an videatur reconduxisse: & quid iuris, si pactum non esset appositum. Quartò, exponere notam in fine instrumenti positam. Ad primum, scilicet, quis contractus iste dicatur? Et dico quòd iste est contractus nominatus, contractus locationis, quando conuentũ est de mercede in pecunia numerata. Quandoque est contractus innominatus, & hoc est, quãdo conuenit dare mercedem in aliqua specie, & non in quantitate: & est comprehensus sub vocibus, facio vt des, id est, patientiam præsto te vti bobus meis, vt des, scilicet, mercedem. Competit actio de dolo & præscriptis verbis. Ad secundum, scilicet, qualiter sunt intelligenda illa verba, ad quartam partem lucri vel damni? Et dico quòd sunt intelligenda de lucro, quod fit in bobus: Nam si boues valebant xx. lib. & nunc valent xxx. illæ x. veniunt diuidendæ inter locatorem, scilicet, & locatarium. Sed quid si dixisset, ad quartam partẽ lucri vel damni, quod fit cum bobus? & tunc illud lucrum, quod fit laborando cum bobus, venit diuidendum. Sed intentum nostri instrumenti est intelligendum ad quartam partem lucri vel damni, quod fit cum bobus: & hoc patet, quia præstitit mercedem pro suo labore, & propter suum laborem. Ad tertium, scilicet, si quis tenet rem conductam vltra terminum, an videatur reconduxisse, & quid operetur pactum in nostro instrumento appositum? distingue: quia aut fuit rusticum prædium, aut vrbanũ, aut res mobilis. Si fuit rusticum prædium, vtputà, aratorium vel vineatum, & tunc an sit locatio in scriptis, aut sine scriptis. Si in scriptis, & tunc non videtur reconduxisse: quia debet apparere alia scriptura, & alius consensus. Si autem sine scriptis, & tunc videtur tacitè reconduxisse eisdem pactis & conditionibus. Si autem est vrbanum prædium, vtputà, domus, & tunc non videtur reconduxisse: sed tenetur soluere pro ea parte, quam tenuit, siue pro eo tempore. Et est ratio

tio diuersitatis: quia omni tempore inueniuntur inquilini, sed nō coloni, nisi certis temporibus. Si autem est res mobilis, putà, boues, & tunc non videtur reconduxisse: imò committit furtum, & furti actione potest conueniri. Sed ad quid operatur pactum in nostro instrumēto appositum? dico quòd multum operatur, quia videtur recōduxisse per pactum: quia ait Prætor, Pacta bona fide facta seruabo. Ad quartum, scilicet, exponere notam in instrumenti fine contentam. Nota dicit contractum istum esse fœneratitium: sed ad hoc vt non sit fœneratitius, debet dicere ad quartam partem lucri, & ad totum damnum, quod eueniret diuino iudicio: sed si periret culpa vel negligentia conductoris, tunc totum damnum debet esse ipsius conductoris.

Instrumentum socidæ ad saluum capitale.

ANtonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse in socidam ad saluum capitale à Corr. vnam vaccam bonellam pretij & æstimationis decem lib. Bono. hinc ad tres annos. Promittens solenni stipu. dicto Corra. dictam vaccam & omnem futurum eius fœtum & fructum diligenter & fideliter custodire & saluare, pascere ac tenere omnibus suis sumptibus & expensis. Et ipsam vaccam aut aliquem eius fructum vel fœtum non vendere vel alienare sine domini licentia, & mandato speciali, in se semper dominium reseruantis: ita quòd possit eam & omnem eius fœtum à possidente quolibet vendicare. Ex fructibus verò & fœtibus vaccæ prædictæ prioribus, videlicet, qui ex ipsa sumentur, tantum ipsi domino consignare & dare quousque sibi de ipso capitali & pretio ad integrum satisfaciat. Et eo capitali consignato & dato, totius eius, quod abinde superer it, dimidium dare domino supradicto. Veruntamen si vacca prædicta aut aliquis eius fructus vel fœtus ipsius Anton. vel eius nuntij siue familiaris culpa, aut dolo, vel mala custodia perierit, aut perditus, vel deuastatus fuerit, dicto domino restituat ad integrum pretium supradictum cum omni damno vel interesse suo. Sed si diuinum iudicium vel fortuitus contigerit casus, tunc spectet totum damnum ad dominum. Quæ omnia & singula suprascripta idem Ant.

promisit solenni stipu.dicto Corr.firma & rata habere,& tenere,& obseruare,& non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa,de iure vel de facto:Sub pœna dupli dicti pretij stipu.promissa,& refectione damnorum & expensarum litis & extrà,& obligatione omnium suorum bonorum:& pœna soluta vel non,prædicta omnia & singu.firma perdurent. Renuntians exceptioni sibi non datæ & non habitæ vaccæ ex causa & pacto prædicto, vt dictum est, & omni alij iuris auxilio.

Instrumentum socidæ pecudum sub alia forma, videlicet, ad saluum caput.

ANtonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse in socidam à Corrado xxv.pecudes pretij & æstimationis xx.lib. Bonon. hinc ad tres annos proximos. Promittens solenni stipu.dicto Corrad.dictas pecudes & omnes ipsarum futuros fructus vel fœtus fideliter & diligenter custodire & saluare,pascere ac tenere omnibus suis expensis. Et ipsas aut ipsarum fructus vel fœtus non vendere vel alienare sine licentia ipsius domini in se semper dominium reseruantis:ita quòd possit eam à quolibet possidente vendicare: Fructuum verò & fœtuum ipsarum ouium,scilicet,agnorũ, lanæ,& casei dimidiam partem bona fide dicto domino ad voluntatem suam consignare & dare:& in fine termini ceppos,scilicet,ipsas easdem pecudes socidæ supradictę vel illas, quæ ex eis tunc temporis extabunt,ipsi domino restituere & consignare. Veruntamen si dictæ pecudes aut aliqua ipsarum vel earum fructus vel fœtus ipsius Anton.sine eius nuntij seu familiaris culpa,aut dolo, vel mala custodia perierint,aut perditi,vel deuastati fuerint, totum damnum spectet ad eum.Si verò diuino iudicio vel fortuito casu hoc euenerit,ad dictum dominum spectet damnum,dummodo ipse Ant.de hoc ipsi domino per præsentationem corij pecudis mortuæ vel aliter, faciat fidem plenam. Quæ omnia & singula suprascripta, &c.vt suprà in proximè dicto instrumento.

Instru

Instrumentum socidæ, videlicet, ad saluum caput. Rubrica.

Circa præsens instrumentum volo quærere tria. Primò, quis contractus iste sit. Secundò, quæ sit socida. Tertiò, quomodo fiat socida. Ad primum, scilicet, quis contractus iste sit? & dico quòd est contractus societatis, & nascitur actio directa ex vtraque parte. Ad secundum, scilicet, quæ sit socida? & dico quòd socida est brutorum animalium cum fructu & fœtu alteri communicandorum contracta societas. Verba ista per se satis sunt clara. Ad tertium, scilicet qualiter fiat socida? Et dic quòd fit ad saluum capitale, vt ille ante partem debeat sibi dare capitale. Fit ad saluum caput, vt debeat dare illas pecudes, quas dedit, vel totidem de fructu & fœtu eorum animalium. Fit etiam, vt omnia veniant diuidenda, verum in fœtu communiter nascenti.

Instrumentum electionis.

Cum defuncto bonæ memoriæ domino Candulfo sacerdote rectore ecclesię sancti Alberti vacaret ipsa ecclesia sacerdote, & propterea in substituendo successore infrascripti parochiani dictæ ecclesiæ ad sonũ campanæ per nuntiũ solenniter requisiti in eadem ecclesia conuenissent, scilicet, talis & talis facta tandem inquisitione diligenti, & Spiritussancti gratia inuocata ad honorem Dei & beatæ virginis Mariæ sanctique Alberti, & omnium sanctorum infra cæteros ibi nominatos plena concordia & consensu, in dominum Petrum virum vtique multa honestate præditum vnanimiter consenserunt, & ipsum in presbyterum & rectorem dictę ecclesiæ postulauerunt, eligendo & postulando elegerunt, vt hoc modo vel quocunque alio, quo ipsa electio valere potest melius, & tenere valeat, & teneat pleno iure.

Instrumentum electionis factæ de aliquo in Abbatem alicuius monasterij per formam compromissi.

Cum olim bonæ memoriæ domino Philippo Abbate monasterij sancti Prosperi viam vniuersæ carnis ingresso, & in eadem ecclesia ipsius

corpore

corpore tumulato, fratres & monachi eiusdē monasterij ad tractandum de futuri pastoris substitutione in capitulo conuenissent & cōsiderantibus eis, quod potius in paucis sępe sanioris consilij spiritus venit, vno cōsensu & vnanimi voluntate tres ex eis, scilicet, dominum T. dominum B. & dominū M. vtputà fidelissimos viros pro futura facienda electione pastoris reliqui omnes ibidem continuò elegissent, ipsam eis electionem & omnem super eandem electionem ipsorum omnium vicem totaliter committētes, & plenam eis authoritatem, potestatem, & licentiam dantes illum in pastorem & Abbatem ipsius monasterij eligendi, quem pro bono statu ipsius monasterij in spiritualibus & temporalibus viderint & decreuerint meliorem: ibidem domini T. B. & M. discedentes in partem, & orantibus eis Spiritussancti gratiam inuocantes post solicitam & longam examinationem considerata domini Io. honestate, prudentia, moribus, & vitæ multiplici sanctitate, & ex authoritate & potestate eis tradita in ipsum dominum Io. vnanimiter consenserunt: & inuocato nomine Patris & filij & Spiritus sancti, vice & nomine omnium fratrum & totius capituli prædictorum ipsum nominauerunt eligendo, & elegerunt nominando in pastorē & Abbatem monasterij antedicti: electionem ipsam mox corā dicto capitulo publicātes, & de his omnibus mihi infrascripto notario publicum mandantes conficere instrumentū.

Electio de aliquo in Abbatem alicuius loci per formam scrutinij facta.

CVm olim bonæ memoriæ do. Phi. Abbate monasterij sancti Prosperi viā vniuersę carnis ingresso, & ipsius corpore in eadem ecclesia tumulato, fratres & monachi eiusdem monasterij hi, videlicet ad quos successoris spectat electio, & ad tractandum de futuri pastoris substitutione in capitulo cōuenissent, & vno consensu ac vnanimi voluntate tres ex eis. s. dominū B. dominū M. & dominū T. pro inquirēdis diligenti scrutinio votis fratrum, Reliqui omnes ibidem continuò elegissent: & idē domini B. M. & T. discedentes in partem ex cōmisso eis officio, & ex concessa eis authoritate prædicta primò ad se do. Iacobū vocauerunt adiurantes eum per Deū viuū, vt eū nominet, in quē ex voto cōsensit, & quem credit

credit pro bono statu ipsius monasterij in tẽporalibus & spiritualibus meliorẽ, ipso itaq; domino Iac. nominante protinus dominũ Io. & cõsentiẽte in ipsum eodémq; cõsensu & nominatione scripta subsequenter talem alium vocauerũt: quò etiam per Deũ viuũ modo simili adiurato nominauit talem; & cõsensit in ipsum: quo cõsensu, & nominatione scripta deinde talem alium vocauerunt ipsum eodẽ modo etiã adiurãtes, qui talẽ nominans consensit in ipsum, vnde hac nominatione scripta, &c. & sic de singulis. Postquã autẽ ipsi tres cęterorũ fuerint vota scrutati, examinauerũt eadẽ adiuratione præmissa hoc modo adinuicem semetipsos: duo enim ex eis tertiũ adinuicem sunt scrutati, & ita diligenti inquisitione, vt dictũ est, de seipsis facta, dictus dominus T. nominauit talem, & consensit in ipsum: & dictus dominus B. nominauit talem, & cõsensit in ipsum: & dictus dominus M. nominauit talẽ, & cõsensit in ipsum. Igitur singulorũ fratrũ votis sigillatim & secretò scrutatis, & diligentissimè inquisitis eisdẽ in scriptis redactis: & dicti tres sua & prædictorũ aliorũ vota omniũ fratrũ mox in præsentia totius capituli publicauerũt, ipsa legi per ordinem facientes: & cũ facta fuisset diligens collatio zeli ad zelũ, numeri ad numerũ, & meriti ad meritũ: quia ratione zeli, numeri, meriti, & vota fratrũ nominantiũ eundẽ dominũ Iacobũ, & consentientiũ in eundẽ sunt plura, & potiora reperta. Surgens incontinenti vnus de senioribus, videlicet, dominus Michaël de voluntate omnium ipsius capituli fratrũ, vice & nomine ipsorũ fratrũ & totius capituli inuocata gratia Spiritussancti ad honorẽ Dei & beatæ Mariæ virginis, & sancti Prosperi, omniúmque sanctorũ, prædictũ dominũ Ia. ėlegit in pastorem & Abbatẽ monasterij antedicti, & electionẽ ipsam corã omnibus fratribus, & toto capitulo publicans subsequenter: & sic dicta electione ipsi domino Ia. protinus nuntiata, licet ex humilitate se plurimũ excusaret, & se insufficientem assereręt & indignũ, fratribus tamẽ instantibus vehemẽter timẽs diuinis dispositionibus cõtraire: & propterea iugo Domini & volũtatis Dei ceruicem cordis humilians, diuinæ pietatis auxilio inuocato, ex quo collisis erectio, elapsis donatur virtus, assentiendum duxit: Licet timidè, deuotè tamẽ ac humiliter votis fratrũ electionẽ ipsam, officiũ, & onus impositũ suscipiens & acceptãs. Itaque fratribus [illegible]gna exultatione gaudentibus, psallentibus, & cantantibus

tibus altis vocibus, Te Deum laudamus, Campanis pulsantibus, ipsum dominum Iacobum sumentes, & ducentes in ecclesiam supradictam inuocato nomine Patris & filij & spiritus sancti, eundem in sedem pastoralem & Abbatem cum cordis iubilo posuerunt, mandantes mihi infrascripto notario, vt publicum conficiam instrumentum.

Instrumentum electionis. Rubrica.

Tertia pars.

Circa præsens instrumentũ volo quærere quatuor. Primò, quæ sit electio, quare sic appellatur, & vbi fit. Secundò, qui possunt eligere, & qui non: qui debent, & qui non. Tertiò, qui debent & possunt eligi, & qui non. Quartò, qualiter & quomodo fiat electio, & formare quasdam quæstiones ad materiam facientes. Ad primum. s. quæ sit electio? Et dico ꝙ electio est alicuius personæ idoneæ ad aliquam dignitatem seu fraternam charitatem seruatâ formâ canonicè facta vocatio. Hæc diffinitio colligitur ex cap. cùm in cunctis, & cap. cùm ecclesia Vulterana. ac cap. quia propter, de electio. & cap. cùm olim. de arb. Verba satis sunt clara, & non egent expositione. Dicitur electione ab eligo, is: & est facienda in loco consueto, & honesto. Sed quando est facienda electio? certè quando ecclesia vacat pastore. Ad secundũ. s. qui habent eligere? distingue, quia aut ecclesia est parochialis, & tunc patroni habent eligere: & si non habet patronos, tunc vicini habent eligere, & omnes patroni habent consentire. Si autẽ est cõuentualis: & tunc omnes de conuentu ecclesiæ: & si aliquis abesset, debet requiri: & ille potest ritè vel per se vel per procuratorẽ. Sed pone ꝙ procurator vult dare vocem suo nomine vni & procu. nomine alterius, nũquid potest? dicit ꝙ si habet speciale mandatũ ad certã personã: & tunc illi habet dare illam vocẽ, & non alteri. Si autem non habet speciale mandatũ ad aliquam personam: & tunc debet dare ambas voces cui vult vniuersaliter, aliàs videretur mala fide agere. Sed qui debent eligi? certè illi, qui sunt in sacris ordinibus constituti, non autem impuberes, non infantes, non in turpitudine nati, non infames, non excommunicati. Si ecclesia est cathedralis: & tunc canonici habent eligere, nisi sibi electionẽ reseruauerit summus Pontifex. Ad tertium scilicet,

Electio quid sit.

Qui possunt eligere.

ea,qui possunt eligi? dico quòd omnes,quibus non est prohibitum. Et ad hoc vt quis posit esse episcopus,ista sunt necessaria, Anni triginta completi: sacer ordo quòd sit in sacris ordinibus cōstitutus,putà,quòd sit presbyter:etiam quòd sit de mera & libera voluntate electus, non autem coactus: & morum grauitas,id est,quòd sit morigeratus: sapientia, id est,quòd sit sapiens: sponsa parentis,id est, quòd sit natus de vero & legitimo matrimonio. Vnde versus, *Qui possunt eligi.*

Anni triginta, sacer ordo, pura voluntas,
Et morum grauitas, sapientia, sponsa parentis,
Concurrens fama decus hoc est pontificale.

Sed ad hoc,vt quis posit esse presbyter,debet esse viginti annorū cōpletorū,nō debet fieri per simoniā,id est,per pecuniā,& non qui semel in causa succubuit:vnde cautè faciūt hodie,quod non possunt obtinere,renuntiant, vt si ecclesia vacaret aliàs, adhuc posint eligi: debet etiā fieri cōfirmatio per maiorē,putà,per episcopū,vel aliū suprà. Ad quartū.s.qualiter fiat electio? & fit tribus modis. Vno modo per viam compromissi, vt in aliquibus, ad quos spectat electio. Secundo modo per viam scrutinij de voto cuilibet seruato sacramento præmisso:posteà debet fieri computatio meriti ad meritum,numeri ad numerum,zeli ad zelum. Vnum tamē scias, quia illi,qui vota scrutantur,primò habent eligere præstito sacramento cuiuslibet ipsorum. Volo autem formare aliquas quæstiones,quarum prima talis est: Quæritur vtrum illi tres scrutatores posint esse aliunde,quàm de collegio? & dico quòd sic,quamuis litera nostra sit in dubiò. hoc tamen intellige fieri posse per fideicommissionem iuramēto prius scrutatoribus præstito,vt vitetur suspicio. Secunda quæstio est,vtrum isti scrutatores posint esse plures quàm tres, nec pauciores? Tertia quæstio est,vtrum ipsi compromissarij posint esse extra collegium? dico quòd sic,vt capitulo tanquam alij de creandis not. dicitur in tractatu notularum. *Electio qualiter fiat.*

Priuilegium creandorum notariorum ab aliquo authoritatem habente concessum.

DE imperialis plenitudine potestatis in egregios viros comites de Panico idcirco creandorū tabellionum iurisdictio emanauit, vt eiusdem iurisdictionis gratiā imperij refunderēt in subiectos:ea propter

propter ex indulto eis super hoc ab imperiali culmine priuilegio speciali, vt in eodem euidentius continetur: Vir nobilis dominus Ant. comes de Panico, An. Boëtij publicum & authenticum Tabellionem creauit, & fecit, ipsúmque flexis genibus deuotè suscipientem de arte ac officio tabellionatus publicè operando, tam in instrumentis, & vltimis voluntatibus, & quibuscunque iudiciorũ actis authenticè conscribendis, quàm in omnibus & singulis faciendis, quæ ad officium dictum spectant per omnes terras, & loca, quæ Romanum profitentur imperium, cum penna & calamario legitimè inuestiuit. Qui Anto. ipsi domino comiti vice, & nomine Imperij Romani recipienti corporale præstans fidelitatis debitæ sacramentum, iurauit etiam ad sancta Dei euangelia, tam instrumẽta publica, quàm priuata vltimas voluntates, & quæcunque iudiciorum acta, & omnia & singula, quæ ex debito ipsius officij facienda occurrerint, cõscribẽda iuste, purè, ac fideliter omni simulatione, falsitate, & dolo remotis scribet, leget, & faciet: & scripturas illas, quas in publicã debuerit formã redigere, in membranis & nõ in chartis abrasis legaliter conscribet: necnon sententias, & dicta testiũ quousque publicata fuerint & aperta, sub secreto fideliter retinebit. Et omnia rectè faciet, quæ ad idem officium pertinebunt.

INCIPIT SEXTVM CAPITVlum, *De compromissis.*

HAbentur in hoc operis sexto capitulo, compromissi, laudi, pacis & concordiæ, societatis, diuisionis, & denuntiationis disposita per ordinem instrumenta.

Incipit sextum capitulum, De compromissis. Rubrica.

VOlentes prudentũ semitas imitari in prin. suis semper Christum dominum inuocant, vt in principio Institutionum colligitur & in principio summę nostræ. Idcirco ne breuitatis causa redargui valeam de heretica prauitate benignitatis cælicæ assumo vocabulum, ac intemeratę, purpureę, piæ matris eius, eis supplicãs humiliter & deuotè, quãquã indignus

dignus, vt mihi concedant gratiam, vt huius sexti capituli lecturam bene incipiam, melius mediare valeam, atq; optimè omnia ducam ad debitum, complementum dicendo, in nomine Domini, amen. Præsens sextum capitulum ad superiora cõtinuatur altero de duobus modis. Vno modo sic: Nos suprà vidimus princi. huius libri, quòd iste liber fuit diuisus principaliter in partes tres. Nam in prima parte ponitur de contractibus & pactis. In secunda de vltimis voluntatibus defunctorum. In tertia de iudiciis & ordine iudiciorum.

Cõtinuatio capituli.

Iterum prima pars subdiuiditur in sex capitula: sed cùm dictum sit de primis quinque capitulis, restat nunc per ordinem videre de sexto, scilicet, de capitulo cõpromissi, quando contrahentes veniunt ad concordiam. Continuatur & secũdo modo sic: Nos suprà vidimus in capitulis præcedẽtibus qualiter homines paciscendo & cõtrahendo veniunt ad concordiã. Sed quia nõ solùm istis modis, sed etiã aliis homines veniunt ad concordiam, scilicet per viam cõpromissi, laudi vel arbitrij, pacis & cõcordiæ, &c. ideo de illis modis in præsenti sexto capitulo videamus. hoc est quod dicit rubrica, cùm dicit, incipit sextum capitulum compromissi, laudi, &c. Præsens capi. diuiditur in sex partes, id est, in sex instrumẽta, & quodlibet instrumentum est pars per se. Modò author more aliorum capitulorm præmittit quoddã procemium, in quo quidem procemio continuatur diuisio totius præsentis capituli, &c.

Alia cõtinuatio.

Instrumentum compromissi.

DE lite & super lite, & controuersia, qua vertebatur & erat inter An. ex vna parte, & Cor. ex altera quæ quidem talis erat: Petebat namq; dictus An. à dicto Cor. centum lib. Bon. quas dicebat ipsum Cor. sibi debere occasione societatis, seu ratione societatis hactenus inter eos habitæ ad pannos emendos & vendendos. Quod quidam dictus Corradus negabat: ipse Antonius ex vna parte, & d. Cor. ex altera cõpromiserũt communiter & concorditer in Phil. tanquam in arbitrum, & arbitratorem, amicabilẽ cõpositorem, dispensatorẽ, & bonũ virum: promittentes per se & eorũ hæredes adinuicẽ, scilicet vna pars alteri solennibus stip. hincinde interuenientibus: & ipæ ambæ partes dicto arbitro & arbitratori pro se & suis

heredibus stip.dare, parere, obedire, & nō cōtrauenire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto omni laudo, arbitrio dicto, diffinitioni, & pnūciationi eius: quę vel quas inter eos super prædictis aut aliquo eorū, vel prędictorū occasione fecerit, dixerit, pnūtiauerit, diffiniuerit, aut arbitratus fuerit: ci scriptura vel sine, semel vel pluries, diebus feriatis, & nō feriatis, sedēdo & stādo, Quādocūq; & quomodocūq;, qualitercūq; & vbicūq;, cū iuris cognitione, & omni iuris solēnitate & cognitione omissa, partibus pręsentibus & absentibus, dū tamen citatis nulloq; prætermisso obstante: Sub pœna quinquaginta lib. Bon. stip. adinuicem inter eos, & ab ipsis ambobus dicto arbitro, & arbitratori in singulis capitulis huius cōpromissi, & laudi, & arbitrij ferendi insolidū promissæ quæ toties insolidum committatur, & exigi possit, quoties contra factum fuerit, & sub refectione damnorum & expensarum litis & extrà, & obligatione bonorum vtriusque partis & pœna soluta vel non, hoc compromissum, & laudum, seu arbitrium ferēdum nihilominus obtineat plenam firmitatem. Nota, quòd differentia est inter arbitrium & arbitratorem: nam arbiter est, qui iudicis partes sustinet: & qui cognoscit ordinario iudicio, sicut iudex: & ab huiusmodi sententia appellari non potest: & sententia huius, dicitur arbitrium, siue sententia arbitraria. Arbitrator est, qui non seruato iuris ordine cognoscit, & diffinit amicabiliter inter partes: & pronunciatio hæc dicitur laudum vel lauda pronuntiatio: & ab hoc potest appellari, & illud potest reduci ad arbitrium boni viri. Item scias, quòd arbiter esse prohibetur minor viginti quinque ann. & furiosus, & seruus, & fœmina: & hi qui iudices esse non possunt, arbitri esse non possunt: quia ad instar iudiciorum huiusmodi arbitria sunt radacta. Arbitratores autem multi esse possunt, qui non possunt esse arbitri, scilicet iudices ordinarij, vt proconsul, & præses prouinciæ: & etiam monachi. Notio insuper arbitri expirat finito tempore instantiæ & iudicij, idest, triennio. Præterea personæ quæ in arbitrum compromittunt, tales esse debent, quæ stare in iudicio, & subire iudicium possunt. De crimine *in arbitrum* compromitti non potest: sed sic in arbitratorem. Insuper in compromissis debet apponi pœna. Item arbiter vel arbitrator nō potest super alio arbitrio arbitrari, vel laudare, quàm super eo quod in compromisso cōtinetur: quia nō potest excedere

cedere

cedere fines compromissi, vel mandati. Aliquis etiam non poest compelli recipere compromissum. sed receptum cogitur consummare, nisi iustam habeat excusationem: quã quidẽ habere potest ex multis causis. Cæterum scias, quod aliquando fit compromissum solummodò in arbitrum, aliquando solummodò in arbitratorem, aliquando in arbitrum & arbitratorem simul, vt suprà in prædicto instrumento.

Instrumentum compromissi. *Rubrica.*

PRæsens instrumentum sic continuatur: Nos nũc vidimus, quòd istud capitulum diuiditur in sex partes. Nam in prima parte ponitur de compromisso. In secũda de laudo & arbitrio. In tertia de pace & concordia. In quarta de societate. In quinta de diuisione. In sexta de denunciatione. Sed cùm non sit adhuc dictum de aliqua parte, nunc dicamus de prima, scilicet de compromisso. Istud instrumẽtum habet quatuor capi. Primum est litis & controuersiæ. Secundum est compromittentium, siue contrahentium. Tertium est promissionis, quòd stabũt dicti contrahentes laudo vel arbitrio arbitri. Quartum & vltimum est pœnæ cum refectione damnorum, & obligatione omnium bonorum, &c. Tamen quia hîc cũpromissi materia subinfertur, de iure & materia compromissi, vt nihil ex eo dubitabiliter moueat mentem, in causa octo sunt notabiliter aduertenda. Primò, quid sit compromissum, & quare sic dicatur. Secundò, quis sit arbiter, & quis arbitrator, & quæ differentia sit inter arbitrũ & arbitratorem. Tertiò, qui possunt esse arbitri, & qui nõ. Quartò, qui possunt in arbitros compromittere, & qui non. Quintò, de quibus rebus & causis potest in arbitrum cõpromitti. Sextò, qualiter compromissum roboratur & firmatur. Septimò qualiter cõpromissum finiatur, & tollatur. Octauò & vltimò exponere singula verba in nostro instrumento contenta. Ad primum, scilicet, quid sit compromissum? & dico quòd cõpromissum est actus legitimus trium personarum vel pluriũ in quasi iudicio cõtendentiũ super ciuili vel pecuniaria quęstione. Modò exponamus singula verba, & primò dicit: Compromissum est actus legitimus. & per hoc patet, quòd cõpromissum fuit à iure ciuili inuentum & introductũ. Sequitur, triũ personarũ, scilicet, actores, rei, & arbitri: nam sicut in iu- *Cõpromissum quid sit.*

dicio,tres requiruntur personæ,scilicet,actor,reus, & iudex: ita & hic requiruntur tres personæ nunc vt dixi. Sequitur,in quasi iudicio contendentium. & per hoc nota quòd arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta, & in multis arbitria conueniunt cũ iudiciis. Primò,quia in iudicio requiruntur tres personæ,ita & in compromisso:& qui possunt iudicio interesse,possunt arbitros eligere ; & illi, qui possunt iudices esse & arbitri,Sed differũt inter se:quia arbitriũ est voluntarium, sest iudicium est necessarium.Item differũt, quia ex arbitrio non datur actio vel exceptio, sed ex sententia iudicis sic. Item quia à sententia iudicis potest appellari, sed ab arbitrio non. Modò sequitur vltimò, super ciuili vel pecuniaria quæstione. Et per hoc not. quòd super ciuili vel pecuniaria quæstione potest fieri cõpromissum,non autem super criminali quæstione, nisi super ea imponatur pœna pecuniaria. Sed quare dicitur compromissum? certè dicitur à cõpromitto,compromittis:& componitur ex tribus integris, scilicet, ex com,pro,& mitto,vnde venit comprimitto,tis:vnde compromittere nihil aliud est,quàm simul se in aliquem spõte de re in iudicio dubia committere:& sic nomen est consequens rei,vt esse debet:vt Insti.de dona.§.est & aliud. Ad secundũ princip.membrum,scilicet,quis sit arbiter, & quis sit arbitrator? Et dico quòd arbiter est ille, qui de consensu partiũ eligitur,& in eum sub pœna per stipulationem promissa cõpromittitur,vt metu pœnæ stetur eius laudo & arbitrio. Modò expone ista verba:primò dicit,arbiter est,qui de cõsensu partium eligitur.Per hoc nota,quòd arbiter debet eligi de consensu ambarũ partiũ. Nam nisi ambæ partes cõsentiant, non erit arbiter. Vel dicas de consensu,ad differentiã iudiciorum: quia iudicia ex parte actoris, rei, & iudicis sunt necessaria. Sed istud cõpromissum omnino est volũtariũ. Modò sequitur,vt in eũ:no.in eũ, nõ autẽ in eam: nã mulier arbitrix esse non potest, sed sic arbitratrix:vt infrà in tertio puncto dicetur:& si nolunt consentire arbitrio,nõ coguntur, sed incidũt in pœnã. & hoc est, quod sequitur in diffinitione,per stipulationem promissam. Modò sequitur,vt metu pœnæ eius stetur laudo vel arbitrio:& ideo dixi,per stipulationem promissam:quia nisi pœna per stipulationem promittatur, peti non potest:& ideo apponitur pœna,vt cogantur stare arbitrio arbitri:& si nolunt,soluant pœnã. Sed quis est arbitrator? certè arbitra

Compromissum quare dicitur.

Quis arbiter, & quis sit arbitrator.

rbitrator est ille, qui amicabiliter & de facto cognoscit. & sic potes notare differentiam inter arbitrum & arbitratorē per ea quæ dicta sunt. Ad tertium principale membrū, scilicet qui possunt esse arbitri? & dico quòd qui non prohibētur à lege: vnde masculus potest esse arbiter, sed mulier non: quia repellitur à publicis & virilibus officiis. Sed bene potest esse arbitratrix, & amicabilis cōpositrix, & de facto cognoscere, non autē de iure. Itē liber homo potest esse arbiter, & nō seruus: quia arbitria sunt de iure ciuili introducta: & de iure ciuili seruus pro mortuo reputatur. Sed iuxta istū seruū ibi formo aliquas quæstiones. Pone, ꝙ seruus factus est arbiter partibus ignorātibus ipsum fore seruū, & tulit sentētiā, nūquid valet ista sentētia? certè nō, si partes cōpromittētes post sentētiā latā nouerint arbitrū fuisse seruū. Tamē sentētia valeret, vtraq; parte cōsentiēte. Sed pone, ꝙ cōpromissum est in seruū, qui à principio cōpromissi seruus est, tamē antequā ferat sententiā, factus est liber: tulit sentētiā, nūquid valet? certè nō: quia quod à principio nō valuit, tractu tēporis nō cōfirmatur, vel nō amplius resurgere pōt. Sed pone, ꝙ tres vel plures cōpromiserūt in tres, ex quibus tribus vnus erat seruus, nūquid vitiat cōpromissum? certè quidā dicūt ꝙ nō: quia vtile per inutile nō vitiat. Alij tamē dicūt, ꝙ nō valet. & sic no. casum, vbi vtile per inutile vitiatur. Itē homo infamis nō potest esse arbiter: Tamē hic sunt opiniones: nā dicūt quidā, ꝙ potest esse, & eius officiū cōparatur officio ꝓcuratoris: quia sicut est onerosum, ita & illud, quāuis ꝓcurator de infamia accuset: nō ꝓpterea repellitur ab officio ꝓcu. ita volūt dicere, ꝙ sit in isto: quia qui in vno grauat, in alio debet releuari. Alij dicūt & melius, ꝙ infamis arbiter esse nō potest, quia fuit semel malus: & posset vnū decipere, sicut aliàs aliū deceperat: vnde de quo ciuilis lex ait: Qui semel est malus, semper præsumit malus. Itē excōmunicatꝰ nō potest esse arbiter, sed arbitrator sic, sed tamē nō videt admittēdus: quia ex quo excōmunicatus, detestādus est. Itē iudex ordinarius arbiter esse nō potest: quia melius est, ꝙ cognoscat iudicio ordinario quàm arbitrando, vt arbiter. Sed arbitrator optimè pōt esse, vnde patet differētia: quia arbiter est, qui de iure cognoscit: sed arbitrator est, qui de facto cognoscit. Itē maior xxv. annis bene potest esse arbiter. Sed quid de minore xxv. annis? distingue, quia aut est maior xviij. & minor xx. Si autē est maior xviij. bene potest esse

Arbitri qui esse possunt.

arbiter, tamen non cogitur arbitrari, si non vult. Si autem est maior xx. & arbitrium suscipiat, cogitur arbitrari, velit nolit. Sed si est deceptus, potest restitutionem petere: & semper intelligatur, si sumant officium quod recipere nõ coguntur. Item mutus non potest arbiter esse, nec surdus, nec furiosus, nec cæcus vtroq; lumine priuatus, & committens crimẽ læsæ maiestatis: quia isti in ciuilibus inhabiles censentur. Ad quartum principale membrũ, scilicet, qui possunt cõpromittere? & dico ꝙ compromittere possunt, patresfamiliàs, nõ autem filiifamiliàs. Item homines sanæ mentis, non furiosi, non mentecapti. Item homines habentes bonorum suorum legitimam administrationem, non autẽ prodigus, cuius bonis administratio interdicta est. Item non possunt compromittere muti, surdi, mentecapti, & committẽtes crimen læsæ maiestatis. Item etiam minor xxv. annis non potest compromittere. Si autem est minor xxv. annis, & tunc si est pupillus, aut vult compromittere super rebus, quæ diu seruãdo seruari non possunt, vt oleum, & frumentum, & sic de aliis: & tunc potest cum sola tutoris authoritate. Aut vult compromittere super rebus, quæ seruando seruari possunt, vt possesio, prædium, & similia: & tunc si non habet iura liquida, potest cum tutoris authoritate, cum causa legitima, & cum iudicis decreto. Sed si adultus, qui habeat curatorem, & velit se compromittere in aliquem, potest cũ curatoris authoritate: & si non habet curatorem, ipse solus potest hoc facere. Sed semper si decepti sunt minores in compromittendo, restitui debent. Ad quintũ principale mẽbrum. s. super quibus rebus & causis potest cõpromitti? & dico ꝙ super omnibus rebus corporalibus & incorporalibus, sensibilibus & insensibilibus, mobilibus & immobilibus, dummodo posint in iudicio deduci. Sed super quibus causis potest compromitti? certè super omnibus causis ciuilibus & pecuniariis. Sed de criminalibus causis cõpromitti non potest, nisi irrogaretur pœna pecuniaria. Et ratio est, ꝙ de causa criminali compromitti nõ potest: quia si partes nolunt stare in compromisso, nõ coguntur. Sed incidunt in pœnam sub qua compromiserunt: & ideò quilibet in causa criminali condemnatus potest soluere pœnam. Sed in arbitratore de causa criminali bene potest compromitti: vt quia quidam patrem alicuius interfecit, modo filius interfecti, & interficiens volunt se in quendam compromittere,

Compromittere qui possunt.

Compromissum super quibus rebus fiat.

[..]re, qui amicabiliter & de facto eos reducat ad concordiam, & solidã vnionem. Ad sextũ princi. membrum. s. qualiter firmatur & roboratur cõpromissum? & dico quod roboratur multis modis. Vno modo per pœnã per partes promissam, aliàs non valeret, quia tunc claudicaret contractus, quod esse non debet. Item confirmatur compromissum per emologatione, id est, statim post confirmatiõnẽ, id est, si ambæ partes cõfirmauerint, quod arbitratũ fuerit. Item confirmatur taciturnitate, id est, x. diebus, vt si post eos x. dies tacuerint, lato arbitrio tacitè videntur habere ratum: nã qui tacet affirmare videtur. Item cõfirmatur cõpromissum traditione, vt si res est tradita, de qua latum est arbitriũ. Ad septimũ principale mẽbrum. s. videre quot modis cõpromissum finiatur & tollatur? dico quod tollitur multis modis. Primo modo finitur, si est elapsa instantia iudicis, id est, terminus: nam non finitur, nisi per terminum appositum. Si non fuit lata sententia, nisi de nouo velit in ipsum compromittere. Item finitur rei interitu, vt si res perit, de qua cõpromissum fuerat. Itẽ finitur morte compromittentium, nisi sit dictũ in instrumẽto, per se & suos hæredes. Item finitur morte iudicis. Itẽ finitur, si aliqua partium infamet eum. Item finitur, si habet iustam causam recusationis. Item finitur, si in iudicio partes velint litigare de cõmuni consensu. Et scias quod in vnum & plures potest compromitti de quæstione: & si est vnus, ille solus habet cognoscere & ferre sententiã. & si sint plures, omnes illi habent causam cognoscere, & sententiã ferre, & saltẽ maior pars. Et not. quod maiori parti standũ est, dũmodo omnes adsint. Sed tamen si quidẽ habent se concordare in vnũ, & omnes habẽt posteà cõcordare: aliàs sententia non valeret, licet maior pars consentiat: & hoc fit fauore pacis, vt in instrumento pacis & concordiæ habetur. Ad octauum & vltimum principale membrũ, scilicet, exponere membra in instrumento contenta. Et primo, verba quæ egent expositione, sunt hæc, super lite & de lite: no. cùm dicit, de lite, & super lite, quod potest esse vna lis tantùm, & possunt esse duæ vel plures: modò sunt alia sic dicenda, compromiserunt in Petrum tanquã in arbitrũ, & arbitratorem, & amicabilẽ cõpositorem, dispensatorem, &c. Ista verba sunt taliter ponenda, quando partes volunt, quod possit de iure & de facto cognoscere, sic ponas. Sed si volunt, quòd cognoscat solùm de facto, dicas, compromiserunt in Petrum tanquam

Compromissum qualiter firmatur.

Compromissum quibus modis finiatur.

Exponit text. huius instrumenti.

in arbitratorem,& amicabilem compositorem, &c. licet omnia alia verba,quæ componuntur ab istis,duobus,scilicet,arbitrio & arbitratore non sint necessaria. Sed ad ornatum ponuntur,quia sunt omnia verba facti. Sed si volunt, q cognoscatur solùm de iure,dicas,compromiserunt in Petrum tanquam in arbitrum,& non vltrà: quia arbiter est verbum iuris:& iuratur q coram eo vna partiū potest conuenire & citari in iudicio. Et scias q si compromiserunt in quendam de iure & de facto continuè cognoscēdum. Item procedunt ista verba,promittentes per se & suos hæredes. Ista verba multum operantur:nam si non esset dictum, per se & suos hæredes,hæredes non succederent in compromisso. & nota, cùm dicit,promittens per se & suos hæredes solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus, q ambæ partes obligant suos hæredes:nam si vna pars tantùm promittens,& per se & suos hæredes,& altera nòn, claudicaret compromissum & non valeret:quia cōpromissum non debet claudicare,cum scriptura vel sine:nam arbiter, qui de iure cognoscit, habet ferre sententiam in scriptis,vt iudex qui in iudicio ordinario cognoscit, nisi sit expressè pactum inter partes, vt hìc: quia arbiter possit ferre sententiam, sine scriptis. Modò sequitur semel & pluries. Ista verba operantur, quia primò non poterat dare sententiā,nisi semel.Sed amodò virtute istorū verborū,pluries & semel,poterit ferre sententiā pluries:quia arbiter tantū habet de potestate, quantū ei datur.Modò ad hoc ista egent expositione,diebus feriatis & nō feriatis, ista verba ad hæc operantur:quia iste Petrus arbiter poterit diebus feriatis & non feriatis ferre sententiam, dummodo non sint dies feriati in honorem Dei,vt est dies Domini,dies Paschæ: quia his diebus ferre non potest sententiam : quia reuerentia diuini nominis pacto priuatorum tolli non potest. Sed diebus feriatis ob mundi necessitatem bene potest ferre sententiam.Item sunt alia verba quæ egent expositione,scilicet, sedendo,vel non sedendo:ista verba operantur:quia si non esset dictum hoc, debebat arbiter ferre sententiam sedendo, tanquam iudex ordinarius, quia tunc eius animus requiescit.. Sed antea per illa verba, quandocunque, & quomodocunque, qualitercunque, & vbicunque voluerit, sedendo vel non sedendo poterit ferre sententiam, siue arbitrium, in loco vbi cognouerat: ad minus poterit ferre, vbi volet

per

per illa verba, vbicunque & quandocunque voluerit, duntamen in loco honesto ferat eam. Sequitur sub pœna: ista pœna est apposita, vt eius stetur laudo, vel arbitrio electi vel arbitri: nam compromittentes in se non coguntur habere ratum compromissum, si noluũt, sed incidunt in pœnam. Sequitur, per stipulationem promissam: nam tunc pœna non valeret, nisi foret promissa per stipulationem. Sed tamen vnum scias, ꝙ ab arbitrio siue laudo appellari non potest, quia nullius effectus est, quia ex eo non descendit actio vel exceptio. Sed possunt propria authoritate cõuenire, & incidunt in pœnam, si pœna est in contractu apposita. vnde versus Horatij.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Instrumentum arbitri & laudi.

IN Christi nomine, amen. Ego Philippus electus communiter & concorditer, arbiter & arbitrator, & amicabilis compositor ab Anto. ex vna parte, & Corra. ex alia, super lite, & de lite & controuersia, quæ vertebatur & erat inter ipsos, prout in compromisso ab eis in me facto euidentius continetur, habita deliberatione solenni, & auditis & intellectis omnibus, quæ super quæstione prædicta dicere & ostendere voluerunt, & vtriusq; partis diligenter inuestigata & cognita voluntate pro bono statu pacis & concordiæ ex vigore compromissi prædicti in me facti. Dei nomine inuocato, laudo, arbitror, dico, pronuntio, atq; mando, ꝙ dictus Corr. det & soluat ipsi Antonio centum & decem lib. Bono. scilicet, tertiam partem hinc ad Pascha resurrectionis Domini, & aliam tertiam partem deinde ad vnum annum. Reliquam verò & vltimam tertiam partem hinc ad festum sancti Petri mensis Iunij proximi. Pro his quæ peruenerunt ad manus dicti Ant. & rationibus societatis prædictæ. Et ꝙ vna pars alteri adinuicem de omnibus & singulis aliis, quæ vnus ab altero occasione vel prætextu societatis prędictæ petere poterat, faciat finẽ, refutationẽ, diffinitionẽ, & pactum de vlterius non petendo, per solenne & publicũ instrumentũ, hodie per totam diẽ. Et hæc omnia & singula laudo, arbitror, pronuntio, dico, atque mando fieri, obseruari, & adimpleri: Sub pœna in compromisso apposita, seu addita, & in singulis capitulis

laudi & compromissi, si contrà factum fuerit committenda. Saluo & reseruato mihi iure arbitrij, & quolibet prædictorum, & potestate declarandi & interpretandi super prædictis, vbicunque & quandocunque fuerit opportunum: & super prædictis & prædictorum occasione, iterum, semel, & pluries pronuntiandi, vtraq; parte præsente ad hoc laudum & arbitrium audiendum. Vel dicto Antonio præsente ad hoc laudum & arbitrium audiendum. Ipso verò Corrado absente, licet legitimè & peremptoriè citato. Si verò ambæ partes præsentes fuerint, & emologent, & confirment laudum, ita dices, Ambabus partibus & incontinenti laudum & arbitrium emologantibus & confirmantibus supradictũ. Et nota, quod si fuerit arbiter duntaxat qui ferat arbitriũ, & qui cognouerit de lite ordinario iudicio, debes vti forma diffinitiuæ sententiæ, vt infrà habebis in capitulo de iudiciis.

Instrumentum laudi & arbitrij.

Rubrica.

PRæsens instrumentum sic continuatur: Nos suprà vidimus qualiter istud capitulum fuit diuisum in partes sex. In prima parte ponitur de compromisso. In secunda parte de laudo seu arbitrio. Sed viso de prima parte, restat nunc vt de secunda dicamus, scilicet, de laudo & arbitrio. Vel aliter: Nunc vidisti in præcedenti instrumento qualiter in arbitro & arbitratore fit compromissum: Sed quia arbiter vult diffinire sententiam, meritò de ipsa sententia videamus. Indicat hoc rubrica, cùm dicit, Instrumentum laudi & arbitrij. Istud instrumentum non diuiditur per partes, nec per capitula, sed scribas ipsum vt sententiam. De laudo vel arbitrio nihil ad præsens: quia satis habuisti in proximo præcedenti instrumento, ita quòd quæ ibi dicta fuerunt de compromisso siue laudo, vel arbitrio, hîc repetita credantur, quia idem cum præcedenti, &c.

Instrumentum pacis & concordiæ.

ANtonius ex vna parte, & Corradus ex altera, fecerunt adinuicem, osculo pacis vicissim inter eos veniente, pacem perpetuam, finem, remissionem, atq; cõcordiam, specialiter de vulneribus quæ dicebantur-

bantur illata esse ab vno alteri vicissim:de quibus quidẽ vulneribus erant accusationes hincinde factæ, & generaliter de omnibus iniuriis & maleficiis, offensionibus siue contumeliis, dicto vel facto illatis ab vna parte alteri. Promittentes ad inuicem per se & eorum hæredes, scilicet vnus alteri vicissim solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus, ꝙ super accusationibus factis prædictorum occasione per se vel alios vlterius non procedent, nec aliquas denuò facient seu instituent, nec institui consentient, nec etiam aliquis eorum operam dabit quòd à potestate, vel eius iudicibus pro inquisitione vel alio quocunq; modo aduersus alterũ procedatur: Sed prædictam pacem, finẽ, remissionem, atq; concordiam, & omnia & sing. suprascripta perpetuò firma & rata habebũt, & tenebũt, & nõ contrafaciẽt per se vel alios, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto: Sub pœna centũ lib. Bono. stip. adinuicem inter ipsos in sing. cap. huius cõtractus insolidũ promissa, & refectione damnorũ & expensarum litis & extra, & obligatione omniũ bonorũ vtriusq; partis: & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurẽt. Nota tamen quòd si non fiat pax, sed sola concordia, finis, & remissio: tunc subtrahes hoc, quod dictum est, scilicet, pacis osculo interueniente pacẽ perpetuam. & hanc dictionem, pacem, vbicunquẽ de ea in instrumento fit mentio. Item si contigerit iniuriam vel offensam ab vna parte solummodò alteri factam esse, tũc fiet pax, siue remissio, & concordia ab illo, qui iniuriam receperit, ei, qui intulerit: & non erit tunc mutua concordia & remissio, sed solũmodò simplex promissio. Item nota, quòd pax seu cõcordia, & remissiones aliquãdo fieri solẽt per procuratores: quòd si fiẽt, facies ꝙ cõstituãtur ꝓcuratores speciales ad hoc: & facies in instrumento pacis mentionẽ, ex quibus instrumẽtis procuratores sunt, & ꝙ ipsi ad hoc specialiter cõstituti procuratorio nomine pacẽ faciant. Et multa alia circa hæc interuenire solẽt secũdũ diuersa pacta inita inter partes, quę oĩa exprimi nõ possent, sicut nec oẽs hominũ voluntates.

Instrumentum pacis & concordiæ. *Rubrica.*

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora altero de duobus modis. Vno modo sic: Qualiter discordes veniunt ad concordiam per viam compromissi, in præcedentibus instrumentis est di-

ctum

ctum & declaratum. Sed quia quandoque veniunt ad concordiam per pacem, meritò de ipsa pace in præsenti loco est videndum: innuit hoc rubrica, cùm dicit, Instrumētū pacis, &c.

Continuatur & secundo modo sic: Nos suprà vidimus in princ. huius cap. qualiter istud capitulum fuit in partes tres diuisum. Nam in prima parte ponitur de cōpromisso. In secunda de laudo & arbitrio. In tertia de pace & concordia, &c.

Sed visis de duabus primis partibus, restat nunc videre de tertia, scilicet, de pace: indicat hæc rub. cùm dicit, Instrumentum pacis, &c. Istud instrumentum habet quatuor capitula. Primum est contrahentium. Secundum pacis & concordiæ. Tertium promissionis de ratihabitione. Quartum & vltimū pœnæ cum refectione & obligatione bonorum, &c. Tamen quia hìc pacis materia se ingerit specialis, & quia diligitur inter cuncta, angelica maiestate, vt apparet: quia Deus in suo collegio testamenti eam reliquit Apostolis suis, meritò vt eam deducamus in actum, & vt eius materia tibi insit: de iure & materia pacis quatuor declarabo ordine reseruato. Primò quæ sit pax, diffiniendo, & quæ treuga, & quæ induciæ: & quæ differentia sit inter ista nomina. Secūdò, inter quos, & à quibus fit pax, & qualiter fiat. Tertiò, qualiter pax corroboratur, & quæ sit pœna dirumpentium pacem. Quartò formabo aliquas quæstiones ad materiam facientes. Ad primum, scilicet, quę sit pax? & dico quòd pax dupliciter definitur. Vno modo sic: Pax est discordiæ finis, quæ imponitur propter concordiam atque pacem. Secundo modo sic: Pax est serenitas mentis, tranquilitas cordis, vinculum amoris, & consortium charitatis: verba satis patent. Sed quę est treuga? certè treuga est securitas in rebus & personis ad tempus præstita, discordia nondum finita, vt de treuga & pace. Sed ista treuga fit, quando diu fuerit facta guerra inter partes. Sed quæ sunt induciæ? certè induciæ sunt, quæ fiunt ad modicum tempus, & habent maximè locum in bello, quando ipsi volunt præstari, & ipsi petunt inducias, vt ipsi possint facere suum præparatorium: vide glos. in sum. iij. q. ij. & sic potes per te videre differentiā inter ea. Ad secundum principale membrum, scilicet inter quos, & à quibus fit pax? & dico quòd fit inter discordes: quia inter offensum & inter illum, qui offendit. Item inter eorum hæredes. Item inter eorum procuratores habētes ad hoc speciale mandatum: nec valeret, si esset procurator habens plenam

Pax quid sit.

Pax à quibus, et inter quos fit.

ram, liberam & generalem administrationem, nisi ad hoc esset specialiter constitutus. Item fit ab omnibus sanæ mentis, & non inter furiosos. Item quilibet habet facere pacem, qui recipit iniuriam: vnde si filius est offensus, pater habet pacem facere: quia iniuria quasi videtur sua. Item paterfamil. habet de iniuria sua pacem facere, dum tamen sit maior xxv. annis: tamen si esset maior xiiij. cum tutoris authoritate potest pacem facere. Item omnes offensi habent consentire, & pacem facere, aliàs de plano non posset exire offendens. Sed bene valeret pax inter facientem pacem & minorem xiiij. ann. cum tutoris authoritate, & inter minorem xxv. annis cum curatoris authoritate. Sed pro iniuria mulieris quis habet facere pacem? certè pater mulieris, maritus eius, pater mariti, id est socer ipsius mulieris, & dominus pro iniuria serui habet pacē facere: & summariè omnes illi, qui possunt contrahere, pacē possunt facere. Ad tertium principale membrū, scilicet, qualiter roboratur pax? & dico quòd roboratur & firmatur multis modis. Primo modo firmatur pœna in instrumento pacis apposita, & iste est melior modus, qui possit fieri. Secūdo modo firmatur iuramento apposito: vt propter sacramētū homines stant in pace, aliàs essent periuri, & à Dei iustitia punirentur: tamen Thusci iniqua malignitate sua diuinę pietatis obliti de iuramēto nō curāt, & ipsum frangūt dicentes, *Zura & spezura e manteni casa tua*. Item roboratur pax osculi interuentu, vt fuit de Boñ. cùm ex pluribus legatis inter eos pacis osculum interuenit, tamen non fuit limitatum debito ac gloriosissimo complemento, vt est operibus demonstratū. Item roboratur pax matrimonio, vt quia vnus habet guerram cum alio, & vnus sororem alterius, vel filiam alterius, vel aliā mulierem in vxorē accepit: & iste est bonus modus, tamen prior est melior: licet propter id matrimoniū pax non perduret, vt est operibus quotidiè manifestum, Item etiam pax fideiussoribus corroboratur. Ad quartum & vltimū principale membrum, scilicet, quæ pœna imponitur pacis fœdera dirūpenti? Ad hoc dico, quòd triplex pœna imponitur: tamen si vis bene scire, sic distinguas: quia aut est ciuitas, quæ contra ciuitatem venit: & tunc incidit in pœnam centum librarum sibi illatarum à iure. Aut est castrū, quod venit contra castrū: & tūc incidit in pœnā xx. librarum, vt sibi datur à iure. Aut sunt Marchiones, Comites, & Barones, quorum vnus contra alium venit: &

Pacis fœdera rumpenti quæ pœna imponatur.

nit:& tunc incidunt in pœnam xl. librarũ. Aut sunt aliæ personæ priuatæ, & tunc secundum iura incidunt in pœnã trium librarum. & hæc est pœna legalis. Sed si imponitur alia pœna inter contrahentes, illa pœna petitur appellatúrque pœna conuentionalis. Et scias quòd pœna prædicta ponitur solùm de pace rupta. Sed propter iniuriam illatam etiam imponitur pœna secundum enormitatem delicti. Sed nunquid potestas ciuitatis habet imponere necessitatem subiectis, vt pacẽ faciant? certè sic: tamen si vis bene scire de pœnis, dicas quòd triplex est pœna, quæ imponitur frangenti pacem. Vna est legalis, de qua suprà diximus. Alia est criminalis, & ista secundum delictum imponitur. Alia est cõuentionalis, quæ inter partes apponitur, vt hîc. Sed qualiter fit instrumentum pacis? certè dupliciter fit. Vno modo, quando fit pax ex omni parte. Secundo modo, quando fit pax ex vna parte tantùm: & sic eodem modo in instrumẽto seruabis. Vnum tamen scias, quòd quando fit instrumentum pacis, non debes de crimine facto facere mentionem, nec de illo, qui crimen fecit: quia facinus tu faceres, & potestas (si vellet) posset agere contra reum, &c.

Instrumentum societatis.

ANtonius ex vna parte, & Corradus ex altera, mercationibus & negotiationibus quibuscunque tam pannorum quàm aliarum quarũcunque rerum, de quibus negotiandum & mercãdum concorditer decreuerunt, societatẽ hinc ad tres annos adinuicem contraxerunt. In qua quidem societate pro suo capitali dictus Antonius contulit & posuit ducentas lib. Boñ. prout dictus Corradus confessus & contẽtus fuit, exceptioni nõ collatæ, positæ, & non consignatæ ab ipso Ant. in dicta societate quantitatis pecuniæ prædictæ omnino renuntians ex vna: dictus verò Corradus ex altera in eadẽ societate pro suo capitali posuit & cõtulit centũ lib. Boñ. prout dictus Ant, confessus & cõtentus fuit exceptioni non positæ, collatæ, & cõsignatæ ab ipso Cor. in dicta societate quantitatis prædictæ omnino renũtiãs. Quapropter ipsi Ant, & Corr. promiserũt adinuicẽ per se & eorũ hæredes, scilicet vnus alteri vicissim solẽnibus stip. hincinde interueniẽtibus fideliter & studiosè negotiari, atq; mercari, & promouere societatem prædictã, & in ea lucrũ & profectũ solicitè procurare, & res & bona

bona ipsius societatis diligēter custodire & saluare: & quicquid ex ipsa societate, vel eius occasione, ad manus alicuius eorū peruenerit, in eadē societate ad integrū cōsignare: & debita nō cōtrahere, vel credētias facere sine amborū vnanimi cōcordia & cōsensu. Prætereà ratione societatis ostēdere, & videre, & facere quādocūq; vnus alterū de hoc duxerit requirendū. Insuper cōmoda, profectus, & lucra: & etiā (quod absit) damna, si cōtigerit, cōmunicare & participare adinuicē, secundum quod pro libra capitalis vniuscuiusq; cōtigerit. In fine verò termini vel anni, si cōcordes fuerint, deducto & detracto ab vno quoq; ipsorū capitali suo prædicto, si superfuerit lucrū, illud fideliter adinuicē diuidere. Ita ꝙ ex eo ad vnūquēq; eorū tantum spectet & perueniat, quātū pro rata capitalis vniuscuiusq; cōtinget. Quæ omnia & singula suprascripta & infrascripta promiserunt vicissim, &c. vt instrumentis mutuæ & vicissitudinariæ promissionis.

Instrumentum societatis. *Rub.*

PRæsens instrumentū continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in principio huius capituli, ꝙ istud capitulū fuit in partes sex diuisum. Nam in prima ponitur de compromisso. In secunda de laudo & arbitrio. In tertia de pace & concordia. In quarta de societate, &c, Sed viso per ordinē de tribus primis partibus, nūc restat videre, de quarta, s. de ipsa societate. demōstrat hoc rubrica, cū dicit, Instrumētū societatis, Vel sic: Nos. s. vidimus qualiter hoīes sunt concordes multis de causis. Sed nō solū illis, sed etiā alio modo. s. per societatē, merito de ipsa societate loco præsenti est videndū, &c. Istud instrumentū habet quatuor capitula. Primū est cōtrahētiū. Secundū est rerū in societate positarū. Tertiū est promissionis, quomodo vnus habet ratā societatē. Quartū & vltimū est clausulę generalis, Tamē quia de societate hic habet mētio spālis, vt ipsi⁹ substātiā habeas claro modo, quatuor dicā tibi, & breuit̄ declarabo. Primò, quę sit societas, definiēdo. Secūdò, qualit̄ societas cōtrahat̄, & cōtracta & perfecta dissoluat̄, & cū quib⁹ pactis. Tertiò, inter quos, & à quib⁹ rebus fiat societas. Quartò & vltimò, ad quid teneat̄ vnus socius alteri, & quibus actionibus. Ad primū. s. quæ sit societas? Et dico ꝙ societas est duorum vel plurium honesta facta conuentio ob

com

commodiorem vſum, & vberiorem quæſitum, vt inſti. de ſocieta. in prin. in glo. prima. hæc diffinitio eſt à Marco Tul. vt vult Azo in ſumma. Modò exponamus hęc verba: & primò dicit, ſocietas eſt duorum vel plurium. Not. quòd in ſocietate non poſſunt eſſe pauciores duobus, ſed poſſunt eſſe plures. Sequitur, honeſta facta conuentio. no. per hæc verba, quòd ſocietas debet eſſe honeſta, ad hoc vt competat actio pro ſocio: non autem debet eſſet inhoneſta, quia dicit quidã, Vis tu eſſe meus ſocius ad deprædandum? modò iſta ſocietas non valet: quia non honeſtatis pulchritudine decoratur, nec actio pro ſocio datur. Sequitur, modò, ob commodiorem vſum. no. per hoc, quòd iſti ſocij cõmodius poterunt vti arte: nã vnus ex ſociis in ſtatione manebit ad videndum mercimonia, & faciet quæ ſpectabunt ad artem: alter ibit per terras ducendo mercimonia, & faciet quæ ſpectabunt ad artem & lucrando. Sequitur & vberiorẽ quæſtũ: nam meliorẽ quæſtũ ad lucrum ex iſto ſocietatis vinculo percipient tales viri. Ad ſecundum principale membrum, ſcilicet, qualiter ſocietas contrahitur? & dico, quod contrahitur ſolo conſenſu: nam ſunt quatuor contractus, qui perficiuntur ſolo conſenſu, ſcilicet, emptio & venditio, locatio & conductio: ſocietas & mandatum: & contrahitur multis pactis, vno modo ad cõmunicandũ omnia bona: & tunc nedum veniunt præſentia bona, ſed etiã futura, tã corporalia, quàm incorporalia: licet incorporalia bona, vt iura, & actiones, niſi per ceſſionẽ acquirantur. Sed quando accidit, quod quis facit ſocietatẽ de omnibus ſuis bonis? certè quando ſunt tres fratres, & vnus degenerat nefaria perpetrãdo, vel habet filios & vxorem, & ſic voluit ſe diuidere: dicit minor frater mediocri, ſtemus inter me & te, & totum noſtrum ad vnionem ſociemus, & alium fratrem noſtrũ relinquamus. Quandoq; fit ad communicandum ſolùm partem bonorum. Item fit ad vnam mercationem ſolùm, ſeu negotiationem. Item fit ad plures mercationes. Item fit ad vnam rem ſolùm & plures. Item fit ad tempus & in perpetuum. Sed quibus pactis fit iſta ſocietas? certè diuerſis pactis. Primò fit, vt lucrum & damnum diuidatur inter ſocios. Item cõmunicatur, vt quis habeat duas partes lucri, & communicetur damnum. Item contrahitur inter pręſentes, & inter abſentes. Item per epiſtolam vel per nuntium. Item fit, vt vnus habeat duas partes lucri & damni, & alter eodem modo. Item fit, vt vnus ponat pecuniam

niam,& alter operam:vt Insti. de societa. Item quandoq; fit, vt vnus habeat medietatem lucri, & alter aliam:vel medie tatem damni & alter aliam.quod secus esset, si vnus diceret, totum lucrum volo, & tu habeas totum damnum:nam ista so cietas non valet:quia est societas leonina. Nam(vt leo)omne commodum laboris sibi vi vendicare nititur.hoc notatur ex Aesopi fabula.Sed valétne ista societas, quòd vnus in vna re habeat duas partes lucri,& alter in alia habeat tertiam partem lucri? Et dico quòd non, quia lex vult quòd fiat computatio in societate de re ad rem. Sed qualiter dissoluitur societas?certè dissoluitur contrario sensu:quia nihil est magis cõueniens humanę æquitati, &c.Item dissoluitur renunciatione,nisi ista renunciatio sit dolosa,siue intempestiua.Dolosa est,quando quis habet attinentes,quorum hæres debet esse cùm moriuntur: modo accidit casus, quòd vnus moritur, iste habens societatem communem de omnibus bonis,nolẽs quòd iste habeat aliquid ex illa hæreditate, fraudulenter renuntiat societati: modò ista renuntiatio non valet, quia est fraudulosa.Intempestiua,quia in hyeme volebat bibere bibulè sicut in æstate. Et sic nota,quòd quãdò fit renuntiatio in societate,est vnus casus,in quo in cõtractu nominato est locus pœnitẽtiæ:tamen nõ posset etiã fieri renũtiatio,si esset alteri socio dãnosa,putà,quia ambo socij erũt in naui,& vnus vult, cùm sunt in naui,renũtiare non potest: quia alteri socio esset dãnosa.Nã iste socius non haberet,vbi poneret mercationes. Item si vnus sociorũ videret,quòd mercantię vęnales loco aliquo multo lucro venderent,& ob hoc lucrũ à societate descẽdere vellet,non potest:quia prosperitate eos gaudere & participes esse oportet: quos sibi periculo simul fortuna coëgit. Item finitur societas morte vnius socij:& sic nota,quòd mors omnia soluit:nec eius hæres succedit,quamuis in instrumẽto sit dictũ per se & suos hæredes:nisi tria interueniant. Primò, quòd sit specialiter actũ per pactũ. Secundò, quòd sit societas publica, vt est ad emendum datium vini, & gabellas. Tertiò,quòd hæredes sint habiles ad succedendum. Sed quare, si nõ est actum per pactum,quamuis in instrumento sit dictum per se & suos hæredes? quia qui contrahit societatem, certam personã sibi eligit: & sic si cõtraho societatem cum aliquo: videor enim ipsum eligere, non autem eius hæredes. Item finitur societas rei interitu, de qua facta est societas.

Societas qualiter dissoluitur.

dd

Item finitur finito negotio. Item finitur, quando quis cessit bonis suis. Item finitur publicatione, quæ omnia habentur in instit. de socie. per totum titulum. Et nota quòd nemo cogitur stare in communione inuitus. Fallit tamen in quatuor casibus, in quibus quis cogitur stare in communione, velit nolit. Primus casus est in minore. Secundus in ecclesia. Tertius in re publica. Quartus casus est in fundo dotali. Sed si quilibet frater est minor, tunc debet diuidi officio iudicis.

Societatem contrahere qui possunt

Ad tertium, scilicet, qui possunt contrahere societatem? Et dico quòd illi possunt contrahere societatem, qui possunt aliàs contrahere, & de rebus suis alienare: & qui non possunt aliàs contrahere, nec societatem facere. Sed super quibus rebus potest societas contrahi? certè super illis rebus, quæ possunt alienari, & in contractum deduci, dum tamen honestum sit. non enim sunt faciendæ ad odium perpetrandum.

Socius ad quid tenetur socio.

Ad quartum & vltimum principale membrum, scilicet, ad quid teneatur vnus socius alteri, & quibus actionibus? Et dico quòd ex ista societate oritur actio pro socio directa ex vtraq; parte. Sed ad quid tenetur vnus alteri? certè obseruare promissa. Itē tenetur vnus alteri de dolo, lata culpa & leui, non autē de leuissima, nō de casibus fortuitis. Et dico quòd de dolo, lata culpa & leui intelligo, nisi dolus cum dolo posset compensari: quia vterque sociorum fuit in dolo: nam tunc de dolo venit & tenetur vnus alteri per compensationem, & quòd dixi, per renuntiationem dissoluitur: verum est, si non fiat dolosè & intempestiuè, etiam si fiat ab vno socio tantum: & speciale est in societate, deposito, & mandato qui sunt contractus nominati & est locus pœnitentiæ, si fiat re integra renuntiatio, id est, tempestiuè. Item tenetur vnus alteri reddere rationem administrationis suæ.

Instrumentum diuisionis.

ANtonius & Corradus fratres filij quondam Ioannis volentes ad diuisionē omnium infrascriptorum bonorum inter ipsos communium peruenire, fecerunt de ipsis bonis cōmuni concordia duas partes, ponentes & designantes in vna parte talem domum, positam in tali loco, intra tales confines. Item vnam petiam terræ vineatæ, positam in tali loco, infra tales confines. Item vnum tinattum & duas vegetes, & tales

tales ac tales res,&c.quæ quidem pars de cõmuni ipsorũ cõcordia & vtriusq; cõsensu ipsi Anto. peruenit in partẽ,& eam ipse Anto.de ipsius Cor. voluntate pro sua portione elegit & accepit:& de ea se contentum vocauit,& dixit: Saluo tamen quòd de infrascripta adiectione inferius exprimetur. In alia verò parte designauerunt & posuerunt vnam petiam terræ aratorię positam in tali loco,intra tales confines.Item talem & talem rem.Et hæc pars communi concordia & vtriusque consensu ipsi Cor.peruenit in partem, & eam de ipsius Antonij voluntate pro sua portione elegit,& accepit,& ea se contentum vocauit, & dixit. hoc tamen inter ipsos expresßim acto & dicto,quòd quia dicta pars ipsius Cor. melior est parte Anto.supradicta, debeat ipse Cor. dare & soluere ipsi Antonio pro æquiualentia & coæquatione suæ partis ad dictam partem Anto.xx.li.Bonon.hinc ad festum natiuitatis Domini:& de ipsis soluendis ei solennem promisßionem & obligationem facere per publicum instrumentum. Item actum est expresßim inter ipsos,quòd si quo tempore alicui eorum litem vel quæstionem moueri contigerit de aliqua rerum illarum,quæ sibi obuenerint in partem,communibus expensis procuret, & stetur in lite:& res,de qualis mota fuerit,expensis communibus defendatur:& si euinci contigerit, damnum inter eos pariter sit commune: Quam diuisionem, & omnia & singula suprascripta perpetuò promiserunt adinuicem per se & eorum hæredes,scilicet,vnus alteri vicisßim solennibus stipul.hinc inde interuenientibus firma & rata habere,& tenere,&c.vt in instrumento arrharum primo videlicet huius operis. No.tamen quòd huiusmodi diuisiones aliquando fiunt per sortem,aliquando per cõpromissum:vt quia non possunt consortes concordare de partibus, compromittatur in alium:& in hoc reducitur ad naturam compromissi & laudi. Aliquando ordine iudiciario, porrecto libello.Et no. etiam quòd si fiat diuisio de bonis hæreditatis,dicitur diuisio familiæ erciscundæ: sed si fiat de aliis rebus communibus,vt purà,de rebus societatis vel aliis communibus, dicitur de communi diuidundo.Et solent in huiusmodi contractibus multa & diuersa inter partes fieri instrumenta,pacta, & conuentiones: quæ omnia propter multiplicitatem sub breui non possunt comprehendi forma.

Instrumentum diuisionis. *Rubrica.*

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in principio huius capituli, quòd istud capitulum fuit in partes sex diuisum. Nam in prima parte ponitur de compromisso. In secunda de laudo & arbitrio. In tertia de pace & concordia. In quarta de societate. In quinta de diuisione. Sed visis per ordinem de quatuor primis partibus, est nunc in ordine videre de quinta, scilicet, de diuisione. innuit hoc Rubrica, cùm dicit, instrumentum diuisionis. Continuatur & secundo modo sic: Qualiter res fiunt communes per societatem, suprà dictum est in præcedenti instrumento. Sed quia quandoque diuiduntur res communes factæ per societatem, meritò de ipsa diuisione loco præsenti videamus. hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit, Instrumentum diuisionis, Casus enim horum præcedétium omitto, quia legendo literam satis patent. Istud instrumentum habet quatuor capitula, Primum est contrahentium. Secundum diuisionis. Tertiũ promissionis. Quartũ & vltimũ est clausulæ generalis. Tamẽ, quia hîc de diuisione tractatur, vt eius materia clarè pateat, tibi quatuor per ordinẽ declarabo. Primo quę sit diuisio, & vnde dicatur. Secũdò, qui possunt diuidere, & de quibus rebus fiat diuisio. Tertiò, qualiter & quomodo fiat diuisio. Quartò, qua actione bona diuidi flagitētur. Ad primum, scilicet, quæ sit diuisio? & dico quòd diuisio est rerum communium separatio, & per ista verba nota, quòd de rebus communibus fit diuisio. Dicitur enim, separatio; quia vterq; efficitur dominus rei, quæ contingit ei in partem, & sic nota, quòd diuisio est titulus habilis ad dominium transferẽdum: vnde necessaria est stipulatio vel traditio in qualibet diuisione, quia non valeret sine stipulatione. Dicitur enim diuisio, à diuido, diuidis: & sic nomen est consequens rei, vt esse debet: vt Insti. de dona. §. est & aliud. Ad secundum, scilicet, qui possunt diuidere? & dico quòd illi possunt diuidere, qui possunt aliàs contrahere, & de rebus suis alienare. Sed inter quos fit diuisio? certè inter illos, qui habent bona communia quoquomodo: hinc est, quòd si minor vult ad diuisionem peruenire, non potest: nec potest fratrem suum prouocare: quia tunc diuisio esset voluntaria, non autem necessaria: quod esse non

Diuisio quid sit.

Diuidere qui possit.

non debet. Sed nunquid minor potest prouocari? distingue, quia aut est infans, aut maior infante, idest minor xij. an. aut est adultus. Si autem est infans, & tunc tutor eius nomine diuidere potest: quia infans, idest, nil fari valens. Si autẽ maior infante, & minor xiiij. an. & tunc potest cum tutoris authoritate diuidere. Si autem est adultus, & tũc potest cum curatoris authoritate diuidere, si habet: & si non habet, ipse solus potest diuidere: & habet talis minor iurare in cõtractu, non venire cõtra contractũ. Et hæc vera sunt, si pupillus prouocatur ad diuisionẽ, & adultus. Secus si vellet alterũ prouocare, quod nõ posset: quia tũc esset volũtaria diuisio: quod esse non debet. Sed pone quòd sunt duo fratres, & vnus maior facit maiores expensas minore, quia facit pro vxore vel pro filiis, nunquid potest minor prouocare suum fratrẽ maiorẽ ad diuisionem? certè non. Sed quid iuris est in hoc casu? & dico quòd tale consilium est, quòd fructus percepti ex tota hereditate, & reditus, & obuẽtus inter ipsos diuidatur, & vnusquisque faciat de sua parte quicquid vult. Item ille, qui habet rem cõmunem cum ecclesia, potest prouocare ad diuisionem, sed non potest prouocari ab ecclesia. Itẽ filius de aduentitio peculio nõ potest aliũ sine partis volũtate prouocare, sed in castrẽsi vel quasi bene potest. Itẽ mutus & surdus nõ potest aliũ ad diuisionẽ prouocare. Sed ponamus iterũ de fratribus, sunt duo fratres minores xiiij. an. volunt diuidere bona cõmunia, nunquid possunt? certè non. Sed quid debent facere? dico quòd tutor vel curator eorum debent ire corã iudice, siue rectore, & petere licẽtiam: & iudex siue rector dabit eis licentiã, quòd non obstante minori ætate quòd possint diuidere, & quòd diuisio valeat. Et eodem modo si sunt duo vel plures, qui habẽt fundum dotalem ad diuidendum, debẽt ire corã iudice, & petere licentiã: & iudex dabit eis licẽtiã, quòd non obstãte quòd fundus sit dotalis, nihilominus possint diuidere, & quòd diuisio valeat & teneat. Sed in quibus rebus fit diuisio? certè in rebus corporalibus & incorporalibus, mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris: & hoc est verum, nisi sint tales res, quæ commodè non recipiant diuisionem, quæ veniunt æstimandæ, vt equi: vt si sunt duo fratres, & habent vnũ equũ. modò si diuidunt inter se, tunc æstimetur equus: & vnus medietatẽ æstimationis det alteri, vel vẽdatur equus, & pecunia diuidatur. Quædã sunt, quæ remanere debẽt cõmunia siuẽ repo-

nenda, vt sunt instrumēta iurium, siue priuilegiorū suorum, & penes vnum eorum deponantur. s. penes maiorem. Quædam veniunt comburendæ, vtputà, experimenta, incantationes, & maliæ. Ad tertium principale mēbrum. s. qualiter fiat

Diuisio qualiter fiat.

diuisio? & dico ꝙ multis modis. Nam quandoq; fit consensu, vtputà, quādo vnus diuidit. s. maior, & alteri dat electionem. Quandoq; fit per viā cōpromissi, vt sunt duo fratres, qui non sunt concordes: certè dicit vnus, cōpromittamus nos in talē, & quod dicet, faciamus. Quandoq; fit per sortes, vt quia accipiunt hæredes, vel socij taxillos, & qui plura puncta habet, habeat talē partē in bonis cōmunibus diuisis per partes: secus est in tutoribus, quorū vnusquisq; eorū vult administrare tutelā: quod nō possunt: quia ꝓpriū factū quis potest subiectione sortiri, & non alienū: vel faciunt sic illi, qui diuidūt per sortes, quia accipiunt diuisos denarios. s. vnū Bon. alterū Floren. &c. & dicunt, qui habebit talē denariū, habebit sortē vel sic faciunt, vt in cōsilio fit cū breuibus. Quandoq; fit diuisio iudicis officio, vt quia sunt duo socij, & vnus malè administrat bona societatis: & iste vadit ad iudicē, & dicit sic: Iste socius malè administrat, tūc iudex facit citari socium ab alio socio, porrecto libello, & alteri præcipit vt bona diuidat. Quandoq; fit per testatorem. Nam iste potest dare quicquid vult cuilibet. Quandoq; fit per communem concordiam: & pone, ꝙ sunt tres fratres, & diuidunt hæreditatē paternam: quis capere debet, aut maior aut minor? certè quilibet mechanicus dicit, ꝙ minor antecapiet: tamen nō est verum, imò facient breuia, & ponent in gremio cuiusdam infantuli scribendo super eis, & ordinando inter se quid volunt. Et dicant, si hoc breuium puer apponat super tali parte, hæc pars spectabit tibi, &c. Ita ꝙ prius quilibet suū pro parte eligat consignanter breuium, &c. Ad quartum & vltimum principale

Qua actio competit pro diuisione facienda.

membrum. s. qua actione petantur bona diuidi? & dico quòd quandoq; habent actionem pro socio, & quando bona sunt communia ex causa societatis. Quandoq; petuntur per actionē familiæ herciscundæ. i. hæreditatis diuidendę: & hoc quando bona sunt communia ex hæreditate. Quandoq; communi diuidundo: & hoc, quādo bona sunt cōmunia, ex omni alia causa, siue ēt legati, quàm societatis, vel hæreditatis, in quibus competunt duæ actiones nunc dictæ. Modò formemus aliquas quęstiones, quarū prima talis est: Pone ꝙ quis fuit in

studio

studio Bononiæ, vel alibi, & venit ad diuisionem hæreditatis paternæ: fratres dicũt, ꝙ libri veniũt diuidẽdi: & ipse dicit, ꝙ nõ. quia pater eos studio voluit sibi donare. Modo quæritur: quid iuris? & dico ꝙ quidam sic distingũt: quia aut pater erat diues, ꝙ potuisset sibi donare, & tunc videtur donasse, & tunc non veniũt diuidendi. Aut erat pauper, & tunc nõ videtur donasse: imò iste à se debet dicere, fratres mei, volo istos libros diuidere inter nos. Alij sic dicunt, ꝙ videtur donasse: & si vis dicere, ꝙ non poterat donare: dico quòd videtur confirmare morte, ex quo aliud non dixit, & eos anticipare debet fauore studij. Nam iste, si adsit, honorat fratres & totã stirpẽ suam. Secunda quæstio talis est: Sunt plures fratres, & vnus accepit vxorem, & in eius expensas expendit centum lib. & de ea habuit mille: modò isti fratres diuidũt se, dicit maior, volo mille, quas habui in dotem: & illi dicunt, volumus centum libr. quas in vxore ducenda expendisti, computari: modò quæritur, vtrum debeant cõputari? & dico ꝙ debeat eas cõputare, & se condemnare, si extant intantũ, inquantũ erãt primò noui panni quãdo expendit: sed quantum valent nunc. Si autẽ non extant, tunc non tenetur computare. Tertia quæstio talis est: Sunt duo fratres, vnus lucratur, & alter non: modò quæritur, nunquid istud lucrũ veniat diuidendum? & distingue: quia aut fuit lucratus ex re cõmuni, & tunc diuidatur, aut ex sua propria, vtputà, quia erat notarius vel alius artifex, & tũc non debet diuidi. Quarta quæstio talis est, sunt duo fratres, & vnus ob maleficium perpetratum condẽnatus est in centum, modò quæritur, nunquid ista cõdemnatio solui debet, an de cõmuni pecunia, an de parte sibi cõtingente? & dico ꝙ debet solui solùm de parte sibi cõtingente: quia vbi eadem ratio, idẽ ius statuatur. Sed hîc est ratio: quia si lucratur de persona, fit suum lucrũ: ita patiatur malum de persona, si malum fecit.

Instrumentum denuntiationis.

Corradus denuntiauit & dixit Antonio, ꝙ domum quandam positam in tali loco, intra tales confines, quã dictus Ant. ei vendidit, debeat ei defendere, authorizare, & desbrigare, & specialiter à Phi. qui ei mouet vel mouere intendit litem, vel quæstionem sibi de ipsa, & generaliter ab omni homine & vniuersitate, & ꝙ omnia & singula sibi faciat, ad-

impleat & obseruet, quod de iure debet, & prout tenetur, & promisit, & conuenit in instrumento venditionis ipsius rei. Et nota, quod aliquando fit præsentatio & oblatio pecuniæ aut alterius rei simul cum denuntiatione, vt qui præsentat pecuniam, denũtiat illi vt ipsam pecuniam recipiat. Quòd si non receperit, sigillatur ipsa pecunia in vno sacculo, & sigillata deponitur coram eisdem testibus pro eo qui recipere debeat apud sacristam, vel presbyterum alicuius ecclesiæ, vel aliam personam. Aliquando fit præsentatio & cõsignatio literarum hoc modo: Petrus nuntius, seu ex parte talis iudicis delegati vel subdelegati, præsentauit Anto. literas ipsius iudicis sigillatas sigillo pendenti vel impresso, habente imaginem Virginis cum filio sculptam in medio: & in circulo sigilli has literas, scilicet, Phi. Archidiaconus Bono. quarum literarũ tenor talis est, &c. Item aliquando fit denuntiatio alicui per iactũ lapilli, ne ædificet: & generaliter super quocunq; negotio potest vnus alteri denuntiare quicquid vult. Tabelliones autẽ in huiusmodi instrumẽtis habẽt simpliciter vti verbis denuntiãtis, & scribere actũ, & processum negotij, & verba dicta.

Instrumentum denuntiationis.

PRæsens instrumentum continuatur ad superiora, ista forma: Nos suprà vidimus in principio huius capituli, quod istud capitulum fuit in partes sex diuisum: Nam in prima parte ponitur de compromisso. In secunda de laudo & arbitrio. In tertia de pace & concordia. In quarta de societate. In quinta de diuisione. In sexta de denũtiatione. Sed visis per ordinẽ de primis quinq; partibus, restat nũc videre de sexta, scilicet, de denuntiatione. hoc apertè ponit rubrica, cùm dicit, Instrumentum denuntiationis. Istud instrumentum non diuiditur per partes, nec per capitula: sed scribas ipsum, vt verba denuntiationis erunt. Tamen quia hîc habetur mẽtio de denuntiatione, vt clarã habeas eius materiã, quatuor tibi per ordinẽ declarabo. Primò, quæ sit denuntiatio, & vnde dicatur. Secundò, qui possunt & debẽt denuntiare, & cui debeat denũtiari. Tertiò, qualiter & quomodo fiat denũtiatio. Quarto, quando denuntiatio fieri debeat. Ad primum. s. quæ sit denuntiatio? & dico quod denuntiatio est alicuius rei ab alio alteri, vt aliquid fiat vel non fiat, declaratio vel narratio. Et dicitur

Denũtiatio quid sit.

tur

tur denuntiatio à denuntio,tias. Ad secundū. s. qui possunt denuntiare? & dico ꝙ omnes illi possunt denūtiare, qui possunt agere de euictione, aliàs non possunt: imò debent, vt est emptor & procurator. Sed fallit in vno casu, in quo quis non debet denuntiare, nec tenetur, & agere potest de euictione, & hoc est verum, quando est actum per pactū, ꝙ teneatur de euictione: ergo debet denuntiare qui vult agere de euictione, siue sit promissum, siue non. Item accipiens insolidū debet denuntiare, si vult agere de euictione, & si causa processit vsq; ad diffinitiuam sententiā, & postea appellauit. Idem dico de omnibus qui volunt agere de euictione. Item debet denuntiare donatarius donatori, si vult agere de euictione. Item accipiēs in dotem rem habet denuntiare. Et sic nota, ꝙ qui vult agere de euictione, de necessitate habet denuntiare, & in causa stare vsq; ad diffinitiuā sententiam, & à sentētia infra x. dies debet appellare ex iuris statuto, nisi ritus patriæ aut ciuitatis aliter habeat. Sed quibus debet denūtiari? certe illis, qui de euictione tenentur: & sufficit si denuntiat principali, licet non denunciet fideiussori: vnde denuntiatio est facienda venditori, permutatori, donatori, &c. Sed pone ꝙ infans tenetur de euictione, cui debet denuntiari? certè eius tutori. Sed si est furiosus, est ei dandus curator, & ipsi debet fieri denuntiatio, vel est facienda. Ad tertium principale membrū. s. qualiter denuntiatio debet fieri, vel est facienda? Et dico ꝙ fit diuersimodè, secundū diuersas causas, super quibus fit denuntiatio: ergo si vis denūtiare vēditori, ꝙ veniat rē defensurus, secundū quosdā dicas: aut venditio fuit facta in scriptis, aut sine scriptis: si in scriptis, habes denūtiare in scriptis, si sine scriptis, potes denuntiare sine scriptura. Alij dicūt ꝙ quocūq; modo sit contracta, sufficiat per operam denuntiatio, siue per testes, siue per instrumenta: & si vult denuntiare per nouā operā, rē habet denuntiare cum trino iactu lapilli, proiiciendo in opera: si non potest appropinquare, hæc habet iudici denuntiare, & iudex faciet denuntiare ædificatori per nuntiū: & tunc habet denuntiare opus, vel dimittere, vel cōparere, vt non videatur contumax, & debet denuntiare de opere demoliendo. Tamen quidam dicunt, ꝙ procedere debet in opere. Alij dicunt quòd imò constat vt agatur. Alij dicunt ꝙ rei inquitur iudicis arbitrio iudicantis, & dicitur ita fortius denuntiare: quia si planè & humiliter denuntiet, caderet ab actione: & nocet humilitas

Denuntiare qui possunt.

Denūtiatio qualiter fit.

Denũtiatio quando fieri debet.

isto casu. Ad quartum & vltimum principale membrum, scilicet, quando denuntiatio fieri debet? Et dico quòd debet fieri tempestiuè: & dicitur tempestiuè, secundum quosdam, & vera opinio est, ante testium aperturam, sed posteà non: quia destruitur diffinitiua sentẽtia tunc. Sed nunquid in causa appellationis sufficit denuntiare? Quidam dicunt quòd sic, quia adhuc isti, qui de euictione tenentur, poterunt de iure suo probare. Sed secundum quosdã nõ, quia si non potest denuntiare post testium aperturam, ergo multò magis nec in causa appellationis. Sed vbi debet fieri denuntiatio? dico ꝙ in domo habitationis eius & sibi. Sed quid si ipse non est domi? quidam dicunt ꝙ denuntiatio fiat per nuntium vel procuratorem, in quacunq; prouincia sit. Sed secũdum alios non nisi in ciuitate & diœcesi. Sed si abest longè ab alia prouincia denuntiet in domo habitationis suæ, scilicet, ostiis & fenestris. Et hoc de sexto capitulo ad præsens dicta sufficiant. Summum patrem gratiarum muneribus fœcundando, qui huius sexti capituli lecturam voluit me habere. Amen.

Explicit sextum capitulum, de compromissis.

INCIPIT SEPTIMVM CAPItulum de contractibus & pactis, scilicet, de adoptione, arrogatione & procuratione.

SCRIPTA sunt in hoc septimo capitulo: Primùm illa instrumenta, in quibus aliquis alterius se subiicit potestati. Secundò, ea per quæ quis à potestate, conditione ac dominio liberatur. Tertiò instrumenta, in quibus agitur de personis & eorum officio, quæ constituuntur ad aliquid alterius nomine, faciendum decretis Prætorum interuenientibus. Quartò, & vltimò illa, quæ tractant de personis, quæ alterius negotium gerunt, sine alterius interpositione decreti.

Hic

Hîc incipit septimũ capitulum de contrac. & pact. &c.

ISTud est septimum capitulum & vltimum in ordine tractatus de contractibus & pactis: vnde ad eius euidentiã primò continuabo ipsum ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in principio huius libri, quòd iste liber fuit diuisus in partes tres. Nam in prima parte ponitur de contractibus & pactis. Et ista prima pars adhuc fuit diuisa in partes septem, siue per septem capitula. Sed cùm dictum sit de primis sex capitulis hucusque, restat nunc videre de septimo & vltimo, declarat hoc Rubrica, cùm dicit, Incipit septimum capitulum. More aliorum capitulorum author præmittit quoddam procemium, in quo diuidit istud capitulum in quatuor partes. Nam in prima parte ponuntur instrumenta, in quibus quis subiicitur alterius potestati. In secunda parte ponuntur instrumẽta, in quibus quis liberatur ab aliena potestate. In tertia parte ponuntur instrumenta quomodo quis gerit negotia aliena cum iudicis decreto. In quarta parte ponuntur instrumẽta, qualiter quis gerit negotia aliena sine iudicis decreto. Ibi pars prima, Instrumentum adoptionis, & durat vsque ad instrumentum manumissionis. Ibi secunda, in qua ponitur quomodo quis liberatur ab alterius potestate, & durat vsq; ad instrumentũ tutelæ testamentariæ. Ibi pars tertia, in qua ponitur de personis gerẽtibus negotia aliena cum iudicis decreto, & durat vsq; ad instrumentũ procurationis generalis. Ibi quarta pars & vltima, in qua ponitur de personis gerentibus negotia aliena sine iudicis decreto, & durat vsque ad finem capituli. Veniamus ad primam partem tractantem de personis, quæ subiiciuntur alterius potestati. Et primò ponit, quomodo quis per adoptionem alterius subiicitur potestati. Tamen ante omnia ad eius euidentiam videndum est, quot modis in iure potestas sumatur. Et dico quòd sumitur quinque modis. Vno modo pro potestate, quam habet pater contra filium, & ista patria potestas appellatur: & de hac habemus vnum titulum in Instit. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. Secundo modo sumitur pro potestate, quam habet dominus contra seruum: & ista appellatur dominica potestas. Tertio modo sumitur potestas pro po

Continuatio capituli ad superiora.

Potestas quot modis sumitur in iure.

pro poteſtate,quam habet Abbas contra monachos:& iſta appellatur obedientia,quia monachi tenentur obedire Abbati. Quarto modo ſumitur pro poteſtate,quam habet tutor contra pupillum, vel contra adultum. Quinto modo ſumitur pro poteſtate,quam habet poteſtas vel principes contra ſubditos:& iſta appellatur dominatio.

Inſtrumentum adoptionis.

ANtonius Corrado volēti legitimo adoptionis actu,ad ſolatium eorum, qui filios non habēt, inuento,Ioannem filium Corradi in filiū petiit ſibi dari.Idem Cor.ipſum Ioannem ibidē præſentem & volentem ante præſentiam domini Sca.iudicis & aſſeſſoris domini Rolā.poteſtatis Boñ. in adoptionem contulit atque dedit ipſum,eiuſdē Antonij filiationi ſubmittens,paternę tantum poteſtatis omni naturali iure ſibi & in ſe in integrum reſeruato: cui actui legitimo authoritatem ſuam interpoſuit dictus iudex.

Inſtrumentum arrogationis.

ANtonius in præſentia prudentis viri domini Sca.iudicis ordinarij, domini talis Romanorum Imperatoris,& ſemper Auguſti Ioannem filium quondam Corradi ibidem præſentē in filiū legitimè arrogauit:& ipſum cū omnibus poſſeſsionibus,rebus,& iuribus ſuis in ſua filiatione, familia,& poteſtate paterno ſuſcepit affectu: vtroq; diligenter interrogato hoc fieri velle,& ſibi placere protinus reſpondēte: Quem quidem legitimum actum idem iudex imperiali authoritate ipſiúſque reſcripto plenius confirmauit.

Rubrica notulæ.

NOta differentiā inter adoptionē & arrogationem.Quia adoptio fit de filiofamiliàs, & poteſt fieri coram quocūq; magiſtratu. Arrogatio autē fit de eo,qui eſt ſui iuris, & debet fieri corā Imperatore, vel eius ordinario ex ipſius reſcripto.Et nota,q̄ pater adoptās vel arrogās præcedere debet filium adoptatū vel arrogatū ætate xviij.annorū. De aliis autem differentiis & aliis iuribus, & conditionibus adoptionis &

nis & arrogationis, & quomodo debet fieri promissio pro impubere arrogato, omittendũ duxi, eò quòd contractus iste non est multæ vtilitatis: & quia rarissimè contingunt huiusmodi instrumenta. Sed si horum notitiam habere volueris, quære in Instit. sub rub. de adoptionibus.

Instrumentum adoptionis. Rub.

Instrumentum arrogationis. Rubr.

Prima pars.

DE ista adoptione & arrogatione non multum vtilibus quæram quatuor. Primò, quæ sit adoptio, & quæ arrogatio. Secundò, quæ differentia sit inter adoptionem & arrogationem. Quartò, quis sit effectus, & virtus adoptionis & arrogationis. Ad primum, scilicet, quæ sit adoptio? Et dico quòd adoptio est actus legitimus inuentus ad solatium eorum, qui filios non habent: vt in Instit. de adoptionibus. in glos. prout Paulus diffiniuit alia & sanior diffinitio: Adoptio est quædam gratuita electio: qua quis sibi aliquem, legitimo carente, in filium elegit, vt iure patronatus hæreditas conseruetur. Tamen hìc reprehenditur: quia tunc loquitur solùm de illis, qui nõ habent filios, & habẽtes filios adoptare non possunt, quod falsum est. Et sic debebat dicere ad solatium omniũ. Et ideo aliter diffinitur & melius. Adoptio est actus legitimus, per quem qui filius non est, pro filio habetur penè naturam imitans: vt in Instit. de adoptionibus. in glos. prædicta. Modò exponamus istius diffinitionis verba. Et primò dicit ꝙ adoptio est actus legitimus. Et per hoc notatur, quòd adoptio inducitur à iure ciuili, per quam qui filius nõ est, pro filio habetur. Ista verba satis patent, ideo nõ exponõ penè naturam imitans. Dicitur penè, id est, ferè naturam imitans. Ideo sicut dicit, quia non sunt filij naturaliter, sed accidentaliter: quia natura non operatur in eis. Eodẽ etiã modo arrogatio diffinitur. Ad secundum, scilicet, in quo differunt inter se, scilicet adoptio & arrogatio? & dico quòd differunt in multis. Primò, quia adoptio fit de filiofamil. arrogatio autem de patrefamil. Secundò differunt, quia adoptio fit coram quocunque iudice, sed arrogatio fit coram Imperatore, vel eius vicario, vel coram quocunque iudice habente priuilegium ab Imperatore, vt interponere possit suam authorita *Adoptio quid sit.*

thorita

thoritatem in arrogatione. Tertio differunt, quia adoptio fit de voluntate quatuor personarum, scilicet, naturalis patris, & filij adoptiui, & patris adoptantis, & iudicis authoritatem interponentis. Arrogatio autem fit de voluntate trium personarum, scilicet, ipsius arrogati, patris arrogantis, & iudicis authoritatem interponentis. Differunt etiam quia filius adoptatus, quando transit in potestatem patris adoptantis, vt quando quis adoptat non extraneum, vt quia patruus adoptat nepotem, vel auus quandoque. no. vt quando adopto aliũ extraneum mihi non attinentem, sed arrogatus semper trãsit in potestatem arrogantis. Etiam differunt, quia adoptio est genus comprehendens in se arrogationem, sed arrogatio est species. Conueniunt tam● in vnum, quælibet est inducta à iure ciuili. Ad tertium principale membrum, scilicet qualiter fit adoptio? & dico quòd fit de voluntate trium personarum. Item requiritur iudicis authoritas. Item quòd appareat instrumentum adoptionis. Arrogatio fit de consensu duarum personarum cum decreto iudicis, & quòd appareat scriptura. Ad quartum principale membrum, scilicet quæ sit virtus & effectus adoptionis & arrogationis? & dico quòd effectus adoptionis talis est: quia filius adoptatus trãsit in potestatem patris adoptantis, si est suus & necessarius: vt quia est nepos adoptatus ab auo, vel filius emancipatus ab auo adoptatus, vel filia emancipata: & tunc si auus adoptat nepotem, ipse venit ita ad diuisionem bonorum patris adoptantis, sicut alij filij legitimi & naturales. Nota, adoptatus penitus transit in potestatem adoptantis, si adoptio integra fiat, nullo tamen pacto retento. Si autem est aliter extraneus, & tunc nullum ius habet in bonis paternis, nisi ius succedendi ab intestato. Sed quæ est virtus arrogationis? certè est talis: quia qui arrogatur, transit in potestatem matris arrogantis cum sua familia & cum omnibus suis bonis, & habet ius succedendi ex testamento & ab intestato, etiam habet ius alimentorum in bonis patris arrogantis, durante arrogatione. Sed ea finita non, vt Instit. de adoptionibus, per totum titulum. Ex iis videre potes, quomodo differunt adoptio & arrogatio. Istud instrumentum habet duo capitula. Primum est adoptionis. Secundum decreti iudicis. Et eadem duo habet instrumentum arrogationis, &c.

Adoptio qualiter fit.

Instru

Instrumentum offersionis seu oblationis & professionis.

ANtonius post bonorum suorum ordinationem, & testamentum à se factum, scriptum manu talis notarij volens pro Christi amore ac animæ suæ salute in sancta Cisterciensis ordinis religione sub iure obedientiæ coarctare, ac residuum vitæ suæ regulari subiicere disciplinæ, salua suorum dispositione bonorum, prout in dicto testamento per omnia continetur, obtulit personam suam Deo & beato Antonio clausis manibus se intra manus venerabilis patris domini Philippi Abbatis conuentus sancti Antonij Cisterciensis ordinis, recipientis vice & nomine ipsius Ecclesiæ. Et pro se & suis successoribus dans, & ponens, necnon promittens, & profitens stabilitatem, conuersionem, & obedientiam debitam secundum regulam ordinis antedicti, hoc modo: Ipse enim Antonius flexis genibus coram altari quandam in manu schedulam tenens, legit eam, tenorem huiusmodi continentem. Ego Antonius promitto stabilitatem & conuersionem meorum morum, & obedientiam debitam secundum regulam Cisterciensis ordinis coram Deo & sanctis eius in hoc monasterio, in præsentia domini Philippi Abbatis conuentus prædicti. Renuntiantibus solenniter vtrisque ipso, videlicet, Abbate, & fratribus, vice & nomine dictæ Ecclesiæ & conuentus, & ipso Antonio pro se, & tempori probationis regulæ supradictæ. Quibus omnibus sic peractis, dictus Abbas, tales & tales fratres eiusdem conuentus ad pacem ipsum Antonium receperunt. Et nota tamen, quòd hoc, quod dictum est de renuntiationibus vtriusque, intelligas ponendum esse, si ante tempus probationis, id est, ante annum post ingressum fiet professio. Item nota quòd huiusmodi profitentes aliquando non testamentum, sed donationem faciunt monasterio de omnibus bonis suis: In qua quidem donatione debes dicere hoc modo: Frater Antonius, nondum tamen professus, intuitu omnipotentis Dei & beatæ Mariæ virginis, & pro suorum parentum, eiúsque remedio peccatorum dedit, & donauit purè, liberè, simpliciter & irreuocabiliter inter viuos tali Abbati, secũdũ cursum instrumẽti donationis: & si minor fuerit

fuerit iurabit more minorum. Sed tamen minores iuramentum non obligat, nisi cùm ad perfectam ætatem deuenerint. quæ quando minores erant iura prius fide rata. Et obseruando promiserunt, & de nouo facta ratificatione se promittant obseruare. Veruntamen quando personæ laicæ conuersantur alicui ecclesiæ, offerũt se simul & sua. Item nota quòd non solùm ex prædictis modis & iuribus, verũ etiam ex aliis potest quis potestati alterius & conditioni subiici, vt putà, maior viginti annis, qui ad pretium participandum patitur se vænundari, interuenientibus his quæ circa hoc de iure interuenire debent: & etiam ille, qui se subiicit conditioni homagicæ vel ascriptitiæ. Quæ quidem conditio ascriptitia per geminatam scripturam debet fieri: sed quia super huiusmodi negotiis rarissimè fiunt instrumenta, ne opus & tempus circa non multum vtilia versetur: ideò omisso de instrumento illius, qui se seruum facit, & illius qui conditioni ascriptitiæ vel homagicæ se supponit, & etiã instrumento absolutionis ascriptitiorũ, ad alia magis expediẽtia & vtilia procedẽdũ est.

Instrumentum offersionis seu oblationis, & professionis, Rub.

Professio quid sit.

Circa istud instrumẽtum quæram quatuor. Primò, quæ sit professio, & quæ offersio. Secundò qui possunt facere professionem, & qui nõ. Tertiò, qualiter fiat professio. Quartò & vltimò quis sit eius effectus. Ad primum, scilicet, quæ sit professio? Et dico quòd professio est abnegatio propriæ voluntatis vitam actiuam abnegantis, & contemplatiuam liberè eligentis. Nam ille, qui facit professionem, negat suam voluntatem, & renuntiat mundo. Sed offersio est personæ rei vel rerum alicui domino vel loco religioso facta oblatio. Ista verba satis patent, ideo non expono. Ad secundum, scilicet, qui possunt facere professionem? & dico quòd de iure ciuili debemus notare tria. Primò, quòd sint in ætate legitima, vt putà, maiores xiiij. annis, non autẽ minores. Tamen quatuor annis possunt stare in monasterio, sed non profiteri nisi in ætate legitima: & ante illud tempus egredi possunt, si volunt: sed si nolunt, non coguntur. Secundò consideratur conditio, scilicet, quòd nõ sit seruus: tamen si seruus staret in monasterio per trienniũ, domino nil dicẽte, ipse vltra istud tẽpus

Professionẽ qui facere possunt.

nihil

nihil potest dicere. Tertiò consideratur sanitas, scilicet, quòd sit sanę mentis, non autē infirmus. Quartò additur honestas, scilicet, q̄ qui profitetur, sit honestus. Ad tertium principale membrū, scilicet, qualiter fit professio? & dico q̄ professio fit dedicando personā tantū. Secundò fit dando bona sua monasterio per authoritatē. Tertio modo fit dando se & sua simul: fit etiā dando vnā rem tantū. Fit etiam isto modo: quia si erit quidā intrans religionē, prior dicet ei: Intra sub hac cōditione, q̄ si appareret te non posse esse, nō sis: & si nolis esse, nō sis, & do tibi spatiū vnius anni ad probādum hoc. & sic hodie fit. Ad quartū, scilicet, quis sit effectus professionis? & dico quòd eius effectus est talis: quia si quis dat se monasterio, videtur se & sua dedisse, per authen. quæ dicit: Ingressi monasteriū se & sua Deo dedicant. tamē potest quis dedicare sua, & non se, & se sine suis: quoniam intrans religionē non cogitur sua bona dedicare religioni, si nō vult. Sed quid differt, quādo quis dedicat se & sua, & quādo quis dedicat sua tantū? certè differūt: quia si nō valet dedicatio personæ, nō valet dedicatio rei: quia si non valet principale, nec accessoriū. Sed si quis dedicat tantùm se, & nō valet dedicatio, nec etiā dedicatio rei. etiā alter effectus est, quia professus habetur pro mortuo: & quicquid acquirit professus, acquirit monasterio, etiā quia suæ volūtatis cōtinens nō extitit. Sed potéstne quis renūtiare anno experiētiæ? certè secūdū quosdā sic, per regulā: vnicuique licet renūtiare iuri pro se introducto. Sed tamen scias, q̄ si iste frater facit experientiā, non potest exire, quādo renūtiat anno experientiæ: & hoc, si stetit per annum. Sed isti tales faciūt fraudē legi, quia renūtiant anno experientiæ, & transeunt in aliam religionē, scilicet, si est frater prædicator, & vult exire, & efficitur frater minor: & tunc bene potest, quia strictiorē regulā subit. Istud instrumentū habet quatuor capitula. Primum est contrahentiū, scilicet, qūo ipse se cōfert monasterio, & Abbas recipit eū. Secundū offersionis. Tertiū professionis de obseruādo honestatē. Quartū & vltimū renūtiationis anni experiētiæ.

Professio qualiter fiat.

Effectus professionis quis sit

Instrumentum manumissionis.

DOminus Corradus dedit & tradidit Anto. Bonon. Iaco. & Philip. eius filiis, & eorū omnium filiis & liberis, masculis & fœminis præsentibus & futuris libertatē puram secundum vsum &

ee

consuetudinem ciuitatis Romanæ, liberans penitus, & eximens,& dimittens eos,& quemlibet eorũ, & ipsorũ filios, & liberos masculos, & fœminas tam præsentes quàm futuros à sua potestate, manu, dominio,& ab omni conditione, grauamine, operis,& operarũ impositione tam obsequialium, quæ consistũt in faciendo, aut in assurgendo, salutando, & similiũ, quàm eorũ, quæ cõsistunt in non faciendo, vtputà, de non vocando in ius manumissorẽ, venia nõ petita, & aliorũ omniũ tam artificialiũ quàm fabrilium nunc & in futurũ à iure patronatus,& à reuocatione in seruitutẽ ob quamcũque ingratitudinẽ. Ita quòd liceat his manumissis famosam actionẽ, si cõpetat, in futurũ cõtra manumissorẽ & eius filios intentare: & etiam criminalẽ quãlibet accusationẽ, si crimẽ in posterũ cõmittatur, omni pœna sublata: necnon remittẽs eisdẽ omne ius patronatus,& restituens eos natalibus antiquis,& iuri ingenuitatis,& denũcians eos ciues Romanos, atque restituens eos iuri primæuo secundũ quod omnes homines liberi nascebantur, nec erant illis temporibus manumissiones introductæ, cùm seruitus esset incognita. Tradidit insuper, & dedit eis,& cuique ipsorũ specialiter tales & tales possessiones, & res,& generaliter totũ eorum peculiũ à rationibus domini separatum: & ita quòd non teneantur rationes reddere de his quæ in seruitute gesserunt, etiam si illa sint connexa his, quæ gererent in libertatẽ. Dans & attribuens eis & cuilibet eorũ ipsorúmque filiis masculis & fœminis tam præsentibus quàm futuris puram & merã libertatẽ,& generalem administrationem rerum eorũ. Ita quòd sine obstaculo seruitutis,& manumissoris,& suorũ successorum,& cuiuslibet alterius conditionis, possint ipsi manumissi & eorum liberi omnes & singuli emere, vendere, donare, contrahere ac pacisci, in iudicio stare, testamentum facere,& omnia & singula facere, ac liberaliter exercere, quæ quilibet ingenuus, Romanus ciuis,& liber homo, paterfamilias,& sui iuris, facere potest, ac si ab ingenuis parentibus nati essent: Pro pretio centũ lib, Bon. quod pretium dictus dominus Cor. confessus fuit & cõtentus se ab ipso Anto. dante & soluente pro se,& vice & nomine dictorũ filiorũ eius habuisse & recepisse: exceptioni sibi nõ dati & nõ soluti pretij omnino renũtians. Necnon promittens per se & eius hæredes & successores dictis Antonio, Iacobo & Philippo pro se & eorum hæredibus & filiis omnibus ex eis descẽdentibus

ibus stipulantibus & recipientibus prædictam manumissionem, solutionem, & omnia & singula suprascripta perpetuò firma & rata habere, & tenere, & obseruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire per se vel alium, aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto: Sub pœna centum librarum imperialium stipu. in singulis capitulis huius contractus insolidum promissa. Et pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere eis omnia & singula damna, expensas, ac interesse litis & extrá. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruādis obligauit eis omnia bona sua.

Instrumentum manumissionis breuiori forma.

DOminus Corradus tradidit atque dedit Sibillinæ vxori quondam Ioan. & Pe. & Bertæ suisque filiis, & eorum omnium filiis & liberis masculis & fœminis tam præsentibus quàm futuris libertatem puram secundum vsum ciuitatis Romanæ. Quos omnes, & singulos, & eorū filios, & liberos masculos & fœminas tam præsentes, quàm futuros à sua potestate, manu, dominio, & ab omni conditione, & grauamine, operis, & operarum impositione, nunc & in futurum à iure patronatus, & reuocatione in seruitutem ob quācunque ingratitudinem penitus liberauit, & exemit, remittens eis omne ius patronatus, & restituens eos natalibus antiquis, & iuri ingenuitatis, necnon dans eis & cuilibet ipsorum totum eorum peculium à rationibus domini separatum. Et tribuens eis & cuilibet ipsorum puram, & meram libertatem, & generalem administrationem rerum eorum. Ita quòd sine aliquo obstaculo seruitutis, & dominij, manumissoris & suorum hæredum, & cuiuslibet alterius conditionis, posſint emere, vendere donare, contrahere ac pacisci, in iudicio stare, testamentum facere, & omnia & singula facere ac fideliter exercere, quæ quilibet ingenuus, Romanus ciuis, & liber homo, paterfamiliās, & sui iuris facere potest ac si ab ingenuis parentibus nati essent.

Pro pretio &c. vt suprà.

Instrumentum manumissionis. Rubri.

Secunda pars.

Cōtinuatio huius instrumēti ad superiora.

ISta est secunda pars huius capituli, in qua ponitur qualiter quis ab alterius liberatur potestate: vnde sic cōtinuatur. Viso qualiter quis alterius subiiciatur potestati, restat nunc videre qualiter quis ab aliena liberetur potestate. hoc est, quod dicit rubrica, cùm dicit, Instrumentū manumissionis & libertatis, &c. Ista manumissionis materia hodie nō est in vsu, quia serui non sunt, ideo non multa dicam: tamen vt ipsam penitus non ignores, ad eius euidentiā quærā tria. Primò, quæ sit manumissio, & qualiter fit, & quando. Secundò, qui possunt manumittere. Tertiò, quis sit effectus manumissionis. Ad primū, scilicet, quæ sit manumissio? & dico quod manumissio nihil aliud est, quā libertatis datio, id est, detectio. ff. de acqui.re.do.l.adeò, §.cùm quis.in fi. Nam seruus manumissus efficitur liber. Sed qualiter & quando fit manumissio? certè quādoque fit vindicta, & hoc fit virga prætoris: quandoque fit in vltima voluntate, vt quādo quis moritur, & habet seruum, ipsum potest instituere hæredem, & efficitur liber: quādoque fit inter amicos, vt quia quidā habens seruum amore alterius ipsum manumittit: quandoque fit per epistolam, vel per nuntium. Ad secundū, scilicet, qui possunt manumittere? Et dico quòd paterfami, maiores xxv. an. vel minores cū causa legitima & legibus approbata. Ad tertium, scilicet, quis sit effectus manumissionis? Et dico quòd effectus talis est: quia manumissus efficitur verè liber, & intantū quòd potest cōtrahere, pacisci, & in iudicio interesse: alter effectus est, quia patronus, qui manumittit eum, habet ius: nā quādo seruus manumissus videt eū, debet inclinare caput, nec debet esse ingratus contra patronum in aliquo: nam tunc propter ingratitudinē reuocatur in seruitutem à patrono. Alius effectus est: quia libertus non potest patronū vocare in ius, nisi venia petita & concessa. quæ dicta de manumissione habētur, insti. de his qui sunt sui vel ali. iur. per. to. tit.

Manumissio quid sit.

Manumittere qui possunt.

Effectus manumissionis.

Instrumentum emancipationis.

DOminus Boëtius ante præsentiam domini Sca. iudicis & assessoris domini R. de villa potestatis Bono. constitutus Ant. eius filium ibidem præsentem, hoc volentem & petentem à se emancipauit, & à sa

tris sui patris eum penitus relaxauit, necnon à sua manumissione & paternæ nexibus potestatis penitus exemit, & dimisit eidē. Ita quòd sine patriæ potestatis obuentu possit ex nunc stari, agere, contrahere ac pacisci, & omnia & singula tam in iudicio quā extra facere, ac liberaliter exercere, quæ quilibet paterfamiliās, & sui iuris facere potest. Quā quidem emancipatione facta dictus dominus Boëtius in præmium emancipationis eiusdem dedit & tradidit ipsi Antonio vnam domum positam in tali loco, intra tales confines, cum omni iure & actione sibi ex ipsa re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Constituens se rem ipsam prædicti Antonij nominē possidere vsquequo ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua authoritate, & detinendi deinceps licentiam omnimodā, dedit. Promittens per se & eorum hæredes dicto Anto. eius filio à se emancipato, pro se & suis hæredibus stipu. prædictam emancipationem, & dationē, & omnia & singula suprascripta firma & rata habere, & tenere, & nō cōtrafacere vel venire aliqua ratione, causa, vel ingenio, sub obligatione omniū suorū bonorū. Quibus omnibus sic peractis dictus iudex suā & cōmunis Bononiæ authoritatē interposuit & decretū. No. ꝙ etiā auus nepotē ex filio emācipare potest, cū illū habeat in sua potestate. Et hoc verū est, si filiū habeat in sua potestate, aut si ipse nepos natus vel conceptus erat, antequā pater suus esset emācipatus. Et quod dictū est de nepote, intelligas & de pronepote, & deinceps. Sed nota ꝙ nepotes transeūt in potestatē patrui vel aui, quādo pater in sua extrema volūtate, in testamēto, vel codicillis reliquit, hoc verbum dicens, volo filios meos & filias sub eorū patruorum & auorū potestate post mei discessum vitā agere. Et hoc verū est, si pater nepotū sit emācipatus, & sui iuris: quia ante emancipationem ipse & eius filij sunt semper in patria potestate.

Instrumentum emancipationis. Rubrica.

PRæsens instrumētum continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus qualiter sit seruus liberatus per manumissionem, & relaxatus ab alterius potestate: Sed quia est alter modus, per quem quis liberatur ab alterius po-

testate, scilicet, per emancipationem, ideo de ipsa emancipatione loco præsenti videamus, declarat hoc rubrica, cùm dicit, Instrumentum emancipationis. Casus istius instrumenti est talis. Quidàm Ant. volebat emancipare, & à sua patria potestate relaxare Corr. suum filium, & hoc fecit, & dedit ei in præmium emancipationis domũ vnam positam in contrata sancti Geruasij infra tales confines: & hoc fecit in præsentia domini Sca. iudicis, & assessoris d. Rolan. de villa potestatis Bono. qui iudex suam & communis Bono. interposuit authoritatem & decretum: qualiter tale instrumentum debeat ordinari, presens forma docet. Istud instrumẽtũ habet sex capitula. Primum est contrahentium. Secundum emancipationis factæ. Tertium rei datæ in honorem emancipationis. Quartum traditionis rei datæ in præmium emãcipationis. Quintum promissionis de legitima defensione & ratihabitione. Sextum & vltimum decreti interpositi. Visa continuatione, posito casu, & diuisa litera per capitula, veniamus ad expositionem nostri instrumenti. Et ad eius euidentiam, quia de emancipatione tractatur, vt eius materia pateat, septem sunt notabiliter attendenda, vt nihil de emancipatione penitus ignoretur. Primò, quot modis quis subiiciatur patriæ potestati. Secundò, quot modis quis liberetur à patria potestate. Tertiò, quæ sit emancipatio, diffiniendo, & quare sic appellatur. Quartò, qui possunt emãcipare, & qui non. Quintò, qualiter fit emãcipatio. Sextò, videre vtrum pater cogatur emãcipare filium vel filiam quandam, dando regulam, & casus exceptuatos à regula. Septimò, quis est effectus & virtus emãcipationis. Ad primum, scilicet, quot modis quis subiiciatur patriæ potestati? Et dico quòd multis modis. Vno modo adoptione, vnde si aliquis adoptat filium filij emãcipati, vel filiæ adoptatę, trãsit in potestatem patris adoptãtis. Secũdo modo per arrogationẽ, vt est quando quis arrogat quẽdã patremfa. coram Imperatore, vel eius vicario, vel coram iudice deputato ad hoc. Tertio modo per legitimum matrimoniũ. Nam quando quis contrahit matrimonium cum quadam, nascens ex illa efficitur in potestate patris. Quarto modo per sententiam, vt quia agebam contra aliquem, dicendo ipsum esse filium meum, qui de rei veritate non erat, & ipse negat: lata est sententia contra ipsum, quòd est filius meus, modò per istam sententiam efficitur in potestate patris, quamuis non sit

Subijcitur quis patria potestati multis modis.

filius:quia tunc sententia præiudicat veritati. Quinto modo per legitimationem, vt si habebam filios ex cõcubina, qui himò non erant in mea potestate: tamen si dati sunt curiæ Imperatoris ad seruiendum per quinquennium, efficiuntur legitimi & naturales, & in potestate patris sunt: vel si pater desponsauit concubinam dotalibus conditis instrumentis. Nam tunc filij nati & nascituri efficiuntur in potestate patris per matrimonium: verum est secũdum iura ciuilia, non autem sacri canones id admittunt: quia effectum & virtutem sacramenti non sentit, qui sub sacramento non nascitur. Sexto modo per ingratitudinem, vt si emãcipaui filiũ, & ipse filius emancipatus erat ingratus contra patrem, quia nolebat sibi alimenta dare, vel aliter erat ingratus, quamuis esset sui iuris, propter istam ingratitudinem efficitur in potestate patris sui. Ad secundum, scilicet, videre quot modis tollitur patria potestas? Et dico quòd tollitur sex modis. Vno modo morte naturalis patris. Sed nunquid morte aui nepos efficitur liber? & distinguo: quia aut inter auum & nepotem non erat medium: quia filius aui mortuus, erat pater nepotis. vel aliter exiuit de potestate: & tunc mortuo auo nepos efficitur sui iuris. Aut erat medium, quia pater ipsius nepotis, & ita filius aui erat viuus, & in potestate patris sui: & tunc mortuo auo nepotes non efficiuntur sui iuris, sed in potestate patris sui cadunt: vt est Institut. quibus modis ius patr. pote. solu. in princip. Secundo modo soluitur patria potestas morte ciuili, vt quando pater religionem intrauit, vel quando passus est se vænundari, interuenientibus his, quæ de iure interuenire solent: vt institut. de iure personarum. §. serui autem fiunt, &c. in gloss. ibi signata: nam tunc efficiuntur filij sui iuris, vel quando pater est captus ab hostibus, eo tempore quo captus est, filius est sui iuris: & si reuertatur, filius est in potestate patris iure postliminij: vt Institu. qui. mo. ius pa. pote. sol. §. si ab hostibus. Tertio modo soluitur patria potestas per dignitatem: vt quia filiusfamil. factus est consul vel in numero patritiorum: vt Institu. quib. mod. ius patr. pote. solu. §. sed ex constitutioné nostra. vt quia filiusfamil. factus est episcopus, vel abinde suprà: cùm xij. sunt dignitates, quæ liberant quem à patria potestate: vt est si est patritius, vel consul, vel præfectus prætoris, vel præfectus vrbis, vel præfectus Orientis, vel Augustus fortè dici-

Patria potestas quot modis tollitur.

tur quæstor, magister militum, patronus fisci, Princeps agentium in rebus, magister sacri scrinij, librorũ, epistolarum, factarum & sacrarum cognitionum vel agnitionum, vel si fiat episcopus, vel abinde suprá. Quarto modo per captionem, vt quãdo pater captus est ab hostibus, &c. vt nunc dixi in secundo modo. & redditur ratio: quia qui in potestate alterius est, alium in potestate habere nõ potest: vt Instit. qui. mo. ius pa. po. sol. in gl. ibi signata. Quinto modo soluitur patria potestas per adoptionem, vt quando nepos natus ex filio emancipato vel filia adoptatur ab auo, tunc soluitur ius patris ipsius nepotis, & liberatur à patris potestate, & transit in potestatẽ aui adoptantis, vt in præalleg. ti. §. sed & si pater alium. Sexto modo per emancipationẽ, vt quando pater emancipat filiũ, quẽ habet in potestate: vel auus nepotẽ, quẽ habet in potestate: & nõ est mediũ inter auum & nepotẽ, quia tũc filiusfa. vel nepos efficitur sui iuris, vt in præall. ti. §. prçtereà per emãcipationẽ. & de ista emãcipatione hîc tractamus. Ad tertiũ, scilicet, quç sit emãcipatio diffiniẽdo, & quare sic appellatur? Et dico ꝙ emãcipatio est patrię potestatis relaxatio corã legitimo iudice facta: dicitur autẽ quasi extra manum positio, vt C. de emã. libe. Dicit, emãcipatio est patriæ potestatis relaxatio: nã per istã emãcipationẽ dissoluitur ius patriæ potestatis, quod habet pater contra filiũ, & auus contra nepotẽ. Posteà in diffinitione dicitur, coram legitimo iudice facta: Nã si non fuerit coram legitimo iudice facta, nõ valeret emancipatio: quilibet enim est legitimus iudex, etiã notarius, & tabellarius, dum habet priuilegium iudicis ordinarij: & hoc de iure ciuili: de statuto tamen communis Bonon. solùm iudex ordinarius in hoc est iudex potestatis. Sed quare dicitur emancipatio? dicitur ab eo, quod est extra, & manus positio: vnde emãcipatio quasi extra manus positio. & sic nomen est consequens rei, vt esse debet: vt Institu. de dona. §. est & aliud. Et ideo quidam volunt dicere, quòd quando fit emancipatio filij vel nepotis, pater vel auus debet ipsum filium vel nepotẽ tenere per manum, & dimittere ipsum: sed illud non est verum, imò extra manum positio, id est, extra potestatem. Nam siue tenendo ipsum per manum siue non, valet emancipatio.

Emancipare qui possunt.

Ad quartũ, scilicet, qui possunt emancipare, & qui non, & qui possunt emancipari, & qui nõ? Et dico quòd illi possunt emãcipare, qui sunt de linea ascendentium & masculina, & habent

bent ipsos emancipatos in potestate. Ideo dicit, masculina: quia fœminæ non possunt emancipare, quia nō habent ipsos in potestate. Et ideo dicit, & habēt ipsos in potestate: quia quādoque pater nō potest filiū emancipare, & est, quādo quis habet filium, & ex eo habet nepotem: quia tūc ambo. s. pater & filius sunt in potestate aui, quia tunc filius nō potest emancipare filium suū: quia ille filius non habet filiū suum in potestate, sed auus. Dic breuiter, ꝙ omnes qui sunt sui iuris, possunt eos, quos sub potestate habent, emancipare. Illi verò possunt emancipari, qui de linea descendentium sunt, & sunt in potestate ascendentium. Ad quintū, scilicet, qualiter fit emancipatio? Et dico quòd fit de consensu patris vel aui emancipātis, & filij vel nepotis emancipati: & debet fieri coram legitimo iudice authoritatem suam interponēte, etiā in scriptura: quamuis ita regulariter omnia posśint fieri sine scriptura, quemadmodum cum scriptura. Sed fallit hic. Item posset fieri sine donatione, vel cū donatione alicuius rei. Ad sextū, scilicet, vtrum pater cogatur filium emancipare, dando regulam, & casus exceptuatos à regula? Et dico quòd pater non cogitur, vt Instit. qui. mo. ius pa. po. sol. §. fi. sed fallit in quatuor casibus, qui sunt in isto prædicto ti. & §. in gl. ibi signata. Primus casus est, quando pater arrogat filium impuberem: modò facto pubere expedit potius quòd sit sui iuris, quàm in aliena potestate, vel quando non habet se ad modum boni patris. Secundus casus est, quando pater agnouit legatum, hoc pacto, vt filium emancipet: vt verbi gratia, Petrus legauit Mar. centum, si filium suum emancipet: & ille Martinus agnouit legatum, modò cogitur emancipare filium: tamen poterat dicere Mar. ego nolo legatum, nec emancipare filiū meum. Tertius casus est, quando pater est nimis asper filiis, vt quando eos verberat vltra modum pietatis: & tunc apud iudicem constare debet de patris impietate. Quartus casus est, quando imponit filiis necesśitatem peccandi, vt si est masculus, dicit quòd furetur: sed si est fœmina, dicit quòd meretricetur. Sed econuersò, filius vel nepos non coguntur emancipari à patre vel ab auo. ista regula non fallit, vt in dicto §. dicti tituli. nota. Ad septimum & vltimum, scilicet, videre quis est effectus & virtus emancipationis? Et dico quòd est multiplex. Primò, quia pater non poterat cum filiis contrahere ciuiliter, modò sic. Secundò, quia pater non poterat à

Emancipatio qualiter fit.

Pater an cogatur filiū emācipare.

Emancipationis effectus qualis sit.

filio in ius vocari, modò sic, venia tamen petita & concessa. Item quia filius nunc potest testari, codicillari, & contrahere, & pacisci: quod antè facere non poterat, etiam patre consentiente: quod nunc poterit patre inuito. Alter est effectus, quia quicquid acquirit filius ex quacunque causa, sibi acquirit, & quo ad proprietatem & quo ad vsumfructum; quod autem filius acquirebat ex profectitia causa, patri vsumfructũ acquirebat, & sibi proprietatem: & nunc acquirit totum sibi. Alter effectus est, quia pater antè poterat filium vendere propter inopiam: quod nunc facere non poterit. Alter effectus est, quia pater poterat filium vendicare à quocunque detinente: & in summa omnia iura patris contra filium per emancipationem tolluntur, etiam iura nota. in Insti. in ti. de patria pote. §. ius verò. in glo. ibi signata. Sed nunquid ob emancipationem tollitur educatio? certè non, nec etiam in testamento.

Instrumentum tutelæ testamentariæ.

CVm olim Antonius in eius testamento scripto manu talis notarij dominum Corradum tutorem domino Corr. & Io. eius filiis reliquisset, idem Corr. ante præsentiã domini Scacanelli iudicis, & assessoris domini Ro. de villa potestatis Bononiæ constitutus, eandem sibi petiit tutelam ipsius iudicis authoritate decerni. Igitur ipso iudice dictam sibi decernente tutelam promisit idem dominus Corra. mihi R. notario infrascripto stipulanti & recipienti vice & nomine dictorum pupillorum, & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia omnia & singula ipsis pupillis vtilia facere & inutilia prætermittere, ipsorúmque personas & res ad commodum & vtilitatem ipsorum bona fide custodire, & saluare, & inuentarium facere de rebus eorum, & administrationis suæ tempore debito reddere rationem cum integra residuorum consignatione: saluo eo quòd semper vti valeat veritate. Cæterùm dictus iudex ipsi actui legitimo suam & communis Bononiæ authoritatem interposuit & decretum. Nota quòd tutor testamentarius non tenetur fideiussorem præstare: quia fides & diligentia eius approbata est à testatore. Itẽ nota quòd si testator liberauerit & absoluerit tutorẽ, quòd nõ teneatur reddere rationẽ administrationis: tunc nõ facies cũ promittere vel

iurare

iurare præcisè de ratione reddenda. Sed postquàm dixeris, & inuentarium de rebus eorum facere, ita continuò subiungas, rationem verò administrationis reddere, cùm de ipsa à testatore fuerit absolutus, non aliter quàm de iure debuerit, teneatur.

Instrumentum tutelæ datiuæ.

Dominus Scacanellus iudex, & Assessor dominus R. de villa potestatis Bononiæ cognito quòd Dominico pupillo filio quondam Antonij nemo fuerit testamentarius tutor relictus, & etiam quòd hi, qui legitimi fuerant admittendi, excusati sunt, & rationabiliter absoluti, citatis Agnatis & cognatis eiusdem pupilli: quia omnium eorum testimonio & approbatione inuenit dominum Corra. ad ipsius pupilli tutelam gerendam magis idoneum. Idcirco ipsum Cor. dicto pupillo tutorem constituit & decernit. Quapropter idem tutor promisit mihi R. notario infrascripto stipulanti vice & nomine dicti pupilli, & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia, omnia & singula ipsi pupillo vtilia facere, & inutilia prætermittere, ipsiúsque personam & res ad commodum & vtilitatem eius bona fide custodire, & saluare, & inuentarium facere de rebus eius, & administrationis suæ rationem tempore debito reddere cum integra residuorum consignatione saluo eo, quòd vti semper valeat veritate. Insuper dicti tutoris precibus & mandatis dominus Philippus promisit mihi notario nomine dicti pupilli stipu. se facturum & curaturum, quòd dictus tutor prædicta omnia & singula attendet & obseruabit: & quòd ipse dominus Philippus dictum pupillum indemnem seruabit de omnibus & singulis supradictis. Post hæc dictus iudex prædictis omnibus & singulis suam & communis Bono. authoritatem interposuit & decretum.

Instrumentum tutelæ legitimæ.

Dominus S. iudex & assessor do. R. villa potestatis Bonon. dom. M. matrem D. filio quondam Anto. in ipsius præsentiam constitutam eiusdem filij sui tutelam petentem, & affectantem, cũ eadẽ tutela sibi secũdũ iuris ordinẽ deferatur, & ipsa sit in ea cęteris pręferẽda eidẽ pupillo tutricẽ

constit

constituit & decreuit. Quæ tutrix promisit mihi R. notario infrascripto vice & nomine dicti pupilli stip. & iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia omnia & singula dicto pupillo vtilia facere, & inutilia prætermittere, ipsiúsque personam & res bona fide custodire, atque saluare, & inuentarium de rebus eius facere, & administrationis suæ tempore debito rationem reddere cum integra residuorum restitutione: saluo eo, quòd semper vti valeat veritate. Renuntians Velleiano senatusconsulto, & secun. nup. & omni alij iuris auxilio, de ipsis iuribus & beneficiis plenè certificata, quę sint, & quid dicant. Insuper dictus Phi. dictæ tutricis suis precibus extitit fideiussor. Demum huic actui legitimo ipse iudex suam & communis Bononiæ authoritatem interposuit & decretum.

Instramentum actoria.

DOmina Matelda mater & nutrix Dominici pupilli filij quondam Antonij ante d.S. iudicis & assessoris. D. Ro. Potestatis Bono. præsentiā constituta: Quia propter debilitatem sexus & personæ, vel quia nimis est à foro iudiciali longinqua, vel quia propter grauem ægritudinem & lāguorem, & alia imminentia impedimenta personaliter intendere & superesse non valet causis: quas ipsa nomine dicti pupilli habet, vel habere intendit, specialiter cum tali, & generaliter cum quacunque persona, tam in agendo quàm in defendendo. Idcirco d. Corradum ibidem præsentem in dictis causis rerum tamen suarum periculo constituit, & fecit actorem. Quia actor promisit ipsi tutrici tam nomine suo quàm nomine dicti pupilli stipu. & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia omnia & singula in dictis causis ipsi pupillo vtilia facere, & inutilia prætermittere, & quicquid ad manus eius ipsius causæ vel causarum occasione peruenerit, ei ad integrum consignare: saluo eo, quòd vti valeat veritate. Cui actui legitimo idem iudex suum, &c. vt suprá.

Instrumentum tutela testamentaria. Rubrica.

Tertia pars.

Continuatio instrumenti ad superiora.

ISta est tertia pars nostri capituli, in qua ponitur quomodo quis gerit negotia aliena cum iudicis decreto: vnde potest continuari istud instrumentum cum pluribus sequentibus ad superiora ista

forma

forma: Nos suprà vidimus, quòd istud septimum capitulum fuit in quatuor partes diuisum. Nam in prima parte ponitur de instrumentis, in quibus quis alterius subiicitur potestati. In secunda, quæstio quis liberatur ab alterius potestate. In tertia ponuntur instrumenta quarundam personarum gerentium negotia aliena cum iudicis decreto, vt sunt tutor & curator. Sed cùm dictum sit de duabus partibus, restat nunc videre de tertia in ordine. declarat hoc rubrica, cùm dicit, Instrumentum tute. &c. Ad euidentiam dicendorum primò pono casum in terminis, & casus talis est: Cùm olim Anto. in eius testamento scripto manu talis notarij Corradum tutorem filiis suis reliquisset, idem tutor eandẽ tutelam petit ei iudicis authoritate decerni: igitur ipso iudice dictam tutelam sibi decernente, promisit idem Corradus mihi notario infrascripto stipulanti vice & nomine dictorum pupillorum, & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia omnia ipsis pupillis vtilia facere, & inutilia prætermittere, ipsorúmque personas & res ad vtilitatem ipsorum bona fide custodire, & saluare, & inuentarium de ipsorum bonis facere, & administrationis suæ debito tempore reddere rationem cum integra residuorum consignatione, saluo eo quòd semper possit vti veritate. Insuper dictus iudex huic actui legitimo suam & communis Bononiæ authoritatem interposuit & decretum. Et de his omnibus obseruandis eius precibus & mandatis Pet. suus extitit fideiussor. Tamen nota tu tabellio, quòd accipias bonum fideiussorẽ, alioquin si fideiussor esset malus, tuum esset damnum. Istud instrumentum habet tria capitula. Primum est cognationis administrationis. Secundum promissionis. Tertium est decreti interpositi. Et hoc quando tutor non habet satisdare: quia si satisdaret, tertium esset satisdationis. Quartum decreti iudicis interpositi. Ad euidentiam tutelarum decem sunt in ordine notanda. Primò, quæ sit tutela, & quis tutor, & quare sic appellatur. Secundò, quotuplex sit tutela. Tertiò, videre de tutela testamentaria per se. Quartò, videre de tutela legitima per se. Quintò, videre de tutela datiua per se. Sextò, videre quot modis quælibet tutela in genere finiatur. Septimò, vtrum quis cogatur esse tutor, & si cogitur, quibus ex causis possit se excusare. Octauò, videre quot modis quis remoueatur vt suspectus tutor. Nonò, videre si est vnus tutor vel plures, & malè

Casus in terminis.

malè administrant, quis eorum de mala administratione teneatur. Decimò & vltimò, ad quid etiã teneatur tutor pupillo, & econtra & quibus actionibus. Ad primum, scilicet, quæ sit tutela? Et dico quòd tutela est (prout Seruius diffiniuit) vis atque potestas in capite libero ad tuendum eum qui propter ætatem se defendere nequit, à iure ciui. data atque permissa: vt Insti. de tutelis. §. est autem tutela, &c. Modò exponamus verba diffinitionis: & primò dicit, tutela est vis atque potestas. Et per hoc no. quòd tutela est violenta: quia siue velit, siue non, pupillus cogitur habere tutorem: & etiam est violenta ex parte tutoris, quia siue tutor velit, siue nolit, cogitur esse tutor, nisi excusetur legitimè, vt infrà in septimo pũcto patebit. Est etiam violenta ex parte iudicis, quia si non est tutor testamentarius, vel legitimus, iudex cogitur vnum dare: & erit tutor datiuus, tutela hæc appellatur violenta: quia quis necessitate & vi iuris compellente cogitur pro pupilli salute illam accipere. Quia humana societas patienti succurrere debet. Posteà sequitur, in capite libero: per hoc not. quòd excludit seruos, filiosfa. & qui sunt in religione, & qui sunt in alterius potestate: nam habere tutorem non possunt vltrà. Sequitur, ad tuendum eum: nam tutor datur ad tuendum, pater autem ad gubernandum: vt in Insti. præalle. §. dicti tituli, in glo. ibi signata. Sequitur, qui propter ætatem se defendere nequit: ideo dicit, qui propter ætatem ad differentiã curatorum, qui dantur furiosis & mẽtecaptis qui propter morbum se iuuare non possunt: vt Institu. de cura. §. item furiosi. Sequitur à iure ciuili: nam tutela est inuenta à iure. Sed nonne ferè omnes contractus sunt introducti à iure gen. vt Insti. de iure naturali gen. & ciui. §. ius autem. dicit ferè, propter quatuor contractus à iure ciuili introductos, vt est literarum obligatio, verborum obligatio, contractus emphyteoticus, & sponsalia largitas. Sed iste contractus tutelæ non est de illis quatuor, ergo videtur quòd tutela sit de iure gentium, cùm non sit de illis quatuor contractibus supradictis: & dico quòd actus tutelæ non est contractus, sed quasi contractus: vt Insti. de oblig. ex quasi contract. §. tutores quoque. Sequitur data, scilicet, testamentaria, vel datiua promissa, scilicet, legitima. Sed qui sunt tutores? certè tutores sunt, qui eam vim aut potestatem habent, quam dixi in diffinitione. Sed quare dicuntur tutores? certè quasi tuentes res, id est, rerum defensores

Tutela quid sit.

sores: sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur: vt Insti. de tuto. §. tutores sunt. & sic nomen est consequens rei, vt esse debet: vt Insti. de dona. §. est & aliud. Ad secundum, scilicet, quotuplex sit tutela? & dico quòd tutela est triplex: nam quædam est tutela testamentaria, & ista primò vendicat sibi locum: & de ista tutela habemus vnum titulum Instit. de tute. Quædã est tutela legitima, & ista secundò vendicat sibi locum, si non existat testamentaria: & de ista habemus titulum Insti. de legitima agnatorum tutela. Alia est tutela datiua, quæ deficiente testamentaria & legitima vendicat sibi locum: & ista fit dupliciter. Vno modo cum inquisitione, vt quando iudex dat tutorem, inquirit si est bonæ famæ, vel non. Quædam sine inquisitione, vt quando patet publicè de fama tutoris. Ad tertium, scilicet, videre de tutela testamentaria in specie per se. Et circa idem quæram quatuor. Primò, qui possunt dare tutores testamentarios. Secundò, quibus dari possunt, & in qua vltima voluntate. Tertiò, qui possunt esse tutores testamentarij. Quartò, quod sit eorum officium. Ad primum, scilicet, qui possunt dare tutores in testamento? & dico quòd pater, & non mater: quia ipsa non habet filium in potestate: vt Insti. de patria potesta. in fine. tamen si ipsa daret, est officio iudicis confirmandus, & appellatur datiuus: vt Instit. de tutelis. in glo. fi. Extraneus verò non potest dare tutorem: tamen si dedit, debet confirmari, vt dixi in illo matris. Sed nunquid auus potest dare tutorem nepoti? Et dico quòd sic, si nõ est medium inter ipsum & nepotem. Si autem esset mediũ, quia pater nepotis viueret, & tunc esset in eius potestate recasurus, & tunc non posset dare: sed si non esset recasurus in potestatem paternam, vt quia filius filij emancipati adoptatus est ab auo, & tunc potest dare tutorem: & idem dico de omnibus superioribus. Sed nunquid seruus potest dari tutor filiis testatoris? certè sic, si est seruus testatoris, & consequitur libertatem. Si autem est seruus extraneus, & tunc nisi purè datus est, non valet. Si autem sub conditione, valet adueniente conditione. Sed nunquid furiosus, vel mente captus, vel minor viginti quinque an. possunt dari tutores? certè sic, & cũ fuerit compos mentis, efficitur tutor: & cùm minor in ætate erit, efficietur tutor. Item filiusfamil. potest dari tutor. Sed nunquid potest dari tutor vni rei? certè non, quia personę, nõ rei, vel causæ datur tutor: vt Insti. qui dari tu. pos. §. certe tutor.

Tutela quotuplex sit.

Tutores testamentarios qui dare possunt.

tor. Etiam potest dari purè, & sub conditione, & ad tẽpus. Sed nunquid videtur testatorẽ dedisse tutorẽ posthumis, si dedit filiis existentibus? certè sic, quia appellatione filiorũ, posthumi continentur: vt Instit. qui dari tutores pos. §. si quis. Item etiã auus videtur dedisse nepotibus, si dixit, liberis meis do talem tutorem. Si autem dixit, filiis non: quia alij sunt filij, & alij nepotes: quæ omnia dicta de isto primo puncto habẽtur in Institu. qui dari tutores possunt, per totum titulum. Ad secundũ, scilicet, quibus possunt dari tutores in testamento? Et dico ꝙ possunt dari liberis impuberibus in potestate patris existẽtibus, vel testãtis: sed si nõ dedit testator tutorẽ filiabus, nũquid dedit filiis? certè nõ, quia fœmineũ genus nõ concipit masculinũ: sed sic ecõtrà; vt nũc dixi in primo puncto, dicit ꝙ datur impuberibus: nam puberibus non datur, dicit, in potestate existentibus. Nam si daretur tutor filio emãcipato, non valeret datio, nisi filius emancipatus esset minor, tamen confirmandus est ex sententia iudicis: Et ideo nota, quòd multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent: vt Insti. de tutelis in fi. Sed in qua vltima voluntate dantur tutores? certè in testamento. Ad tertiũ, scilicet, qui possunt dari tutores in testamento? & dico quòd patresfami. filiifa. & omnes, vt in primo puncto dixi istius tertij puncti. Sed nũquid mulier potest esse tutrix? certè sic, si est mater vel auia: alia autem mulier non, quia tutela est onus publicum: vt Insti. de excusa. tuto. & cura. in principio. & mulieres ab oneribus publicis repellũtur: tamen mater vel auia gaudent hoc priuilegio. Ad quartũ, scilicet, videre quod est officium tutoris testamentarij? Et dico ꝙ eius officiũ est tale: quia debet petere administrationẽ bonorũ sibi decerni per iudicẽ: nõ autẽ debet petere vt fiat, si à principio legitimus datus est. Item eius officiũ est facere inuentariũ de bonis pupilli vel pupillorum, aliàs posset vt suspectus remoueri. Itẽ debet iurare vtilia pupilli facere, & inutilia prætermittere, & reddere administrationis rationem suo loco & tempore, id est, finita tutela. Satisfacere autem nõ compellitur talis tutor, quia eius bonitas satis fuit à testatore probata: vt Institutio. de satisda. tuto. & curat. in principio.

Tutores quibus dari possunt.

Tutores qui dari possunt.

Tutoris testamẽtarij officiũ quale est.

Ad quartum principale membrum, scilicet, videre de tutela legitima, & circa idem quæram tria. Primò, quando tutela legitima vendicat sibi locum. Secundò, qui possunt esse tutores legitimi, & quare sic dicuntur. Tertiò, quod sit offi-

cium

ciam tutoris legitimi. Ad primum, scilicet, quando tutela legitima vendicat sibi locum? Et dico quòd tunc venit seruanda, quando defunctus nullum condidit testamentum. Secundò, quando fecit testamentum, sed de tutore nullam habuit mentionem. Tertio, quando testator bene fecit mentionẽ de tutore, sed ille tutor præmoritur testatori. Quartò, quãdo nõ præmoritur, sed legitimè excusatur. quæ autem sit legitima excusatio infrà habemus in viij. puncto. Ad secundum, scilicet, videre qui debẽt esse tutores legitimi? Et dico quòd sunt agnati legitimi, & etiam cognati, deficientibus agnatis: sed correctum est hodie, vt Instit. de capi. deminu. in glo. fi. Olim autem primò admittebantur agnati quàm cognati: vt Instit. de leg. agna. tu. per totum, sed hodie vocãtur agnati & cognati simul, si plures sint in eodem gradu, vt fratres, & nõ habẽt iuris aliquod impedimentũ: vt Insti. de capi. deminut. in fine. Item mulier non vocatur, nisi sit mater vel auia: quæ si volunt esse, omnes alias personas antecedunt: & si nolunt, non coguntur, & primò admittitur mater: & si non existat, auia remittitur ad tutelam: vel si mater non est legitimæ ætatis. Item furiosus in testamento tutor dari potest, vt dictum est suprà, sed tutor legitimus esse non potest. Sed quæ est ratio, quare furiosus non potest dari tutor à iudice ad certum tempus, nec in diem, nec sub cõditione: sed à testatore potest dari ad certum tempus, & sub conditione? ratio est ista: quia quando furiosus est datus in testamento, interim potest prouideri de alio: quia potest dari alter à iudice, & administrare tutelam, donec furiosus sit sanæ mentis: & donec possit gerere tutelam. Sed si furiosus sit datus tutor datiuus, quia post tutelam datiuã non potest posteà alia venire tutela, nec potest posteà alius tutor dari: quod esset damnum pupillo, si interim non posset. Sit habere aliquem tutorem, qui ageret, donec furiosus esset sanæ mentis, & ista est ratio, vt no. Instit. qui. dari tuto. pos. §. ad certum tempus, in gl. sed non expresè, Idẽ dico de minore sicut de furioso, Item mentecaptus, mutus, surdus, & prodigus, nec habens aliquod iuris impedimentum, tutores legitimi esse non possunt, nec etiam testamentarij vel datiui. Sed quare dicuntur tutores legitimi? certè quasi à lege permissi. Ad tertiũ, scilicet, videre quod eius officium? Et dico ꝙ est tale: quia primò debet petere sibi dari & decerni administrationem à iudice. Item facere inuentariũ, vt in tutore testamentario. Item

Tutela legitima quãdo locũ habet.

Tutores legitimi qui esse debent.

Officium tutoris legitimi quale est.

debet iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere. Item debet reddere rationem suæ administrationis finita tutela. Item debet satisdare, nam tutor legitimus satisdare cōpellitur: vt Insti. de satisd. tut. & cura. circa prin. Ad quartum prin. membrum, scilicet, videre de tutela datiua in specie, & circa idem quæram tria. Primò, quādo talis tutela vendicat sibi locum, & qui possunt dare tutores datiuos. Secundò, quibus possunt dari, & qui possunt esse tutores datiui. Tertiò, quod sit officiū datiui. Ad primum, scilicet, quando talis tutor vendicat sibi locum? Et dico ꝙ tunc habet locum, quando cessat testamētaria & legitima. Sed qui possunt dare istos tutores datiuos? certè iudices ordinarij, vt est iudex potestatis vel rectoris. Ad secundum, scilicet, quibus possunt dari tutores datiui? Et dico quòd dantur pupillis siue impuberibus, quibus non est prouisum de tutore testamentario vel legitimo: & debent esse in potestate iudicis ordinarij prouidentis sibi de tutore. Sed qui possunt esse tutores datiui? certè illi qui non prohibentur à lege, vt est mulier, nisi esset mater vel auia, vt supradictum est: nam si vult esse, potest: & si non vult, non cogitur. Furiosus, mentecaptus, mutus, surdus, & prodigus, nec habens aliquod iuris impedimentum non possunt esse tutores datiui, nec etiā minor. Alij autem sic, dummodo fiant cum inquisitione iudicis, vtrum sint bonæ famæ vel non. Ad tertiū, scilicet, videre quòd sit eius officiū, scilicet, tutoris datiui? Et dico quòd eius officium est: quia debet petere administrationē sibi dari & decerni à iudice. Item ꝙ faciat inuentariū de bonis pupilli, aliàs remouetur vt suspectus. Itē iuret vtilia pupilli facere, & inutilia prætermittere. Item reddere rationem administrationis suæ finita tu. Item debet satisdare, si est electus sine inquisitione: si autē cum inquisitione est electus, non cogitur: vt in Institu. de satisdatio. tuto. & cura. in prin. Ad sextum prin. membrum, scilicet, videre quot modis tutela finiatur. Et dico quòd finitur morte tutoris vel pupilli: nam mors omnia soluit. Et pariter omnia cum morte soluuntur. Secundo modo finitur adueniente pubertate, scilicet, cùm pupillus erit maior xiiij. annis masculus. fœmina maior xij. Item finitur, si sint arrogati impuberes, vel in insulam deportati. Item finitur, si pupillus redigatur in seruitutem, vel si fuerit capite deminutus. Item finitur, si tutor datus est sub conditione, adueniēte conditione. Item finitur morte tutoris, vel eius capitis deminutione

Tutela datiua quādo vēdicat sibi locum.

Tutores datiui qui esse possunt.

Tutoris datiui officium.

Tutela quibus modis finitur.

tione maxima vel media. Minima autem non finitur, nisi legitima tutela. Item finitur maxima media & minima capitis demi. pupilli: & hoc, quantum ad omnes tutelas, scilicet, datiuas & legitimas. Finitur etiam tutela, si dati sunt tutores in testamento ad certum tempus, finito tempore. Item finitur, si tutores remouentur vt suspecti: vt patebit in septimo puncto. & omnes istos modos habes in Insti. qui. mo. tu. fin. per totum titu. Ad septimum princ. membrum, scilicet, videre vtrum quis cogatur esse tutor: & si cogitur, quot modis à tutela se valeat excusare? & dico quòd tutor testamentarius cogitur esse tutor, siue velit, siue nolit. Et idem dico de tutore legitimo, & etiam de datiuo, & hoc est quia tutela est onus publicum: & ab oneribus publicis nemo est absoluendus: quia quod omnes tãgit in onere publicæ rei, onus omnes simul sentire debent. Sed quia tales tutores multis ex causis se possunt excusare, ideo de ipsis causis videamus. Et primò se possunt excusare propter multos liberos: nam si quis habet Romę tres liberos superstites, & in Italia quatuor, vel in Prouincia quinque, à tutelæ onere liberatur. Sed nunquid filij adoptiui prosunt patri adoptanti? certè sic, si est auus paternus, vel proauus, qui adoptauerit nepotem, succedunt loco vnius. Si autem essent extranei adoptati, non prosunt. Sed prosunt patri naturali. Nepotes autem ex filia non prosunt. Filij autem legitimi semper prosunt. Item filij superstites prosunt, & non mortui, nisi essent mortui in acie principis, siue pro republica: quia qui pro republica ceciderunt, semper per gloriam viuere intelliguntur: vt Institu. de satisdã. tutorum & curato. §. sed si in bello, &c. Item excusatur à tutela, qui administrat res fisci, quandiu administrat: quia administratione finita minus excusatur, quoniam administrator esse desinit, quo quidem desinente, eiusdem priuilegium extinguitur. Item excusantur à tutela & cura qui reipublicæ causa absunt. Sed si primò fuerint tutores, deinde reipublicæ causa abesse cœperint, excusantur à tutela, quandiu, sunt absentes illa de causa, interim loco eorum datur curator. Itẽ illi, qui habent aliquã potestatem, excusantur: sed incœptam tutelam deserere non possunt. Item excusantur, qui habent litem de hæreditate, vel de omnibus bonis cum pupillo. Si autem de vna re tutor vel curator litem haberet cum

Tutela an sit munus necessarium.

pupillo, non excusatur, nisi de omnibus bonis. Item excusant tria onera tutelarum neutiquam affectatarum, quia non præstant vacationem, quandiu administrant: vt tamē plurimum pupillorum tutela vel cura eorundem bonorum sit, veluti fratrum, pro vna computetur. Item excusantur tutores propter paupertatem, vt quando se alere non possunt, & familiā suam: nam tunc suspectus habetur, quia fortè de tutela aleret se & suos: & tutor debet superesse tutelæ, quod iste facere non potest. Et sic nota, quòd quandoque paupertas prodest; vt Insti. de excu. tu. & cura. §. sed & propter paupertatem. Item excusatur quis propter infirmitatem impedientē, quomodo non posset suis interesse nogotiis, nec etiā alienis. Item rudes & ignorātes literas excusantur à tutela, vt sunt rustici, & literarū ignari. Item excusatur tutor, si testator fecit ipsum tutorem propter inimicitiam, vt tutor laboribus ac sumptibus vexaretur. Item inimicitiæ, quas testator habuit cum tutore, si capitales fuerunt, & non fuerit de eis facta reconciliatio, dant excusationem tutor. Item excusatur tutor, si testator mouit controuersiam tutori de statu suo, dicendo ipsum esse seruum vel liberum. Item minor xxv. annis olim excusabatur, hodie autē nō excusatur: quia si vellet esse tutor, non posset: ratio est, quia inciuile esset eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrādis egere noscuntur, & sub alieno auxilio reguntur aliorum tutelam subire. Idem dico de milite, qui hodie excusari potest, quod non olim poterat, & ideo est, quia ipso iure tutor esse non potest: nam debet armis vacare, non autem legibus. Et hîc nota, quòd qui habet negotium generale, non debet ad speciale recurrere. Et speciale negotium non infringit generale, nisi ipsius res periclitans agatur, & necessitas subuenire vrgeat: quoniam necessitas non patitur legem, vt Instit. de nupt. §. affinitatis. & de excusa. tuto. & cura. §. minores autem. Item excusantur à tutela magistri liberalium artium: quia non possunt singulari intendere negotio. Sed infra quantum tempus debent se excusare? certè infra quinquaginta dies cōtinuos: & hoc, si sint infra centesimum lapidem, si sciūt se esse tutores, qualitercūque dati sint, qui lapis milliarium appellatur. Si autem sunt vltra cētesimum lapidem, facta dinumeratione viginti milliū diurnorū, vno pro vno quoq; die xx. milliaria cōputentur: & habent amplius triginta dierū, id est, detur terminus, infra quē se excusent; quod spatium, vt quidam

Tempus præstitum ad excusandum.

sapiens

sapiens dixit,ne minus sit, quàm quinquaginta dies:tamē caueas,ne in hac computatione fallaris.Si enim per centū milliaria abest tutor vel minus, tantū habet quinquaginta dies, si autem abest vltra etiam per vnum milliare,habet pro quibuslibet xx.milliaribus vnā diem:& sic pro centū milliaribus habet quinque dies:cū quinquies xx.faciant centū. Item fortè per vnū diem:quia vltra est per milliare vnū vel parum plus. Itē xx.dies habet:& sic habet xxxvj. dies: & ita est in cōditione deteriori remotior,quā propinquior. Et sic apparet, quòd nisi per xxxvj.dietas,vel sit vltra centesimū milliare, nō prodest adiectio xxx.dierū:vt in Insti.de excu.tu.& cu.§. qui antē excusare se volunt.& est tam in textu quā in glos. Item scias, ꝙ tutor datus pupillo,ad vniuersum patrimoniū creditur esse datus.Sed contrà suprà qui dati tutores possunt.§. certè dicitur tutor datus personæ non rei. Respon. vt in glossa signata super illo verbo siue.§.quòd tutor principalis datur personæ pupilli:vt ipsum instruat bonis moribus. Ideo qui tutor datur, moratus eligi debet:nam de vili crimine annotatus, tutor esse non potest,secūdariò datur rebus.Sed in curatore ecōtrà,nam principaliter rebus,secundariò personæ datur.Nota, quòd tutor inuitus non cogitur esse curator : quia sufficit ei tantum seruisse.Sed nūquid maritus cogitur esse curator vxoris suæ?certè non. Sed quid si tutor falsè se excusauit? certè non liberatur à tutela,si falsa tamen excusatio nota sit. Quæ omnia dicta de isto vij.puncto no.in Institu. de excu. tuto. & cura.per totum tex.& glo. Ad octauum principale membrū, scilicet,quibus ex causis tutor vt suspectus potest remoueri? Et dico quòd multis modis.Primo,quia non ex bona fide tutelam gerit.Item antequàm tutor datus incipiat gerere tutelam,potest suspectus remoueri,si aliam præcedētem tutelam male gesserit, vt vult lex ciuilis : Qui semel malus , semper præsumitur esse malus in eodem officio : vt Insti. de suspect. tuto.& cura.§.suspectus est autem.Sed qui possunt de suspecto cognoscere?certè iudices ordinarij. Accusare autem possunt tutores de suspecto quasi omnes:quia est officium publicum, & competens omnibus de populo : & intantùm quòd mulieres possunt tutorem accusare, dumtamen hoc non faciant verecundia sexus,quia meretrices sint, sed motæ propter pietatem.Pupilli autem suos tutores suspectos postulare non possunt, sed puberes bene possunt accusare suos curatores de

Tutor in quibus casibus potest suspectus haberi.

suspecto ex consilio necessariorum, scilicet, parentum, vt Instit. de suspect. tu. & cu. §. impuberes, & no. quòd accusato de suspecto debet sibi bonorum pupilli administratio interdici, quáuis satisdare vellet: quia satisdatio propositum tutoris maleuolum non mutat: quia adhuc malè posset facere, imò diutius crassandi in re familiari facultatē præstat, vt in præfacto titulo. §. nouissimé. Sed nunquid tutor suspectus efficitur infamis? certè sic, si est suspectus propter dolum, in quo fuit. Si autem propter culpam, non est infamis: Et hoc, si est culpa leuis. Sed nunquid de leui culpa quis efficiatur infamis: quia propter ignorantiam iuris non potest se excusare: quia licitum est omnibus scire iura, nisi mulieribus propter debilitatem sexus: & nisi minoribus propter ætatem, & nisi militibus: quia armis debent intendere, non autem legibus: ergo si quis ignorat iura (exceptis his tribus personis) est in lata culpa, & sic efficitur infamis: cũ lata culpa sit ignorare, quod omnes sciunt: non ergo mirum est, si est infamis. Vel dicas verius, secundum Azo. quòd lata culpa per damnatã sententiam non infamat. Sed ipso facto sic, si tale est factum: & sic sunt tres casus, in quibus lata culpa non comparatur dolo. Primus casus est in criminibus publicis. Secundus casus est in sacramenti delatione. Tertius casus est in lege Iulia de fica. Sed quid si tutor remoueatur simpliciter, non expresso dolo? videtur quòd sit semper integræ famæ. Distingue, quia aut accusatus fuit in dolo, & tunc infamis fit: aut in culpa, tunc non æquè, & sic non efficitur infamis: aut ob vtrunque, scilicet, ob dolum & ob culpam, & tunc semper ob culpam intelligitur esse suspectus. & sic infamis non fit: quia nõ sunt agendi, sed potius moliendi: vt in Instit. de suspec. tu. & cura. §. inspectus. in glo. ibi signata. Nota tamen quòd patronus nõ efficitur infamis, si malè gerit bona liberti sui, vt in dicta glo. Item nota, quòd si quidam fuerit suspectus, & moritur accusatione pendente, finitur suspecti cognitio. Sed pone quòd tutor sui copiam non fecit pupillo, vt ipsi alimento non det, quid erit? certè pupillus est mittendus in bonorũ possessionem tutoris, non vt ex ipsis bonis alatur. Sed, vt cautum sit pupillo, si tutor malè gessit de suo: & isto tempore datur ei curator, vt custodiat bona pupilli tempore peritura, vt est frumentum, &c. Item remouetur vt suspectus, si propter inopiã dicit non posse decerni alimenta, & dicit mendacium, debet

bet puniri.& sic nota quòd mendacium punitur à lege,vt in prædicto titulo.§.sed si quis præsens.Nota tamen quòd tutor pauper fidelis non potest vt suspectus remoueri.quæ omnia de isto octauo puncto notantur in Instit.de suspec.tuto.& cura.per totum textum & glo.Ad nonum principale membrũ, scilicet,si sunt plures tutores,& administratio bonorum pupilli sit malè gesta,quis eorum teneatur de mala administratione? Et ad hoc sciendũ sic distingue:quia aut est vnus tutor, aut sunt plures. Si vnus,& tũc ille tenetur:& in subsidium tenetur notarius qui non accepit fideiussorem, vel si accepit, non bonum.Si verò sunt duo vel plures, & tunc aut omnes gesserunt tutelam simul negotiando,quo casu omnes tenentur:& etiam not.vt suprà.Aut aliqui gesserunt,& aliqui non, & tunc tenentur qui primò gesserunt:secundò,qui non gesserunt:tertiò not.quæ distinctio patet in Instit.de satis.tuto.& cura.in glo.ibi signata super §.sciẽdum est.Et ideo notarius sit cautus in accipiendo fideiussorem idoneum. Sed si tutor satisdare non vult,cogendus est captis pignoribus,vt prædicta no.§.penul.Decimum punctum omitto:nam dicam infrà in instrumento administrationis redditæ.

Tutores qualiter conueniantur de sua administratione.

Instrumentum actoriæ. *Rubrica.*

QValiter tutores dantur & excusantur in quibusdam prẹcedentibus instrumentis est dictũ. Sed quia quãdoque istis tutoribus aliqua causa impeditis datur in auxilium actor,ideo de actoribus hîc videamus.hoc demonstrat Rubrica,cùm dicit,Instrumentum actoriæ. Istud instrumẽtum habet quatuor capitula.Primum est administrationis sibi datæ. Secundũ est promissionis præstito iuramẽto. Tertium est satisdationis præstitæ.Quartum decreti iudicis interpositio. Nota tamen quòd actor satisdare non cogitur,& instrumentum actoriæ habebit tria capitula.Si autem vult,bene potest: & tunc tale instrumentum habebit quatuor capitula.Ad euidentiam huius instrumenti quærã duo. Primò,quis sit actor. Secundò,quando,habet locum actoria. Ad primum,scilicet, quis sit actor? Et dico quòd actor est ille,qui à iudice periculo tutoris pro pupillo litigaturus datur:& hoc quando tutor aliqua causa,vtputà,aduersa valetudine, vel alia necessitate impeditur,quò minus negotia pupilli administrare possit. Verba satis patẽt in tex.ideo nõ expono. Ad secundũ,scilicet,

quando habet locum? Et dico quòd tunc habet locum, quando pupillus est minor vij. an. & vult facere procur. cũ consensu sui tutoris vel tutricis: vel habet locum, quando pupillus est absens, & mulier est sua tutrix: nam ipsa facit actorẽ pro pupillo, vt litiget pro eo periculo ipsius tutricis vel tutoris, &c.

Instrumentum curæ ad causas.

Dominicus adultus filius quondam Anto. ante d. Sca. iudicis & assessoris domini R. de villa Potesta. Bono. præsentiam constitutus in causam, quam habet vel habere intendit cum Philippo, & generaliter in omnibus aliis causis, litibus, & controuersiis, quas habet vel habiturus sit cum aliquo vel aliquibus, tam in agendo, quàm in defendendo, d. Corr. ibidem præsentem sibi fecit, & constituit curatorem. Quo curatore ipsius decreto iudicis constituto, promisit ipse curator dicto adulto, & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia omnia & singula ipsi Do. in dicta causa & causis vtilia facere, & inutilia prætermittere: & quicquid ad manus eius occasione ipsius causæ, vel causarum deuenerit, ei ad integrum consignare: Saluo eo, quòd vti semper valeat veritate. Ad hæc An. ipsius curatoris precibus d. Do. de indemnitate omnium prædictorum extitit fideiussor. Post hæc dictus iudex ipsi actui legitimo suam & communis Bono. authoritatem interposuit & decretum.

Instrumentum curæ generalis ad causas, & ad negotia.

Dominicus filius quondam Anto. ante do. Sca. iudicis & assessoris domini R. de villa Potesta. Bono. præsentiam constitutus in causa, quã habet cum tali, & generaliter in omnibus aliis causis, litibus, & controuersiis, quas habet vel habere intendit: vel habiturus est cum aliquo vel aliquibus, tam in agendo, quàm defendendo: & tam in criminalibus, quàm ciuilibus, & in omnibus eius negotiis tractãdis & gerendis dominium Corra. ibidem præsentem sibi decerni & cõstitui petiit curatorem. Quo curatore in prædictis, & quelibet prædictorum ipsius decreto iudicis cõfirmato, promisit ipse curator dicto Do. & corporaliter iurauit ad sancta Dei euan

euangelia omnia & singula ipsi adulto in causis & negotiis eius vtilia facere,& inutilia prætermittere,ipsiúsque personam,& res bona fide custodire,& saluare,& inuentarium secundum iuris ordinem facere,& curare,atque administrationis suæ cum integra restitutione & consignatione omniū eorum,quæ prædictorū occasione ad ipsum peruenerint reddere rationem saluo eo,quòd vti semper valeat veritate. Insuper Andræas ipsius curatoris mandato dicto Do.de indēnitate omnium prædictorum extitit fideiussor.Tandem dictus iudex prædictis omnibus & singulis suam & communis Bono.authoritatem interposuit & decretum.

Instrumentum curatoris dati bonis alicuius absentis & indefensi.

DOminus Sca.iudex & assessor dominus R.de villa Potestatis Bono.cum Anto.ipso ad pluriū creditorum petitionem citato,& eius datione, defensione legitimè proclamata non comparuerit,ipse, videlicet, vel alter pro eo,bonis ipsius Anto.absentis & indefensi d.Corra.ibidem præsentem decreuit & constituit curatorem.Qui curator promisit mihi notario infra scripto stipula.& recipienti nomine & vice dicti Anto.& bonorum eius:& corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia dicta bona fideliter & diligenter perquirere, inuestigare,defendere,custodire,& saluare,& omnia & singula in ipsis bonis vtilia facere,& inutilia prætermittere,& inuentarium de ipsis bonis facere,necnon administrationis & curiæ ipsorum bonorum secundum iuris ordinem reddere rationem saluo eo,quòd semper vti valeat veritate. Insuper And.ipsius curatoris precibus mihi notario recipiēti pro ipso Anto.& bonis eius de prædictis omnibus & singulis extitit fideiussor,sub obligatione suorum bonorum. Cæterum idem iudex,&c.vt supra.

Si filiusfamilias habens causam,& allegans patris absentiam, petierit ipsi causæ curatorem dari, ita scribes.

DOminicus adultus filius Anto.in præsentia do. Sca.iudicis & assessoris do. R.de villa Potestatis Bono.cōstitutus,licet patrem habeat,absentiam tamen patris allegans petiit Corra. in causam,

quàm habet vel habere intendit cum Phi.curatorem sibi constitui & decerni. Quo curatore ipsius decreto iudicis confirmato, promisit ipse curator dicto do.& corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia omnia & singula ipsi causæ vtilia facere,& inutilia pretermittere:& quicquid ad manus eius peruenerit,&c.vt suprà in instrumento curæ ad causas. Vnde nota quòd filiofamiliàs personæ, videlicet, non datur curator, sed datur solummodò causæ suæ in dicto casu.

Si vero dabitur curator impuberi, excedenti tamen infantiam,& non habenti tutorem, cùm imminet ei causa, ita scribes.

Dominus impubes, maior tamen infante, filius quondam Ant.tutore carens,& causam habens vel habere intendens cū Phi.ante do. Sca.iudicis & assessoris do.Ro.de villa potestatis Bononiæ præsentiam constitutus sibi in dicta causa dominum Corra.ibidem præsentem petiit curatorem constitui & decerni:quem d.Cor.prædictus iudex dedit & cōstituit & ordinauit curatorem ipsi Do.impuberi, dicendo:iste curator. Quo curatore ipsius decreto iudicis cōfirmato, promisit idem curator dicto Do.& corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia,&c.vt suprà in instrumento curæ ad causas.

Si autem dabitur curator pupillo tutorem habenti, sed negotium & causam cum ipso tutore habituro, ita scribes.

Dominicus pupillus filius quondam Ant.quia cum domino Corra.eius tutore causam habiturus est:Vel sic, quia cum dicto Corr.ad diuisionem peruenturus est, ante præsentiam talis iudicis constitutus petiit sibi dominū M.eius patruum super dicta diuisione, aut in dicta causa decerni & constitui curatorem. Quo domino Martin.curatore dicto pupillo super prædictis, ipsius decreto iudicis constituto, promisit ipsi Do. Et si minor infante fuerit, dices: promisit mihi notario pro ipso stipulat.&c. vt suprà in instrumento curæ ad causas. Cæterùm nota quòd aliquando datur curator pupillo tutorem non idoneum habenti,& etiam pupillo

pillo, qui tutorem absentem habet. Item datur pupillo curator in locum tutoris excusantis se de tutela ad tempus, vt quousque peruenerit ad illud tempus sit curator: & sic curator quandoque supplet sui vicem & tutoris. Quorum curatorum instrumenta ex antecedentibus contractibus sumere poteris. Item nota quòd aliquando datur curator mutis, surdis, furiosis, mentecaptis, prodigis, & perpetuo morbo laborantibus. Quorum curatorum instrumentum sic inchoabis.

Curator surdi & muti.

DOminus Sea. iudex & asses. do. R. potesta. Bono. citatis agnatis & cognatis Do. muti & surdi filij quondam Anto. quia eorum omnium approbatione & testimonio d. Corrad. eius patruum circa administrationem & curam personæ & rerum d. Do. magis inuenit idoneum d. Corrad. ipsi Dominico constituit curatorem. Qui curator promisit & iurauit, &c. vt suprà, in instrumento tutelæ, nomine tutoris in curatorem mutato. Item aliquando datur curator ventri: sed quia hoc instrumentum rarò ad exercitium venit, ideo illo omisso ad vtiliora veniendum est.

Instrumentum cura ad causas.

Instrumentum cura generalis ad causas & ad negotia.

Instrumentum curatoris dati bonis alicuius absentis & indefensi.

Si filiusfamiliâs habens causam, & allegans patris absentiam petierit ipsi causæ curatorem dari.

Si verò dabitur curator impuberi, excedenti tamen infantiam, non habenti tutorem, cum imminet ei causa.

Si autem dabitur curator pupillo tutorem habenti, sed negotium & causam cum ipso tutore habituro. *Rubrica.*

Præsens

PRæsens instrumentum curæ continuatur ad superiora ista forma: Viso suprà quòd instrumenta tutelæ debent fieri cum decreto iudicis, restat nunc videre de instrumentis quæ fiunt cum decreto iudicis, & est instrumentum curæ. Casus huius instrumenti talis est: Dominicus adultus filius quondam Io. in præsentia talis iudicis constitutus in causa, quam habet, vel habere intendit cũ Cor. & generaliter in omnibus suis causis, Ioannem ibidem præsentem suum constituit curatorem, &c. Qui curator promisit, &c. vt suprà, de tutela. ad hoc ipsius cura. precibus dicto Dominico de indem. iurauit, & omnium prædictorum extitit fideiussor. & dictus iudex suam & communis Bono. authoritatem interposuit & decretum. Præsens instrumentũ habet quatuor capitula. Primũ est traditionis administrationis. Secundũ promissionis. Tertium est satisdationis præstitæ. Quartum decreti iudicis interpositi. Circa præsentia instrumenta quinque sunt videnda. Primò, quis sit curator, & quare sic dicatur. Secundò, qui possunt dare curatorem quibus potest dari, & qui possunt esse curatores. Tertiò, qualiter constituãtur curatores, & qualiter quælibet cura finiatur. Quartò, quot modis cura excusatur, & vt suspectus remouetur. Quintò, quòd sit officium curatoris. Ad primum. s. quis sit curator? & dico quòd curator est ille, qui datur à iudice vel à lege liberis puberibus, interdũ inuitis, necnõ maioribus xxv. an. quandoq; furioso, mentecapto, muto, prodigo, & perpetuo morbo laboranti causæ, rei, ventriue, bonis absentis & indefensi, & operibus publicis cum idonea cautione, sempérque cum iuratoria cautione præstanda. Exponamus hæc verba: & primò dicit, curator est ille, non autẽ illa; quia mulier nõ potest esse curatrix: quia officiũ curæ est virile, & mulieres sunt à virilibus officiis repellendæ, etiã propter sexus inconstantiam, & variabilitatem. Modò sequitur, qui datur à iudice vel à lege: ideo dicit, à iudice: quia omnes curatores dantur à iudice, nisi in duobus casibus, in quibus dantur à lege. Primus casus est, quando aliquis est furiosus: nam sibi à lege de curatore prouidetur. Secundus casus est in prodigo: nam etiã tunc datur à lege. In omnibus autem aliis casibus dantur tantũ à iudice. nisi in istis duobus casibus. & ideo dicit à lege, vt Instit. de curat. § furiosi quoque. in gloss. ibi signata. Sequitur, puberibus

Curator quid sit.

ribus:ideo dicit,puberibus:quia adultis regulariter dantur curatores vſque ad xxv.an.& non minoribus nec maioribus, vt patebit.Sequitur,interdũ inuitis:ideo ſic dicit, quia etiam in certis caſibus curatores dantur puberibus inuitis, vtputà quando pupillus intendit habere litem cum tutore ſuo: vel quando vult diuidere bona ſua hæreditaria:quia tunc quãuis habeat tutorem,ſibi datur curator: vel vult curatorem ſolũ ad vnam cauſam,vel ad vnam rem,vel quando tutor eſt infamis,vel quando eſt datus ex tempore in annum:& in multis aliis caſibus. Sequitur nunc,necnõ maioribus xxv.an.quia non puberibus ſolùm, ſed etiam maioribus curator datur. Sequitur,furioſo:quia propter furorem datur curator niſi ſit furioſus minor xxv.an.vt Inſti.de curato.in prin.in glo. quæ incipit,ſed hac ratione.Sequitur,mentecapto: quia propter dementiam ſibi datur etiam curator. Sequitur, muto: quia etiam muto datur curator.Sequitur, rei: quia vnſi rei datur cura. vt quando pupillus vel altera ex perſonis ſupradictis vult emere vel vendere. Sequitur,cauſæ:quia quando pupillus habet cauſam vel litem cũ aliquo,datur curator illi cauſæ:& hoc eſt,quod dicitur in Inſti.de cura.circa prin. Inuiti adoleſcentes curatorem non accipiunt,præterquàm ad lites. Sequitur,ventri:nã ventri datur curator,vtputà,quando mulier eſt prægnans,vel dicit ſe eſſe,& non eſt:& hoc facit, ne expellatur de poſſeſsione bonorum mariti,tamen ventri datur curator ne ipſa diſsipet bona mariti. Sequitur bonis abſentis & indefenſi:nam quando quis eſt abſens aliqua de cauſa,& teneatur mihi in centum facio ipſum citari, non venit: iudex videns ipſum non eſſe præſentem iuſta de cauſa dat ſibi curatorem,vt ſtet in lite pro eo.Sequitur,operibus publicis: quia quando quoddam opus publicè fit, ſuper eo datur curator.Sequitur,cum idonea cautione: ideo ſic dicit, quia quilibet curator ſatiſdare tenetur de reddendo ipſi debitori ratione adminiſtrationis. Sequitur, ſempérque iuratoria cautione præſtanda:ideo ſic dicit,quia quilibet curator tenetur iurare vtilia facere,& inutilia prætermittere. Sed quare dicitur curator?certè dicitur à cura,quã habere debet illius, cuius eſt curator.& ſic nomen eſt conſequens rei, vt eſſe debet:vt Inſti.de dona.§.eſt & aliud. Ad ſecundum prin. mẽbrum,ſcilicet,qui poſſunt curatores dare,quibus poſſunt dari,& qui poſſunt dari in curatores?& dico quòd illi poſſunt *Curatores qui dare poſſunt.*

dare

dare curatores, qui possunt dare tutores: qui autem possunt dare tutores dictum est suprà in instrumento tutelæ: vt est iudex ordinarius habens iurisdictionem super adulto. Sed quibus possunt dari curatores? certè hoc patet per ea quæ iam dicta sunt in diffinitione. Sed qui possunt esse curatores? certè illi, qui possunt esse tutores datiui, non autem testamentarij: nam in testamento tutores esse possunt minores & furiosi, vt suprà in dicto instrumento dictum est: curatores autem esse non possunt. Dicit etiam, datiui, non autem legitimi: nā mulieres, vt est mater vel auia, possunt esse tutrices, non autem curatrices: tamen quidam tenēt quòd mater vel auia possunt esse curatrices. Ad tertium, scilicet, qualiter curator constituatur, & qualiter cura finiatur? & dico quòd constituitur à iudice cum promissione, præstita etiam satisdatione. Sed ad quid ordinatur curator? certè quandoq; ad vnam rem tantū, & tunc cura finitur finita re: quandoque ad plures, & tūc ipsis finitis, ipsa cura finitur: quandoq; fit cura ad vniuersam propter morbum, vt datur furioso, mentecapto, surdo, & tunc finitur in istis adueniente sanitate: quandoq; fit propter ætatē, vt quia minor sum xxv. an. & maior xiiij. tunc datur mihi curator: quandoque ad vnam causam tantū, & tunc finitur finita causa: quandoque ad plures causas, & tunc ipsis finitis, ipsa cura finitur. Si est curator generalis, finitur his modis, quibus tutela finitur. Sed si datur curator prodigo, finitur cura desinente prodigo: quia causa deficiente, scilicet, prodigo, deficit effectus. Si datur ventri finitur cura adueniente partu. & sic de aliis. Ad quartum prin. membrum, scilicet, quibus ex causis excusatur curator à cura? & dico quòd excusatur illis modis, quibus tutor excusatur à tutela: qui modi patent in prædicto instrumento tutelæ, etiam habes eos Insti. de excu. tuto. & cura. per totum titulū. Sed quibus ex causis remouetur vt suspectus? certè illis causis ex quibus & tutor, vt suprà, in instrumento tutelæ patet in sexto puncto. Hic tamen not. quòd tutor non potest esse maritus pupillę suæ, nec curator suæ adultæ: verū est, officio nō finito: sed si post officium contractū sit matrimoniū non dissoluitur, nisi sanguis vel affinitas impediant. Ad quintum & vltimū prin. membrum, scilicet, quid sit officium cuiuslibet curatoris? Et dico quòd est diuersum. Sed ad eius euidentiam scias, ꝙ quando curator datur liti, debet procurare, & satisdare, debet etiā promittere

Curator qualiter constituatur.

Excusatio curatorum.

Curatoris officium.

tere de stando in lite vsque ad diffinitiuã sententiam:& si est lata contra eum debet appellare à sententia, si est necesse:& si ex ea lite nihil consequatur, desinet adulto, cuius curator est, in secundo instrumento summæ nostræ, curator fit generalis, & ad causas, & ad negotia, & eius officium est tale: quia habet promittere, iurare, & satisdare, & inuentarium facere. Item debet reddere rationem suæ administrationis. In tertio instrumẽto curator datur bonis absentis & indefensi, & eius officium tale est: quia habet promittere, iurare, & satisdare, inuentarium facere, ire ad causas, & stare pro eo ipsum legaliter defensurum. In quarto instrumento, cuius rubrica incipit, Si filiusfa. &c. eius officiũ est promittere, & iurare, & stare in ius vsque ad finem. In quinto instrumento, cuius rub. incipit, Si verò datur curator impuberi, &c. cuius officium est tale, quòd debet promittere, iurare, satisdare, ire ad causas pro pupillo, & stare in ea vsque ad finem. In sexto instrumento, quando datur curator pupillo: quãdo vult diuidere bona hæreditaria, quę habet pro indiuiso cum fratre suo, vel cum aliquo alio eius officium tale est, quòd debet iurare, promittere, & satisdare, & videre diuisionem, ne decipiatur pupillus: & ipsa diuisione facta curator suam interponat authoritatẽ. Si autẽ datur operibus publicis, iuret curator facere bona fide. Tamen plenius eorũ officiũ patet in quolibet instrumẽto.

Instrumentum inuentarij confectum à tutore.

IN nomine Patris & Filij & Spiritussancti, Amen. Corrad. tutor constitutus & decreto iudicis confirmatus Do. pupillo filio & hæredi. quondam Anto. vt patet in instrumento super decreto eiusdem tutelæ descripto manu talis notarij, sciens ad inuentarij confectionem de rebus & bonis ipsius pupilli secundum iuris ordinem se teneri, præsens inuentarium, mox postquàm tutor fuit constitutus, & confirmatus fuit tutor, de bonis & rebus creditis & debitis atque mobilibus debitorum hæreditatis quondam dicti Antonij & ipsius pupilli, inceptum sub anno domini M.ccl. indictione xiij. die vj. intrante Aprili in hunc modum, præmisso venerabilis sanctæ Crucis signaculo facere procurauit. In primis quidem dixit & asseruit in bonis & hæreditate prædicta se inuenisse duo scrinia, & totidem

vegetes

vegetes,& tantum frumentum,& tantum vinum, & sic de
singulis,ponendo primò res mobiles.Secundò,res immobi-
les,scilicet,domos & terras designatas per loca & latera.Ter
tiò & vltimò credita & debita.Vnde nota quòd curatores ge
nerales etiam de bonis & rebus adulti,seu muti,vel surdi,&
similium personarum,& etiam curator datus ventri,& cura-
tor datus bonis absentis & indefensi,debet inuentarium fa-
cere simili modo & forma,mutato nomine tutoris in cura-
torem,& nomine pupilli in nomen adulti,seu muti,& teno-
re negotij:& tam tutores,quàm curatores generales debent
inuentarium conficere, mox quàm fuerint constituti,id est,
quàm citò possunt:& debet scribi dies,in quo inuentariũ in-
cohatur,& dies,in quo terminatur,siue legatur inuentarium
coram testibus.Fit etiã & nihilominus ab hærede:quod qui-
dem inuentarium facit aliquis ex testamento vel ab intesta-
to,ne hæres inconsultè adeat hæreditatẽ:& ex huiusmodi in-
uentario consequitur hoc beneficium,quia postmodum vltra
vires hæreditarias creditoribus hæreditariis non tenetur, &
etiam cõsequitur Falcidiam. Veruntamen debet inchoari in-
fra triginta dies,postquã se hæredem esse cognoscit: & infra
alios lx.terminari,si fuerint res hæreditariæ, vel maior pars
in eadem prouincia. Alioquin infra annum à morte testato-
ris,hærede sciẽte morte testatoris:& debet hæres propria ma-
nu signum crucis præponere.Prætereà debent conuocari hæ-
redes legatarij,& fideicommissarij,& creditores hæreditarij,
ꝙ si non fuerint aliquid,vel si tamẽ fuerint,& interesse nolue
rint,adhibendi sunt tres diuites & bonæ cõditionis illius ter-
ræ,vel cõtratę,in quorũ pręsentia hęc fiãt:& debẽt primò scri
bi maiora & meliora, deinde viliora,& postmodũ credita &
debita. Quod inuẽtariũ fit secũdũ formã hîc inferius scriptã.

Instrumentarium ab hærede confectum.

CVm Do.filius q. Ant.ab ipso patre in eius testamẽto
hæres institutus fuerit,& relictus,idẽ D.volẽs nõ in
cõsultè,sed cum beneficio inuentarij hęreditati ipsi
se immiscere,ne vltra vires hæreditarias teneatur,
& vt beneficiũ ex hoc inuentario de iure debitum,sibi ad in-
tegrum reseruetur. Venerabili signo Crucis anteà propria
eius manu præposito, legatarius insuper, & fideicommissa-
riis, & creditoribus hæreditarijs,citatis,& pręsentibus,s.dño
tali,

tali,& domino tali,pręsens inuentarium de bonis ipsius hæreditatis,procurauit facere in hunc modum. In primis quidē asseruit se inuenisse in dicta hæreditate vnam domum positam in tali loco,intra tales confines,&c.ponendo res immobiles chariores,deinde mobiles & viliores, postmodum credita,& debita,quibus positis,dices ita: Lectum & cōpletum fuit hoc inuentarium in tali loco, sub anno domini M.&c. præsentibus talibus &c. Nota tamen quòd secundum ordinem iuris quædam solennitates seruandæ sunt, videlicet, quòd aut se subscribat hęres:aut si ignarus sit literarū,vel scribere nesciat,vel sit impeditus,alteri tabellioni adhoc solummodo adhibendo mandet pro se literas supponere: & quòd intersint testes,qui hæredē cognoscant:sed ista vt plurimum repugnante consuetudine,non seruantur.

Instrumentum inuentarij confectum à tutore. Rubrica.

PRęsens instrumentū continuatur ad superiora ista forma. Nos suprà vidimus in quibusdam præcedentibus instrumentis qualiter tutor & curator constituantur. Sed quia tutores tenentur inuentarium facere,& vt plurimum curatores,ideo de ipso inuentario loco præsenti videamus. Declarat hoc Rubrica,cùm dicit,Instrumētum inuentarij. Casum non pono:quia in litera istorum duorum instrumentorum euidentissimè declaratur. Quodlibet istorum duorum instrumētorum habet duo capitula. Primū est proœmium. Secundum descriptionis bonorū. Tertium addi potest, scilicet replicationis. Circa ista duo instrumenta sex sunt videnda. Primò quid sit inuētarium,& quare sic appellatur, & quot nominibus nuncupatur. Secundò,qui teneantur facere inuentarium de necessitate, & qui possunt de voluntate. Tertiò, de quibus rebus debet fieri inuentarium. Quartò,qualiter conficiatur inuentarium,& infra quę tempora debeat inchoari, & infra quæ tempora debeat finiri & compleri. Quintò quid iuris sit,si tutor vel curator non fecit inuentariū. Sextò, quis sit effectus cuiuscunque inuentarium facientis. Ad primum, scilicet, quid sit inuentarium? Et dico quòd inuentarium est bonorum omnium publicè facta descriptio, à tutore vel curatore vel hærede confectum solennitate iuris debita con-

currente. Modo exponamus verba. Et primò, dicit inuentarium est bonorũ omniũ: nam omnia bona debent in inuentario describi. Sequitur, publicè: quia publicè debet parari omnibus: vel publicè, à publica persona confectum: ideo dicit facta descriptio. Sequitur à tutore. nam tutor cogitur facere inuentarium, siue sit testamentarius, siue legitimus, siue datiuus. Sequitur vel curatore: nam curator interdum cogitur facere inuentarium, vt putà, quando est generalis ad negotia, vel quãdo datur bonis absentis, &c. Sequitur, vel hærede confectum: nam hæres aliquando cogitur inuentarium facere: vt putà, in duobus casibus. Primus est, quando hæres rogatus est vt hæreditatem alteri restituat. Secundus casus est, quando vult beneficia consequi, qui statim dicam in sexto puncto. Sequitur solennitate iuris debita concurrente: nam multæ solennitates in inuentario poni debent, vt dicam infrà in quarto puncto. Sed quare appellatur inuentarium? certè dicitur ab inuentione: quia omnia inuenta poni debent in inuentario. Appellatur etiam repertorium in bonorum descriptione.

Inuentũ facere qui tenentur.

Ad secundum, scilicet, qui tenentur inuentarium facere de necessitate? Et dico quòd omnes tutores, siue sint testamentarij, nisi testator eos in suo exonerauerit testamento: siue sint legitimi, siue datiui, vt superius dictum est. Curator non tenetur, nisi datus sit omnibus bonis: vel si est datus ventri, vel bonis absentis & indefensi. Item prælatus ecclesiæ tenetur facere inuentariũ de bonis in ecclesia inuẽtis, & specialiter de mobilibus. Si autem curator est datus causæ vel rei, inuentarium facere non tenetur. Item hæres tenetur facere inuentarium in duobus casibus, quos dixi suprà in diffinitione. Sed qui possunt facere inuentarium de voluntate? certè omnes et istis desuper nominatis. Ad tertium scilicet, de quibus rebus debet fieri inuentarium? Et dico quòd de bonis mobilibus & immobilibus, debitis & creditis, etiam de stipendiis à republica percipiendis. Ad quartũ, scilicet, qualiter inuẽtariũ cõficiatur? Et dico quòd si est inuentariũ confectũ à tutore vel curatore, primò debẽt viliora, vt putà, res pertinẽtes ad lignum. Secundò ea, quæ pertinent ad lanam vel linum. Tertiò pertinẽtia ad liquidum, idest, ad res liquoris, vt puta, vinum & oleum. Quartò pertinẽtia ad bladum, vt frumentum, &c.

Inuentũ de quibus rebus.

Vlterius res immobiles describantur, vt putà, domus, terra, & vineæ & prata, & similia. Vlterius aurum, & argentum

tum sine pecunia in bonis inuenta vlterius debita & credita recipienda. In inuentario facto ab hærede totum oppositum: quia primò debent scribi meliora, postea viliora. Sed infra quæ tempora debet inuentarium inchoari? certè hoc non est limitatũ à lege, nisi quod lex dicit, Inchoata hæreditate, mox inuentarium inchoetur. Debet finiri quã citius potest: & hoc de inuentario facto à tutore vel curatore. Inuẽtarium autem factum ab hærede debet infra xxx. dies inchoari & terminari intra lx. dies, ita quòd habeat tres menses: & isti menses incipiunt à die scientiæ, quòd ipse fuit institutus hæres. Itẽ necessarium est quòd in principio inuentarij fiat signaculum sanctæ Crucis ab hærede: & hoc propria manu, si sciat. Si autem nesciret, notarius debet ducere manum: ita quòd faciat Crucem. Item debent esse præsentes tres vicini. Item debẽt vocari omnes habentes ius in ipsa hæreditate. Ad quintum prin. membrum, scilicet, quid iuris, si tutor vel curator non fecit inuentarium? Et dico quòd non potest defendere pupillum vel adultum, nec pro ipsis agere, & poterũt remoueri vt suspecti. Ad sextũ & vltimũ princ. membrum, scilicet, quis sit effectus, si hæres facit inuentariũ? Et dico quòd multa beneficia consequitur: primò, quia non tenebitur vltra vires hæreditarias: etiam quia non poterit compelli de debitis hæreditatis, nisi finitis tribus mensibus à die scientiæ suæ: etiam quia poterit detrahere de quolibet legato quartam trebellianicam.

Instrumentum, quomodo suus hæres ab hæreditate se abstineat.

DOminicus filius quondam Anto. ante domini Sca. iudicis & assessoris d. Rolan. potestatis Bonon. præsentiam constitutus, quia hæreditatem quõdam dicti patris sui sibi ex testamento delatam: vel sic, quia hæreditatem quõdam dicti patris sui ad se ab intestato spectantem sibi credit fore damnosam, ne à creditoribus ipsius hæreditatis, vel aliis quibuscunque occasione hæreditatis eiusdem pulsetur in aliquo, vel grauetur, ab eadẽ hæreditate omnino abstinuit, & ipsam, & omne ex ea commodum & incommodum penitus recusauit, protestans & asserens se nolle ipsius hæreditatis commoda nec incommoda sentire, nec creditoribus respondere.

Instrumentum quomodo extraneus hæres hæreditatem repudiat.

DOminicus filius quondam Anto. ante præsentiam talis iudicis constitutus, quia hæręditatẽ q. Cor. sibi ab ipso Cor. in eius testamẽto relictam credit sibi fore damnosam, hæreditatem ipsam repudiauit omnino, & omne commodum & incommodum ex ea penitus recusauit. Igitur nota, quòd ille dicitur hæres suus, qui erat in potestate defuncti: & hic, si hæreditatem non vult, debet abstinere se, vt in priori charta. Si autem ipsam receperit, debet se immiscere. Extraneus verò dicitur, qui in potestate instituentis non est: & hic, si hæreditatem non vult, debet eam repudiare, vt in secunda charta. Si autẽ ipsam recipit, dicitur eam adire. Vnde breuiter immiscere, vel abstinere, est suorum hęredum: adire, vel repudiare, extraneorum hæredum est.

Instrumẽtũ quõ suus hæres hæreditatẽ repudiet. Rubr.

VIso de inuentario facto ab hærede de hæreditate paterna, Restat nunc videre qualiter ipse hæres repudiat hæreditatem. hoc est, quod dicit instrumentum, quomodo suus hæres ab hęreditate se abstineat, &c. Et etiam sequens instrumentum tractat, quomodo hæres extraneus repudiat hæreditatem sibi delatam. Casum istorum instrumẽtorum non pono, quia in litera satis patet. Instrumenta nostra habent vnum solum capitulum, scilicet procemij: circa hæc instrumenta quærere volo tria. Primò quid sit adire, & quid immiscere: quid abstinere, quid repudiare: & quæ differentia est inter ista nomina. Secundò si hæres semel hæreditatem adiuit, vtrum possit postea repudiare, & econuerso. Tertiò qualiter hæreditas aditur. Ad primum, scilicet, quid est adire & immiscere? & dico quòd adire est hæreditatem sibi delatam à patre in testamento, vel ab intestato velle habere. Immiscere autẽ est hæreditatẽ ab extraneo sibi delatã habere velle. Sed quid est abstinere? certè est hæreditatẽ sibi delatã à patre ex testamento, vel ab intestato nolle habere. Sed quid est repudiare? certè repudiare est hæreditatem sibi ab extraneo delatam nolle habere. tamen loquendo propriè differentia est inter ista nomina. Nam immiscere & abstinere spectant

Adire hæreditatẽ & immiscere.

dûit ad suos hęredes:& quilibet, qui potest venire ex testamento vel ab intestato,& est persona habilis: quia si est infans minor septem an. non potest adire, nisi cum tutoris authoritate, & furiosus cũ curatoris authoritate. Adire & repudiare pertinēt ad hæredem extraneum:& appello omnem extraneum præter illos, qui sunt in potestate testatoris tempore mortis ipsius testatoris: tamen vnus ponitur pro alio impropriè loquendo. Ad secundum, scilicet, si hæres adiuit semel hæreditatem, vtrum eam possit repudiare: & si semel repudiauit, vtrum eam possit adire? & dico quòd non, nisi sit minor xxv. an. qui iuuatur beneficio restitutionis in integrum. Ad tertium & vltimum, scilicet, qualiter aditur hæreditas? & dico quòd quandoque aditur re tantùm, quandoque verbo tantùm, quandoque re & verbo simul. Re tantùm, vt putà, quādo administrat bona hęreditatis tanquam hęres. Verbo tantùm, quando facit fieri instrumentum quomodo intendit adire hęreditatem. Re & verbo simul, quando gerit negotia, & facit instrumentum, quomodo intendit gerere. Sed ponamus ꝙ filius vult se abstinere ab hæreditate, & vult legitimá suam in qua pater suus ipsum condēnare non potuit, quæritur vtrū possit? & dico quòd nō: quia vel oportet quòd in totū accipiat hæreditatem, vel totaliter bonis hæreditariis spolietur.

Instrumentum rationis administrationis reddita vel reddenda.

DOminicus filius quondam An. cōfessus & contentus fuit dominum Cor. ipsius tutorē rationem administrationis suæ super omni eo, quod administrauit, aut administrare debuit in bonis, & circa bona eius, occasione ipsius tutelæ, plenè ac apertè ostendisse & reddidisse eidem, visis, inspectis, ac cognitis actibus, & scripturis administrationis eiusdem: & quòd integrè dedit, restituit, ac consignauit sibi omne id, & quicquid ad eum peruenit de bonis & rebus ipsius occasione administrationis dictæ tutelæ, quam fecit & facere debuit in bonis & circa bona sua: & ipsum illud, videlicet, quod in reliquis & residuis fuit ipsa omnia reliqua & residua, omnia & singula instrumēta bonorum & possessionum eius, approbās, ratificans, & confirmans ipsa acta, rationes & scripturas, & quicquid gestum, & administratum est per ipsum Cor. in bo-

nis, & circa bona ipsius Do. & omnes & singulas solutiones, dationes, & pacta, & contractus occasione dictæ tutelæ factæ ab eo. Quapropter dictus Do. per se & suos hæredes promisit dicto Domino Corr. pro se & suis hæredibus stipulanti, quod non petet ab eo decæterò vel eius hæredibus, aut alteri pro ipso aliquid occasione dictæ tutelę vel administrationis factę vel faciendæ bene, vel malè gestæ, aut quòd reddat ei decæterò rationem, vel quòd reliqua præstet, & quòd nullo tempore dicet vel opponet, quòd ratio non sit ei reddita, & reliqua in integrum præstita, & nullam aliam cõtrariam exceptionem, vel defensionem, seu negotiationem iuris vel facti contra aliquod prædictorum vel infrascriptorum in aliquo faciet, vel opponet, faciens eidem domino Corrado pro se & suis hæredibus recipienti finem, refutationem & pactum de vlterius non petendo de omni eo, quod ab eo, vel eius hæredibus petere posset occasione dictæ tutelæ, seu administrationis benè, vel malè gestæ, seu alia quacunq; ratione vel causa, & liberans, & absoluens eum & eius hæredes, & bona per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem legitimè interpositam: necnon renuntians exceptioni non numeratarum, traditarum, consignatarum, & restitutarum rerum, exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij iuris auxilio. Quæ omnia & singula, &c. idem Do. per se suósq; hæredes promisit dicto domino Corr. pro se & suis hæredibus stipulanti, firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire per se vel alium, aliqua causa vel ingenio, de iure vel de facto: Sub pœna centum lib. Bon. stipulatione in singulis capitulis &c. De pœna, & refectione damnorum, & expensarum, & obligatione bonorum suorum in fine facies eum iurare more minorum.

Instrumentum rationis administrationis reddita vel reddendæ. Rubrica.

Tutor ad quid tenetur pupillo, & pupillus tutori.

VIso qualiter tutor & curator datur, restat nunc videre qualiter ipsi reddant rationem administrationis suæ. hoc ponit rubrica, cùm dicit, Instrumentum administrationis rationis redditæ vel reddendæ. Casum instrumenti non pono, quia in litera satis patet. Circa præsens instrumentum videamus ad quid teneatur tutor pupillo, & econuerso, & quibus

quibus actionibus? & dico ꝙ ex contractu tutelæ nascitur obligatio ex quasi cōtractu, vt Inst. de oblig. quæ ex quasi cōtractu nascitur. §. tutores quoq;. Et ex illa obligatione datur actio vtilis tutelæ directa & contraria. Directa datur pupillo contra tutorem, vt tutor teneatur sibi rationem reddere suæ administrationis, finita tutela: & tenetur tutor de dolo, lata culpa, & leui. Sed contraria actio datur tutori contra pupillum, vt si tutor expendit aliquid pro pupillo vtiliter vel necessariò, quòd debeat ipsum reddere, & ipsum liberare. Et idem dicas de adulto & curatore. Vnũ tamen scias, ꝙ quando pupillus attingit primos limites pubertatis, & vult tutorem rationem sibi reddere suæ administrationis, quòd de statuto debet dari curator, qui sibi petat rationem dari. Et ista ratio debet reddi coram iudice suam authoritatem interponente, nisi adultus iuret se maiorem: quia virtute iuramenti valet sine aliis solennitatibus: quia iuramentum repræsentat minorem esse maiorem.

Instrumentum procurationis ad causas.

ANtonius fecit, constituit, & ordinauit Corra. ibidem præsentem, & infrascriptam procurationem sponte recipientem, & Anto. licet absentem, & quemlibet eorum insolidum, ita tamen quod non sit melior conditio occupantis, suos procuratores, actores, & nuntios speciales in causa, quam habet, vel habiturus est cum Philippo, coram tali iudice, ad libellum recipiendum, seu offerendum, terminos & dilationes petendum, litẽ contestandam, exceptiones proponendas & recipiendas, & producendos testes, & instrumenta producenda, & alterius partis videnda, & reprobãda, iudices eligendos & recusandos, suspectos dandos, sententiam audiendam, appellationem committendam, & prosequendam, & generaliter ad omnia & singula facienda, quæ merita causarum exigunt, & quæ ipsemet facere posset. Promittens se firma & rata habiturum quæcunque dicti procuratores, aut alter eorum circa prædicta, vel aliquod prædictorum duxerit facienda. Nota quòd aliquando dominus procuratorem suum releuat ab omni onere satisdationis: & fieri potest in ipso eodem instrumento. Posito enim toto tenore instrumẽti prędicti subsequẽter dices: Et quia vo.

luit dictus Anto. ipsum procuratorem suum releuare ab onere satisdationis, promisit mihi R. notario infrascripto stipulanti vice & nomine omnium eorum, quorum intererit de iudicio sisti, & iudicato soluendo: & quòd tempore sententiæ recitandæ in iudicium veniet, si opus fuerit, & commodè fieri poterit: & omnia dabit, & soluet aduersariis suis pro omnibus clausulis, quæ in condemnatione continebuntur, nisi fuerit prouocatum sub obligatione omnium suorum bonorum. Si autem ista satisdatio fiat in actis coram iudice, ita scribes: Et quia voluit dictus procurator ab onere satisdationis releuari, iudicatum solui, promisit mihi notario infrascripto stipulanti, nomine dicti Phi. & omnium illorum, quorum intererit, quod defendet dictum Anto. & nihil dolo malo faciet in dicta tota lite, & quòd tempore sententiæ ferendæ erit in iudicio, & soluet iudicatum, nisi ab eo fuerit prouocatum sub hypotheca rerum suarum: Et pro his omnibus & singulis obseruandis, dictus Antonius extitit fideiussor, sub obligatione suorum bonorum omnium.

Instrumentum procuratoris generalis ad causas & negotia.

ANtonius fecit, constituit, & ordinauit Corra. ibidem præsentem, & sponte recipientem suum procuratorem, actorem, & nuntium specialem, specialiter in causa, quã habet, vel habiturus est, aut habere intendit cum P. & generaliter ad omnes, & in omnibus eius causis, litibus & controuersiis, quas habet, vel habiturus est, tam in agẽdo, quàm defendendo, cum aliquo vel aliquibus, coram quocunq; iudice, tam ecclesiastico, quàm seculari, super quibuscunq; negotiis, ad libellos offerendos recipiendósq;, lites contestandas, exceptiones proponendas, terminos & dilationes petendas, & recipiẽdos & producẽdos testes, & instrumenta producenda, & alterius partis vidẽda & reprobãda, iudices eligendos & recusandos, suspectos dandos, sentẽtias audiendas, & appellationes cõmittẽdas & prosequẽdas, & ad omnia & singula faciẽda, quæ merita causarũ exigũt & requirũt: itẽ ad petendũ, exigendũ, & recipiendũ omne id, & quicquid ipsi Ant. ex quacunq; causa ab aliquo debetur, & de habitis & receptis chartã solutionis faciendũ, & ad paciscendũ, & cõponendũ & transig

transigendũ, & cõpromittendum, & laudũ, & arbitriũ audiendum, & prosequendũ ad contrahendũ debita, &ad cõstituendum sibi alios debitores, & ad venditiones, emptiones, locationes, & cuiuscunq; generis contractus faciendos, & ad obligandum se nomine ipsius Ant. & bona ipsius Ant. super quocunq; contractu, & generaliter ad omnia eius negotia tractãda & gerenda, & ad omnia & singula facienda, quæ circa prædicta, vel aliquid prædictorum sibi vtilia videbuntur, & quæ per quẽlibet legitimũ procuratorẽ & nuntiũ fieri possunt. Dãs ei plenã & liberã potestatẽ, & generale mandatũ ad prædicta omnia & singula facienda, super prædictis & quolibet prædictorum, quoties expedierit & voluerit procuratorẽ vnum vel plures constituendi. Et promittens se firma & rata habiturũ quæcunq; dictus Cor. procurator, aut alius, vel alij ab eo cõstituendi circa prędicta; vel aliquod prędictorũ duxerit faciẽda, & non contraueniet: Sub obligatione omniũ suorũ bonorũ.

Instrumentum procurationis ad causas.

PRæsens instrumentum procurationis cum sequenti continuatur ad præcedentia ista forma: Nos suprà vidimus in principio huius capituli, ꝙ istud capitulum fuit diuisum in quatuor partes: Nam in prima parte ponitur de instrumento, quomodo quis subiiciatur alterius potestati, iudicis decreto interueniente, &c. Sed cùm dictum sit de tribus primis partibus per ordinem, restat nunc videre de quarta & vltima, scilicet, de illo qui gerit negotia aliena. hoc est quod dicit rub. cùm dicit, Instrumentum procurationis ad causas. Casum huius instrumenti non pono, quia in litera satis patet. Istud instrumentũ & sequens habent tria cap. Primũ est cõtrahentiũ. s. illius qui cõstituit procuratorẽ, & illius qui procurator cõstituitur. Secundũ est eius ad quod cõstituitur. Tertiũ est promissionis de ratihabitione. Tamen vt istorũ duorum instrumentorũ materia liqueat, octo tibi ordinariè declarabo. Primò, quis sit procurator. Secundò, qualiter procurator constituatur. Tertiò, qui possunt procuratores constituere. Quartò, qui possunt esse procuratores. Quintò, in quibus rebus & causis possunt constitui procuratores. Sextò, quod sit eorum officium. Septimò, qualiter officium procuratoris finiatur. Octauò, exponere quædam verba in

Procurator quis sit. nostro instrumento contenta. Ad primum, scilicet, quis sit procurator? Et dico quòd procurator est ille, qui negotia aliena mandato sibi à domino facto, gratuito gerenda suscepit plura, vel vnum. ff. de negotiis gestis. l. iij. §. negotium. & ff. vi bono. rapt. l. ij. §. quod ait. Modò expone verba diffinitionis. Et primò dicit, procurator est ille: dicit ille, non autem illa: nam mulier non potest esse procuratrix ad causas aut negotia. Sequitur, qui negotia aliena: nota, aliena, non autem sua: nam nemo potest rem suam defendere tanquam procurator, sed sic tanquam principalis. Sequitur, mandato: nota, nam si non haberet mandatum, non posset agere tanquam procurator, sed tãquam negotiorum gestor. Sequitur, sibi: nota, sibi, non alteri: nam si diceret alteri, volo quòd talis sit meus procurator, nõ propterea esset meus procurator. Sequitur, à domino: nam si dominus non constituit eum, non valet. Per hoc excluduntur tutores, prælati ecclesiarum, & alij qui non sunt domini. Sequitur, gratuito: nam si non esset gratuitum, non dicitur mandatũ. Sed si interuenit in pecunia numerata, est locatio & cõductio. Si autẽ in alia re est cõtractus innominatus. Sequitur, suscepit: nã si non suscepisset mandatũ à domino sponte, nõ cogitur adimplere: nam mandatũ suscipere cuilibet liberũ est, susceptum autem consumandum est, vt Insti. de mandato. §. mandatum. &c. Ad secundum principale membrum, scilicet, qualiter procurator *Procurator qualiter constituatur.* constituatur? Et dico quòd constituitur vnus & plures, præsens & absens: & si est præsens, scribas: Talis constituit Corr. suum procuratorem ibidem præsentem, & mandatum sponte suscipientem. Absentem verò constituas tanquam præsentem: & tunc taceas illud verbum, & mandatum sponte suscipientem: quia nescis, si mandatum sponte accepit, postquam non est præsens. Constituitur etiam procurator ad emendum, vel vendendum, vel acquirendum vnam rem vel plures. Constituitur etiam ad vnam causam vel plures. Constituitur etiã cum liberali & generali administratione: & hoc est, quando dominus dicit, volo quòd ipse possit facere omnia, quæ ego possum: tunc omnia potest facere procurator, quæ dominus, nisi donare vel dilapidare: quia ex libera bonorum administratione, detrahitur bonorum dilapidatio & donatio, nisi specialiter dictum esset in instrumento procurationis. & hæc duo facere posset, scilicet,

donare

donare & dilapidare, quia tunc virtute ſpecialitatis poſſet.

Hæc omnia ſunt vera, vbi ſpeciale mandatum requiritur in mandato generali: & tunc ſpeciale mādatum debet etiam interuenire, vt eſt in pace facienda, & in dando filiæ ſuæ maritum. Item requiritur ſpeciale mandatum in petendo reſtitutionem in integrum. Item conſtituitur procurator in iudicio, & extra iudicium: & tunc quando eſt in iudicio, ſufficit quòd conſtet ipſum eſſe procuratorem in actis curiæ, quamuis non appareat inſtrumentum publicum: & hoc eſt, ſi iudex fuit præſens, quando factus fuit procurator, non autem quando notarius fuit præſens: & tunc debet inſtrumentum publicum apparere, quemadmodum ſi fieret extra iudicium. Eſt etiam alter caſus, in quo requiritur ſpeciale mandatum, ſcilicet, ad ſoluendum debitoribus, & ad donandum etiam in interdicto de libero homine exhibendo. Item in accuſando tutorem ſuſpectum. Item quando facio duos procuratores neuter ab altero exigit, niſi habeat ſpeciale mandatum. & iſtos caſus habes in Inſtit. per quas perſonas agere poſſumus. in gloſ. quaſi finali. Ad tertium principale membrū, ſcilicet, qui poſſunt procuratores conſtituere? & dico quòd illi, qui non prohibentur à lege: qui autem prohibentur, non poſſunt, vt eſt infamis, qui nullo modo poteſt procuratorem conſtituere. Maior autem ſeptem an. & minor xiiij. an. maſculus, & minor xij. fœmina poteſt facere procuratorē cū tutoris authoritate. Si autem adultus poteſt ad negotia procuratorem facere ſiue curat. ſi tut. nō habeat. Ad cauſas autē non poteſt ſine curatoris authoritate: & ſi non habet curatorem, detur ſibi, ſiue ſit miles, ſiue fœmina non cura. ad procuratorem conſtituendum. Furioſus autem, mentecaptus, mutus, ſurdus, prodigus, ſeruus, apoſtata, hæreticus, profeſſus, & excommunicatus non poſſunt procuratorem conſtituere, niſi profeſſus faceret cum conſenſu ſui ſuperioris: quia tunc bene poſſet ad negotia procur. conſtituere, non autem ad litem.

Procuratores conſtituere qui poſſunt.

Nota tamē, quòd ille, qui eſt dominus litis, poteſt cōſtituere procuratorē. per hoc excludūtur tutores, & curatores, & clerici, qui nō ſunt domini litis. Fallit tamē in vno caſu, in quo tutor, curator, & clericus poſſunt procur. cōſtituere, ſcilicet, lite cōteſtata: quia litis cōteſtatione facta, efficiūtur domini litis. Fallit tamē in tribus caſibus, in quibus procur. poteſt aliū cōſtituere procuratorē. Primus caſus eſt, quādo habet ſpeciale

Quando procurator poteſt aliū procuratorē cōſtituere.

mandatum ad procuratorem constituendum. Secundus casus est, quãdo est constitutus in rem suam. Tertius casus est, lite contestata. Nota, ꝙ seruus procur. constituere non potest, nisi in casibus in quibus potest iudicio interesse: & hoc habetur in nono capitulo sub rub. de his, qui possunt iudicio interesse. Ad quartum principale membrũ, scilicet qui possunt esse procur. siue constitui? Et dico ꝙ omnes, qui nõ prohibentur à lege: vnde masculus potest esse procur. fœmina verò non, nisi haberet patrem, qui nõ posset inuenire procur. quia tũc ipsa posset esse procuratrix: vt quia pater erat infirmus, vt Instit. de excep. in glo. circa fi. Maior xxv. an. potest esse procur. nõ autem minor: & hoc ad causas, ad negotia autem bene potest minor esse procur. si est maior xvij. an. & tetigerit xviij. vt Instit. quib. ex cau. ma. non licet. §. fin. Furiosus, mutus, surdus, mentecaptus, prodigus, clericus, professus, & excommunicatus, isti tales non possunt esse procuratores, nec etiam miles, quia debet armis intendere, non autem legibus: vt Instit. de excep. §. pen. Infamis non potest esse procur. in eius odium: quia officium procur. est onerosum: & hoc est verum, in agendo, defendendo autem secus: vt Instit. de excep. in fi. Seruus, hæreticus, apostata, & committens crimen læsæ maiestatis procuratores esse non possunt. Ad quintum principale membrum, scilicet in quibus rebus procur. constituatur? Et dico ꝙ in omnibus rebus corporalibus & incorporalibus, sed in quibus causis? certè in causis ciuilibus & pecuniariis, nõ autẽ in criminalibus: nisi in illis criminibus, in quibus irrogaret pœna pecuniaria: quia tunc bene posset constitui procur. sed hodie bene constituuntur procur. in causis criminalibus isto modo, quòd principalis, scilicet, litis dominus venit ad iudicium, cùm stat fortè in carceribus, & cõstituit procur. vt ipse agat pro eo, pro quo contestatur lis, vt eum defendat. Ad sextum principale membrum, scilicet, quod sit officium procuratoris? Et dico quòd eius officiũ est executioni mandare quicquid in mandato plenius continetur, vel tempestiuè renũtiare: vt Instit. de mandato. §. alioquin tenetur. Officium eius etiam est ad causam vel ad causas facere, quæ requiruntur in causa vel causis. Si autem est ad emendum rem, ipsam emat tantùm, nec excedat fines mandati: & si excederet, quia debet emere domum pro centum lib. & ipse dat centum quinquaginta, dominus nõ tenetur, eò quòd excessit: tamẽ pro minori pretio

Procuratores qui possunt cõstitui.

Procuratores ĩ quibus rebus cõstituuntur.

Procuratoris officiũ quale sit.

pretio debet emere, si potest: nam si mandauit tibi q̃ emeres pro centum, videor bene pro quinquaginta mandasse: vt Inst. de mandato. §. is qui exequitur. in fin. §. Ad septimum principale membrum, scilicet qualiter procuratoris officium finitur? Et dico, quòd finitur morte procur. vel domini. Item interitu rei, ad quam procurator constituitur. Item si dominus ipsum reuocauit, vel fecit alterum procuratorem, quia videtur cassare alterũ, nisi dicat expresse contrarium: quia quamuis faciat istum suum procuratorem, nihilominus vult primum procuratorẽ valere: & si vult cassare eum, etiã dicendo, talis cõstituit talẽ suũ procur. & ex nũc cassat, & reuocat talẽ. Finitur etiã procur. officiũ, finito negotio, ad qđ constituitur. *Procuratoris officiũ qualiter finitur.*

Ad octauũ & vltimũ principale mẽbrum, scilicet exponere quædã verba in instrumẽto cõtẽta. & primò dicit Ant. fecit, cõstituit, & ordinauit Cor. suũ procuratorẽ & nũtiũ specialẽ. nam aliud est cõstituere nũtiũ, & aliud procuratorẽ, vt suprà, in primo cap. dixi. Sequitur, actorẽ: etiam de actore dictum fuit suprà, in instrumento actoriæ. Dicit, procuratorem, illud est verbũ iuris. Dicit, ad causam vel ad causas, & generaliter: nam primò debet dici species in cõtractu, deinde genus: nam dicit lex, non est mirũ, vt quibusdã enumeratis, subsequatur clausula generalis. Dicit, insolidum: nam si non esset dictum insolidum, & essent plures procuratores cõstituti, omnes deberent venire ad litem, & aliter aduersa pars respondere nõ tenetur. Sed si dictũ est, insolidũ: eundo tamen vnus, alij non tenentur ire: dicit etiã, & quod inceptum fuerit per vnũ procuratorem, alij possint mediare & finire: aliàs, si non esset dictum, & quod vnus procurator, &c. alter finire non posset, & ideo dicit, & quòd inceptum fuerit, per vnum, alter definiat. *Exponit verba instrumenti.*

Nonum esset videre, scilicet, vtrum procurator satisdare teneatur, & an dominus possit procuratorem suum releuare ab onere satisdationis: & si potest, qualiter, & in quo, infrà, in ix. cap. sub rub. de satisdationibus, dicetur, &c.

Instrumentum syndicatus.

VEnerabilis pater dominus Ioan. Abbas monasterij sancti Pet. pro seipso & suis successorib⁹, vice & nomine ipsius monasterij præsentibus & cõsentientibus infrascriptis fratribus & monachis eiusdem monasterij ad hoc in capitulo

spec

specialiter congregatis, fecit, cõstituit, & ordinauit Corradũ ibidẽ præsentẽ suũ, & dicti monasterij, & conuentus eiusdem syndicũ, procuratorẽ, actorẽ, & certum nuntiũ specialẽ in tali causa, quam dictũ monasteriũ habet vel habere intendit cũ tali, &c. Ponẽdo illa, ad quæ cõstituitur, sicut suprà, in instrumẽtis procurationũ. In fine autẽ dices: Promittẽs dictus Abbas vice & nomine dicti monasterij, præsentibus & cõsentientibus eisdẽ fratribus, se firma & rata habiturũ quæcũq; dictus syndicus & procurator circa prædicta, vel aliquod prædictorum duxerit faciẽda: Sub obligatione bonorũ dicti monasterij. Fratres autẽ dicti monasterij, his omnibus præsentes & cõsentiẽtes, fuerunt hi, scilicet do. Io. do. tales: & legitur. Notãdũ est, quòd syndicus talis, &c. ab vniuersitate, & solùm ad causas cõstituitur: quia syndicus est vniuersorũ causam gerẽs. Licet vniuersitas & ad negotia ꝓcuratorẽ cõstituat. Syndicus etiã & procurator nõ debẽt, nec possunt trãsgredi fines mandati. Prætereà attẽde, ꝙ si cõstituatur syndicus à cõmuni alicuius terræ, aut ab aliqua societate, facias ꝙ Potestas, siue Cõsul, vel Massarius, aut ministralis, cõgregata vniuersitate vnà cum hominibus ipsius vniuersitatis ibidẽ præsentibus, cõstituat syndicũ, & poteris hoc modo incipere: Syndicus vniuersitatis, Cõgregatis hominibus villæ sancti Rophilli ad conciõẽ, cãpanæ sonitu apud ecclesiã prædictã more solito. Dominus talis Potestas, aut talis Cõsul, vel Massarius cõmunis eiusdẽ villæ, pro seipso & eius successoribus, vice & nomine dicti cõmunis, cũ cõsensu & volũtate omniũ hominũ eiusdẽ terræ ibidẽ præsentiũ, scilicet talis & talis, & sic de singulis: & ipsi oẽs & singuli ibidẽ præsentes pro seipsis vice & nomine dicti cõmunis fecerũt, cõstituerunt, & ordinauerũt talẽ absentẽ vel præsentẽ, eorũ & dicti cõmunis, & vniuersitatis syndicũ, actorẽ, & procuratorẽ, & certũ nuntiũ, &c. Et facias ꝙ saltẽ duæ partes vniuersitatis cõstituãt. Itẽ nota, ꝙ aliquãdo constituitur ab ecclesia siue capitulo, œconomus, & hîc creatur solummodò ad ecclesiastica negotia peragẽda & procurãda, & fit cũ authoritate Episcopi: & debet esse solùm de fratribus.

Instrumentum syndicatus.

VIso qualiter quis gerit negotia aliena sine decreto, vt est procurator, nunc videamus de syndico, quia facit illud idẽ. Circa præsens instrumẽtũ quæram.

Primò,

Primò, quis sit syndicus, quis actor, & quis œconomus, & quæ differétia est inter ista nomina & etiam inter procuratorem, & ista nomina: & quæ sunt personæ, quæ gerunt negotia aliena cum decreto & sine decreto iudicis. Secundò, qui possunt constituere syndicos. Tertiò, qui possunt esse syndici. Quartò, qualiter constituātur syndici, & qualiter eius officium finiatur. Ad primum, scilicet, quis sit syndicus? Et dico, quòd syndicus est vniuersorum causas gerens. Dicit, vniuersorum: & propter hoc debes notare, quòd syndicus solùm ab vniuersitate constituitur, vel societate, non autem ab vno. per hoc dicit, causas: nota, quòd syndicus constituitur ad causas, non autem ad negotia. Sed quis est actor? certè secundum quod hic accipitur, constituitur solùm ad negotia. Sed quare dicitur syndicus? quasi singulorum causas gerens. Sed quis est œconomus? certè est persona ecclesiastica, cui res ecclesiæ gubernandæ mandantur. Personæ autem, quæ gerunt alia negotia, sunt hæ: tutor, qui datur pupillo: procurator, qui non est tutor, sed gerit negotia tanquam tutor: curator, qui regulariter datur adulto: negotiorum gestor, qui aliena negotia gerit sine mandato procuratoris, qui datur maioribus: & maiores accipiunt procuratorem. Aliquando minori datur actor, qui vocatur adiutor: & tutor illum actorem periculo suo constituit: alio modo actor quem facit etiam ad negotia: syndicus, qui fit ab eisdem ad causas: œconomus gubernator bonorum ecclesiæ, & semper debet esse in gremio ecclesiæ: Vicecomes, ad gerendum negotia domini tanquam dominus & castaldus. Ad secundum principale membrum, scilicet, qui possunt constituere syndicum? Et dico quòd vniuersitas, burgus, castrum, vel illa ecclesia, siue monasterium, & societas, & collegium licitum, & approbatū: Nam omne collegium dicitur non approbatum, nisi expresse appareat approbatum: alia verò singularis persona syndicum constituere non potest. Ad tertium principale membrum, scilicet qui possunt esse syndici? & dico quòd illi possunt esse syndici, qui possunt esse procuratores ad causas: qui autem non possunt esse procuratores ad causas, non possunt esse syndici. Ad quartum, scilicet, qualiter syndici constituantur, & cum quibus solennitatibus? & dico, quòd fiunt ab ecclesia: quia debent cōuocari illi de collegio ecclesiæ more solito, & debent interesse vltrà quàm duæ partes ad faciendum syndicum, & debet

Syndicus quis sit.

Oeconomus.

Syndicū constituere qui possunt.

debet consentire maior pars illarum duarum partium. Item debet cōstitui in loco honesto & in loco cōsueto ad hoc, non autē in loco turpi: quia tunc non valeret. Idem dico, si vniuersitas, vel castrum facit syndicum. Cōstituitur etiam syndicus præsens & absens, vnus & plures. Sed tenetur syndicus satisdare? certè si apparet ipsum esse syndicum, nō tenetur satisdare ad similitudinem procuratoris, qui non tenetur satisdare: in causam reconuentionis vniuersitatem defendere tenetur.

Sed si dubitatur vtrum sit syndicus, cùm nō apparet instrumentum syndicatus, tenetur satisdare de rato, vel debet petere terminum, infra quem possit ostendere ipsum esse syndicum ad similitudinem procuratoris & actoris, de cuius mandato dubitatur. Sed nostrum instrumentum non bene dicit, cùm dicit, ꝙ Abbas constituit syndicum cum consensu monachorum: sed debet dicere in plurali, qualiter monachi constituunt syndicū cum consensu Abbatis sui: sicut dicit pupillus cum authoritate sui tutoris constituit procuratorem, non autem tutor cum authoritate pupilli: & ideò dicas in instrumento, qualiter monachi cum consensu Abbatis, & Abbas cum monachorum consensu constituunt syndicum. Sed ponamus, ꝙ Massarius, & monachi fratres, & isti tales volunt facere syndicum, & prior non vult, quæritur vtrum possint? certè hîc sunt opiniones. Nam quidam dicunt, ꝙ si Massarius est præsens & non vult consentire, ꝙ commune terræ possit facere syndicum: quia satis est ꝙ denuntiauerint Massario.

Alij dicunt, quòd si abesset Massarius ambassariæ causa pro negotio communis, quòd possunt facere syndicum, postquam faciunt ad vtilitatem communis. Alij dicunt, & melius est, ꝙ faciant Massario præsente. vnde nota, quòd quādo tu notarie facis instrumentū syndicatus, si est cōmune paruum, omnes de prædicto cōmuni scribas, omnes nominādo. Si autē est cōmune magnū, aliqui de melioribus cum Massario scribātur, qui facit vice & nomine dicti cōmunis. Ad quintū principale membrum, scilicet quod sit officiū syndici? & dico ꝙ eius officiū est ire ad causas: & facere ea, quę requirūtur in causa vel in causis. Sed quādo finitur eius officiū? certè finitur morte syndici, etiā finitur finita ratione, vel quæstionibus. Itē finitur reuocatione, scilicet quādo monachi & Abbas, vel Massarius, & cōmune, & collegiū reuocāt ipsum syndicū. Sed quæ differentia est inter procuratorem, syndicū, actorem, & œconomum? certè

Syndici officiū quid sit.

certè differentia talis est: quia syndicus constituitur ab vniuersitate,& constituitur ad causas tantùm: sed procurator ab vna persona solùm,& ad causas,& ad negotia. Actor verò differt à syndico: quia non constituitur ad causam, sed solùm ad negotia: œconomus differt à syndico, quia syndicus constituitur ad causas, œconomus constituitur ad gubernandum bona ecclesiæ. Item syndicus potest esse extraneus, & de gremio ecclesiæ. Sed nunquid syndicus debet constitui cum decreto superioris? dico quòd non est curandum: sed œconomus debet constitui solùm cum authoritate Episcopi, aut superioris. Nota quòd syndicus potest iurare de calumnia, & positiones facere,& positionibus respondere: sed procurator non iurat de calumnia, nec facit positiones, nec positionibus respondet, nisi haberet ad hoc speciale mandatum, vt posset facere omnia, quia tunc bene posset:& quando dominus non posset venire, tunc posset iurare de calumnia. Præsens instrumentum habet tria capitula. Primum est procemij, in quo fit mentio de contrahentibus. Secũdum est iuris, ad quod syndicus constituitur. Tertium est promissionis.

Instrumentum constitutionis Vicecomitis.

DOminus Azo Estensis & Anchonæ Marchio elegit, fecit,& constituit do. Corradum suum Vicecomitem in terra, & in omnibus pertinentiis Argentæ sibi super ipsa terra, & omnibus in ea habitantibus & habitaturis suæ potestatis & iurisdictionis plenitudine delegans & committens, vt ex nunc quousque ipsi domino Marchioni, placuerit, tam super causis & quæstionibus quibuscunque audiendis, cognoscendis,& terminandis, quã super collectis, seruitiis, & omnibus,& singulis ipsi domino March. debitis, petendis, exigendis,& recipiẽdis, superimponendis, & faciendis exercitibus & caualcatis sibi ad honorem & seruitium ipsius domini Marchionis, & super manu tenendis,& conseruandis iuribus, & consuetudinibus eius, gerat & habeat in omnibus & per omnia vicem suam: Super criminalibus verò causis,& maleficiis indagandis,& cognoscendis, possit plenè procedere, vsque ad sententiam, tamen pœna sanguinis & punitionis personarum ipsi

domino Marchioni, & eius iudicio reseruata. Qui dominus Marchio solenni stipu. promisit Vicecomiti prædicto se firma & rata habiturum quæcunque circa prædicta duxerit facienda. Cæterùm in signum recognitionis sui pleni dominij, idem dominus Marchio ipsum dominum Corradum super ipso officio cum chirotheca vel baculo inuestiuit. Demum nota quòd aliquando constituitur Castaldus. Tu autem diligenter considera, ad quid constituatur, & formam ipsius instrumenti colligas ex prædictis. Et hæc de primis septem capitulis dicta sufficiant.

Secunda pars summæ notariæ.

INCIPIT OCTAVVM CAPI-
tulum, de testamentis, & vltimis voluntatibus.

Ars & officium notariæ in tres partes diuiditur principales. Virtus enim huius officij, aut contractuum, aut vltimarum voluntatum, aut iudiciorum formam respicit & naturam. Vnde licet testamenta & vltimæ voluntates in hoc octauo capitulo huius operis conscribantur, ipsa tamen (vt dictum est) sunt vna de tribus principalibus partibus artis huius. Igitur cùm in septẽ præcedentibus capitulis de ordine contractuum sit tractatum, superest de vltimis voluntatibus nunc videre. Sed quia vltima voluntas aliquando per testamentum, aliquando per codicillos, aliquando per donationem causa mortis disponitur, Idcirco procedit hoc capitulum isto modo: Quia primò duorum testamentorũ formæ ponuntur, vnius, videlicet, breuis & simplicis, & alterius conditiones & dispositiones varias cõtinentis. Quod quidem testamentum subsequenter exponitur, & per partes suas, & membra singula variatur: deinde codicillorum procedítur ad naturam, siue doctrinam: & duobus codicillis positis, de differentia & natura ipsorum codicillorum supponitur, & tractatur. Postremò donatio causa mortis, & ipsius expositio, & varietas subinfertur.

Forma

Forma breuis testamenti.

ANtonius filius quondã Boëtij, sanus per gratiã Iesu Christi mente & sensu, sed corpore languens, suarum rerum & bonorum omnium dispositionem per præsens nuncupatiuũ testamentum sine scriptis, in hunc modum facere procurauit. In primis quidem reliquit de bonis suis pro sua anima xxx.lib. Bon.quas dari voluit & mandauit maiori ecclesiæ Bo.pro restauratione decimarum lx.sol. Bo.Item conuentui fratrum prædicatorum ciuitatis Bo.xxx.lib.Bon.Item cõuentui fratrum minorum ciuitatis Bon.xxx.lib.Bono. Reliquas autem omnes distribui iussit & expendi, tam circa funus & sepulturam eius, quam sibi elegit apud ecclesiam beati Domi.quàm inter ecclesias, loca religiosa, hospitalia, pauperes, & aliàs secundum quod vtilius pro anima eius visum fuerit ipsius cõmissario infrascripto. Quem quidẽ cõmissarium suum ad prædicta omnia & singula exequẽda esse voluit dominũ Corradũ. Præterea de aliis bonis suis reliquit iure legati Ant.ipsius nepoti centum lib.Bon. insuper dominæ Mariæ ipsius vxori reliquit dotes suas, quæ fuerunt centũ lib.Bon.Itẽ reliquit eidẽ iure legati de bonis suis x. lib. Bo. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus, tam præsentibus, quàm futuris Do. eius filiũ sibi hæredẽ instituit. Et hanc vltimã voluntatem suã asseruit esse velle, quam valere voluit iure testamenti: quòd si iure testamenti non valeret, valeat saltem iure codicillorũ, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis.

Forma testamenti conditiones & dispositiones varias continentis.

ANtonius per Iesu Christi gratiã, mente ac corpore sanus, desiderans, quãdiu in corporeis mẽbris viget quies, & ratio regit mentẽ: quã siquidem rationem sæpe adeò languor obnubilat, vt non solùm tẽporalium rerũ, verùm etiã sui ipsius cogat ipsa languoris vehementia obliuisci, cõditionis humanæ ineuitabile desiderans debitum præuenire. Rerum & bonorum suorum dispositionem per præsens nuncupatiuum testamentum sine scriptis in hunc modum facere

procurauit. In primis quidem disposuit, voluit, & mandauit, quòd omnia à se accepta & habita per vsurariam prauitatem, aut aliam quamcunque illicitam & indebitam exactionem, seu retentionem, restituantur, & soluantur de bonis suis vsque ad integram restitutionem & satisfactionem illis, à quibus ipsum apparuerit habuisse: & pro his soluendis & restituendis omnia bona sua obnoxia, & obligata reliquit. Item pro anima sua & parentum suorum reliquit de bonis suis centum libras Bononienses, de quibus dari voluit & mandauit ecclesiæ sancti Petri Bononiæ pro restitutione decimarum xl. sol. denariorum. Item pro laborerio ecclesiæ talis xx. solidorum. Item cuilibet loco religioso, & cuilibet hospitali ciuitatis & burgorum Bono. x. sol. Bono. Item supra funus, & occasione funeris & sepulturæ suæ, quam sibi elegit apud talem ecclesiam, & pro expensis & obsequiis tumuli expendi voluit xx. lib. Bono. &c. prout disponi voluerit testator de ipsis centum lib. Bonon. Et ad hæc omnia & singula exequenda voluit esse commissarios suos, & huiusmodi testamẽti executores, dominum Corradum & dominam Mariam ipsius testatoris vxorẽ, & priorem talis ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, Dans eis, & cuilibet eorum plenam licentiam & liberam potestatem, vt sine cõtradictione hæredum eius, aut alterius personæ, possint sua authoritate de bonis ipsius testatoris, & de quibus ipsi voluerint vendere, alienare, & obligare pro prædictis restitutionibus faciẽdis, & dictis legatis animæ soluendis, & prædictis omnibus & singulis exequendis, vt dictum est. Et si contigerit aliquem vel aliquos dictorum commissariorum suorum præmori eidem testatori, aut mori ante executionem omnium prædictorum, alij vel alius nihilominus prædicta omnia & singula insolidum exequantur. Insuper de bonis suis reliquit iure legati tali decem libras. Item tali v. lib. Item tali seruo suo reliquit, & legauit puram & meram libertatem secundum vsum ciuitatis Romanæ, & plenam liberationem & exemptionem ab omni seruitute & conditione, & omne ius patronatus, & totum suum peculium, &c. prout disponet testator. Item dominæ Mariæ vxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerunt centum librarum. Insuper de bonis suis iure legati viginti lib. Bononien. & totam mobiliam suã, scilicet, lectum, scrinia, & omnes pannos suos laneos & lineos, quibus ipsa vtetur tẽpore mortis testatoris.

Præterea

Præterea legauit eidem, voluit, & disposuit ꝙ ipsa sit in domo & hæreditate sua domina & vsufructuaria, quãdiu vixerit, & vidualem in ipsa domo vitã seruauerit, & dotes & legatũ non petierit. Quæ si aliam elegerit vitã, voluit eam habere solum dotes & legatum prædictũ, scilicet, ipsarum viginti librarũ, & mobile, supradictũ. Et sic de vxore scribes quicquid ordinauerit testator. Item Iulianam eius filiã sibi hæredẽ instituit in centum lib. Bon. quas eam habere voluit, quum nupserit, iubens eã de his esse cõtentã. Item Philippã eius filiã sibi hæredem instituit in eo, quod sibi vel pro ea dedit dotis nomine, quando nupsit. Item reliquit eidem nomine institutionis decem soli. Bo. iubens eã de his esse cõtentam. In omnibus autẽ aliis suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, tam præsentibus, quàm futuris Do. & Io. eius filios sibi æqualibus portionibus hæredes instituit: & si cõtigerit ipsum ex dicta domina Ma. aut alia quacũque legitima vxore ex nũc filios habiturũ, peruenietes in lucẽ, posthumos aut in medio tẽpore natos: si masculus, vel masculi fuerint, ipsum vel ipsos cũ prædictis Do. & Io. vel altero eorũ, qui superuixerit, æqualibus portionibus hæredes instituit. Si autem fœmina vna vel plures fuerint, ipsam vel quãlibet earum sibi in centum lib. Bo, hęredẽ instituit. Vel sic: & si prędicta vxor mea prægnãs esset, & pareret filios vel filias, vnum vel plures posthumos, aut medio tempore natos ad lucem peruenietes: si masculus, vel masculi fuerint, &c. vt supradictum est. Et hoc vltimũ videtur habere locum, specialiter quando proximus suspicatur obitus testatoris. Si verò aliqua dictarum filiarum suarum, tam natarum, quàm nasciturarum, aut posthumarũ aliquando vel intra tale tempus decesserit sine filiis substituit ei pupillariter & vulgariter per fideicommissum superstites filios suos masculos, vel eorum filios in stirpes, & non in capita. Et si aliquis filiorum suorum masculorum, tam natorum, quàm nasciturorum vel posthumorum aliquando vel infra vigesimumquintum annum suæ ætatis decesserit sine filiis, vel infra pupillarem ætatem, substituit ei pupillariter & vulgariter & per fideicommissum superstites masculos, vel eorum filios in stirpes & non in capita: & si masculi, vel eorum filij non fuerint, filias fœminas eorum filiorum substituit in stirpes, & nõ in capita. Itẽ si omnes, tam masculi, quã fœminæ (nõ extantibus vel remanentibus aliquibus ex eis filiis) deces-

Institutio hæredis.

Substitutio in testamento facto.

ſerint, eo caſu voluit de bonis ſuis fieri hoc & hoc. Prætereà voluit & diſpoſuit, quòd non obſtantibus prædictis ſubſtitutionibus poſsit quilibet filiorum & filiarum ſuarum teſtari & diſponere de eo, quod ſibi relictum eſt, aut de eo, quòd ad ipſum ſpectabit ex hæreditate prędicta vſque in quantitatem quinquaginta librarum Bonon. computanda in his Salcidia ſibi debita. Item voluit, diſpoſuit, & mandauit, quòd prædicti filij maſculi ſui ſimul & communiter habitent, & ad diuiſionem non perueniant vſquequo omnes compleuerint vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis. Quòd ſi contrafecerint, aut ſi aliquis eorum alios ad diuiſionem prouocauerit, vel requiſiuerit, priuetur: & eum ipſe teſtator priuauit quarta, vel dimidia, vel tanta quantitate ex parte ſua dictæ hæreditatis: quam dimidiam, vel quam quantitatem deuolui & peruenire voluit ad cæteros, vel ad talem eccleſiam. Item voluit & diſpoſuit quòd dicti eius filij vendere non poſsint de bonis immobilibus ipſius hæreditatis, quouſque compleuerint viginti annos, vel tale tempus ſuæ ætatis. Quòd ſi contrafecerint, voluit quòd fiat hoc & hoc. Ponendo ea, quæ teſtator ordinauerit. Et ſic poteſt teſtator ordinare, & grauare hæredes ſuos in eo, quod vult. Tutores autem filiorum ſuorū tam natorum quàm poſthumorum pupillorum eſſe voluit tales: Abſoluens & liberans eos à ratione adminiſtrationis reddenda, & ipſam rationem eis remittens. In fine autem dices: Et hanc vltimam ſuam voluntatem aſſeruit eſſe velle quam valere voluit iure teſtamenti: Quòd ſi iure teſtamenti non valeret, valeat ſaltem iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis. & voluit hoc teſtamentum ſeu vltimam voluntatem omnibus aliis teſtamentis vel vltimis voluntatibus hinc retrofactis præualere, vel tam factis, quàm faciendis decæterò præualere, &c. ſecundum quod his verbis diſponet teſtator.

Prohibet diuiſionē vſque ad certū tempus.

Datio tutorum.

Clauſula codicillaris.

Notula.

ATtende igitur teſtamentum prædictum diſpoſitiones varias continere: quæ quidem, & ſi non ſemper omnes occurrunt, ponuntur tamen, vt doctrina tibi ſit, quomodo & quo loco ſcribi debeat vnumquodque: non tamen intelligas omnes poſitas eſſe, quæ poſſunt à teſtatoribus ordinari: quia

&

& hoc ex humana intentione, seu inuentione foret impossibile: cùm voluntatum hominum non sit finis, & hominum sensus sit diuersus. Nam vulgò dicitur, Tot capita, tot sensus. Veruntamen prædictus ordo non in qualibet terra seruatur. Quidam enim eò ꝙ hæredis institutio caput & fundamentũ dicitur testamenti, ipsam hæredis institutionẽ scripto procœmio subsequenter ponunt in principio testamenti: deinde ad legata & fideicommissa procedunt. Sed Bononiensis ciuitas prædictam in dictis testamentis sibi appositam tenet formã: quã credo multis rationibus meliorem. Cùm itaque in testamentis anteponantur procœmia, de illis succinctè & breuiter est uidendum: quia licet quidam in his procœmiis multum vtantur, potius tamen est curiositatis quàm vtilitatis. Pones igitur procœmium quàm breuius poteris. Si enim fuerit testator infirmus, vteris in procœmio forma prædicti primi testamenti. Si verò fuerit sanus, dices: Ant. sanus per gratiam Iesu Christi mente & corpore, suarum rerum & bonorum omnium dispositionem, &c. & si prolixius dicere volueris, videas quomodo iacet in forma secundi testamenti prædicti. Et si quis testamentum fecerit, volens mare transire, vel beati Iacobi limina visitare, vel aliàs ire: & de hoc voluerit in testamento facere mentionem, licet non multùm expediat, poteris dicere sic. Antonius volens in subsidium terræ sanctæ vltra mare transire, vel beati Iaco. limina visitare, per præsens nuncupatiuum testamentum, &c. Super huiusmodi autem procœmiis diuersæ sunt formæ, quas pro libito prosequi poteris. Verũ quia vtiliora supersunt, ideo ad illa veniendũ est.

INCIPIT OCTAVVM CAPITVLVM,

De testamentis, & vltimis voluntatibus.

ANtequàm deueniam ad expositionẽ huius tituli, iste liber diuiditur in partes quatuor. In prima parte author ponit de testamẽtis: & hæc durat vsque ad rubricam, Pars secunda huius operis. Ibi pars secunda, in quam ponit de codicillis, & durat vsque ad rubricam, pars tertia huius operis. Ibi pars tertia, in qua ponit de donatione causa mortis, & durat vsque ad tractatum de successionibus. Ibi pars quarta, & durat vsque ad finem, & ponit de successionibus

ab intestato. Iterum prima pars diuiditur in partes duas: quia in prima parte ponitur de testamentis theoricè, & hoc facit vsque ad rubricam, ad hoc dirigi debet. Ibi secunda, in qua ponit de testamẽtis practicè, & durat vsque ad secundam partem principalem.

Vltima voluntas quotuplex sit. AD euidentiam huius tituli quæram duo. Primò, quotuplex sit vltima voluntas hodie, & quotuplex erat olim. Secundò, quare fuit adinuenta quælibet vltima volũtas. Ad primum, scilicet, quotuplex sit vltima voluntas hodie, & quotuplex erat olim? Et dico quòd olim erat quadruplex, scilicet, testamentum, donatio causa mortis, codicillis, & epistola. Sed hodie est tantum triplex, scilicet, testamentum, codicillus, & donatio causa mortis: sed epistola hodie non est in vsu. Et est ratio, quia iura & artificia magis adaptantur ad ea, quæ magis habentur in vsu: & etiam, quia cessante causa, debet cessare effectus. quomodo autem cessat causa, infrà iam dicam. *Vltima voluntas quare sit inuenta.* De secundo, scilicet, quare quælibet vltima voluntas fuit adinuenta? & dico quòd testamentum fuit adinuentum duabus de causis. Prima causa est, propter dispositionem omnium bonorum. Secunda causa est, propter hæredis institutionem, quæ quidẽ hæredis institutio fieri non potest in alia vltima voluntate, nisi in testamento: & dico quòd fit propter omnium bonorum dispositionem, & non de parte bonorum: quia nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere debet nisi sit miles, cuius sola voluntas pro lege seruatur. Codicillus tamen fuit adinuentus quatuor rationibus. *Codicillus quare fuit inuentus.* Prima ratio est, propter dispositionem vnius rei. Secunda ratio est, propter dispositionem plurium rerum. Tertia ratio est, vt aliquid addatur testamento. Quarta ratio est, vt aliquid diminuatur de testamento. Sed donatio causa mortis fuit adinuenta solum propter filiosfamilias, qui neque testari, neque codicillari poterant, etiam cũ cõsensu patris. Sed bene possunt mortis causa donare patre consentiente & volente, aliàs non: quia eorum voluntas est in potestate patris. Sed quare fuit adinuenta epistola? dico quòd propter vnum solum, scilicet, propter absentes. Nam olim quis non poterat legare aliquid absentibus nisi per epistolam, & per modum epistolæ, in qua requirebãtur quinque testes, quemadmodum in codicillo: & per illam epistolam poterant legata-

rij

rij petere legatum. Sed hodie ista epistola non est in vsu, quia sic potest legari præsentibus, & ita absentibus: & valet legatum: & ideo non est in vsu, quia cessante causa, cessat effectus. Remouetúrque propter dolos & fraudes, quæ fiebant per epistolam. Sed si quis vellet facere epistolam bene posset, & valeret, & posset peti legatum factum per epistolam. Sed quia hîc in litera ponitur, quòd iura & artificia magis adaptantur ad ea, quæ magis habentur in vsu. Ideo hîc formabo quæstionē per modum abiectionis, quæ talis est. Ponamus, quòd quidā fecit testamentum, vel non fecit, nō curo: hæres, qui succeßsit ex testamento vel ab intestato, apprehendit omnia bona defuncti, & potest dari exemplum in Lazaro. Nam testator resuscitauit post triduum, Iste Lazarus petit bona sua, Hæres non vult dare Lazaro. Quæro, nunquid tenetur dare? Et dico quòd hîc potest allegari pro & cōtrá. Et primò videtur, quòd Lazarus non poßsit recuperare bona sua: quia testamentum habet vires incontinenti morte secuta, dum tamen sit legitimè factum. Et intantum habet vires, quòd hæres incontinenti efficitur dominus omnium bonorum testatoris. Et intantum efficitur dominus, quòd potest illa bona vendere, donare, & alienare, & de his, quicquid vult facere: quia ipse hæres repræsentat personam domini, scilicet, testatoris. Et econtrà, videtur quòd Lazarus recuperare debeat bona sua multis ratisnqiuo. Prima ratio est, propter restitutionem in integrum. Nam quilibet maior potest restitutionem petere, si est deceptus: modò poterit dicere iste Lazarus, ego sum deceptus, ego peto restitutionem in integrum. Secunda ratio est, quia non dicitur venisse, qui non stetit: etiam non dicitur datum, quòd non durauit: etiam nō dicitur esse mortuus, qui resurrexit. Vnde datur exemplum in furioso: nam si furiosus habet curatorem, & superuenit sanitas, incontinenti finitur eius cura: sed superueniente furore, stando per aliquos dies, incontinenti recipit curam rationibus supradictis. Alia ratio est pro Lazaro: quia iure postliminij omnia pristinū statum recipiunt, & datur exemplum in capto ab hostibus: nam si quis capitur ab hostibus, perdit familiam, & perdit bona sua: & filij, qui erant filijfam. modò efficiuntur, patresfamilias: sed si relaxatur, recuperat familiam suam, & bona sua: & filij, qui erant facti patresfam. modò efficiuntur filijfa. vt primò. & ita erat in Lazaro resuscitato: quia iure postli-

Quæstio hæc tractatur à doctoribus. s. per Ang. in l. si marito. ff. sol. ma. & per Bart. & Bal. in l. ex his. ff. de leg. Io. de Imo. et Alex. in d. l. si marito. & in multis alijs locis.

minij omnia ad priſtinum ſtatum reuertuntur, videlicet quæ naturam ſua potentia ac conditione imitantur,& in rerum vi ac natura permanēt,aliàs non.Igitur de mortuo reſurgente dicitur,quòd ſua bona rehabere non poteſt,niſi per beneficium poteſtatis aut iudicis.

Quid eſt teſtamentum,& vnde dicatur.

TEſtamentum eſt voluntatis alicuius legitima diſpoſitio ,id eſt,iuſta ſententia,de eo,quòd poſt mortem ſuam fieri vult cum inſtitutione hæredis:vt in l.j.ſignata gloſſ.ff.de teſtamen.additur inſtitutio hæredis,vt Inſtit.de leg.§.ante hæredis.Vel ſic:Teſtamentum eſt ſolennis ordinatio,ſiue voluntas cum inſtitutione hæredis.Vnde ſine hæredis inſtitutione non valet teſtamentum.In quo teſtamento nemo poteſt ſibi legem dicere,à qua recedere non liceat,cùm ambulatoria ſit voluntas vſque ad extremum vitæ exitum. Teſtamentū etiā niſi teſtatore mortuo non habet vires. Et dicitur teſtamentum mentis teſtatio,id eſt,declaratio voluntatis.

Quid eſt teſtamentum,& vnde dicatur. Rub.

PRæſens titulus non propriè poteſt continuari ad ſuperiora:quia nihil præceſſit,ad quod poſſit continuari. Sed tamen deuenio ad diuiſionem huius tituli. Et diuiditur iſte titulus in partes duas.Nam in prima parte ponit quid ſit teſtamentum,& hoc durat vſque ad §.cæterùm ex eo appellatum eſt.Ibi pars ſecunda,in qua ponit quare ſic appellatur teſtamentum,& durat vſque ad finem titu. Et ad euidentiam huius tituli volo quærere duo.Primò,quid ſit teſtamentum. Secundò,quare ſic appellatur. De primo,ſcilicet,quid ſit teſtamentum? & dico quòd teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult cum inſtitutione hæredis. Singula verba in diffinitione contenta egent expoſitione,ideo exponamus. Et primò dicit,teſtamentum eſt voluntatis noſtræ:iſtud verbum poteſt exponi tribus modis: vno modo, voluntatis noſtræ, ſcilicet, qui teſtamur, & non alienæ. Nam teſtamentum ex libero teſtantis arbitrio procedere debet. &

Teſtamentum quid ſit.

hæc

hæc est ratio, propter quam filiusfa. non potest testari, nec codicillari: quia testamentum factum à filio potius procederet ex voluntate patris, quàm filij. Et propter hoc reprehenditur quorundam tabellionũ insensata simplicitas, qui faciunt seu scribunt testamenta, prout dictantur ab amicis, non indagata testatoris voluntate. Et datur exemplum: Quidam est infirmus, & moritur nullo condito testamento: modò veniunt illi, qui debent succedere ex testamento, & mittunt pro notario, & dicunt, quòd notarius non intret camerã, quia non volũt: nã iste, qui debet testari, iam est mortuus: notarius simplex scribit testamentũ, prout dictatur ab amicis: posteà notarius facto testamẽto intrat camerã, & legit testamentũ coram testatore, & credit quòd ibi sit verus testamẽtator: & fortè quidam alter est ibi in loco vice testatoris, & notarius legit testamentũ, & dicit ei, vultis facere sic? dicit ille, volo, modò notarius malè facit: nã ipse debet intrare camerã, & loqui aliquantulũ cũ testatore, & videre si est ille, qui debet testari: & prius de eius voluntate apud eundem testatorẽ secretò inquirere pro ipsius animæ salute, & nõ aliàs. Secundo modo, voluntatis nostræ. s. liberè & nõ coactè: nam si faceret coactè, nõ valeret, etiã si iuraret quòd nõ mutaret testamentũ & coactè iuraret, nõ valet testamentũ. Et dat exemplũ in eo testatore, qui non habet filios. Sed ponamus, quòd quidam blando sermone fecit taliter quòd testator fecit testamẽtũ, prout ille, qui blanditur, voluit, nunquid valet testamentũ? dico ꝙ sic, postquã nõ fecit coactè. Secundò ponamus, quòd quidã fecit quoddã testamẽtũ coactus per aliũ, & fecit quòd alter extraneus fuit institutus, nũquid valet testamentũ? hic sunt opiniones: nã quidã dicunt, quòd valet: quia delictũ vnius nõ debet nocere alteri. Alij dicũt quòd nõ valet: quia fit coactè, & quod fit coactè, nõ valet: & etiã quia in diffinitione dicitur, volũtatis nostrę, & non alienę, testamẽtũ debet procedere ex libero testãtis arbitrio: & ista opinio melior est: quia qđ fit coactè nõ valet. Alia ratio, testamentũ coactè factũ nõ valet: quia nõ fit libero arbitrio liberáve nec soluta voluntate: voluntásq; coacta nõ dicitur vltima: quia posteà sequitur libera. Tertiò ponamus, quòd quidã fecit, quòd testator fecit testamẽtũ, vt instituerет eũ sibi heredẽ, & fecit testamẽtũ, modò queritur, an testamẽtũ valeat? & dico quòd hic sunt opiniones: quidã dicũt quòd valet: quia coacta voluntas, voluntas est. Alij dicunt, & melius,

melius, quòd non valet, propter diffinitionem, quæ dicit, voluntatis nostræ, scilicet, liberæ & non coactæ. Quarto ponamus, quòd quidam debeat ab intestato succedere, & noluit q̃ testator faceret testamentum, vt ipse succederet ab intestato, modò quæritur quid iuris? dico quòd si poterit cõualere, poterit eum exhæredare, & est causa legitima. Si autem decedit intestatus, iste repellitur ab hæreditate: intelligas de illo qui prohibuit, ne testator faceret testamentum. Tertio modo potest exponi voluntatis nostræ, scilicet, sobriæ & sanæ mentis, & non furiosi: quia si est furiosus, vel mentecaptus, & facit testamentum, nõ valet: quia est ac si dormiret, & nihil faceret. Et etiam caret ratione, qua quidem carentia dissoluitur sensus, & eius voluntas infirmatur, &c. Vnde hîc dantur duo consilia bona. Primum est, quòd quando notarius vocatus est ad faciendum vnum testamentum, quòd si est de die, faciat aperire fenestras. Si est de nocte, faciat apportare candelam, & q̃ loquatur aliqua verba cum ægro, vt videat si est sanæ mentis, & si est possibile quòd faciat sedere ægrum in lecto, & videat bene ipsum. Secundum consilium est, quòd notarius non faciat testamentum, nisi cognoscat ægrum, vel sit aliquis testis, qui cognoscat ægrum, & debet inserere in testamento quomodo talis cognoscebat ægrum, scilicet, testatorem. Illud est quoddam consilium, sed tamen non est de iure, sed de statuto communis Bononiæ: & secundum statutum communis Bononiæ, vt testamentũ valeat, oportet quòd aliquid sit præsens, qui cognoscat testatorem: & hoc est ad euitandum falsitatem. Sed ponamus, quòd quidam volebat facere testamentum, & propter ægritudinem vel senectutem factus est balbutiens, & sic non potest bene proferre verba sua, nunquid ipse potest testamentum facere? dico quòd sic, quia egritudo, vel senectus non mutat testamenti factionem: quòd verum est, si balbutiens verba à tabellione & testibus sanè intelligi possunt, aliàs non. Sequitur in diffinitione, iusta sententia, id est legitima dispositio: nam testator debet legitimè exponere, hoc est, testamentum cum solenni. facere, vt testamentum illud de iure valeat. Alij exponunt, iusta sententia: nam sicut sententia iusta à iudice lata debet executioni mandari, & valet: ita & si testator aliquid ordinat, illud dicitur iusta sententia, & debet seruari, & executioni mandari ab hæredibus & successoribus ipsius testatoris. Dicit, de eo, scilicet, de vniuer-

Nota ad euitãdas fraudes.

so pat

so patrimonio: nam ille, qui facit testamentum, debet testari de toto patrimonio, nō autem pro parte: quia nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus, decedere debet: nisi sit miles, cui sola voluntas in testando seruatur. Sed ponamus, quòd quidam fecit testamentum de parte bonorum, & de alia parte nihil dixit, quæritur, an illud testamentum valeat? dico quòd testamentum valet, & tenet: nam si quis est institutus in minima parte, & de alia nihil dictum fuit, succedit in alia parte: quia hic in toto isto casu in parte continetur totum, nisi disposuerit testator de alio residuo secūdum velle suum, putà, per aliquam donationem, scilicet, per donationem causa mortis, &c. Sequitur in diffinitione, quòd quis, scilicet, testator, vel testatrix: nam ita mulier quemadmodum masculus potest testari, & testamentum facere. Sequitur, post mortem suam, & non ante mortem: quia testamentum non habet vires, nisi morte secuta; intantum quòd si testator vellet, quòd hæres apprehenderet bona incontinenti facto testamento, non valeret: ratio est, quia ambulatoria est hominis voluntas vsque ad extremum vitæ exitum: qua quidem ratione, extrema dicitur. Sed ponamus, quòd testator vult, quòd testamentum habeat vires incontinenti, nunquid hoc esse potest? dico quòd non directè, sed per obliquum bene esse potest, scilicet, per donationem simplicem, & inter viuos, vel per aliū contractum, dummodo transferatur dominium in accipientem: sed per testamentum hoc esse non potest. Sequitur in diffinitione, suam, & non aliam: nam testamentum non potest habere vires post mortem alienam, sed post mortem ipsius testatoris. Sequitur in diffinitione, cum hæredis institutione: nam testamentum non valet sine institutione hæredis: quia hæredis institutio est caput, & fundamentum totius testamenti: nam sicut homo sine capite esse non potest, ita & testamentum sine heredis institutione. Etiam & fortius arguitur, nullus effectus existit sine causa, propter quam fit: sed testamentum fit propter hæredem, igitur, &c. De secundo, scilicet, quare appellatur testamentum? Et dico quòd appellatur testamentum, id est, mentis testatio, hoc est, hominis declaratio: vt Instit. de testamentis ordinandis in princ. nam sicut dicitur possessio, id est, pedum positio: & ita testamentum, mentis testatio, id est, hominis declaratio, vocis est etymologia.

De his

De his, qui testari non possunt.

HI sunt qui testari non possunt, & prohibentur à lege facere testamentum, videlicet, impubes, scilicet masculus minor xiiij. annis, & fœmina minor xij. quia nõ habẽt animi iudicium. i. animi discretionem. Item filiusfa. non potest testari, etiam si pater consentiat, nisi de castrensi vel quasi castrensi peculio: de quibus etiam præter patris voluntatem testari potest. Item testari nõ potest furiosus, vel mentecaptus, quandiu furiosus est. Item prodigus, cui bonorum administratio interdicta est. Item surdus & mutus naturaliter, id est, à natiuitate: sed si accidentaliter est mutus & surdus, & sciat literas, potest ipse suum scribere testamentum, & codicillos: sed si tantùm surdus est, bene potest facere testamentũ. Item seruus non potest testamentum facere, quia non est sui iuris. Et est in condendis testamentis generalis regula: Qui non est sui iuris, testari non potest, cùm non sit suæ voluntatis dominus. Estque alia regula: Quilibet crimine vili annotatus, & qui religionis vota subiit, minus testari potest: quia per criminis infamiam quis libertatem perdidit, aut cùm votum religionis subiit. Item damnatus ad mortem, scilicet, qui condemnatus est vt moriatur, vel efficiatur seruus, scilicet, pœnæ. Item ille, qui dubitat de suo statu, scilicet, vtrum sit liber vel seruus, & vtrum paterfamilias vel filiusfamilias. Item illi, qui sunt dati obsides pro captiuis populi Romani. Item qui condemnatus est de crimine famoso, sicut de crimine, quod est contra naturam, vel de alio famoso crimine. Item monachus seu canonicus regularis. Item hæreticus. Item qui commisit crimen læsæ maiestatis. Item cæcus testari non potest, nisi quadam speciali solennitate adhibita: quia vbi versatur maius periculum, ibi debet adhiberi maius consilium. Debet enim vocare vij. testes, & Tabellarium, & coram eis exprimere se velle testari sine scriptis, & debet exprimere nomina, & indicia, & dignitates hæredum, quos instituit, & legata designare. & hæc omnia scribenda sunt à Tabellario coram testibus tunc: vel, si essent antè scripta, coram testibus recitari debent. Et cæcus debet profiteri illud suum esse testamentum, & ipsum dispositum esse ex sui animi sententia. In fine debet vnusquisque testium, & etiam Tabellarius

bellarius se subscribere, & testium & Tabellarij signacula debent apponi: quòd si Tabellarius inueniri non potest, octauus debet testis adhiberi, vt per eum capiat effectum, quod per Tabellionem fieri debebat, vt dictum est. Et hoc testamentum dicitur nuncupatiuum, licet multam similitudinem habeat cum testamento in scriptis. Cæteræ autem personæ testari possunt.

De his, qui testari non possunt. *Rubrica.*

AD euidentiam huius tituli, omissa continuatione, iste titulus non diuiditur, sed solùm versiculatim exponitur. Vnde notarius se habere debet circa tria in testamento. Nam primò debet cognoscere testatoris personam, an possit testari, an non. Secundò, personam hæredis. Tertiò, solennitates, quæ requiruntur in testamento. Modò exponamus versiculatim, qui possunt testari, vel non. Et prima persona, quæ hic enumeratur, est filiusfamiliâs: & quia testamenti factio est iuris publici, & ideo quilibet potest testari, & testamentum facere, nisi ei sit prohibitum: & quia filiofami. est prohibitum, ideo hîc de filiofami. dicamus aliqua, vnde filiusfami. non potest testari, nec codicillari, etiam cum consensu patris. & hæc est ratio: quia testamentum debet procedere ex libero testãtis arbitrio: & testamentum potius procederet ex voluntate patris, quàm ex voluntate filij: Imò plus dicit litera, quòd si filiusfa. vult testari de aduentitio vel profectitio, non potest, quantumcunque pater consentiat, siue velit. Sed quid si filiusfa. facit testamentum, & facto testamento pater moritur, nunquid testamentum infirmatur? Et dico quod sic, secundũ quosdã: quia est in casu, à quo incipere potest. Tamen litera nostra dicit, quod non: quia à principio fuit testamentum nullũ: & quod nullũ est, non resurgit. Sed tamen fallit in casu, in quo potest testari, etiã patre inuito. s. in castrensi vel quasi castrensi: quia si vult filiusfa, miles in armata vel literata militia potest de castrensi vel quasi castrẽsi: nam duplex est miles filiusfa. scilicet, miles in armata militia, & in literata militia: modò isti possunt testari in castrẽsi, sicut miles in armata militia, & miles in literata militia in quasi castrẽsi. Sed hîc formãtur aliquę quęstiones. Et prima talis est: Quęritur, si filiusfa. vult codicillari, vtrũ possit? Et dico quòd non: quia sicut

ſicut non poteſt teſtari, nec etiam codicillari. Secundò ponamus quòd filiusfa. fecit teſtamentum de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi, quod facere potuerit, & præteriuit patrem, vel eum exhæredauit ſine cauſa legitima: modò quæritur, vtrum pater poſsit agere querela inofficioſi teſtamenti, vel poſsit dicere teſtamentum eſſe nullum? Quidam dicunt, quòd ſic: vt in Inſti. de inoff. te. quia non minus parentes in bonis filiorũ, quàm filij in bonis parentum poſſunt agere querela propter ſuam legitimam. Tamen alia ratio reformat pactum: nam filiusfa. in caſtrenſi habet multa iura, & ideo pater non poteſt dicere teſtamentum nullum, nec etiam querela agere: ſed agere ad ſuam legitimam in bonis filij conditione ex lege. Tertiò exponamus quòd filiusfa. mortis cauſa donauit, tamẽ patre conſentiẽte: modò quæritur, an requiratur mors vtriuſque, ſcilicet, patris & filij, aut mors filij ſufficiat, vt donatio habeat effectum? videtur quòd requiratur mors vtriuſque: quia ſicut requiritur conſenſus vtriuſque, ita & mors. Sed tamen dicas, quòd videtur & confirmatur morte filij ſolùm, nec requiritur mors vtriuſque. Iſta eſt alia perſona, quæ teſtari non poteſt, ſcilicet, impubes minor quatuordecim annis maſculus, vel fœmina duodecim, nõ poteſt teſtari: & hoc duabus rationibus, vna eſt naturalis, & alia ciuilis. Vna eſt ciuilis, quia impubes nõ habet animi iudicium, id eſt, animi diſcretionem: & ideo lex vetat ne poſsit teſtari. Alia ratio eſt naturalis, quia impubes nõ poteſt habere filios: & lex vult, quòd proximiores agnati veniant ad ſucceſsionem, & venientes ab inteſtato ſuccedant. Sed ponamus, quòd quidam impubes fecit teſtamentum, quod facere non potuit, & facto teſtamento factus eſt pubes: modò quæritur, vtrum teſtamentum infirmetur? Quidam dicunt quòd ſic: quia eſt in caſu, à quo incipere poteſt. Alij dicunt, & melius, quòd non: quia teſtamentum à principio fuit nullum, & non valet. Et quod nullum eſt, non reſurgit. Secundò ponamus, quòd quidam eſt in vltima die quatuordecim annorum, vult facere teſtamentum, nunquid poteſt? Dico quòd ſic: quia vbi prætenditur fauor, vltima dies habetur pro completa: nam aliquando prætenditur fauor, vt in caſu iſto, etiam in appellatione ſententiæ prætenditur fauor: nam quis poteſt appellare in vltima die. Aliquando prætenditur odium, vt in præſcriptione computatur hora de momento ad momentum.

Iſta

Ista est alia persona, quæ testari nõ potest, scilicet, furiosus: & ratio est, quia caret sensu & intellectu, & nullũ negotium rectè gerit: quia non agit, nec intelligit, quod agit. imò furiosus nunquam cum ratione id, quod agit, vel egit, egisse censetur. Sed ponamus quòd quidam fecit testamentum, & facto testamento factus est furiosus, quæritur nunquid valeat testamentum? Quidam dicunt ꝙ non: quia est in casu, à quo incipere non potest. Alij dicũt, & melius, quòd valet: quia iam testamento facto furor vel dementia nõ habet vitiare testamentum, si post testamentum conditum testator efficiatur furiosus. Et si id testamentum per prius habuerit ratum, furor non vitiat testamentum. & sic dicas de mente capto. Sed ponamus quòd quidam habet dilucida interualla, dum regnat sana mens, vult facere testamentum, nunquid potest? dico quòd sic, si perficitur in sanitate: si non perficitur in sanitate, non valet. Et ratio est, quia nihil dicitur esse actum, donec aliquid superest ad agendum. Ista est alia persona, quæ testari non potest, nec testamentum facere, sicut est prodigus. Et duplex est prodigus, scilicet, prodigus de facto, & prodigus de iure est & de facto simul. Prodigus de facto est, qui ludit & malefacit facta sua: & nõ est ei interdicta bonorum administratio: modò iste potest testari, & codicillari, & omnia facere, nisi habeat aliud iuris impedimentum. Sed prodigus de iure & facto est ille, cui interdicta est bonorum administratio: & iste nihil potest, nec testari, nec aliud facere quantum ad actus ciuiles: sed acquirendo sibi bene potest. Sed ponamus, quòd quidam fecit testamentum ante prodigalitatem, & posteà factus est prodigus, nunquid valet testamentum? & dico quòd sic, si testamentum fuit legitimè celebratum. Secundò ponamus quòd quidam fuit pronuntiatus prodigus, & non erat verum, quia licebat bene facta sua: modò quæritur, nunquid valet sententia? & videtur quòd non: quia sententia est lata contra veritatem, & sententia contra veritatem lata non valet. Tamen dico quòd valet: quia sententia facit ius, & sententia præiudicat veritati. Verum est, si pronuntiatus non aliter probauerit, scilicet, veritatem contra eius falsam pronuntiationem. *Prodigus quotuplex est.*

Ista est alia persona, quæ potest testari. Et euidentiam habemus scire, quòd quidam sunt muti & surdi à natura, & de istis loquitur litera nostra: nam isti non possunt testari, quia

testator debet testes proprio ore rogare. Alia ratio est, quia testes & tabellio non possunt illorum sanè intelligere voluntatem, nec deprehendere, igitur, &c. Quidam sunt muti & surdi ex accidenti, & isti non possunt testari nec testamentum facere, nisi in casibus. Primus casus est, quando sua propria manu potest scribere testamentum. Secundus casus est quando veniam impetrauit à principe. Quidam sunt surdi tantùm, & isti bene possunt testari: quia sola surditas non est impedimentum in condendo testamento. Quidam sunt balbutientes, seu tardè loquentes, & isti etiam possunt testari. Quidam sunt surdastri, & isti possunt facere testamentum. Sed ponamus quòd quidam antequàm esset mutus & surdus, fecit testamentum: & posteà factus est mutus & surdus, nunquid valet testamentum? & dico quòd sic: quia quod ab initio legitimè factum fuit, tractu temporis non debet irritari.

Ista est alia persona, quæ testari non potest, scilicet, cæcus, qui vtroque lumine est priuatus, nisi cum solennitatibus: sed si cum solennitatibus vult facere testamentũ, potest. Sed cùm quibus solennitatibus habeat facere, istud omittitur ex certa scientia: quia infrà melius dicetur.

Ista est alia persona, quæ testari non potest, scilicet, monachus. Sed ad euidentiam de istis clericis distingue: nam quidam sunt clerici professi, quia faciunt professionem, & isti non possunt testari: quia pro mortuis habentur de iure ciuili, & ex iure canonico omnes ad humanos actus inhabiles sunt. Quidam sunt clerici non professi, & isti aut habent bona patrimonialia, & de illis bene possunt testari: aut non habent bona patrimonialia, sed habent bona ecclesiæ, & de illis non possunt testari aliquo modo. Sed ponamus quòd clericus habet plura bona de reditu, & expendit illud quod vult pro persona sua, alia bona conseruat, nunquid de illis bonis poterit testari? & dico quòd non. Sed si est præbenda sibi debita & designata, quia debet habere omni anno centum florenos aureos, & est clericus præbendatus, & est in studio, modò de illis bonis bene poterit testari. Sed ponamus quòd quidam fecit testamentum, & post factum testamentum intrauit religionem, & fecit professionem, quæro nunquid testamentum valeat? dicunt quidam quòd valet:

quia

quia quod ab initio valuit, tractu temporis irritari non debet. Alij dicunt & melius, aut monasterium reperitur institutum, & tunc valet: aut non reperitur institutum, & tunc non valet. Tertiò ponamus quòd quidam habens filios intrauit religionem, & non fecit testamentum: quidam dicunt quòd filij debent habere bona patris, alij dicunt quòd monasterium apprehendet omnia bona ipsius: quia si quis dedicat se Deo, & per consequens bona sua: sed non conuertitur.. Alij dicunt quòd monasterium apprehendet omnia bona, tamen debet habere filius suam legitimam portionem.

Ista est alia persona, quæ testari non potest, scilicet, illi, qui dati sunt obsides pro captiuis populi Romani, nam pro mortuis reputantur: imò plus, si dati sunt obsides pro pace obseruanda, etiam non possunt testari. Sed quid de obsidibus datis aliis ciuitatibus? quidam dicunt quòd lex loquitur solùm de obsidibus populi Roma. Alij dicunt & melius, quòd loquitur de omnibus obsidibus: quia vbi est eadem ratio, ibi idem ius statui debet. Vnum tamen scias, quòd obsides, dum sunt obsides, nihil sibi acquirunt. Sed quicquid acquirunt, fisco acquirunt, & non possunt testari, dum sunt obsides, nisi impetrauerint veniam à principe.

Ista est alia persona, quæ testari non potest, scilicet, condemnatus de crimine famoso: vt quia læsit maiestatem: modò iste testari non potest. Isti etiam testari non possunt, vtputà, quia quis dubitat, an sit liber, vel seruus, an filiusfami. vel emancipatus sit: vt quando quis est in studio, & pater moritur ipso ignorante: modò attinentes mittunt ad dicendum, quòd pater viuit, & est sanus, vt ipse studeat, & non dimittat studium. Item est alia persona, quæ testari non potest propter crimen hæresis: dicit litera, nisi habeat filios Christianos: nam in eis potest testari secundum literam nostram: sed hodie est correctum per authenticam, Gazaros.

Ista est alia persona, quæ testari non potest, scilicet, damnatus ad mortem. Sed diceret aliquis, quis est damnatus ad mortem? Dicunt quidam quòd ille dicitur damnatus ad mortem, qui commisit delictum, propter quod debet mori, & est in carceribus. Alij dicunt quòd damnatus ad mortem est ille, contra quem sententia est lata, quòd debeat mori, & melius, & talis non potest testari, nec testamentum face-

re:quod verum est,sententia locũ habente:tamẽ per principẽ rehabilitari potest, Singulæ autẽ personæ, quæ testari nõ possunt,satis bene ponuntur in litera : & quia non egent expositione,& non sunt magnæ vtilitatis,ideo hic non expono.

Hæc materia tractatur p glo.in tit. qui. nõ est permiss.fa. testa. in l. fi.gl.super verbo ex lege cornelia. vbi etiam ponũtur isti versus.

Testari nequeunt,impubes,religiosus,
Filius in sacris,morti damnatus,& obses,
Prodigus,ac stultus,seruus,dubius,furiosus,
Crimine damnatus cum muto,surdus & ille,
Qui maiestatem læsit,sic cæcus & ipse.

De diuisione testamentorum.

TEstamẽtorum aliud in scriptis, aliud sine scriptis,aliud etiã sine vlla scriptura,sed in testium præsentia fit.Testamẽtum sine scriptis dicitur, quod fit sine solẽnitatibus:& dicitur testamentum nuncupatiuum,sicut sunt prædicta duo testamenta,quorum formæ scriptæ sunt in principio huius capituli,videlicet, quando coram tabellione & testibus nuncupatur testator,& hæredis institutio,& ea quæ in testamẽto ordinantur,& non interueniunt aliæ solennitates:& ob id dicitur,sine scriptis,id est, sine solennitatibus. Sed testamentũ in scriptis dicitur,quod fit cũ solennitatibus,quæ quidem faciũt illud valere:& sunt illæ solennitates,videlicet, ꝙ testator propria manu scribat,si literatus est,& possit scribere. Sed si illiteratus est,& non possit scribere,scribat alius eius mandato, & offerat testatori illud coram septem testibus legitimis, dicens illud esse suũ testamentum,quod offertur,non tamen refert,vtrũ illi testes sciant,quæ continentur in testamento, vel non,& sit in eo scriptũ nomen hæredis , & prædictus testator, vel ille,qui scripserit eius mandato se subscribat in testamento coram testibus, & etiam subscribat se vnusquisque ipsorum septem testiũ vno eodémq; die& tẽpore,& apponat vnusquisque sigillum suum ; & sine istis solennitatibus testamentum in scriptis factum non valet quantum ad extraneum hæredem.Sed si fuerit hæres testatoris filius, valet etiãm his solennitatibus deficientibus. Quomodo autem hoc testamentum debet fieri,& qua forma subscribi , & quomodo aperiri, omittitur:quia à consuetudine temporis nostri est quodammodo alienum. Fit etiam testamentum aliquando sine aliqua scriptura,videlicet , quòd quandò non potest haberi tabellio

bellio, teſtator vocet ſeptem teſtes in ciuitate, quinque in villa, ſi plures habere non poteſt, & diſponat coram eis voluntatem ſuam, & diſpoſitionem, & hæredis nominationem, & inſtitutionem, & roget illos eſſe teſtes. Mortuo autem teſtatore adibit aliquis ius in teſtamento habens, iudicem poteſtatis, & narrabit hoc iudici: & iudex vocatis hæredibus, legatariis, & fideicommiſſariis, ſiue venerint, ſiue non, committet alicui tabellioni teſtes ipſos ad notitiam teſtamēti ad perpetuam rei memoriam recipere: & ipſi teſtes iurati deponent, vnuſquiſque ſigillatim, & interrogabitur vnuſquiſq; de nomine, & pronomine, & ætate teſtatoris, & de ius verbis, quibus vſus fuit in teſtamento, & ſpecialiter de hæredis inſtitutione: & de anno, die, loco, & tempore: & his teſtibus receptis, legētur dicta eorum coram iudice præſentibus aliis ſeptem teſtibus: & tabellio de mandato iudicis publicabit illos, & ſe ſubſcribet.

Teſtamentum ſine ſcriptura.

De parte ex teſtamento ſumenda.

TEſtamentum authenticum & integrum dari poteſt cuilibet hæredum, & ſubſtitutorum, & commiſſariorum, ſeu fideicommiſſariorum, & legatariorum: poteſt etiam nihilominus cuilibet legatariorum dari certa pars teſtamenti, ſcilicet, illa, in qua fit mentio de eo, quod ſibi legatum, vel relictum eſt, hoc modo: Antonius per gratiā Ieſu Chriſti ſanus mente & ſenſu, licet languens corpore, ſuarum rerum & bonorum omnium diſpoſitionem per præſens nuncupatiuum teſtamentum ſine ſcriptis in hūc modum facere procurauit. In primis quidem de bonis ſuis reliquit pro anima ſua xx. libras, &c. & infra alia, quæ in eodem teſtamento diſpoſuit, tale fecit legatum, his verbis expreſſum. Prætereà de aliis bonis ſuis reliquit iure legati Antonio ipſius nepoti centum li. Bono. In fine autē ipſius teſtamēti hoc cōtinetur: In omnibus autem bonis ſuis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, vtilibus & directis, tā præſentibus quā futuris, Domi. eius filiū ſibi hæredē inſtituit. Et hanc ſuā vltimā voluntatem aſſeruit eſſe velle, quā valere voluit iure teſtamenti: Quod ſi non valet iure teſtamenti, valeat ſaltē iure codicillorum, vel cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis. Et ita nota, quòd quādo ſumitur pars, debet poni principiū teſtamēti, & finis, & ſpecia-

liter hæredis institutio:& in medio debet poni illud legatum, cuius occasione sumitur pars, secundum formam prædictam.

De diuisione testamentorum. Rub.

AD euidentiā huius tituli volo quærere vnum solum, (quia titulus non diuiditur) scilicet, quotuplex sit testamentum? & dico quòd est triplex. Quia quoddam est testamētum, quod fit in scriptis: Quoddam est testamentū, quod fit sine scriptis: Quoddam est testamentum, quod fit sine aliqua scriptura. Hæc diuisio est generalis in suas species. Nam testamentum vt genus per prius diuiditur in prædictas species. Primò, dico quòd quoddam est testamentum, quod fit in scriptis, id est, cū solennitatibus, quando testator vult quòd nulli pateat vltimum velle suum, nisi post mortem eius:& in illo testamento requiruntur septem testes cū notario & sine notario requiruntur octo, qui testes debent esse literati, & ꝙ subscribant se, & quòd testes sint rogati, & quilibet ponat sigillum ad chordulas pendentes. Quoddam est testamētum, quod fit sine scriptis, & sine solēnitatibus, quādo fit testamentum:& corā testibus recitatur vltimum velle testatoris: vnde dicitur in proœmio testamentorum. Talis sanus mēte, & infirmus corpore, suorū bonorum per præsens nuncupatiuum testamentū sine scriptis. Dicit, nuncupatiuum, id est, declaratiuum. Dicit, sine scriptis, id est, sine solēnitatibus. & de isto testamēto facto in scriptis & sine scriptis infrà melius habebimus. Aliud est testamētum, quod fit sine aliqua scriptura de mūdo, sed corā testibus ordinat vltimū velle suum, instituendo hęredē, faciendo legata, secundū quod testatori placet. Et circa testamentū factū corā testibus dant cōsiliū bonū hæredi instituto in tali testamēto, facto sine scriptura, quòd ipse faciat citari venientes ab intestato, vel legatarios, vel fideicommissarios, si voluēt aliquid opponere ad hęredē, vt ꝙ nō sit cōpetens hæres, & quòd testes deponant dicta sua, & quòd aperiantur, & publicentur, & quòd iste faciat ꝙ habeant dicta testium authenticata, vt semper appareat, quomodo hæres fuit institutus: quia si testes decederent, hæres nō posset ita probare de hæreditate, nisi haberet dicta testium authenticata, & publicata. & sic erit cautum isti hæredi instituto.

Quot

Quot & quæ capitula sint in testamento ponenda. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli, Iste titulus non diuiditur, sed volo quærere tria, vt plenè pateat materia eius. Primò, quot capitula potest habere ad plus quodlibet testamentũ, & an illa capitula sint necessaria vel voluntaria. Secũdò, quæ capitula sint voluntaria, & quę necessaria. Tertiò, qualiter capi. sint ordinatè scribenda, & ponenda in instrumento. De primo, quot capi. potest habere ad plus quodlibet testamentum, & an illa capitula sint voluntaria vel necessaria? Et dico ꝙ ad plus potest habere sex capitula. Quorum primũ est procemij. Secundum legatorum. Tertium institutionis hæredis. Quartum substitutionis. Quintum prouidentiæ. Sextum & vltimum clausulæ finalis. Et intelligas quòd testamentũ potest habere sex capitula: non autem dico, debet: nam tria sunt necessaria, & tria voluntaria. Tria sunt necessaria, scilicet, capitulum procemij, capitulum institutionis, & capitulũ clausulę finalis. Tria sunt voluntaria, scilicet, capitulum legatorum, capitulũ substitutionis, & capitulũ prouidentiarum, & hoc secundũ literã nostrã quę loquitur tã de iure quã de vsitata cõsuetudine. De secũdo. s. quę capitula sint vtilia, & quę voluntaria, & quę necessaria? Et dico ꝙ sunt necessaria. s. publicationes, & hæredis institutio: & vbi in testamẽto apponuntur solũ ista duo, testamentũ est perfectum, & valet, & tenet. Duo enim sunt vtilia, scilicet, capitulũ procemij & clausulæ finalis. Primum procemij: & hoc propter personã testatoris sufficientissimè declarandã siue describendam, & propter sobrietatem ipsius testatoris denotandam. Aliud est capitulum clausulæ finalis: nam licet non esset apposita, testamentum nihilominus valet: sed tamen est vtilis, nam per istam clausulam multis prouidetur periculis futuris: vt infrà patebit de eius effectu. Alia duo sunt voluntaria, scilicet, capitulum legatorum, & capitulum prouidentiarum: nam ista duo sunt voluntaria, quę fiunt de voluntate. Sed diceret aliquis, imò videtur ꝙ sint vtilia: quia si quis legat amicis suis, illis amicis legata sunt vtilia: ergo capitulũ legatorũ est vtile: dic ꝙ sunt vtilia amicis, sed tamẽ ad effectũ & essentiã testamenti sunt voluntaria, & non vtilia. Modò sequitur tertium punctum in seq.

Testamentum quot capitula potest habere.

Capitula voluntaria & necessaria.

Capitula testamẽti qualiter debeant ordinari.

Rub. De tertio, scilicet, qualiter ista capitula debeant ordinari in testamento? & dico quòd secundũ diuersas regiones ordinantur, & ita tu debes ordinẽ seruare: nã ordo est parium dispariúmque rerum suo loco collocandarũ debita dispositio, per quam singula quæque suum locũ tenent sortita decẽter. Et secundũ Bern. Scire quòd agas, & agendi causam ignorare, non est perfectũ: & sic primò ordinem in testamento seruare debes. Primò apponere prooemium, in quo prooemio fit mentio de persona testatoris: & sic dignius est prooemiũ, & à dignioribus est inchoandum: & etiã præfertur prooemium: quia dicitur à protos, quod est primum: & ideo debet apponi primò in testamento. Secundò apponũtur legata, & hæc duabus rationibus. Prima ratio est, quia legata fiunt propter animam, & anima est dignior corpore: & ideo legata prǽferũtur institutioni. Et etiam alia ratione, quia si quis faceret post prooemiũ, & ante legata, institutionẽ, & posteà faceret legata, ecce ꝙ nõ detraheretur de hæreditate: & nunquã dicitur hæreditas, nisi detracto ære alieno. Tertio loco ponitur institutio, & quia institutio est caput & fundamentũ totius testamẽti, & quia dominatur omnibus aliis capitulis, ideo ponitur institutio in medio. Quarto loco ponitur substitutio. Nõ autem debet poni ante institutionẽ: quia si poneretur ante institutionem, iam nihil operaretur: quia per institutionem per prius factam denominantur succedentes substituti, nec substituti possent dici absque institutione. Quinto loco ponuntur prouidentiæ: & ratio est, quare non possunt apponi in primo, quia ibi est prooemium: non in secundo, quia ibi sunt legata: non in tertio, quia ibi est hæredis institutio: nõ in quarto, quia ibi debet esse substitutio: ergo sequitur quòd in quinto ponantur. Sexto apponitur clausula: nam clausula apponitur in fine, quia clausula claudit testamentum.

De prooemijs testamentorum.

AD euidentiam huius tituli volo quærere tria. Primò, quare apponitur prooemium in testamento. Secundò, quot requirãtur in prooemio testamentorum. Tertiò, qualiter capitulum prooemij debeat ordinari & variari in testamento per te notarium. De primo quare apponitur prooemium in testamento? & dico quòd tribus rationibus. Prima

ratio

ratio est, propter personam testatoris sufficientissimè declarandam: nam declarari debet nomine, pronomine, cognomine, & agnomine: vel saltem per duo vel tria ex his, vt certa sit testatoris persona. Secunda ratio est, propter sobrietatem testatoris declarandam, scilicet, an sit sanus mente & corpore, vel sanus mente, & infirmus corpore. & hîc de omnibus habes mentionem facere in testamento, scilicet, de sobrietate testatoris in procemio: quia si testator esset mente subuersus, & non sanæ mentis, memoriæque, testamentum cōdere non posset: & si condit, non valet. Tertia ratio est, vt demonstretur quale testamentum facit, an testamentum in scriptis, vel sine scriptis. De secundo, scilicet, quot requiruntur in procemio? & dico quod tria, scilicet, persona testatoris. Secundò, requiritur sobrietas, an sit sanus, &c. Tertiò, requiritur qualitas testamenti, an sit in scriptis, vel sine scriptis. De tertio, scilicet, qualiter capitulum procemij possit variari, & ordinari per te notarium? & dico quòd tribus modis. Primo modo, quando est sanus mente & corpore. Secundo modo, quando est sanus mente, & infirmus corpore. Tertio modo, quandò est sanus corpore, & vult ire ad bellum, vel vult visitare limina Apostolorum Petri & Pauli, vel alia de causa vult se absentare.

De legatis & fideicommissis.

QVoniam secundum ordinem testamentorum in principio huius capituli scriptorum, posito nomine testatoris & procemio, statim proceditur ad legata & fideicommissa: idcirco videndum est, quid sit legatum & fideicommissum: & qui possunt legare, & quibus legari potest: & quæ res possunt legari, & quomodo. Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda: quia legatum regulariter traditur ab hærede. Fideicommissum ferè idem est quod legatum: sed fideicommissum ideo dictum, quia fideicommissa olim pendebant ex fide hæredum. Sed hodie ferè exæquata sunt legata, & fideicommissa, & quicquid iuris est in vno, est in alio. Sed commissarius aliud est: quia commissarij dicuntur, quibus committitur legatum animæ soluendum. Vnde in multis locis appellantur executores

testamentorum, qui exequuntur legatum animæ. Possunt autem legare omnes, qui testamentum facere possunt. Legari auté potest omnibus illis, qui possunt hæredes institui. Qui verò institui possunt, & qui non, infrà habebitur proximè in Rub. de institutione hæredum. Prætereà legari potest res testatoris, & res hæredis. Item res extraneæ personæ legari potest: & hoc verum est, quando testator sciebat rem alienam esse, & hæres debet tunc rem illam emere à domino, & tradere eam legatario: & si dominus vendere noluerit, debet hæres tradere legatario æstimationem. Item possunt legari fructus futuri. Item iura, actiones, & seruitutes. Legari verò non possunt res, quæ non sunt in rerum natura, vt hypocentaurus, & ea, de quibus non est commercium, vtputà, forum Roma. vel Basilica, vel templa, vel quæ vsui publico destinata sunt. Item ea, quæ sunt iniuncta ædibus, ne vobis ruinis deformetur. Cæterùm legari potest, seu legatum relinqui, quibuscunque verbis, aptis tamen & idoneis: vt si dicat testator, do, lego, dari iubeo, mando, præcipio, & similiter. Et relinqui potest legatum purè, & in diem, & sub conditione. Et potest testator huiusmodi legatis apponere pœnam, & conditionem, quam vult.

De legatis & fideicommissis. Rub.

AD euidentiam huius tituli volo quærere sex, sicut in sex partes diuiditur. Primò, quid sit legatum, diffiniendo, & quare sic appellatur? Et dico quòd legatum est donatio quædam à defuncto relicta, sed ab hærede præstanda: vt Institution. de legatis. §. legatum. modò exponamus verba diffinitionis. Et primò dicitur, legatum est donatio: per hoc nota, quòd ille, qui legat, donat: quia legatum est donatio, ideo non cogitur quis legare: Dicitur, quædam, & non omnis, ad differentiam aliarum donationum: nam in iure sunt sex species donationum, & ista est vna de illis, quæ quidem locum habet solùm in vltima voluntate. Dicitur, à defuncto relicta, scilicet, à testatore. Dicitur, sed ab hærede præstanda: nam hæres debet dare legata, adita hæreditate. Circa illud litera format vnam quæstionem. Ponamus quòd quidam fecit testamentum, in quo

reliq

reliquit iure legati Martino vnum equum, vel vnā domum, vel quid aliud: venit legatarius, & apprehendit legatum sine licentia hæredis authoritate sua, modò quæritur quid iuris? litera nostra distinguit: quia aut legatarius occupauit rem legatam ante aditam, aut post aditam hæreditatem. Si occupauit rem legatam ante aditam hæreditatem, & tunc præiudicat sibi lagatarius solùm in possessione: nam tenetur restituere rem legatam hæredi, & debet ab eo petere. Si autem occupauit rem sibi legatam post aditam hæreditatem, & tunc præiudicat sibi in proprietate & possessione: nam ipse perdit proprietatē, & perdit possessionem, scilicet, vsumfructum & proprietatem. Etiam litera format aliam quæstionem, & soluit. Ponamus quòd quidam fecit testamentum, & legauit Mar. centum, iste Martinus moritur viuo testatore, vel mortuo testatore (non curo) hæres Marti. vult petere legatum, modò quæritur an possit? litera distinguit, & bene: quia aut moritur viuo testatore, aut mortuo testatore. Si moritur viuo testatore, aut habet coniunctum, vel substitutum: & tunc coniunctus, vel substitutus petit totum legatum. Si non habet coniunctum, vel substitutum, & tunc deficit legatum: nec potest peti legatum ab hærede testatoris. Si legatarius moritur testatore mortuo, etiam ante aditam hæreditatem, & tunc hæres legatarij petet legatum. Sed hîc dantur additiones, quarum prima talis est. Ponamus quòd quidam fecit testamentum, & reliquit iure legati Martino centum, hæres apprehendit hæreditatem, & non vult dare legatum, modò quæritur qua actione potest agi contra eum? & dico quòd regulariter potest agi tribus actionibus. Primò potest agi contra eum actione ex testamento, quæ oritur ex quasi contractu. Secundò potest agi rei vendicatione ad reuendicandum rem sibi legatam: nam mortuo testatore, iam est quasi dominus legatarius rei sibi legatæ. Tertiò potest agi contra eum actione hypothecaria: nam legatarius pro legato soluendo habet omnia bona hæredis obligata. Secunda additio talis est. Ponamus quòd hæres non vult adire hæreditatem, quæro an legata debeantur, & an deficiant legata? & dico quòd sic propter diffinitionem dicentem, legatum est donatio quædam à defuncto relicta, sed ab hærede præstanda: nam hæres debet dare legatum.

Hæc est materia tit. C. de cadu. tol.

& si non

& si nõ apprehendit hæres hæreditatem,nõ potest dare legatum:& sic legata deficiunt. Fallit tamen in casibus, in quibus licet deficiat hæres,tamen debentur legata. Primus casus est quando est apposita clausula finalis. Secũdus casus est quando testator hoc expressit in testamento:vt quia dixit testator, Et si contingeret talem filium meum mihi hæredem nolle esse, volo quòd legata debeantur:modò istis duobus casibus, quãtumcunque deficiat hæredis institutio,tamen legata debentur.

Legare qui possunt.

De secundo,scilicet,qui possunt legare?& dico quòd omnes illi,qui possunt testari,& testamentum facere, possunt legare. A contrario sensu illi,qui non possunt testari, nec testamentum facere,non possunt legare. Sed qui sunt illi, qui non possunt testari,habuisti suprà,in rubrica, de his qui testari non possunt.

Legari qui. nõ potest.

De tertio, quibus potest legari? & dico quòd omnibus,qui possunt hæredes institui. A contrario sensu illis non potest legari,qui non possunt hæredes institui. Sed qui non possunt hæredes institui,infrà habebis sub Rub. de extraneis hæredibus instituendis. Vnũ tamen scias, quòd persona legatarij debet esse certa,scilicet,nomine, prænomine,cognomine,& agnomine,vel alio modo, aliàs legatum non valet:nisi in casu,scilicet,quando legaretur pauperibus Christi,licet sint incerti,tamen valet legatũ fauore pietatis, & episcopus debet dispensare inter pauperes. Hîc sunt additiones. Ponamus quòd quidam fecit testamentum,& in testamento dixit, Lego Petro vel Martino centum:quæritur cui debeatur legatum?quidam dicũt quòd legatum deficit: quia persona est incerta,& non valet. Alij dicunt, quòd legatum valet,& tenet. Tamen hæres potest dare, cui vult, legatum: quia in alternatiuis electio est debẽtis. Alij dicũt,quòd istud, vel,ponitur copulatiuè,& ponitur,vel,pro,&,& debetur vtrique legatum.

Hac materia tractatur in l. j. §. ad testa. ff. ad l. Corne. de fal.

Secunda additio est,vtrum notario legari possit,& an valeat legatũ factum ei, qui scribit testamentum? Quidam dicunt quòd nõ,& habent argumentũ:quia scripturæ factæ pro se nulla fides est adhibenda. Alij distinguũt, aut tu quæris de dictatore testamenti,aut de notario, qui scribit. Si de dictatore testamenti,& tunc valet legatum. Si de notario,qui scribit testamentum,ei non potest legari, nec valet legatũ & factum. Alij distingunt,aut testamentum est secretum,aut nuncupatiuũ,seu declaratiuũ. Si est secretũ, non valet legatũ. Si est nuncupatiuũ,tũc ei potest legari: communi-

ter tenetur, quòd neque notarius testamentum recipiens, nec testamēti testatoris dictator, verè secundū iura, & eorum decreta, minus legatarij esse possunt: & si eisdem fiat legatum, videtur quòd non valet: quia quilibet singulari iure prēsumitur sibi fauere: ideo quis diceret notarium ad vtilitatem sui testamentum scripsisse. Et testamenti dictatorem sibi dictasse: quibus quidem quis in eos apertè de fide arguere posset, ac de falsitate suspicari. Tamen hîc datur triplex consilium. Primum consilium est, quòd quando testator vult aliquid legare notario, quòd notarius reddat testes attentos, quando ipse legit testamentum, vt ipse posit probare hoc legatū per testes fore sibi factum: aliàs, si vellet probare per testamentum, non posset. Aliud consilium est, quòd notarius faciat fieri illud legatum, quod vult testator facere notario, quòd faciat filio notarij, vel vxori, vel cuidā fideli amico ipsius notarij, vt posteà posit illud legatū habere. Aliud consilium est, quòd notarius scribat testamentū: & si testator vult aliquid legare notario, quòd non leget in testamento. Sed quòd veniat alter notarius qui faciat codicillū, & ibi ponat illud legatū, quod vult facere notario: & sic idē notarius scribens testámētū poterit illud legatū petere. Tertia additio est. Ponamus ꝙ testator volebat legatum facere cuidam, & in legatario erratum fuit in nomine, prenomine, cognomine & agnomine: vel fuit facta falsa demonstratio, nunquid error ille, vel falsa demōstratio habet vitiare legatū? dico quòd nō, nisi ille legatarius esset persona incerta: quia tunc nō valeret legatum. De quarto. s. quæ res possunt legari? & dico quòd res testatoris, res hæredis, res legatariorum, & res aliena. Videamus in vtroq; casu. Primò potest legare testator rem suā propriā, & de hoc nō quæro: etiā potest legare rem hæredis: & hæres nō potest adire hæreditatē, nisi primò det rē legatā: nec refert an testator sciuerit, an ignorauerit rem esse hæredis, vel suā. Potest etiā legare testator rem legatarij vsque ad quantitatem legati: quia quem honoro eum onerare possum, duntamen non sit plus in onere, quàm in honore, & valet legatum, sed non ad præiudicium veri domini, sed hæredis: nam hæres debet rem emere, & dare legatario, vel æstimationem dare, si verus dominus nollet eam vendere. Hic sunt additiones, quarum prima talis est. Ponamus quòd res est euicta à legatario, quæritur nunquid hæres tenetur de euictione? hîc sunt opiniones.

Quæstio hæc tractatur In sti. de leg. §. si quidē in nomine

Legari quæ res possunt.

nes. Quidam tenent indistinctè, quòd non: nam hæres tenetur solùm dare legata, & datis legatis non tenetur amplius ad aliquid. Alij dicunt, quòd tenetur in totum: quia quilibet, qui debet rem dare, debet eam facere accipientis: modò, quia res est euicta, non fecit eam accipientis. Sed ponamus quod testator legauit rem alienam cuidam, modò quæritur an valeat legatum, & quis habeat probare scientiam testatoris? Distingue, quia aut testator sciebat rem esse alienam, & tunc valet legatum: nam hæres debet præstare legatum vel æstimationem. Sed si ignorabat rem esse alienam, quia credebat rem esse suam, & tunc non valet legatum. Si dubitatur, quòd testator sciuerit, vel ignorauerit rem esse suam, modò legatarius habet probare scientiam testatoris, vel ignorantiam: quia ei qui agit, incumbit onus probationis. Sed quomodo poterit hoc probare? dico quòd poterit hoc probare legatarius: quia testator nunquam habuit fructus rei legatæ, vel alio modo, secundum quòd poterit probare: legari potest res, quæ modò non est, sed speratur esse legatarij, sicut sunt futuri fructus. Item corporalia & incorporalia, sicut iura & actiones, seruitutes, res mobiles & immobiles. Item potest legare liberationem debiti, & valet legatum, nisi testator exegerit debitum. Potest etiam legari debitum, si plus esset in legato, quàm in debito: aliàs si ex legato non repræsentaretur aliqua vtilitas, non valeret legatum. Potest etiam legari dos vxori, & valet legatum: quia plenius est legatum, quàm de dote actio. Sed de ista dote legata melius dicetur infrà. Potest etiam legari factum, quòd hæres vendat tibi talem rem pro tanto pretio, istud etiam melius habebis infrà. Ponamus etiam legari seruitutes, scilicet, quòd tu habes seruitutem in fundo meo. Sed quæ res prohibitæ sunt legari? Dico quòd res, quæ prohibentur alienari, & in contractum deduci, & etiam res improbosæ prohibentur legari. Et datur exemplum de re improbosa, scilicet, quando testator dixit, lego Martino columnam, quæ est in medio domus meæ: vel dixit, lego quòd talis habeat tot pedes terreni in camera mea: modò non valet legatum de re improbosa, nec de rebus, in quibus legatarius non posset habere aditum sine hæredis rei totius præiudicio: eidem legatario non potest fieri de re aliqua legatum. De quinto, scilicet in qua vltima voluntate fiant legata? & dico quòd fiunt in testamento, vel

Quæstio habetur Instit. de leg. §. si res aliena.

Res, quæ legari prohibentur.

Legata in qua vltima voluntate fiant.

vel codicillo perfecto: & dicitur perfectum testamentum, vel codicillum, quando testamentum vel codicillum sunt lecta coram testibus:& ista legata fiunt solùm in testamento vel codicillo, non autem in donatione causa mortis, in qua sunt non legata, sed donationes mortis causa. De sexto, qualiter fiunt legata? Et dico quòd fiunt in diem, vt lego tibi centum vsque ad Pascha. Fiunt etiam ex die, vt lego tibi centum: à Paschate in anteà. Fiunt etiam purè, vt lego tibi centum, secus in institutione, quæ fit solùm purè & sub conditione. Fiunt etiam sub conditione, vt lego tibi centum si Papa venerit Bo. Sed quibus verbis fiunt legata? dico quòd possunt fieri omnibus verbis aptis tamen & idoneis, vt rogo, peto, posco, mando, iubeo, lego, præcipio, impero, do, exigo, cupio, opto, affecto, credo, & volo. De septimo, quot sunt species legatorum? dico quòd sunt quatuor: quædam sunt legata, quæ fiunt propter malè ablata, & iniustè acquisita: & istorum quatuor sunt species: quia quandoque testator scit, quòd habet malè ablatum, & à quo: quandoque scit quid habet, sed non à quo: quandoque scit à quo habet, sed non quantum: quandoque nescit quantum, nec à quo: & ista primò veniunt describenda. Nam non solùm notarius debet dare consilium pro corpore, sed etiam pro anima: nam notarius debet dicere testatori occultè, si aliqua malè ablata habet: non debet dicere testatori, Fecistis vnquam vos furtum, vel vsuras, palàm, sed occultè, ne testator verecundetur. Quædam sunt legata propter animam. Quædam sunt legata, quæ fiunt amicis & parentibus. Quædam fiunt matribus, nuribus & vxoribus, quibus notarius debet esse multùm fauorabilis. Et hæc de legatis dicta sufficiant.

Legata qualiter fiant.

Species legati quot sunt.

De hæredum institutione, & qui possunt instituti, & qui non.

QVia hæredis institutio est caput & fundamentum testamenti totius:& sine hæredis institutione non valet testamentum. Ideo multùm interest tabellionum de hærede considerare & inquirere. Sed

re. Sed primò videndum est quid sit hæredem instituere. Secundò, de hæredum diuisione. Tertiò, qui debent, & possunt hæredes institui, & qui non. Quartò & vltimò, quomodo fiat hæredum institutio. Est autem hæredem instituere aliquem post mortem suam loco sui in omnibus bonis suis dominum constituere. Nam dicitur hæres ab hero, id est, domino. Vnde hæres est, qui succedit in vniuersa bona defuncti: & ad hæredem commoda & incommoda hæreditaria redeunt. Nam interpretatione iuris vna & eadem persona videtur esse hæredis & defuncti. Hæredum alij sunt sui & necessarij. Alij necessarij tantùm. Alij extranei. Sui & necessarij, sunt filij seu liberi, qui sunt in potestate. Ideo sui, quia in potestate sunt. Ideo necessarij qui à iure ciuili, veluti naturaliter sunt hæredes, licet possint iure prætorio ab hæreditate abstinere, si velint. Necessarij sunt tantùm serui. Vnde si seruus instituatur hæres, velit vel nolit, tenetur hæreditatem etiam suspectam adire, sed ipsa institutione fit liber, vt suprà. Extranei sunt, qui non sunt in potestate. Vnde voluntarij hæredes sunt, nec compelluntur vllo iure adire hæreditatem: nisi cùm instituti sunt hæredes, & rogati per fideicommissum alteri hæreditatem restituere: quia tunc compelluntur adire hæreditatem iudicis officio, & eam aditam restituere, re & verbo, vel saltem verbo. Sed nota mulieri omnem hæredem esse extraneum: quia neminem habet in potestate, licet etiam mulier teneatur liberos instituere iure naturæ. Debent autē liberi descendentes, aut si sunt emancipati, aut non, à parentibus institui, siue vniuersaliter, siue in certa parte, dummodo illa non sit minor Falcidia. Et si in minori parte quàm fuerit Falcidia, instituerentur, possunt agere ad supplementum, nisi exhæredentur. Possunt autem exhæredari, si iusta exhæredationis causa interueniat, quæ quidem nominatim exprimatur. Causæ itaque ipsæ quibus parentes possunt filios exhæredare, sunt quatuordecim: vt infrà habetur in fine huius capituli. Ex his liberis nemo debet à patre, vel à matre, aut ab his, in quorum patria potestate sunt, præteriri, quin instituitur, aut exhæredentur. Et si præterirentur, possunt agere querela inofficiosi testamenti: & non valet testamentum quantum ad hæredis institutionem, licet quantū ad alia legata & relicta valeat & teneat.

Quid sit hæredum institutio.

Hæredū quæ sit differentia.

teneat. Veruntamen si quis instituit filium, non opus est insti tuere filios eiusdem filij sui, licet sint in aui paterni potestate. Sed nepotes ex filia non sunt in potestate aui materni, sed sequuntur familiam & potestatẽ sui patris, vel aui paterni: idem iuris est in filio, quia filius tenetur parentes quando licet ei testari, instituere, saltem in Falcidia, quia quamuis turbetur ordo mortalitatis, tamen miserationis ratio parentes ad liberorum bona admittit. Et non minus parẽtibus, quàm liberis piè relinqui potest. Potest etiam filius parentes exhæredare, si interueniat iusta exhæredationis causa, vt in fine capituli habetur. Item possunt hęredes institui extranei:& omnes præter hos, scilicet, deportatus propter aliquod delictum in aliquam insulam, siue bannitus in perpetuum. Item damnatus in metallum fodiendum. Item collegium illicitum, videlicet, quod non est approbatum. Item incestuosus, scilicet, ille qui est natus ex damnato coitu, idest spurius testatoris. Itẽ seruus qui accusatus est de adulterio cũ domina sua commisso, ab illa domina institui non potest. Itẽ hæreticus. Item apostata. Item mulier, quæ conuolat ad secundas nuptias infra tẽpus luctus, hoc est, infra annũ post mortem primi viri. Item qui scienter contraxit cum aliqua muliere ignorante illas esse illicitas nuptias, quæ tamen erant illicitæ, non potest ab illa muliere institui. Generaliter autem omnes alij possunt hæredes institui, & accipere quicquid à testatore relinquitur: siue sint filij, siue extranei, siue liberi, siue serui testatoris vel alieni, siue patresfamilias, siue filiifamilias, siue impuberes fuerint, vel maiores, siue persona priuata siue ecclesiastica, vel vniuersitas. Cæterùm scias quòd hæredis institutio potest fieri purè & sub conditione. Item debet fieri, facta demonstratione certi hæredis, vel nominando hęredem proprio nomine, vel demonstrando eum ad oculum, vel alio indubitabili signo: & si de certo hærede non appareret, non valet institutio. Prætereà debet nomen hæredis per prænomen, vel aliam expressam demõstrationem exprimi, vt bene sciatur, de quo primo dixit testator: quia si testator nominasset Petrum, & nesciretur de quo Petro dixisset, eò quòd habeat plures amicos eiusdẽ nominis, non valet institutio. Item potest institui hæres insolidũ, Itẽ pro parte, vt putà dimidia, tertia, vel quarta:& pro parte, in qua institutus est, debet subire onus æris alieni. Et nota quòd si vnus inistitutus est hęres

incerta parte, & alius in vniuerso: ille qui est in certa parte institutus, loco legatarij habetur: sed si vnus solus institutus est hæres, & est in certa parte institutus, nec inuenitur alius vniuersalis: tunc detracta rei certæ mentione institutus in re certa, in solidum erit hæres. Sed attende præcipuè tu tabellio: si testator instituat filios, vnum, vel plures masculos, vel fœminas: & si masculos, vtrũ vxoratos vel non: & si filios instituat, vtrum natos vel posthumos. Et super institutionibus prædictarum personarum veteris forma, quæ continetur in prædictis duobus testamentis.

De hæredum institutione, & qui possunt institui, & qui non. Rubrica.

AD euidentiam institutionum volo quęrere in genere sex. Primò, quæ sit hæreditas, quare sic appelletur, & quot nominibus nuncupetur. Secundò, quæ sit hæreditatis diuisio. Tertiò, quid sit hæredem instituere. Quartò, in qua vltima voluntate fiat hæredis institutio. Quintò, qualiter, & quibus verbis fiat hæredis institutio. Sextò & vltimò, quæ sit hæredis differentia. De primo, quæ sit hæreditas? Et dico quòd hæreditas est in vniuersum ius, quod habet defunctus, tempore mortis suæ legitima successio. Singula verba in diffinitione contenta egent expositione. Et primò dicit, hæreditas est successio, scilicet, ex testamẽto vel ab intestato. Dicit, in vniuersum ius, idest, vniuersum patrimoniũ, & in omnibus bonis. Dicit, ꝙ habet defunctus tẽpore mortis. Et sic not. quòd in hæreditate consideratur solũ tẽpus mortis. hîc est additio. Ponamus ꝙ quidã fuit hæres institutus in testamẽto, & moritur testator antequàm hæres apprehẽdat hæreditatẽ: hæreditas augmentatur, & augmentata est, quæritur nunquid illud augmentũ sit hæredis instituti? Diceret aliquis, videtur quòd non, propter diffinitionem, quam habet defunctus tempore mortis: & sic non est hæredis. Sed tamen tu dic, quòd si hæreditas augmentatur post mortem testatoris, & ante aditam hæreditatem, quòd augmentum spectat ad ipsum hæredẽ. Vnde datur exemplum in seruo hæreditario. Nam si seruus acquirit aliquid, acquirit hæredi facto semper: & appellatur hæreditas ab hero, idest domino. Et nuncupatur multis nominibus.

Hæreditas quid sit.

bus. Nam primò appellatur hæreditas, appellatus ęs, appellatur libra: nam sicut libra continet in se xij. vncias, & ita hæreditas: appellatur familia, vt actio familiæ erciscun. idest hæreditatis diuidendæ. De secundo, scilicet, quæ sit hæreditatis generalis diuisio? & dico quòd testator potest diuidere hæreditatem in tot partes, quot vult. Sed quantum est de iure hæreditas? Diuiditur in xij. vncias. & istę vnciæ habent diuersa nomina specialia à lege. vnde primum nomen est sextans, & continet vnam vnciam & dimidiam. Sextans continet partem sextam. Triens continet tertiam partē hæreditatis. Quadrans continet quartam partem. Quincunx continet quinq; partes hæreditatis, & non quinque vncias. Alia nomina satis bene ponuntur in litera: ideo hîc non expono causa breuitatis: tamen testator potest facere tot partes, quot vult. Et oportet scire hanc diuisionem, quia plerunque legitimi filij vel naturales debent habere suam partē, seu legitimam: & istam diuisionem poteris scire, quando dicetur infrá. De tertio, scilicet, quid sit hæredē instituere? Et dico quòd hæredem instituere, est aliquam post mortem suam in omnibus bonis suis æquè dominum statuere. Singula verba in diffinitione contenta egent expositione. Dicit hæredem instituere est aliquem, scilicet, habilem & idoneum ad existendum hæredem. Dicit, post mortem, & non ante mortem: nam si quis faceret testamentum, vt incontinenti haberet vires, non valet. Dicit suam, & non alienam: nam si testator diceret, volo quòd testamentum habeat vires solùm post mortem talis, non valet, nec posset hoc fieri. Dicit in omnibus bonis suis, & non in parte: quia si quis esset institutus in parte, & de residuo nihil esset dictum in testamento, modò institutus in parte haberet totum: quia in parte continetur totum. Dicit, æquè dominum statuere: nam quando quis est institutus, efficitur dominus, & testator facit eum dominum. Et appellatur hæres ab hero, idest, domino: nam hæres repræsentat personam domini: & quantum ad vsucapionem & præscriptionem inter defunctum & hæredem continuatur possessio: & vna & eadem est persona hæredis & defuncti, & etiam commodū & incōmodum spectat ad ipsum hæredē, sicut spectabat ad dominū quando viuebat. De quarto, scilicet, in qua vltima volūtate fiat hæredis institutio? & dico quòd fit solùm in testamento institutio

Hæreditas qualiter diuiditur.

Hæredē instituere quid sit.

hęredis directa, & non in alia volũtate vltima, scilicet, codicil lo, nec donatione causa mortis. Sed institutio hæredis fidei-commissaria seu obliqua fit in testamento & codicillo. Sed ponamus quòd quidam fecit codicillum, & in eo codicillo fecit directam hæredis institutionem, quod facere non potuit, quæritur nunquid valeat? diceret aliquis, videtur quòd non: quia hęredis institutio fieri non potest in codicillo: ergo non valet. Sed tamen tu distingue: quia aut testator sciebat se codicillari, & fecit hæredis institutionem directam, modò non valet vt directa, sed trahitur ad fideicõmissariam institutionem. Aut credebat se testari, & faciebat codicillos, modò non valet vt directa, sed vt fideicommissaria. De quinto, scilicet, qualiter & quibus verbis fiat hæredis institutio? & dico quòd fit verbis directis, & inflexis: & verba directa sunt casus nostri, vt talis mihi esto hæres. Verba autem inflexa sunt in aliis casibus, vt talem mihi hæredem instituo. Fit etiam de persona certa, (non incerta) demonstrata nomine, prænomine, cognomine, & agnomine: vnde litera format vnam quæstionem. Ponamus quòd quidam habebat duos nepotes vocatos hoc nomine, Titius modò fecit testamentum, & dixit, Titium nepotem meum mihi hæredem instituo: & duos habet nepotes qui vocantur hoc nomine, Titius: & sic non valet ista institutio, quia nescitur de quo Titio. Ideo debet testator per aliquod nomen specialiter signare eos esse differentes, quos vniuersales hęredes sibi instituit, vt putà, instituo Ioannem meum filium maiorem natu. Et quod dico, scilicet, quòd incerta persona non potest institui, fallit in pauperibus Christi: Nam licet sit incerta persona, tamen valet institutio fauore pietatis. Potest etiam fieri purè, & sub conditione: & valet institutio aduenięte cõditione, aliàs non. hic sunt additiones.

Quibus verbis fiat institutio.

Ponamus quòd testator apposuit plures conditiones copulatiuè, nunquid expedit, quòd veniãt omnes conditiones, antequàm fit hæres: vel expedit, quòd veniat vna sola? distingue: quia aut testator apposuit conditiones copulatiuè, & tunc expedit, quòd omnes veniant. Aut apposuit disiunctiuè per istã coniunctionem, vel, modò vna adueniente est hæres. Secunda additio est. Ponamus quòd quidam instituit quendam sibi hæredem, si cælum digito tetigerit: & sic apposuit conditionẽ impossibilem, nũquid valet institutio? & dico quòd sic: quia impossibilis conditio, non habet vitiare institutionem: quia

impossi

impossibilis conditio habetur pro non adiecta: imò constitutus dicendo, faciam si possum: & sic accepto posse & facto, tūc testatore non repugnante, talis institutus esse videtur: & ista institutio nō potest fieri in diem, nec ex die. Sed si fit, habetur pro pura institutione, & erit hæres in perpetuum. Fit etiam de vno & de pluribus vsque in infinitum, & valet institutio. Fit etiam singulariter, vt talem mihi hæredem instituo in centum libris, vel in tali domo mea. Fit etiam particulariter. vt talem mihi hæredē instituo in tertia vel quarta parte bonorum. Fit etiam vniuersaliter, vt talem mihi hæredem instituo in omnibus bonis meis. Fit etiam institutio, de pluribus in pari vel dispari numero, & valet: sed vbi testator non expressit: vt quia dixit, tales mihi hæredes instituo, non exprimendo in quantum: modò tantum habet vnus, quantum alter. Fit etiam in stirpem & in capita. Fit etiam de persona ignota testatori. De sexto & vltimo, scilicet quæ sit hæredū differentia? litera dicit, quòd triplex est differentia: nam quidam sunt hæredes necessarij, & de hoc dantur duo exempla. Primum exemplum datur in seruo hærede instituto. Nam hę res à domino suo institutus, cogitur hæres esse. Si duo consequitur ex domini testamento, scilicet libertatem & hæreditatem: modò fauore libertatis cogitur hæres esse, & non tenetur vltra vires hæreditatis: etiam cogitur hæres esse, vt bona hæreditatis potius vendentur nomine serui, quàm nomine defuncti: ne defunctus dominus iniuria afficiatur. Secundum exemplum datur in eo, qui est hæres institutus, & rogatus, vt hæreditatem alteri restituat: modò cogitur, velit nolit: & si sponte reddit, potest retinere quartam Trebellianicam: & si coactè, nihil potest retinere. Quidam sunt hæredes sui & necessarij, vt quando quis habet aliquem in potestate, & inter testatorem & hæredem non est aliquod medium: & sic duo sunt necessaria, vt sit suus, & necessarius hæres. Primò, quòd sit in potestate testatoris. Secundò, quòd inter testatorē & hæredem non sit aliquod medium: nam si esset filius, & ex filia nepotes: modò nepotes sunt extranei, quia pater viuus est: & non sunt instituendi illi nepotes. Et dicuntur, sui, idest domestici: & dicūtur, necessarij quia necessariò sunt instituendi. Quidam sunt extranei, sicut sunt filij filiæ meæ: & sicut sunt nepotes, & non sunt in potestate testatoris: quia filia non habet liberos in potestate, & sic sunt extranei: quia non debēt

Hæredum differētia quæ sit.

institui de necessitate. Fallit in casibus, in quibus tenetur quis facere mentionem de extraneo hærede. Primus casus in nepote ex filia præmortua. Secundus casus est in nepote ex filio emancipato. Tertius casus est, quando non habet descendentes, sed ascendentes: modò de ascendentibus tenetur facere mentionem. Quartus casus est, quando non habet descendentes nec ascendentes: modò de hærede extraneo tenetur facere mentionem.

De triplici linea parentela. *Rub.*

AD euidentiam huius tituli, volo titulum diuidere in partes tres. Nam in prima parte ponit Author de triplici linea parentelæ, & hæc durat vsq; ad §. Et est diligenter notandum. Ibi pars secunda, in qua ponit, quæ linea vendicet sibi locum: & hæc durat vsque ad §. liberorum. Ibi pars tertia, in qua ponit vnam liberorum diuisionem: & hæc durat vsque ad tituli finem. Veniamus ad primam partem, & in ista prima parte duo facit. Primò, reddit nos attentos, & hoc est clarum, & dicit tractatus iste, Pone tabellio signaculum, &c. Secundò, ponit quòd triplex est linea parentelæ.

Prima linea. Prima linea est ascendentium, & primò vendicat sibi locum, & in ista linea est pater & mater, auus, auia, proauus, proauia, abauus, abauia, attauus, attauia, tritauus, tritauia, & abinde suprà, &c.

Secunda linea. Secunda linea est descendentium, & ista secunda vendicat sibi locum: & in ista linea est filius & filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, abnepos, abneptis, atnepos, atneptis, trinepos, trineptis, &c. vsque in infinitum.

Tertia linea. Tertia linea est transuersalium, & ista est triplex: quia quidam sunt in linea transuersalium à latere directo: & in ista est frater & soror, filius fratris & sororis. Quidam sunt à latere dextro, & in ista est patruus & amita, & filij eorum, patruus magnus, & amita magna. Quidam sunt in dicta linea à latere sinistro, vt auunculus, & matertera, & eorum liberi, auunculus magnus, & matertera magna. Vnde versus.

Sunt patrui fratres, patris amitæq; sorores.
Matris auunculus, soror est matertera matris.

Sed viso de prima parte, restat nunc videre de secunda, scilicet, quæ linea primò vendicat sibi locum? & dico quòd

linea aſcendentium, quantum eſt in primo gradu, vendicat ſibi locum: nam ſi non eſſet pater & mater, non eſſet filia. Sed quantum eſt in ſucceſsione, linea deſcendentium vendicat ſibi locum: nam primò de neceſsitate debent inſtitui deſcendentes, quia ſi filius, ergo hæres: & bona noſtra filiis noſtris ex voto paramus. Sed vbi non ſunt deſcendentes, tunc linea aſcendentium ſecundò vendicat ſibi locum, & neceſſariò ſunt inſtituendi, vel legitimè exhæredandi, aliàs poſſent rumpere teſtamentum. Et ſi deficit iſta linea, tunc debet deuenire teſtator ad tranſuerſales, ſi vult, ſed non cogitur de eis facere mentionem: imò plus ſi teſtator vult extraneum inſtituere, & nolit de fratre facere mentionem, non cogitur. Sed hoc fallit, & hæc eſt additio: Quia ſi teſtator inſtitueret turpes perſonas, & de fratre nullam faceret mētionem: quòd frater poſſet venire contra teſtamentum propter inſtitutionem quam fecit circa turpes perſonas. In tertia parte ponit vnam diſtinctionem liberorum, quæ quidem talis eſt: Filiorum quidam ſunt legitimi & naturales, ſcilicet, qui naſcuntur ex vero & legitimo matrimonio. Quidam ſunt legitimi tantùm, vt ſunt adoptiui & arrogati. Quidam ſunt naturales tantùm, vt ſunt illi qui naſcuntur ex vero & legitimo concubinatu. Quidam ſunt nec legitimi nec naturales, vt ſunt ſpurij, qui naſcuntur ex nefario coitu. Et liberorum naturalium & legitimorum, quidam ſunt primi gradus, vt filij & filiæ. Quidam ſunt ſecundi gradus, vt nepos, neptis, & deinceps. Et eorum qui ſunt primi gradus, quidam ſunt maſculi, quidam ſunt fœminæ: quidam in poteſtate, quidam emancipati: quidam nati, quidam naſcituri, ſeu poſthumi: de quibus omnibus eſt videndum, & per ordinem inquirendum. *Diſtinctio liberorum.*

Quomodo filij legitimi & naturales ſint inſtituendi à patre & à matre, quomodo exhæredantur ſiue prætereuntur. Rub.

AD euidentiam huius tituli volo diuidere titulũ in partes duas. In prima parte ponit quomodo filij legitimi & naturales ſunt inſtituendi à patre & à matre: & hæc durat vſque ad §. de exhæredationibus. Ibi pars ſecunda, in qua

ponit quomodo filij exhæredantur siue prætereuntur, & durat vsque ad finem. Veniamus ergo ad primam partem, in qua ponit quomodo filij legitimi & naturales sunt instituendi à patre & à matre? & dico quòd omnino debent institui à patre, & à matre: aliàs testamentum vitiaretur, & non valeret. Sed qui sunt legitimi & naturales? certè sunt, qui nati sunt ex vero & legitimo matrimonio. Et ad hoc quòd matrimonium sit legitimum, tria requiruntur. Primò, quòd sint puberes, vt habuisti in tractatu notularum: & quòd tria requirantur in legitimo matrimonio, habetur in Institut. de nuptiis. in princip. vel si filij, qui habeant ius legitimorum filiorum, vt quia erant naturales, & sunt legitimati: quia dati sunt ad seruiendum curiæ Imperatoris, per quinquennium: vel sunt legitimati per desponsationem concubinæ dotalibus conditis instrumentis, & isti etiam omnino sunt instituendi à patre & à matre. Et ad hoc vt sint legitimi per desponsationem concubinæ, duo sunt necessaria. Primò, quòd pater filiorum desponset eam. Secundò, quòd appareant instrumenta dotalia, vbi vnum instrumentorum deficeret, tunc primogeniti non sunt legitimi facti. Sed a modò hi, qui nascuntur, legitimi sunt & naturales. Tenetur etiam pater facere mentionem de filiis, tam masculis, quàm fœminis, eos instituendo, nulla sublata differentia inter masculum & fœminam: nam ita tenetur facere mentionem de filia in domo existente sicut de filio in potestate existente, & etiam de filia in monasterio constituta, & etiam de filia vagabunda, & etiam de filia emancipata, & de filia maritata, & vidua, saltem eam in aliquo vltra dotem instituendo. Sed ponamus quòd quidam habet filiam maritatam, & facit testamentum, & eam solùm instituit in dote sua, quæritur nunquid valeat testamentum? hìc sunt opiniones. Domnus Accursius dicit ꝙ valet testamentum, quia descendentes debent institui in testamento, vel omnino exhæredari cum causa legitima: modò instituit eam in dotibus suis, ergo si reperitur instituta, valet testamentum. Dominus Azo tenet ꝙ non valet: & hæc est ratio: quia illa dos est patrimonium ipsius mulieris: & intantum, quòd si pater vellet dotem à filia auferre, non posset, & si filia nihil percipit ex testamento patris, & ideò testamentum non valet. Alij distingunt, quia aut pater dedit dotem profectitiam, modò valet testamentum, &

seruatur opinio domini Accursij: aut pater dedit dotem aduentitiam, & tunc non valet testamentum, & seruatur opinio domini Azonis. Tamen hic datur consilium, quòd tu tabellio facias, quòd semper pater vel testator instituat filiam suam in aliquo vltra dotes suas. Et hæc vendicant sibi locum in patre. Sed hic potest quæri quid iuris de matre, quæ dedit dotem pro filia condens testamentum, & non instituens eam vltra dotes suas? Dicendum est quòd non valet testamentum: quia non donasset illam dotem filiæ suæ, nisi ipsa mater stipulata fuisset incontinenti illam dotem sibi reddi: & tunc valeret testamentum. De secunda parte, de exhæredatione, scilicet, qualiter filij naturales & legitimi exhæredantur, seu prætereuntur? & dico quòd pater potest eos exhæredare, tamen cum causa legitima, vel eos præterire potest cum causa legitima: & præteritio ista cum causa habetur pro exhæredatione: nam silentium patris, hic habetur pro exhæredatione, & potest eos exhæredare: & ita consilium patris cum causa, seu præteritio cum causa legitima, habetur pro exhæredatione. hic non intendo, quia ad plenum dicitur in summa. Additio. Quidam veniens ad mortem faciebat testamentũ, & volebat instituere filiũ sibi hæredẽ: filius dixit patri, noli me instituere, quia nolo hæreditatẽ: posteà iste filius vult rumpere testamentũ, in quo est alius institutus, quæritur vtrũ possit? & videtur ꝙ sic: quia pactũ factũ de futura successione habẽda vel non habenda non valet, imò inter patrem & filium nulla per stipulationẽ nascitur obligatio. Alia additio super præcedenti rubr. Quidam contraxit matrimonium cum quadã, cum qua prohibitũ erat matrimonium inter eos, & ipse scienter contraxit, sed ipsa ignorante, & nati sunt filij ex eis: modò quæritur, vtrum isti sint filij legitimi & naturales? Et quidam dicũt quòd sunt filij legitimi & naturales ex parte matris, sed non ex parte patris: sed tamen dicendũ est ꝙ sunt legitimi & naturales ex vtraq; parte: quia vnus non potest esse pro parte legitimus & naturalis, & pro parte naturalis & spurius. Vel est alia ratio: quia fauor est ampliandus & non restringendus.

De exhæredatione filiorum.

De posthumis. Rubrica.

VIso de natis, videamus de nascituris. Vnde posthumus est triplex. Quidam dicitur posthumus, quia nascitur post humum patris. Quidam dicitur

posthumus medio tempore, quia nascitur post testamentum factum, & ante mortem testatoris. Quidam sunt loco posthumi, vt sunt nepotes, qui tempore testamenti non erant sui hæredes, sed post mortem testatoris efficiuntur semper hæredes. Et quidam sunt quasi posthumi, vt est monasterium: nam quando monasterium non reperitur institutum, tunc agnatione quasi posthumi rumpitur testamentum. De posthumo quæro, si quis fecit testamentum, & de posthumo vel medio tempore nato, nullam fecit mentionem, an valeat testamentum? & dico quòd valet testamentum, antequam nascatur posthumus. Sed cùm nascitur posthumus, incontinenti rumpit testamentum, & testamentum est nullum, & non valet, & agnatione posthumi rumpitur testamentum. Sed ponamus quòd quidam fecit testamentum &, nullam fecit mentionem de posthumo, seu medio tempore nato, modò nascitur posthumus ante mortem testatoris, & adhuc moritur posthumus, vel medio tempore natus viuo testatore. Quæritur an iste posthumus rumpat testamentum? Quidam dicunt quòd sic: quia testamentum rumpitur agnatione posthumi. Sed dicendum est, quòd postquam moritur antè, testamentum valet: ratio est, quia si testator vult mutare testamentum, potest: quia ambulatoria est hominis voluntas vsque ad extremum vitæ exitum. Et quod dico ꝙ posthumus rumpit testamẽtum, si non est facta mentio de eo, fallit hoc in tribus casibus. Primus casus est, quando nascitur mortuus. Secundus casus est, quando posthumus declinat ad monstrum: & hoc casu fortuito. Sed si declinaret ad monstrum delicto mulieris, modò bene rumpit testamentum. Tertius casus est quando mater decessit in puerperio: quia tunc non rumpit testamentum, nam satis est, quòd fregit ventrem matris: sed bene venit ad successionem vnà cum aliis hæredibus institutis. Secundò ponamus, ꝙ nascitur posthamus nulla de eo facta mentione in testamento, non vult rumpere testamentum, quæritur nunquid cogatur rumpere? Verbi gratia, Si sunt duo fratres nati, vnus est institutus, & alter est exhæredatus, modò dicit institutus posthumo, noli rumpere testamentũ, & habebimus omnia bona inter nos duos: quia si tu rumpis, alter exhæredatus habebit portionem suam: dicit iste, placet mihi: & ego nolo rumpere: potest hoc esse? dico quòd non: quia testamẽtum

Casus, in quibus posthumus non rumpit testamentũ.

ipso

ipso iure est ruptum, cùm nascitur posthumus: & sic cogitur rumpere eo inuito. Regula est, nato posthumo post testatoris conditum testamentum ac ipsius obitum, de quo in testamento, si post nascatur, nulla fit mentio, illo posthumo nato iam ruptum manet testamẽtum. Tertiò ponamus quòd pater seu testator exhæredauit posthumũ, quod facere non potuit, quia causam ingratitudinis committere non potuit, quęritur quid iuris erit? & dico quòd illud testamentum non valet: & ratio est, quia habetur exhæredatio pro præteritione: & posthumus, quia præteritus est, rumpit testamentum. Quartò ponamus, quòd testator dixit, Si quis ex me vel ex vxore mea nascitur post mortem meam, mihi hæres esto: nascitur posthumus medio tempore, moritur testator nullo alio condito testamento, quæro an valeat testamentum? diceret aliquis, valet testamentum: quia postquàm institutus est posthumus, valet testamentum: sed hic est institutus, ergo valet testamentum. Sed in casu isto dicendum est, quòd non valet: quia prouidet solùm sibi post mortem suam, & non ante mortem: & posthumus nascitur ante mortem, &c.

De descendentibus secundi gradus, vtrum, & quando sint omnino instituendi, vel exhæredandi. Rub.

ISte titulus non magna eget expositio ne, quia omnia satis sunt clara in litera. Sed ta men exponendo breuiter concludam duo, prout litera ponit exponendo. Primò, vtrum nepotes, neptésve, & abinde infra descendentes secundi gradus sint omnino instituendi vel exhæredandi. Secundò, remouebo vnum dubium, prout litera ponit. De primo, scilicet, vtrum nepotes, neptésve descẽdentes secundi gradus sint omnino instituẽdi vel exhæredandi? Et dico ꝙ si testator habet filiu n vel filiã, emancipatum vel emancipatam, vel in potestate: & de eo vel de ea habet nepotes, nõ est necesse de nepotibus facere aliquã mentionẽ: nam satis est, si instituit patrem vel matrem: quia de nepote, vel nepte nõ tenetur facere mentionem testator, cùm præcedat eos pater vel mater eorũ tempore mortis testatoris, aui vel auiæ. Verũtamen si testator viuit, & moritur filius vel filia, modò necesse est de nepotibus

facere

facere mentionem: quia in locum patris habent, nec refert an sit filius testatoris in potestate vel emancipatus. De secundo, scilicet, remouere vnum dubium, quod tale est: Ponamus quòd quidam fecit testamentum, & instituit filium sibi hæredem, qui filius habet filios, moritur filius institutus, & posteà moritur testator, nullo alio condito testamēto, & nulla de nepotibus habita mentione, quæritur an valeat testamentum, & an nepotes posśint rumpere testamentum ex eo, quòd non reperiuntur instituti, & incipiunt esse sui hæredes: quare agnascendo hæreditatem, efficiuntur auo sui hæredes: & ideo quia nepos non inuenitur institutus, rumpit testamentum. Sed contra istud periculum datur consilium legis Velleiæ, quo potes vti duobus modis: vno modo, quòd testator filios, & ex eo nepotes, pariter instituat: alio modo, vt filius instituatur purè, & nepos sub conditione. Vt, verbi gratia, Titium filium meum, vel eo mihi præmoriente, nepotem vel neptem ex eo superstites mihi hæredes instituo: modò nepotes non possunt rumpere testamentum, quantūcunque pater vel mater eorum præmoriatur.

De adoptione & arrogatione. *Rub.*

AD euidentiam huius tituli volo quærere tria. Primò, quid sit adoptio, & arrogatio? & dico quòd adoptio est actus legitimus, per quē, qui filius non est, pro filio habetur, penè naturam imitans: vt Instit. de adop. expresśè in glossa. Et eodem modo diffinitur arrogatio. Secundò, videre in quo differt adoptio ab arrogatione, & econtrà arrogatio ab adoptione: & hoc habuisti in septimo capitulo, ita quòd hîc non insisto. Tertiò, quòd ius seruatur in eis filiis adoptatis vel arrogatis? Et dico, quòd istud ius seruatur: nam si est filius arrogatus, tunc tenetur pater de eo facere mentionem, velit nolit: aliàs, si non esset institutus, rumperet testamentum. Et dico, quòd pater tenetur, & non mulier: nam mulier non potest adoptare vel arrogare, si est adoptatus, & extraneus: modò non cogitur de eo facere mentionem, nec vitiatur testamentum. Sed si est suus & necessarius, cogitur tunc de eo facere mentionem, aliàs rumpet testamentum. Et hæc omnia vera sunt, vbi filius adoptatus vel arrogatus est in potestate patris arrogantis vel adoptantis: aliàs, si esset emancipatus, vel alio

modo

modo non esset in potestate patris adoptatoris vel arrogatoris, tunc non tenetur de eo aliquam facere mentionem.

Quid iuris, si quis non instituit descendentes: & quanta sit legitima, quæ filiis debetur. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli, diuide titulum in partes tres. In prima parte ponit, quid iuris, si quis non instituit descendentes: & hæc durat vsque ad §. notandum est. Ibi est pars secunda, in qua format vnam quæstionem: & hæc durat vsque ad §. item no. Ibi est pars tertia, in qua ponit quanta est legitima: & hæc durat vsque ad tituli finem. Veniamus ad primam partem, in qua ponit, si quis nō instituit, quem instituere debet, quid iuris? & dico quòd quandoque rumpitur testamentum, quantum ad institutiones, & quantum ad legata: vt Instit. de exhæredat. liber. in principio. Quandoque rumpitur testamentum ex postfacto: & hoc in quatuor casibus. Primus casus est in posthumo. Secundus casus est in medio tempore nato. Tertius casus est in eo, qui est loco posthumi. Quartus casus est in eo, qui est in quasi posthumo: modò rumpitur testamentum quantum ad institutionem, sed non quantum ad legata. Quandoque datur bonorum possessio contra tabulas testamenti: & hoc est in filio emancipato, quando non reperitur institutus. Quandoque datur querela inofficiosi testamenti: & hæc in tribus casibus.

Quādo testamentū rūpitur.

Quādo datur querela inofficiosi testamenti.

Primus casus est, quando liberi sunt præteriti sine aliqua causa de mundo. Secundus casus est, quando liberi sunt exhæredati sine aliqua causa legitima. Tertius casus est, quando filius est à matre præteritus: quia silentium matris habetur pro exhæredatione. Hîc incipit pars secunda huius tituli, in qua format vnam quæstionem, quæ talis est: Ponamus, quòd testator fecit testamentum, & non instituit filium, legauit solùm medietatem hæreditatis, quæro an valeat testamentum? & videtur quòd non valet: quia lex vult, quòd filius habeat bona paterna iure institutionis, & non iure legati: & descendentes omnino debent instituí, vel exhæredari: & ideo testamentum non valet. Sed ponamus quòd testator dixit, relinquo filio meo centum, valétne legatum?

Qui

Quidam dicunt quòd sic: quia istud verbum habet referri ad institutionem,& ad legatum:ergo valet, quia refertur ad institutionem. Tamen litera distinguit:quia aut testator reliquit pecuniam, aut omnia bona reliquit, vel partem bonorum. Si reliquit pecuniam, tunc trahitur ad legatum, & vitiatur testamentum. Si reliquit omnia bona, vel partem bonorum, modò trahitur ad institutionem,& valet legatum.

Tractat de legitima, quæ debetur filijs.

Hîc incipit pars secunda, in qua ponit quanta est legitima, quæ debetur filiis:& ante omnia litera ponit, quòd si quis instituit filium etiam in minima parte, quòd valet testamentum, licet non habeat suam legitimam: tamen potest agere ad supplementum. Sed quanta est legitima, quæ filiis debetur? dico quòd si sunt quatuor, & abinde infrà, debent habere trientem, id est, quatuor partes siue vncias: & istam legitimam pater non potest auferre filiis, nec imponere grauamen, nisi per viam exhæredationis: sed inter viuos pater potest consumere omnia bona, vt nihil habeat, tempore mortis, vt habeat causam non dimittendi aliquid filiis. Sed si sunt quinque, vel abinde suprà, debent habere semissem: & de residuo potest pater facere quicquid vult,& ideo dantur isti versus.

Quatuor aut infrà dant natis iura trientem,
Semissem verò dant natis quinque vel vltra.
Arbitrium sequitur cætera substantia patris, &c.

Sed ponamus, quidam habet filium legitimum & naturalem,& habet filium naturalem: & filio legitimo & naturali vult dimittere suam legitimam, & de residuo vult facere quicquid vult: in residuo vult naturalem instituere, quæritur an possit hoc esse? & potest allegari pro & contrà. Et primò videtur quòd possit esse hoc, propter illud quod dictum fuit nunc in versu, vnde versus.

Arbitrium sequitur cætera substantia patris.

Et sic de residuo potest facere quicquid vult. Sed videtur ꝙ non: quia habemus in rubrica sequenti, quòd pater filiis naturalibus, vbi sunt descendentes, potest dimittere vnam vnciam & nõ plus:& sic non potest. Et melius,& iste est casus, in quo per speciem generi derogatur. hæc est ratio: quia quandoq; pater ita diligit filiũ naturalẽ, quòd aufert à legitimis & naturalibus quod daret naturalibus tantùm:& lex nõ vult hoc, quia magis diligit legitimos & naturales, quàm naturales tãtùm: & hæc de isto titulo dicta sufficiant ad præsens.

Verum

Vtrum pater possit, & teneatur facere mentionem de filio naturali: & vtrum naturales tantùm sunt à matre instituendi. Rub.

AD euidentiam huius tituli, Iste titulus diuiditur in partes duas. Prima ponit vtrũ pater teneatur, & posſit facere mẽtionẽ de filio naturali: & hæc durat vſq; ad §. ſecus eſt in matre. Ibi eſt pars ſecũda, in qua ponit vtrũ naturales tantùm ſint à matre inſtituẽdi: & hæc durat vſq; ad finẽ tituli. Et ideo ad euidẽtiã huius tituli volo quęrere tria. Primò, quis dicitur filius naturalis tãtùm. Secũdò, vtrũ pater poſsit de eo facere mẽtionẽ. Tertiò, vtrũ mater teneatur facere mẽtionem de filio naturali tãtùm in teſtamẽto. De primo, quis eſt filius naturalis tãtùm? Et eſt ille, qui natus eſt ex legitima cõcubina, vnico & indubitato affectu cõiũcta: & ad hoc, vt dicatur legitima cõcubina, multa requirũtur, vt habetur in ſumma, in tractatu notularũ. De ſecũ[do], ſcilicet, vtrũ pater teneatur, & poſsit facere mẽtionẽ de filio naturali, & inquãtũ? & dico, ꝙ nõ tenetur de eo mẽtionẽ facere. Sed ſi vult, bene poteſt: ſed inquãtũ, diſtingue: quia aut teſtator habet deſcẽdẽtes, & tunc poteſt filiũ naturalẽ in vna vncia inſtituere, & non vltrà. Aut nõ habet deſcẽdẽtes, ſed habet aſcẽdẽtes, & tũc poteſt aſcẽdentibus dare ſuã legitimã portionẽ, & filio naturali dimittere reſiduum. Aut nõ habet deſcẽdẽtes nec aſcendentes, & tũc poteſt collaterali dimittere, & naturalẽ inſtituere in vniuerſo.

Filius naturaliter tantùm quis dicatur.

De tertio & vltimo, ſcilicet, an mater teneatur facere mentionẽ de filio naturali tãtùm? & dico ꝙ ſic, quẽadmodũ de filiis legitimis & naturalibus: ſi haberet, velit nolit: imò ſi haberet legitimũ & naturalẽ tãtùm: & ita tenetur facere mẽtionem de naturali tantùm, quẽadmodũ de legitimo & naturali: imò plus, ſi eſſet vulgo quæſitus, tenetur mater de eo facere mentionem, ſcilicet, de ipſo naturali tantùm.

De ſpuriis. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli volo quærere, quis eſt ſpurius? & dico, quòd ſpurius eſt ille, qui natus eſt ex ſtupro, vel inceſtuoſo, vel damnato coitu, vel adulterio. Et adulterium committitur cum muliere

muliere maritata. Stuprum committitur cum virgine. Incestus committitur cum moniali, seu cum sorore in monasterio constituta. Sed quod ius seruatur in eis? Dico quòd istud ius seruãdum est: nam lex non vult, quòd isti spurij sint instituti à patre, nec à matre, nec ab aliquo descendente, vel ascendente per lineam masculinam vel fœmininam: nam lex præsumit, quòd non possint nasci: imò si testator aliquid eis dimitteret, hæredes debent reaccipere ab ipso spurio infra duos menses: & si hoc non facerent: tunc fiscus apprehendit omnia bona ipsius testatoris seu spurij. Nam spurij quo ad institutioné, neutrius legis, tam diuinæ, quàm ciuilis beneficio potiuntur, seu gaudent: nam in vtero mortui intelliguntur.

Sed ponamus quòd quidam vult facere spuriũ legitimari, nunquid potest? dico quòd non aliquo modo: quod secus est in filio naturali tantùm in vno casu, scilicet, quando Imperator, vel vicarius, vel alter habens rescriptum de hoc in legitimatione mentionem faceret de legibus, quæ expressè loquuntur de legitimatione spuriorum: & diceret, non obstantibus aliquibus legibus, dicentibus in contrarium, scilicet, tali & tali lege: & exprimere legem in legitimatione. Secunda additio est: ponamus quòd quidam extraneus vult instituere spurium: nunquid potest? dico quòd sic: quia non reperitur in lege cautum, quòd extraneus non possit spurium instituere: vnde hîc datur consilium, quòd quando quis est pater, & vult spurium instituere, & non potest directò, sed per obliquum: quia quod non potest fieri directò, fiat per obliquum: quia debet habere quendam suum amicum fidelem, & dare sibi illa bona, quæ vult dare spurio: & ille amicus debet dare spurio, & donare: vel alio modo, quòd testator det aliquam pecuniam spurio, vt spurius habeat aliqua bona, & emat pro se: modò hoc esse potest. Sed si posset probari, quòd fictitiè factum esset, tunc auferuntur bona ab eo. Tertia additio est talis: Ponamus quòd testator vult spurium substituere, nunquid potest? Quidam dicunt indistinctè quòd non: quia sicut non potest instituere, nec etiam substituere. Alij dicunt, quia aut vult substituere vulgariter, aut pupillariter. Si vulgariter, & tunc non potest. Si pupillariter, & tunc potest: quia non videtur succedere testatori, sed pupillo filio,

Vtrum

Vtrum quis teneatur de ascendentibus facere mentionem, vbi non sunt descendentes. Rubri.

AD euidētiam huius tituli volo quærere vtrum quis teneatur de ascendentibus facere mentionem, vbi non sunt descendentes? & dico quòd sic: quia vbi non sunt descendentes, tunc secunda linea vendicat sibi locum: & loquor de filio non existente in patris potestate, non de filiofami. nam filiusfa. non potest testari, nec testamentū facere: vnde filius emancipatus, qui non est in patria potestate, tenetur facere mentionem de patre & matre eos instituendo, vel legitimè exhæredando. Potest enim eos præterire, vel exhæredare cum causa legitima. Et dico quòd descendentes tenentur facere mentionem de ascendentibus, seruata tamen gradus prærogatiua: nam vbi est pater & mater, debent institui: vbi deficiunt, tunc auus vel auia debet succedere: & sic de singulis ascendendo, quando vnus deficit, debet ad alium deueniri ascendētem: & cùm extaret solus pater, & deficeret mater, & esset auus & auia, non sufficit de solo patre facere mentionem, vel de sola matre: & sic etiam in auo. Quod secus est in descendentibus, nam in descendentibus succedit vnus pro alio: nam succedit nepos auo pro patre: & etiam succedunt descendentes in stirpem & in capita. Sed ascendentes succedunt solum in capita: & hoc est intelligendum in filio, non milite: quia miles quātumcunque instituat patrem, non propterea rumpitur testamentum: quia filiusfa. miles habet multa iura in castrensi vel quasi castrensi. Sed inquantum sunt parentes, dico quòd non refert, in quo, vel inquantum instituantur hæredes; nam sufficit si solùm relinquitur institutus parens. Sed tamen, si suam legitimam habent: sed si non habent suam legitimam, possunt agere ad supplementum. Sed quanta est ista legitima? dico quòd in bonis filiorum habent trientem diuidendo inter se: quia si esset solus pater, vel sola mater, debet habere trientem, hoc est tertiam partem hæreditatis, hoc est, quatuor vncias.

De extraneis hæredibus, & qui non possunt hæredes institui. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli: Iste titulus diuiditur in partes tres. In prima parte ponit quoddam dictum generale, & quosdam casus exceptuatos à regula: & hæc incipit ibi, & durat vsque ad §. sed quoniã inter extraneas personas. Ibi pars secunda, in qua ponit, qui sunt illi, qui primò nõ possunt hæredes institui: & hæc durat vsque ad §. Finaliter autem notabis. Ibi pars tertia, in qua ponit quosdam casus, in quibus omnino extranei sunt hæredes instituendi: & hæc durat vsque ad finem tituli. Veniamus ad primam partem, in qua ponit quoddam dictum generale, & quosdam casus exceptuatos à regula. Et regula talis est, quòd quis de extraneis hæredibus non tenetur facere mentionem. Et appello omnem extraneum, qui non est in linea descendentiũ, vel ascendentiũ. Fallit tamẽ in casibus, in quibus quis de extraneis hæredibus tenetur facere mentionem. Primus casus est, quando quis non habet descendentes vel ascendentes, & vult facere testamentum: sed si vellet facere, codicillos bene potest. Secundus casus est, quando habet descendentes vel ascendẽtes, & eos legitimè exhæredauit, modò cogitur ad hæredem extraneum deuenire de necessitate: quia si in testamento faceret exhæredationem, & dimitteret institutionem, non valet testamentum. Tertius casus est, quando vult istos descendentes vel ascendentes instituere in sua legitima, modò cogitur ad extraneum deuenire hæredem ad residuum bonorum. Circa secundam partem volo quærere duo. Primò, qui non possunt hæredes instituti. Secundò, qui possunt hæredes institui. De primo, qui non possunt hæredes institui? & prima persona, quæ hic nuntiatur, est deportatus in insulam, nam pro mortuo reputatur: quia non hodie deportatur, sed bannitur. Sed hic sunt additiones. Quæritur, nunquid bannitus, aliàs, banniti nostri temporis possint hæredes institui? Et dico, quòd si est bannitus propter delictum, propter quod perdit ciuitatem, & bona publicantur, modò non possunt esse hæredes: quia bannitus est in perpetuum. Si autem est bannitus, vt relegati, qui appellantur confinati, modò esse potest hæres. Secunda additio est: Ponamus quòd quidam habet quendam filium

Hæredes instituti qui non possunt.

filium, qui est bannitus in perpetuum, pater fecit testamentum, & non instituit filium, nec exhæredauit sed præteriuit: postea debannitus filius vult rumpere testamentum, quæro nunquid possit? hîc sunt opiniones. Quidam dicunt quòd non, quia primò non erat capax, & non poterat hæres institui, & sic non poterit. Alij distinguunt & bene: quia aut est debannitus ante mortem testatoris, & tunc potest rumpere testamentum: aut est debannitus post mortem testatoris, & tunc non rumpitur testamentum, sed poterit agere ad suam legitimam. Tamen hîc datur consilium, quòd pater seu testator instituat filium seu nepotem bannitum, sub conditione, quòd si reuertetur, sit hæres cum aliis. Tertia additio est: Ponamus quòd quidã est bannitus propter delictum, propter quod perdit bona & ciuitatem, posteà recuperat ciuitatẽ, nunquid poterit recuperare bona? hîc sunt opiniones. Quidã dicũt ꝙ sic, quia iure postliminij omnia ad pristinum statum reuertuntur: nam sicut recuperat ciuitatẽ, ita debet recuperare bona. Alij distinguũt: quia aut ille, qui restituit, dicit, restituo te: modò recuperat bona: aut dixit, indulgeo tibi: modò non recuperat bona, quia videtur solũ remisisse delictũ. Alij tenẽt & melius: quia aut in sententia, in qua fuit condẽnatus, continetur quòd perdat ciuitatem & perdat bona: quia publicẽtur: modò non recuperat bona, quia sic bona sunt expressè cõfiscata. Aut dictum fuit, ꝙ perdat ciuitatem, & non aliud: sed solùm propter delictum bona sunt publicata, modò recuperat bona sua. Sunt etiam aliæ personæ, quæ non possunt hæredes institui: sed illæ sunt claræ in litera, & ideo causa breuitatis omitto. De secundo, scilicet, quæ personæ possunt hæredes institui? & istæ satis patẽt, ideo non insisto. Tamen volo quærere de pauperibus Christi. Vtrum pauperes Christi possint hæredes institui? & dico quòd sic, licet sint incerti, & valet institutio. Sed ponamus quòd quidam dixit, talem mihi hæredem instituo, quem Titius nominauerit: valétne hæredis institutio? quidam dicunt quòd sic: quia in pauperibus Christi valet. Alij dicunt, & melius, quòd non valet: quia institutio est captatoria: & potius pendet testamentum ex voto alterius, quàm ex voto testatoris. Alias personas in litera enumeratas poteris per te videre, quia satis sunt clara. Circa tertiam partem, in qua ponitur, quòd hæres extraneus computatur cum suis & necessariis hæredi-

Bãnitus restitutus an recuperet bona.

An pauperes possunt hæredes institui.

Vide casus sequẽtes.

bus, in quatuor casibus volo videre. Primus casus est filio emancipato: nam pater tenetur de eo facere mentionem. Secundus casus est in matre: nam mater non habet filios in potestate, sed tamen de eis tenetur facere mentionem. Tertius casus est in nepote ex filia præmortua; nã non est nepos in potestate aui materni, tamẽ tenetur de eo facere mentionẽ loco matris. Quartus casus est in ascendentibus, licet non sint sui hæredes, tamen vbi non sunt descendentes, necessariò ascendentes sunt instituendi, licet sint extranei hæredes.

De substitutionibus, & earum diuisionibus.

SVbstitutio est secunda conditionalis institutio: quia institutio dicitur primus gradus: & substitutio secundus. Et licet substitutiones in infinitum de vno in alium possint procedere, quælibet tamen substitutio dicitur secundus gradus, sicut secundæ nuptiæ dicuntur omnes, quæ sequũtur primas. Substitutionum alia directa, alia obliqua, seu fideicommissaria. Directa est, per quam quis capit hæreditatem, nullo alio mediante. Obliqua siue fideicommissaria est, cùm aliquis capit hæreditatem mediãte aliqua persona, vt in hoc exemplo: Instituo Dominicum meum hæredem, sed rogo eum per fideicommissum, vt hæreditatem ipsam restituat Cor. Directarum autem substitutionum, alia vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia compendiosa, alia breuiloqua siue reciproca.

De substitutionibus, & earum diuisionibus. Rubri.

Substitutio quid sit.

AD euidentiam huius tituli: Titulus iste diuiditur in partes duas. In prima parte ponit, quid est substitutio; & hæc durat vsque ad §. directarum autẽ. Ibi pars secunda, in qua ponit vnam substitutionum diuisionem; & hæc durat vsque ad finem tituli. Veniamus ad primam partem, in qua ponit quid sit substitutio, & quare sic appelletur? Et dico quòd substitutio est secundaria conditionalis institutio. Dicitur secundaria: nam quælibet substitutio est secundaria, & si fieret in millesimo gradu, quia sequitur primam institutionem. Dicitur

titur conditionalis: nam quælibet directa substitutio fit sub conditione. Sed hic est additio. Videtur quòd ista non sit bona diffinitio: quia dicit quòd substitutio est institutio: posteà dicit, quòd est substitutio. & sic dicit duo contraria: & qui contraria dicit, non audiatur. Solutio: dico, quòd substitutio est secundaria conditionalis institutio: tamen hoc intelligas adueniente conditione. Et appellatur substitutio, quasi sub institutione posita. De secunda parte, in qua ponit de substitutionibus diuidendo. Et dicit quòd substitutio est duplex, scilicet, directa, & obliqua seu fideicommissaria. Directa est quintuplex, scilicet, vulgaris, pupillaris, compendiosa, breuiloqua seu reciproca, & obliqua seu fideicommiss. Circa ista volo quærere sex. Primò, quæ sit substitutio obliqua seu fideicommissaria, & quare sic appellatur, & quot nominibus nuncupatur? Et dico quòd substitutio obliqua seu fideicommissaria est illa, per quam quis capit hæreditatem, non per se, sed alio mediante. Verba diffinitionis satis sunt clara, & ideo non expono. Sed quare sic appellatur? certè à fideicommitto, tis. Et nuncupatur multis nominibus: appellatur enim obliqua, appellatur etiam precaria, à deprecor, ris. nam testator deprecatur. Secundò, quis potest eam facere, quibus fiat, & in qua vltima voluntate? Et dico, quòd quilibet, qui potest testari, & testamentum facere, potest eam facere: & dico quòd potest, non autem debet: nam non est aliquis, qui cogatur facere substitutionem. Sed quibus fit? dico ꝙ cuilibet hæredi necessario tantùm, & suo necessario, & potest fieri extraneo. Sed in qua vltima volũtate fit? dico quòd fit in testamento, in codicillo, & in donatione causa mortis: quod non est in aliis substitutionibus. Tertiò dare duo exẽpla, quæ dantur in lege. Et primum exemplum nõ est in vsu, quod est tale. Talẽ mihi hæredem instituo, & rogo eum per fidem suã, vt hæreditatem meã alteri tali restituat. Et istud non est in vsu: quia plerunque instituebantur spurij hoc modo. Aliud exemplũ est, & istud multũ frequẽtatur: Talẽ mihi hæredẽ instituo, & quãdocunque decesserit sine liberis, Sempronius sit hęres. Vel talem substituo, & sic fit in perpetuũ. Ita fit ad tẽpus, vt Talem mihi hæredẽ instituo hinc in xxv. an. & si decesserit eo tẽpore sine liberis, talis sit hæres. Quartò quæ sit eius virtus & effectus? & dico ꝙ virtus & effectus est: quia admittit substitutũ ad omnia bona testatoris, detracta quarta Trebellianica, quam

Substitutio quotuplex sit.

Substitutio obliqua.

Substitutionẽ obliquã quis facere potest.

quilibet institutus habet:& quandoque detracta legitima, vt est in filio:quia si est institutus & rogatus hæreditatem adire, post mortem eius detrahit quartam & suam legitimam.

Effectus substitutionis.

Quintò qualiter expirat & euanescit, adueniente conditione? Vno modo, si premoritur substitutus instituto. Alio modo, si testamentum deficit, & non valet: modò istis casibus substitutio fideicommissaria expirat & euanescit. Sextò & vltimò, scilicet, formare quasdam quæstiones, quarum prima talis est: Ponamus, quòd quidam institutus fuit rogatus hæreditatem alteri restituere, moritur institutus, quæritur vtrum hæres instituti & rogati posit hæreditatem adire, & alteri restituere, prout institutus debebat? & dico quòd si institutus & rogatus adierit hæreditatem, modò eius hæres poterit restituere & adire. Secunda quæstio est: Ponamus, retento primo themate, quòd quidam fuit hæres institutus & rogatus hæreditatem alteri restituere, modò institutus & rogatus percepit fructus ex hæreditate, modò quæritur, vtrum illi fructus computentur in quarta Trebellianica, quam quilibet institutus habet? distingue, quia aut institutus & rogatus est de eius hæredibus, aut de extraneis. Si de suis hæredibus, & tunc non computatur, & lucratur fructus. Si est de extraneis, subdistingue: quia aut percepit ex negligentia substituti, aut ex mora ipsius instituti. Si ex negligetia ipsius instituti, modò lucratur fructus. Si ex mora ipsius instituti, & si recipit plus, tenetur ad restitutionem. Tertia quæstio est: Ponamus quòd testator instituit filium, & rogauit eum vt hæreditatem alteri restitueret: moritur filius, & remansit ex eo alter filius, vel vnus hæres: Iste hæres filij instituti & rogati vult duas detrahere partes, scilicet, Trebellianicam quartam & suam legitimam, quam debet habere filius in bonis patris iure naturæ: quæritur nunquid posit detrahere duas partes, an vnam solùm? hic sunt opiniones. Quidam dicunt, quòd potest duas detrahere partes: quia quilibet institutus, siue sit extraneus, siue suus debet habere quartam Trebellianicam: sed si est filius, debet habere suam legitimam. Modò est filius rogatus, debet primò habere Trebellianicam, postea trientē, id est, suam legitimā, quę est *triens.* Quidam alij distinguunt, & melius: quia aut institutus est rogatus vt hæreditatem incontinenti alteri restituat, aut ex interuallo. Si incontinenti, debet vnam solam detrahere partem

tem. Si ex interuallo debet restituere, modò duas potest detrahere partes. Directa vulgaris subdiuiditur, quia alia est expressa alia tacita. Expressa vulgaris fit cum ista negationis nota, hoc modo: Instituo Dominicum mihi heredē: & si Dominicus noluerit, vel non potuerit hæres esse, sit hæres Corradus. Tacita vulgaris sit sine aliqua negationis nota, hoc modo: Instituo mihi hæredem Do. & Corra. & eos substituo. Ex qua substitutione colligitur, quòd si vnus non fuerit heres, alius insolidum sit hæres: & si vnus moreretur, alius insolidū sit: & dicūtur vulgares, quia fiunt à quolibet de vulgo, & cuilibet, siue sit in potestate, siue non. *Vulgaris diuiditur.*

Quæ sit vulgaris substitutio, & quare sic appellatur. Rubrica.

AD euidentiam istius tituli volo quærere quatuor. Primò, quę sit vulgaris substitutio, & quare sic appelletur. Et dico quòd vulgaris substitutio est illa, quę fit à quolibet de vulgo, & cuilibet de vulgo, verbis negatiuis tacitè vel expresse: nam debet fieri per verba negatiua tacitè vel expressè. Dicit, à quolibet de vulgo: nam quilibet de vulgo potest eam facere. Dicit, cuilibet de vulgo: nam cuilibet hæredi potest fieri. Dicit, verbis negatiuis tacitè vel expressè. Et appellatur vulgaris: quia fit à quolibet de vulgo, & cuilibet de vulgo. Secundò, quotuplex sit ista vulgaris substitutio, quis eam facit, quibus fiat, & in qua vltima voluntate fiat? & dico quòd est duplex, scilicet, tacita & expressa. Expressa est illa, quę fit per verba negatiua expressa. Tacita est, quando non expressa sunt verba negatiua, sed intelliguntur vi & potestate legis. Sed quis eam facit? dico quòd quilibet potest testari, & testamentum facere, potest eam facere. Sed quibus fit? dico quòd fit cuilibet hæredi, & suo, & necessario, & etiam extraneo, pręterquàm in duobus casibus. Primus casus est in herede necessario, vt in seruo: nam cogitur hęres esse, velit, nolit. Secundus casus est in instituto & rogato: posset etiam fieri non capaci ad hęreditatem adeundam. Sed in qua vltima voluntate fit? dico quòd fit solùm in testamento, & non in alia vltima voluntate, nec in codicillo, nec in donatione *Substātia vulgaris quotuplex sit.*

causa mortis. Tertiò, quæ est forma eius, & quæ est eius virtus & effectus? & dico quòd forma eius est: nam dantur duo exempla in tacita, & duo in expressa. Primum exemplum est in expressa: Talem mihi hæredem instituo: & si non erit hæres, vel noluerit, vel non potuerit, talis sit hæres, vel talē substituo. Secundum exemplum est tale, sed non est in vsu: Quisquis hæres mihi erit, sit hæres filio meo. In tacita dantur duo exempla. Primum exemplum est tale: Martinum & Iacobū filios meos mihi hęredes instituo, & eos ad inuicem substituo: non intelligas, quòd illa verba posint istum intellectū habere, scilicet, quòd si vnus decederet sine liberis, alter sit hęres: imò quòd si vnus non sit hæres, alter sit hęres. & istud non est in vsu. Secundum exemplum comprehenditur sub pupillari expressa, & ideo omitto ex certa scientia: quia infrà de pupillari expressa habebimus. Sed quis est eius effectus? dico quod eius effectus est: quia admittit substitutum ad omnia bona testatoris solum, nulla detracta portione. Quod secus est in breuiloqua substitutione seu fideicommissaria: non autem admittitur substitutus ad bona instituti. De quarto, scilicet, qualiter expirat & euanescit? & dico quòd tribus modis. Primo modo, adita hæreditate. Secundo modo, si substitutus præmoritur instituto, vel moritur ante aditam hæreditatem. Tertio modo, si testamentum deficit, & non valet. in omnibus istis tribus casibus expirat & euanescit substitutio vulgaris. Pupillaris substitutio est, quę fit pupillo, & hæc subdiuiditur: quia alia est expressa, & alia tacita. Expressa pupillaris fit hoc modo: Instituo Dominicum pupillum filium meum mihi hęredem: si ipse decesserit in pupillari ætate, substituo ei Corradum. Tacita pupillaris est hæc. Quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo. Per hanc tacite intelligitur, quòd si filius decesserit in pupillari ætate, ille, qui hęres patri erit, erit hęres & filio. Et dicuntur iste pupillares substitutiones: quia solis pupillis in potestate patrum existentibus, & ab ipsis patribus fiunt. Per quod euidenter apparet, quòd non à matre, sed solùm à patre fiunt, cùm mater non habeat filios in potestate. Sed nota hic, quòd substitutus ex pupillari expressa repellit matrem pupilli, & omnes venientes ab ipsa. Sed substitutus ex tacita pupillari repellitur à matre pupilli, & succedit ipsi pupillo mater. Item nota, quòd omnis, qui est substitutus ex pupillari substitu

Effectus substitutionis vulgaris.

Substitutio pupillaris quæ sit.

ſtitutione, ſit hæres ipſi pupillo: ille verò, qui eſt ſubſtitutus ex vulgari, ſit hæres ipſi teſtatori.

Quæ ſit pupillaris ſubſtitutio, & quare ſic appelletur, & quot ad ea requirantur.

Rubrica.

AD euidentiam huius tituli volo quærere ſex. Primò, quę ſit pupillaris ſubſtitutio, quare ſic appelletur, & quot requiruntur ad hoc, vt ſubſtitutio ſit pupillaris? Et dico quòd ſubſtitutio pupillaris eſt illa, quæ fit à patre, generis maſculini liberis impuberibus, in poteſtate exiſtentibus, inſtitutis vel exhęredatis, verbis affirmatiuis, tacitè vel expreſſé. Exponamus diffinitionis verba. Dicit, quę fit à patre, non autem ab alia perſona extranea. Nam ſolum aſcendentes faciunt iſtam pupillarem ſubſtitutionem. Dicit, generis maſculini. Nam maſculi poſſunt hanc ſubſtitutionem facere, non autem fœminæ, nec mater, nec aliquis ſine aliquo de aſcendentibus per lineam fœmineam. Dicit, liberis, non autem extraneis. Dicit, impuberibus: quia iſta ſubſtitutio fit in pupillari ætate ſolùm, & ea adueniente expirat & euaneſcit. Dicit, in poteſtate exiſtentibus: quia liberis emancipatis, vel aliis perſonis, quæ non ſunt in poteſtate, non poteſt fieri. Dicit, inſtitutis vel exhæredatis: quia expedit, quòd illi, quibus fit iſta ſubſtitutio, ſint inſtituti, vel exhæredati cum cauſa legitima: aliàs nõ valeret pupillaris ſubſtitutio. Dicit, verbis affirmatiuis: quia ſicut in vulgari ſubſtitutione ſunt neceſſaria verba negatiua, & in pupillari ſunt neceſſaria verba affirmatiua. Dicit, tacitè vel expreſsé: Nam iſta pupillaris eſt duplex, ſcilicet, tacita & expreſſa: vt infrà patebit in ſecundo puncto. Et appellatur pupillaris: quia fit ſolùm pupillis, non autem aliis hæredibus. Sed quot ſunt neceſſaria, vt pupillaris ſubſtitutio valeat, & habeat effectum? Dico, quòd ſex requiruntur: & vbi vnus iſtorum ſex defuerit, ſubſtitutio expirat & euaneſcit. Primò, quòd ſit de aſcendentibus ille, qui eam facit: aliàs non valet, ſi eſſet de deſcendentibus, vel collateralibus. Secundò, quòd ille cui fit, ſit de deſcendentibus, id eſt, de liberis: aliàs non haberet effectum ſubſtitutio

Subſtitutio pupillaris quæ ſit.

Neceſſaria in pupillari ſubſtitutione.

pupillaris. Tertiò, quòd ille, cui fit, sit impubes: & non refert vtrum sit natus vel nascitutus, masculus vel fœmina, duntamen sit impubes. Quartò, quòd ille, cui fit, sit in potestate testatoris. Quintò, quòd ille, cui fit, sit institutus vel exhæredatus. Sextò, quòd ibi sint verba affirmatiua tacitè vel expressè, & non negatiua: quia tunc esset vulgaris. De secundo, quotuplex sit ista pupillaris substitutio, quis eam facit, quibus fiat, & in qua vltima voluntate? Et dico quòd est duplex, scilicet, tacita & expressa. Expressa, quando expressè apponuntur verba affirmatiua: vt, talē mihi hæredē instituo: & si erit hæres, & decesserit in pupillari ætate, talis sit hæres, vel talē substituo. Tacita, quando tacitè verba affirmatiua intelligun tur vi & potestate legis: & ista tacita pupillaris comprehenditur sub expressa vulgari, vt infrà in quarto membro patebit. Sed quis eam facit? certè parentes generis masculini, duntamen sint de ascendētibus. Sed quibus fit? dico quòd fit impuberibus in potestate existentibus, institutis vel exhæredatis. Sed in qua vltima voluntate fit? dico quòd fit solùm in testamento, non autem in codicillo, nec in donatione causa mortis, nec in alia vltima voluntate: quia substitutio est directa. De tertio, scilicet, ponere exempla de pupillari expressa, & datur vnum exemplum, & illud est bonum, & est tale: Martinum filium meum mihi hęredē instituo: & si erit hęres, & decesserit in pupillari ætate, talis sit hęres, vel talē substituo. Et ad hoc, vt valeat ista pupillaris substitutio, duo sunt necessaria, scilicet, pupillare tempus, & verba affirmatiua: modò ista est substitutio pupillaris, & valet. Datur aliud exemplum in tacita, & comprehenditur sub expressa vulgari, vt Martinum filium meum mihi hæredem instituo: & si erit hæres, & morietur in pupillari ætate, talis sit hæres. Et subaudiet, si non erit hæres, hoc est, & si non erit hæres, talis sit hæres: vnde dicit, talem filium meum mihi hæredem instituo: & si non erit hæres, vel si erit heres, & morietur in pupillari ætate, talis sit hæres, vel talem ei substituo. De quarto, scilicet, quis sit effectus & virtus pupillaris substitutionis? dico quòd effectus est: quia aut est expressa, aut tacita. Si expressa, habet istum effectum: quia admittitur institutus ad omnia bona testatoris, & ad omnia bona ipsius pupilli, & repellitur mater, frater, & quilibet veniens ad successionem ab intestato ipsi

Substitutio pupillaris quotuplex.

Effectus substitutionis pupillaris.

pup

pupillo secundũ dominũ Accur. Si est tacita, eius virtus & effectus est: quia si est frater pupilli, repellit matrem & omnẽ aliã personam venientẽ ab intestato, & apprehendit omnia bona ipsius testatoris, & ipsius pupilli. Si est alia persona extranea, modò mater repellit substitutum, & nihil apprehendit ipse substitutus. De quinto, scilicet, quando expirat & euanescit? & dico quòd adueniente pubertate tacita & expressa. Secundo modo per maximam, minimam, & mediam capitis deminutionem. Tertio modo, si testamentum deficit, & nõ valet, & aliis multis modis, vt apertius in litera patet. *Substitutio pupillaris quãdo expirat.*

De sexto & vltimo, scilicet, formare quasdam quæstiones, quarum prima est hæc: Ponamus quòd pater fecit testamentum, & fecit pupillarem substitutionem pupillo suo, nũquid poterit facere illam substitutionem ad certum terminum, vt vsque ad ix. vel ad x. annos, nũquid poterit, vel oportet, quòd faciat toto tempore pubertatis? dico quòd potest ad totum tempus, quod vult. Et ratio est: quia quod iuris est in toto quo ad totum, idem iuris est in parte quo ad partem. Secunda quæstio est: Ponamus, quòd pater fecit pupillarem substitutionem ei, cui fieri non potest, vel malè fecit substitutionẽ pupillarem, quòd non potuit, quæro quid iuris? dico quòd nõ valet: & si valet aliquo modo, reducitur ad fideicommissa. Tertia quæstio est: Quidam instituit pupillũ, & ei aliũ substituit: moritur pupillus, modò venit substitutus, & vult apprehendere omnia bona testatoris & pupilli, & ibi est mater, & dicit quòd in bonis pupilli vult suam legitimam, nunquid debet habere suam legitimã? Hîc sunt opiniones. Dominus Accursius tenet, quòd mater debet habere suam legitimam in bonis filij: & ratio est, quia ascendentes semper debent habere suam legitimam, id est, quartam Trebellianicam, & ea Trebellianica non potest auferri ab aliquo, nisi cum causa exhæredationis: sed hîc non est exhæredata, habeat ergo suã legitimam. Aliæ etiã sunt opiniones: sed omittendo omnes opiniones, quantum est in puncto iuris, dicendũ est, quòd mater repellitur, & nihil habet, & admittitur institutus ad omnia bona testatoris & pupilli. Vltimò datur consiliũ, ꝙ ne periculũ incurrat isti pupillo, cui facta est pupillaris substitutio. s. ꝙ ne institutus cadat, vel cadere faciat pupillũ, vt ipse substitutus habeat totam hæreditatem. Primò debes totum testamentum scribere, & istam substitutionem omit-

tere:

tere:& scripto toto testamento, quòd paulò pòst appones substitutionem infrà:& reuoluere chartam,& ligare eam chartam cum chordulis, vt substitutio sit secreta, & nō appareat: & hoc ad euitandum periculum, quod de facili posset accidere pupillo. Et ideo istud consilium habeas in mente: quia valde est bonum,& vtile pupillo. Exemplaris substitutio est, quæ fit à parente vtriusque sexus, filio furioso vel mentecapto. Et dicitur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillaris: quia sicut pater prouidet suo filio pupillo, qui testari non poterat de hærede, ita in exemplari prouidet filio mentecapto, vel furioso, qui testari non poterat. Potest autem pater filio furioso vel mentecapto substituere liberos ipsius mētecapti:& si careat liberis, debet instituere fratres ipsius mētecapti, vel furiosi,& istis deficientibus, potest instituere quoscunque extraneos,& fit hoc modo: Dominicum filium meū furiosum, vel mentecaptum, mihi hæredem instituo:& si Dominicus decesserit furiosus vel mentecaptus, substituo ei talem filium, vel fratrem suum, vel talem alium.

Substitutio exemplaris.

Quæ sit exemplaris substitutio, & quare sic appellatur, & quis eam facit, quibus fiat, & in qua vltima voluntate. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli volo quærere quinque. Primò, quæ est exemplaris substitutio, & quare sic appellatur, quis eam facit, quibus fiat, & in qua vltima voluntate. Et dico quòd substitutio exemplaris est illa, quę fit à parente vtriusque sexus, liberis, adultis, vel maioribus, institutis vel exhæredatis, furiosis vel mentecaptis, ratione furoris vel dementiæ. Dicitur, à parente vtriusque sexus. Nam pater, & mater, & quilibet de ascendentibus potest eam facere. Dicit, liberis, non autem extraneis. Dicit, adultis vel maioribus, non autem pupillis. Dicit, institutis vel exhæredatis. Nam omnino debent institui vel exhæredari, aliàs non valeret: quia testamentum deficeret. Dicit, furiosis vel mentecaptis: quia ratione furoris vel dementiæ fit exemplaris substitutio. Et appellatur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillaris. Sed quis eam facit? dico quòd parentes vtriusque sexus, scilicet, pater & mater,& quilibet de ascendentibus per lineam masculinam,

Substitutionē exēplarem quis facere potest.

nam,& fœmininam.Sed quibus fit?dico,quòd fit adultis, vel maioribus liberis,furiosis,vel mentecaptis.Sed in qua vltima voluntate fit?dico quòd fit in testamento, & non in alia vltima voluntate.De secundo, scilicet, in quo conuenit ista exemplaris cum pupillari?dico quòd conuenit, & differt in multis.Primò conuenit:quia sicut permissum est parentibus facere pupillarē, & ita permissum est eis facere exēplarem. Conuenit etiam in effectu,quia pupillaris habet illū effectū, quem habet exemplaris.Conuenit etiā,quia sicut pupillaris fit in testamento,& ita exemplaris fit in testamento. Differt autem in multis:quia pupillaris fit solùm à parentibus generis masculini,sed exemplaris fit à parentibus vtriusq; sexus. Differt etiam,quia pupillaris fit solùm liberis impuberibus, sed exemplaris fit adultis & maioribus.Differt etiā,quia exēplaris fit ratione furoris vel dementiæ,sed pupillaris fit ratione minoris ætatis.Differt etiam,quia pupillaris expirat & euanescit,adueniente pubertate, sed exemplaris adueniente conditione.De tertio,scilicet,quæ sit eius forma? Dico quòd forma est,quia dantur duo exempla.Primum est tale:Filium meum mihi hæredem instituo,& si decederet in furore vel dementia,talis sit hæres. Alia forma est talis:Filiū meum furiosum vel mentecaptum mihi hæredem instituo,& si decederet,antequàm mente & cerebro sanus fiat, talis sit hæres. *Forma substitutionis exēplaris.*

De quarto,scilicet,quis sit eius effectus & virtus,& quando expirat & euanescit?& dico quòd effectus est:quia habet effectum pupillaris expressè,si substitutę sunt certæ personæ,quę substituendæ sunt.Sed quæ personæ sunt substituendæ? dico quòd si furiosus habet filios,& filij eius sunt substituti: vel si non habet filios,sed fratres,& eius fratres sunt substituti, vel eius sorores:si personæ prædictæ non sunt substitutæ,non valet substitutio:quia nō habet effectū exemplaris substitutionis:sed vbi prædictæ personę deficiunt,modò potest alias personas extraneas substituere,quas vult. Et effectus tūc est, quia si moritur furiosus institutus in furore,modò substitutus admittitur ad omnia bona testatoris & furiosi, & repellit omnes alias personas extraneas,nulla detracta portione. Sed qualiter expirat & euanescit?dico quòd adueniente sanitate. Secūdo modo,si testamentū deficeret,& non valeret. Tertio si substitutus prę moritur instituto,nisi dictū sit,de liberis eius. De quinto & vltimo,scilicet formare duas quæstiones, quarum *Effectus substitutionis exēplaris.*

rum

rum prima talis est: Quæritur, si pater & mater simul fecerunt substitutionẽ filio suo furioso exemplarem, moritur furiosus in furore: quis istorum duorum admittatur ad bona istius furiosi? Hîc sunt opiniones. Quidã dicũt indistinctè, ꝙ substitutus à patre admittitur: quia salubrius est consiliũ patris, quàm matris. Quidam alij tenent, tamen distinguendo, quòd substitutus à patre admittatur ad bona patris, & substitutus à matre admittatur ad bona matris. Secunda quæstio est: Ponamus quòd quidam fecit testamentum, & instituit filiũ furiosum sibi hæredẽ, & aliũ ei instituit, & dixit: Quandocunq; decesserit in furore, talis sit hæres: modò furiosus factus est sanæ mentis, & posteà moritur in furore. Quæritur an substitutio euanescat, an repellatur substitutus? Hîc sunt opiniones. Quidã dicunt, quod omnino repellatur: quia iam expirata est substitutio propter sanitatẽ. & litera dicit, quòd substitutio exemplaris expirat & euanescit, adueniente sanitate, ergo repellatur. Quidã alij dicunt, quòd debet admitti: quia ex quo quæritur inter furorem: Si venit sanitas, nõ permãsit: quia non dicitur venisse, qui nõ stetit: nõ dicitur datũ, quod non durauit. Quidam alij tenent, & melius, cum distinctione: quia aut furiosus fecit testamẽtũ in sanitate, & factus est sanus, & contraxit matrimonium: Modò non admittitur substitutus: aut non fecit testamentũ, nec matrimoniũ cõtraxit in sanitate: modò admittitur substitutus ad omnia bona testatoris &c. Cõpendiosa substitutio est, quæ fit isto verborũ cõpendio, hoc modo. Instituo Cor. filiũ meũ mihi hæredẽ: & si dictus Cor. quandocunque decesserit, substituo Dominicũ. Et hæc ideo dicitur cõpendiosa: quia sub cõpendio continet vulgarem pupillarem, & fideicommissariam substitutionẽ.

Quotuplex, & quæ sit compendiosa substitutio, & quare sic appellatur. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli volo quærere quatuor. Primò, quotuplex sit compendiosa substitutio, & quæ sit cõpendiosa substitutio & quare sic appelletur. Et dico quòd est duplex: nam quædam est, quæ fit à milite: & de ista nihil ad præsens: quia de raro, vel nunquã cõtingit: quia hodie nõ sunt tales milites: Quædã est substitutio, quæ fit à pagano, id est, non milite: & de ista hic loquitur. & sic diffinitur. Compendiosa

Cõpendiosa substitutio quæ est.

diosa substitutio est illa, quæ fit à parente pagano generis masculini liberis impuberibus, in potestate existentibus, institutis vel exhæredatis, sub aduerbio quandocunq;, verbis directis, & non inflexis. Singula verba in diffinitione contenta satis clara sunt, & ideo non egent expositione. Secundò, quis eam facit, quibus fiat, & in qua vltima voluntate quis facit eam? Et dico, quòd parentes generis masculini. Quibus fit? Dico quòd illis, quibus fuit pupillaris. Sed in qua vltima voluntate fit? Dico quòd in testamento, & nō in alia vltima voluntate, sicut pupillaris. Tertiò, quæ sit eius forma, scilicet, cōpendiosæ substitutionis? Et videntur quatuor exempla, in quibus compendiosa suā mutat naturā in quatuor casibus, & trahitur ad fideicommissum. Primus casus est quando testator habebat filiū, quē sibi hæredem instituit, & nolebat facere compendiosam substitutionem, & volebat testator solùm prouidere in pupillari ætate, & notarius in testamento sic dixit: Talem filiū meū mihi herede instituo, & quādocunq; decesserit, talem substituo: modò trahitur ad fideicōmissum: & testator volebat solū, ꝓ quando pupillus decederet in pupillari etate, substitutus admitteretur ad omnia bona testatoris, & propter illud verbum, Corradum substituit, compendiosa suam mutat naturā. Et ratio est: quia propter illud verbū prouideret pupillo toto tēpere vitæ suæ, siue decedat in pupillari ætate, siue in adulta, vel maiori, semper substitutus venit ad succesionē ipsi pupillo, & etiā propter illud verbū substitutus, repellit matrē & omnē aliam personā venientē ab intestato, nulla detracta portione. Aliud exemplum est, quando notarius dicit: Martinū filium suū sibi hæredem instituit: & quandocunq; decederet sine liberis, talis sit hæres: nam mutat totā suā naturā, quia testator vult solū prouidere in pupillari ætate, & notarius facit, quòd prouidet toto tēpore vitæ suæ: quia dicit, si decederet sine liberis: & si nunquā filios haberet, substitutus admitteretur, & sic prouidet toto tempore vitæ suæ. Aliud exemplū est, quando notarius dixit: Martinū filium suū sibi hæredem instituit: & quandocunq; decederet sine liberis, Corradū substituit. Modò etiā in isto casu suam mutat naturā, rationibus supradictis. In aliis[f] exemplis propter clausulam, quæ dicit, sine liberis, & propter verba inflexa. Aliud exemplum est, quòd notarius dixit: Martinum filium suum sibi hæredem instituit, & si decesserit in pupillari

Substitutionē compēdiosam quis facit.

De forma substitutionis cōpendiosæ.

pupillari ætate, vel posteà quandocunque sine liberis, Corradum substituit. Modò ista compendiosa suam mutat naturã: quia ibi sunt tres substitutiones, scilicet, pupillaris, vulgaris, & fideicommissaria: & vnaquęque suũ habet effectum. Tamẽ hîc datur consiliũ, ꝙ notarius habeat cõsiderare, an ille, cui fit substitutio, sit pupillus, vel adultus. Si est pupillus, modò si testator vult ei prouidere in perpetuũ, modò debes apponere omnes tres substitutiones, scilicet, pupillarem, exemplarem seu vulgarem, & fideicommissariam. Si est adultus, & vult ei prouidere testator, modò potest in perpetuũ. & apponas duas substitutiones, scilicet, vulgarem, & fideicommissariam. Quartò, scilicet, quę sit virtus & effectus eius, & qualiter expirat & euanescit? & dico quòd habet illũ eundem effectum, quem habet pupillaris. Et expirat omnibus illis modis, quibus expirat pupillaris. Hîc est additio. Ponamus quòd quidam instituit quendam pupillum sibi hæredem, & ei alium substituit: præmoritur substitutus instituti, ex eo remãserũt hæredes: postea moritur institutus, hæredes substituti volunt petere bona pupilli. Quæritur nunquid possunt? dico quòd non: quia substitutio non cognoscit, nisi nominatos: & ideo datur consilium, quando vult aliquis alium substituere pupillo suo, vt hæredes substituti possint petere bona pupilli, quòd testator dicat, Talem pupillum meum mihi hæredem instituo: & quandocunque decesserit, talis sit hæres, vel eius hæredes, vel ex eo superstites. Breuiloqua siue reciproca fit hoc modo: Dominicum & Corradum filios meos impuberes mihi hæredes instituo, & eos adinuicem substituo. Et hæc substitutio continet in se duas vulgares, & duas pupillares. Vnde, quia continet expressam pupillarem, si aliquis prædictorum decesserit in pupillari ætate, mater impuberis decedentis omnino repellitur, & succedit substitutus. Cæterùm nota, ꝙ in omnibus substitutionibus primò debet præcedere institutio, sicut primus gradus, & posteà poni substitutio. Item nota, quòd aliquando fiunt simul, & semel istæ tres substitutiones, scilicet, pupillaris, vulgaris & fideicommissaria: & hoc fieri potest, quando instituti, vel aliqui eorum sunt pupilli. Et aliquando fiunt solùm duæ, scilicet, vulgaris & fideicõmissaria: & hoc fieri potest, quãdo nemo institutorũ pupillus est. Quomodo autẽ scribãtur, videas in textu prædicti maioris testamenti. Itẽ nota, ꝙ aliquãdo fiunt institutiones & substitutiones

Substitutio breuiloqua.

in stirpes,& non in capita:tunc enim fiunt in stirpem, quando filij mei omnes,licet sint plura capita: habent tamẽ illam partem,que mihi contingebat ex bonis patris mei eorũ aui. Vnde instituti sunt in stirpem,hoc est,in eam partem, quam ego,qui fui eorum stirps,debebam habere.

Quæ sit breuiloqua substitutio,& quare sic appellatur. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli volo quærere tria. Primò,quæ sit breuiloqua substitutio, & quare sic appellatur. Et dico quòd breuiloqua substitutio est illa,quæ fit à parente generis masculini,duobus vel pluribus liberis, in potestate existentibus, institutis vel exhæredatis, adinuicem substitutis. Verba satis patēt,ideo nō expono. Et appellatur breuiloqua, quia fit sub breuitate verborum, sub qua breuitate comprehenduntur quatuor substitutiones,scilicet,duæ pupillares expressæ,& duæ vulgares expressæ in effectu:& dicitur reciproca,quia fit reciprocatio de vno in alium.Secundò, quis potest eam facere,quibus fiat,& in qua vltima voluntate. Quis potest eam facere?Dico quòd solùm pater,vel quilibet de ascendentibus per lineam paternam:& ratio est, quia fit liberis in potestate existentibus, & fœmina non habet liberos in potestate. Sed quibus fit?dico ꝙ fit duobusvel pluribus liberis impuberibus,in potestate existentibus, institutis vel exhæredatis:& sic quinque debent concurrere illi,cui fit,vt ei possit fieri. Primò,quòd sint duo vel plures,Secundò ꝙ sint de liberis. Tertiò,ꝙ sint impuberes.Quartò,ꝙ sint in potestate.Quintò quòd sint instituti vel legitimè exhæredati. Sed in qua vltima volũtate fit?dico ꝙ fit solùm in testamento, & non in alia vltima voluntate. Tertiò,quæ sit eius forma, & quæ sit eius virtus & effectus?& dico quòd eius forma est hæc:Corradum & Titium mihi hæredes instituo, & eos adinuicem substituo: & in ista forma sunt quatuor substitutiones, scilicet, duæ pupillares expressæ,& duæ vulgares expresse,scilicet,vna in personam Corradi,& alia in personã Titij:modò per exẽpla dixit testator,Cor.& Titiũ mihi hæredes instituo, & eos adinuicem substituo:hoc est dicere,si Cor.erit hæres,& in pupillari ætate decesserit, Titius superuiuens sit hæres: modò ista est pupillaris expressa,& in personam Cor.& econtrà,di-

Breuiloqua quare sic appellatur.

Quibus fit substitutio breuiloqua.

cendo Cor.& Titium mihi hæredes instituo:& si Titius decederet in pupillari ætate, Cor. superuiuens sit hæres: modò ista est pupillaris in personam Titij. Etiam in ista forma sunt duæ vulgares expressæ, scilicet, Cor. & Titium mihi hæredes instituo,& eos adinuicem substituo: hoc est dicere, si Cor. non sit hæres, Titius sit:& si Titius non sit, Corradus sit. Sed ponamus, quòd ambo repudiant hæreditatem, quis habebit eam? dico quòd proximiores agnati venientes ab intestato debent apprehendere istam hæreditatem:& quando ambo volunt, & apprehendunt hæreditatem, modò expirat vulgaris, & resultat pupillaris: quia iam est adita hæreditas. Dico, quòd resultat pupillaris: quia si moreretur pupillus in pupillari ætate, modò alter substitutus apprehendit omnia bona ipsius pupilli, nulla detracta portione:& repellit omnem aliā personā venientem ab intestato. Sed si vis quòd ambæ istæ substitutiones expirent, fac quòd pupillus adeat hæreditatē, & quòd pupillare tempus transeat. Tamen dico tibi cōsilium, quòd nunquam in tuis testis apponas istam substitutionem, nec cōpendiosam, nec exemplarem, quando esset filius furiosus: sed solùm apponas fideicommissariam, vulgarem, & pupillarem.

In quibus substitutionibus ponatur hoc verbum, substituo. Rubri.

AD euidentiam huius tituli: Iste titulus ponit vnum solùm, quòd verbum, substituo, debet apponi in substitutiōe, vt est fideicōmissaria, aliàs non valet fideicōmis. Et potest poni in directis substitutionibus istud verbum: & quandoque non adaptatur, vt est in compendiosa substitutione: quandoque est necesse istud verbum apponere in directa substitutione, vt est hic in breuiloqua substitutione: in aliis autem tribus substitutionibus, scilicet, vulgari, pupillari & exemplari, sed in exēplari substitutione non refert, vtrum addatur istud verbum, substituo, quia valet substitutio.

Quando testator prohibet Falcidiam detrahi de legatis, quid iuris. Rubri.

OMittendo procemium huius quinti tituli deuenio ad rubricā, quando testator prohibet Falcidiam detrahi de legatis: & ad euidentiam huius tituli volo quærere tria. Primò, quando habet

bet locum lex Falcidia? & dico quòd habet locum, quando testator legauit vltra modum debitum, & vltra modum debitum, aliàs, datum sibi à lege, & hæres facit inuentarium: nam ibi hæres est grauatus, quia non potest suam quartam, vel suã legitimam habere: modò habet locum lex Falcidia de legatis: & etiã habet locũ, quando hæres facit inuentarium: nam vbi hæres non facit inuentariũ, & vellet detrahere de legatis per legẽ Falcidiam, non posset: imò, si deficerent legata, tenetur hæres integrè ad legata soluenda, vbi inuentarium non fecit. Sed quantũ potest legare testator? dicó quòd vsque ad dodrantẽ, & vltra non: & si vltra legaret, modò hæres posset defalcare, & haberet locum lex Falcidia. Et quod dico, quòd si hæres fecit inuẽtariũ, potest vti lege Falcidia, & aliàs non: secus in legitima, quæ debetur filiis iure naturæ: nã sine inuentario habet locum lex Falcidia: nam testator nõ potuit filiis in sua legitima onus, nec grauamẽ imponere. Sed quantum tempus habemus inspicere, vt locum habeat ratio legis Falcidiæ? dico quòd habemus inspicere tempus mortis, non autem tempus conditi testamẽti. Et appellatur Falcidia ab authore, sicut Pauliana à Paulo, inuenta. Vel dicitur Falcidia similitudinariè: nam sicut falx habet secare herbã, & ita falcidia habet defalcare legata. De secundo, scilicet, videre casus, in quibus cessat ratio legis Falcidiæ. Primus casus est quãdo testator hoc expressè dixit in testamẽto, vt non detraheret Falcidiam de legatis: quia bene scit vires patrimonij sui. Secundus casus est, quando legata sunt legitima iure legati: vt quia filius fuit institutus in modico, & posteà fuit legata sibi sua legitima iure legati. Tertius casus est, quando dotes legatæ sunt vxoris, modò de dote detrahere non potest. Quartus casus est in legatis à milite factis: nam etiam in illis legatis non habet locum lex Falcidia. Quintus casus est in libertatibus legatis. Sextus casus est in legatis factis ad pias causas. Septimus casus est, quando apparet delictum hæredis: quia hæres cancellauit, vel abrasit legatum de testamento. Octauus casus est, quando hæres non fecit inuentarium. Nonus casus est in legatis solutis. De tertio, scilicet, quæ sit quarta, & quæ legitima portio? & dico quòd quarta est quædam portio, quæ debetur cuilibet instituto per senatusconsultum Trebellianum: & non solùm debetur hæ-

Lex falcidia quando locum habet.

Testator quãtũ legare põt.

Falcidia quare sic appellatur.

Casus, in quibus cessat Falcidia.

redi suo, sed etiã extraneo ista quarta Trebellia. Alia est portio, quæ appellatur legitima: & ista est, quæ debetur ascendentibus & descendentibus: nam illa portio appellatur legitima. Est etiam alia portio, quæ appellatur Falcidia: & ista non est legitima, sed quoddam auxilium & subsidium, quòd datur quartæ Trebellianicæ. Nam si quis est institutus, & non habet suam legitimam, modò habet locum lex Falcidia, vt hæres possit habere suam legitimam, quartam detrahendo de legatis. Sed dicit litera, quòd magna differentia est inter senatusconsultum Trebellianum, & legem Falcidiam; nam senatusconsultum Trebellianum datur, quando quis est institutus, & rogatus hæreditatem alteri restituere, & potest tunc retinere quartam per senatusconsul, Trebellianum, & aliã partem restituere. Lex falcidia datur in subsidiũ quartę Trebellianicę.

Vtrum prohibitio facta à testatore de detrahenda Falcidia valeat.

AD euidentiam huius tituli volo quærere vnum solùm: quia de eius materia satis benę patet in litera, in tractatu notularum, in rubrica, de inutilibus contractibus ratione rerum, in §. Item prohibita est alienatio illius rei, quam testator, &c. Et ideo quæro solùm, an prohibitio à testatore facta valeat? Ad hoc sciendum sic distingue; quia aut est prohibitio temporalis, aut perpetua. Si prohibitio est temporalis, aut est apposita pœna, aut non. Si pœna non est apposita, tunc non valet: quia vigore pœnæ valida fieret, Si pœna est apposita, distinguæ; quia aut dictum est, cui pœna debeat applicari, aut non. Si dictũ est, cui pœna debeat applicari, & tunc valet, Si autem non est dictum, cui pœna debeat applicari, & tunc non valet. Si autem prohibitio est perpetua, aut est cum causa, aut sine causa, Si cum causa, aut illa causa est legitima, aut vana, vel friuola, Si causa est legitima, tũc valet. Si causa est vana vel friuola, tunc nõ valet: quia causa friuola nil ponit ad ius, siue ad factũ. Si autẽ prohibitio est facta sine causa, & tũc non valet.

Qui tutores possunt dare. Rubri.

AD euidentiam huius tituli, volo quærere vnũ solùm, scilicet, qui possunt tutores dare. Et ad huius plenam euidentiam, sicut litera ponit distingue: quia aut datur à patre, auo, vel proauo paterno, aut

aut à matre, auia, vel proauia materna, aut ab alio. Si datur à patre, auo, vel proauo paterno, & tunc potest dare: & datur tutor liberis impuberibus, in potestate existentibus. Potest etiã tutorẽ dare auus, vel proauus paternus nepoti vel nepti, pronepoti vel pronepti: & ad hoc, vt tutor posit dari alicui tria requiruntur. Primò, ꝙ sit de liberis. Secundò, ꝙ sit impubes. Tertiò quòd sit in potestate. Et dico, ꝙ potest dari tutor in codicillo, vbi testamẽtum praecesserit, vel sequeretur: sed si simplex esset codicillus, quia non esset factum testamentum, nec ante codicillum, nec post: modò tutor nõ potest dari in codicillo: & iste tutor datus à patre auo, vel proauo paterno in testamento vel codicillo, nõ eget confirmatione: sed solùm habet haereditatẽ adire, & petere administrationem à iudice, & posteà administrare, & inuentariũ facere, prout tenetur. Sed qui possunt tutores esse? dico ꝙ masculus, & nõ foemina, ni sit mater vel auia: nam mater, vel auia pupilli potest tutrix esse: quia hae duae intelliguntur naturalẽ curã de pupillo gerere. Et potest dari tutor ad certũ tempus, purè, & sub conditione, & in die, vel ex die: & minor xxv. an. tamen administrare non potest, nisi perueniat ad legitimam aetatem. Si tutor datur à matre, auo vel proauo materno, & tũc nõ potest, quia mater nõ habet filios in potestate, & tutor datur liberis & nõ extraneis: sed si datur, est confirmandus decreto iudicis. Si tutor datur ab extraneo, non valet, nec est à iudice cõfirmandus, & potest aliũ tutorẽ dare: sed si vult eũ cõfirmare, potest: sed si nõ vult, non cogitur, quia nõ reperitur in lege cautũ. Et potest tutor dari filiis & filiabus: & si dat filiis, videtur dedisse filiabus, quia appellatione filiorũ continentur & filiae: sed non videtur dedisse nepotibus, si dat filiis: sed si dat tutorẽ nepotibus, non videtur dedisse filiis: sed si dat tutorem liberis, videtur dedisse caeteris descẽdentibus filiis & filiabus, nepotibus & neptibus.

Tutores qui dari possunt.

Si quis fecit duo testamenta, quod illorum habeat vires.

AD euidentiam huius tituli volo quaerere duo. Primò, si quis fecit duo testamenta, quod testamentum habeat vires. Et dico, quòd vltimum testamentum habeat vires. Et vltima voluntas debet executioni mandari. Et ratio

est,quia in vltimis voluntatibus debemus considerare vltimum velle testatoris.& hoc verũ est in testamẽtis,secus in codicillis:nã si quis fecit codicillos plures,omnes codicilli habent vires,nisi vnus esset contrarius alteri seu contradiceret, videlicet,quòd tenor duorum codicillorũ super vna & eadẽ materia sub ipsi esset contraria.Sed ponamus quòd quidam fecit duo testamenta,in vno & eodem die,& nescitur,nec sciri potest quod testamentum sit prius vel posterius:quia mortui sunt testes,& sic non potest sciri de hora:ergo quod testamentum habet vires?hic sunt opiniones. Quidam dicunt, quòd ambo testamenta habent vires & effectum,& ambo hæredes scripti in testamẽto,apprehendent hæreditatẽ. Quidã alij dicunt,& melius,quòd neutrum habebit vires,& venientes ab intestato apprehendent hæreditatem:& est ratio,quia nemo potest decedere duobus testamentis relictis,vt vtrũque valeat. Secundò,scilicet,vtrum quis posit ita roborare,& firmare ita & taliter vnum testamentum,quòd non sit sibi licitum aliud,vt valeat,facere? Et dico quòd non,etiam si iuraret non recedere ab illa vltima voluntate:& ratio est multiplex, dicit litera.Prætereà ratio est,quia Salomon dicit,quòd vnicuique licitum est mutare consilium.Prætereà quę de nouo obueniunt,nouo indigent consilio.Prętereà nemo potest sibi legem imponere,à qua recedere non liceat.Prætereà ambulatoria est hominis voluntas vsque ad extremum vitæ suæ exitum.Regula est,nemo ab vltima testatoria voluntate vsque ad extremũ ambulans excluditur,donec extremos clauserit dies,quibus ambulantis voluntatis clauditur via.Tamẽ hîc datur consilium,quòd si testator vult roborare & firmare ita & taliter testamentum,quòd aliud facere non posit, & de iure non valeat,& prius testamentum habeat effectum,q apponat aliqua verba derogatoria:& verba derogatoria sunt illa,quæ derogant secundo testamento vel vltimo,vt quando testator dicit, quòd vult quòd istud testamentum valeat: & quòd si faceret aliud,non valeat,nisi sint talia verba derogatoria:Pater noster:vel, Surgite mortui, venite ad iudicium: Vel ibi ponat verba aliqua,quæ non possunt diuinari. modò si facit secundum testamentum,& non fecit mentionem de istis verbis derogatoriis in secundo testamento, modò primum testamentum habet effectum & vires,& non secũdũ. Sed litera quærit,& dicit, ergo videtur quòd istud non sit

bonum

bonum consilium,& fit in damnum testatoris:quia fortè quidam erat in ciuitate Bononiæ,& fecit testamentum,& apposuit aliqua verba derogatoria, postmodum vadit vltra mare,& est infirmus,vult facere testamentum,& non potest propter verba derogatoria;quia non recordatur de verbis, quando fecit testamentum:ergo illud testamentum non valebit. Dicit litera,datur consilium,quod si recordatur de verbis derogatoriis,debet ea apponere:& si non recordatur debet ea in genere apponere,quòd non obstantibus aliquibus verbis derogatoriis,vult quòd tale testamentum valeat. Et nota,quòd in genere continetur species.

Quæ sint præcepta,in quibus non est adhibenda pœna.

ISte titulus ponit, quòd sunt quædam præcepta,in quibus non est adhibenda pœna:vt sunt ea,quæ de iure fiunt,vt est quando testator dicit,quòd vult quod testamentũ valeat,vel quòd legata debeantur:nam pœna non est necessaria. Quædam sunt præcepta,quæ fiunt de voluntate testatoris,& in istis est necessaria pœna,ad hoc vt valeant,aliàs non valerent:vt quando dicit testator,quòd vult quòd hęredes sui non possint vendere talem rem,vel vult quòd filia sua maritetur tali:modò est pœna necessaria,ad hoc vt valeant talia præcepta, &c.

Quibus ex causis infirmetur, & non valet testamentum.

ATtende igitur,quòd si contra ea,quæ dicta sunt suprà de testatore, hærede, & testibus fiat testamentum, non valet. Item non valet testamentum, si testator talis est, qui nec scribere, nec articulatè loqui potest: quia tunc mortuo similis est, imò in huiusmodi testamentis falsitas committitur. Item debet fieri testamentum vno contextu,ità quòd nullus alius actus interponatur,nisi medicaminis,vel aliæ breuis neces-

sitatis causa. Item non valet testamentum, si est natus posthumus, de quo non fuit in institutione facta mentio: & licet quantum ad institutionem non valeat testamentum, quia ille posthumus rumpit institutionem, valet tamen quantū ad legata, & ad alia relicta. Est autem posthumus, qui nascitur post mortem patris. Vnde posthumus, post humum patris natus. Item non valet testamētum, si post illud aliud ab eodem testatore legitimè factum appareat. Item si testator adoptetur, arrogetur, vel aliàs capite minuatur. Est autem capitis deminutio triplex, scilicet, minima, media, & maxima. Minima est, quando adoptatur vel arrogatur aliquis, aut emancipatur. Media, quādo aliquis perdit ciuitatem. Maxima, quando aliquis perdit ciuitatem & libertatem. Item non valet testamentum, si nemo ex eo sit hæres. Item si imperfectum est. Item si abolitum vel cancellatum est, vel aliqua parte vitiosum.

Quibus ex causis infirmetur, & non valet testamentum.

AD euidentiā huius tituli: Titulus iste diuiditur in tres partes. In prima parte ponit, ꝙ testamentū quādoque vitiatur ratione substantiæ: quādoque propter repugnantiā iuris: quādoque propter solēnitates omissas. In secunda parte ponit, ꝙ si testamentū deficit, & nō valet, vel ratione substantiæ, vel propter repugnantiā iuris, vel propter solēnitates omissas, & apposita est clausula, vtrū reducatur ad ius codicillorum. In tertia parte ponit, quis sit effectus clausulæ finalis. Prima pars incipit ibi, & durat vsque ad §. & est sciēdum. Ibi pars secunda, & durat vsque ad §. Sed quia vltima voluntas. Ibi pars tertia, & durat vsque ad finem titu. Redeo ergo ad primam partem, in qua ponit quòd testamentum vitiatur quandoque ratione substantiæ: vt quia ille, qui fecit testamentum, non poterat testari: Quandoque propter iuris repugnantiam, quia non fuit hæres in testamento institutus: vel si fuit institutus, non fuit capax: vel non sunt instituti, qui debent institui: vel non fuit facta mentio de posthumo, vel apparet aliud testamētum posterius: quia posterius rumpit primum. Quandoque deficit propter solennitates omissas, quæ requiruntur, vt quia requirūtur septem testes, & non fuer

fuerunt nisi quinque vel sex, vel non sunt appositi testes. Et non sunt rogati, vel testes non sunt personæ legitimæ ad testimonium prohibendorum. De secunda parte, in qua ponit, quòd si testamentum deficit, & non valet, vel ratione substantiæ, vel propter repugnantiam iuris, vel propter solennitates omissas, & apposita est clausula, vtrũ reducatur ad ius codicillorum? Et dico, quòd si testamentũ deficit propter repugnantiam iuris, vel ratione substantię: modò testamentũ deficit & non valet, & non reducitur ad ius codicillorum. Sed si deficit propter solennitates omissas, modò reducitur ad ius codicillorum: hoc est verũ, si sunt tot solennitates in testamento, quę sufficiunt in codicillo: tamen dicit dominus Iacobus Balduinus, quòd si testamentum deficit, vel ratione substantię, vel propter repugnantiam iuris, vel propter solennitates omissas, quòd apponatur clausula, & verbũ pręsentis temporis & futuri: & dicetur, hanc suam legitimam vltimã voluntatem asseruit esse velle: & si non valebit iure testamenti, valeat saltem iure codicillorum. Sed doctores hanc appositionem nõ approbãt: quia magis sensum, quã verba spectamus. Rebus, & nõ verbis, legẽ imponimus. Sed litera nostra dicit, quòd debemus vti verbo infinitiui modi: & infinitiuum verbum respicit tempus præsens & futurũ, secundũ Priscianũ: & dicere hanc suam vltimã voluntatẽ asseruit esse velle, quã valere voluit iure testamenti: & si iure testamenti valere nõ potest, saltem valeat iure codicillorũ. De tertia parte, in qua ponit quis sit effectus clausulæ finalis? Dicit litera ꝙ duplex est effectus: quia primò debentur legata, quantũcunque testamẽtum deficiat, & non valeat. Operatur secundò, quia venientes ab intestato debẽt apprehẽdere hæreditatẽ, & eam restituere hæredi instituto in testamento: quia reducitur ad fideicõmissum, tamen detracta quarta Trebellianica, quã quilibet institutus habet. Sed quia litera nõ ponit ad plenũ de ista clausula: ideo hîc datur additio, & est talis. Ad sciẽdũ ad quid operatur clausula in testamẽto, sic oportet dicere: quãdoque nihil operatur clausula, quandoque vnũ tantũ operatur, quãdoque operantur duo tantũ, quãdoque nihil operatur: & hoc in tribus casibus. Primus casus est, quãdo testamẽtũ de iure valet, & est solẽniter cõfectũ. Secũdus casus est, quãdo testamentum deficit, & nõ valet aliquo modo, vel ratione substãtię, vel propter iuris repugnantiã. Tertius casus est, quãdo testamen- *Effectus clausulæ finalis.*

tum non valet propter solennitates omissas, vt quia non sunt tot solẽnitates in testamẽto, quæ sufficiant in codicillo. Quãdoque operatur vnũ tantũ. s. quãdo debentur saltem legata: & hoc in tribus casibus. Primus casus est, quãdo nullus est hæres institutus in testamẽto. Secũdus casus est, quãdo est hæres institutus in testamento, sed repudiauit hæreditatem. Tertius casus est quando hæres non est capax: vt quia est spurius institutus, vel alter extraneus, & præteriuit ascendẽtes vel descendentes sine causa. Quandoque operantur duo: & hoc regulariter, vt quia debentur legata, & hæreditas venit restituenda per fideicommissum.

Quot testes necessarij sunt in testamento, & qui possunt esse testes, & qui non.

IN testamentis exiguntur regulariter septem testes, qui præsentes sint, & debent vocari & rogari: sed ille, qui scribit testamentum in numero septem testiũ computatur. Computari etiã possunt in eodem numero legatarij, si præsentes sunt: & hoc verum est, si quæstio esset inter hæredem, & vnũ aliũ. Sed si quæstio esset inter hæredẽ & legatariũ, ipse legatarius nõ posset esse testis in causa sui legati. Vnde tutius est, quòd alij testes ponantur, si haberi possunt, & non legatarij. Item aliquando exiguntur octo testes. s. in testamento cæci, vt superius dictum est: etiam in testamẽto facto in scriptis in illo, videlicet, quod testator nõ scripsit sua manu. Sufficiunt autẽ quinque testes in testamẽtis cõditis in villis, si ibi plures reperiri nõ possunt. Itẽ in testamẽtis illorũ militũ, qui pro salute Romani imperij iurauerant se nõ euitaturos mortem. Aliquãdo sufficiunt duo, aliquãdo vnus: sed de istis nihil ad præsens: quia nõ sunt tales milites nostri tẽporis. Itẽ in testamẽto cõdito in præsentia Imperatoris, precibus ei porrectis, vt audiat, nullus testis exigitur. In testamentis autem prohibentur esse testes mulieres. Item hermaphroditus, qui magis fœminino incalescit sexu. Itẽ impubes. Item furiosus tẽpore furoris. Itẽ mutus & surdus. Itẽ is, cui bonis interdictum est. Item seruus, nisi communi opinione tunc temporis haberetur liber: nec quæstio sui status ab aliquo mouebatur, tunc in nume. septẽ testiũ cõputatur. Itẽ vetatur esse testis in testamẽto, quicũque est in potestate testatoris. Itẽ hæres scriptus,

&

& etiam ille qui cum ipso hærede in eadem potestate est. Generaliter autem testes esse possunt illi, quibus in testamento relinqui non potest, prout suprà habetur in rubrica, de hæredum institutione.

Quot testes sunt necessarij in testamento, & qui possunt esse testes, & qui non. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli, volo quærere tria: primò, quot testes requiruntur in testamento? & ad hoc sciendum sic distingue: quia aut facit testamentum quis in scriptis aut sine scriptis. Si in scriptis, id est, cum solennitatibus requiruntur vij. testes vna cum notario. Si sine scriptis, & tunc requiruntur octo cum notario. Fallit tamen in casibus, in quibus requiruntur minus quàm octo testes. Primus casus est in testamento condito in rure, vbi non possint inueniri plures testes. Secundus casus est in testamento militis: nam sufficiunt duo testes. Tertius casus est, quando quis fecit testamentum coram Imperatore: & tunc testamentum valet licet non sint alij testes. Quartus casus est in testamento inter liberos facto. Sed in testamento cæci requiruntur octo. In codicillo vel donatione causa mortis sufficiunt quinque. Tamen hic datur consilium extra literam, quòd notarius non sit contentus numero legali: & ratio est, quia forte numero legali, vbi sunt septem testes, fortè sunt aliqui, qui prohibentur testimonium perhibere: quia fortè est infamis, vel habet aliquod aliud iuris impedimentum à lege: & ideo non sis contentus numero legali. Nam vbi requiruntur vij. apponas ix. vel x. De secundo, scilicet, qui possunt, vel non possunt esse testes in testamento? Et dico quòd quilibet potest esse testis, nisi ei sit prohibitum à lege, id est, qui suo maleficio, vel status conditione, tam ciuili, quàm diuina lege à testimonio sunt repulsi: quoniam hi testimonium ferre non possunt, vt vtraque lex concedit, de testibus non admitten. Et si ferunt testimonium, non valet. Sed quibus prohibetur? dico quòd primò persona, cui prohibetur, est mulier: nã mulier nõ potest esse testis in testamento, sed in aliis cõtractibus sic: & ratio est propter fidem testamentorum demonstrandã: & mulieres sunt fragiles. Item hermaphroditus non potest esse testis

testis in testamento. Item impubes, id est, minor quatuordecim annorum non potest esse testis in testamento. Item ille, qui est in potestate testatoris, nec hęres potest esse testis in testamento. Item legatarius. Quæritur, nunquid legatarius possit esse testis in testamento? & dico quòd sic: sed si oritur quæstio inter eum & hæredem, non potest testificari. Cæteræ autem personæ sunt in litera numeratæ, ideo hic non expono. De tertio, scilicet, videre vnum consilium, quod est tale, quòd testator semper roget testes in testamento, & roget eos, vt sint testes: & ratio est propter veritatem testamentorum conseruandam. Sed ponamus quòd testes non apparent in testamento rogati, nunquid præsumútur quòd sint rogati? dico quòd sic, tum propter consuetudinem, & fauorem. Nam assuetum est in omni contractu rogare testes.

Quædam sunt testamenta, quæ à principio sunt nulla, & ista non rumpuntur: Quædam sunt, quæ valent, & postea rumpuntur. Rubrica.

AD euidentiam huius tituli volo quærere duo. Primò, quòd quædam sunt testamenta, quæ à principio sunt nulla, & ista non rumpuntur. Quædam sunt quæ valent, & posteà rumpuntur. Sed quomodo rumpitur testamentum? dico quòd rumpitur agnatione posthumi, velit nolit, si nascatur voce emissa. Sed si tendit ad monstrū, vel prodigium, modò non rumpitur: & etiam rumpitur agnatione quasi posthumi, scilicet, arrogati & adoptati: & etiam rumpitur testamētum agnatione illius qui loco posthumi est. sicut sunt nepotes. Et rumpitur per maximam, mediam, & minimam cap. demi. etiam si hæres non adiuit hæreditatem, rumpitur testamentum, vel decesserit hæres ante aditam hæreditatem, vel si deficit conditio, sub qua institutus est: & rumpitur quando fecit duo testamenta, modò posterius rumpit primum. Etiam rumpitur per sententiam, rumpitur ex præteritione posthumi, & multis aliis modis apertius in litera notatis.

Vtrum

Vtrum cæcus, siue à natura, siue ab accidenti possit testari.

AD euidentiam huius tituli volo quærere, vtrũ cæcus, siue à natura, siue ab accidenti, possit testari, vel testamentum facere: & si potest cum solennitatibus, & cum quibus solennitatibus habet facere? Et dico quòd potest testari, & testamentum facere, sicut homo videns, tamen aliter, & cautè, ne possit decipi: quia vbi maius versatur periculum, ibi cautius est agendum: vnde cęcus potest testamentum facere cum istis solẽnitatibus. Nam primò debet notarius scribere testamentum secundum voluntatem cæci in charta bombicis, & posteà authenticare testamentum in charta membrana: hoc facto, debet notarius legere testamentum coram testatore, vt testator approbet testamentum. Et scripto testamento à parte inferiori, debet notarius dimittere magnum spatium in albo, vt ibi possit scribere testes: & in isto testamento debent esse octo testes, qui se subscribant, & sigilla sua apponant ad chordulas pendentes, & aliquantulum plicare chartam, & facere tot foramina, quòd apponantur octo chordulæ cũ sigillis testium: & testator habet rogare testes de tribus. Primò, quòd sint testes. Secundò, quòd se subscribant. Tertiò, quòd apponant sigilla sua. Sed nunquid istud est testamentum in scriptis? certè non, imò est nuncupatiuum sine scriptis. nam licet ibi sint solennitates, sunt ratione personæ, non autem ratione testamenti. Sed nunquid vnus testis potest sigillare cum sigillo alterius? dico quòd sic: nam non refert, vtrum sint plura sigilla eiusdem scripturæ: & quod dico de testamento, idem intelligas de codicillo: & hîc dico de cæco, siue à natura, siue ex accidenti, & de cæco vtroque lumine priuato, non autem de monoculo: nam monoculus ita potest testari, quemadmodum alter homo, duntamen non habeat aliud iuris impedimentum.

Quotuplex sit testamentum.

AD euidentiã huius tituli volo quęrere vnũ, scilicet, quotuplex sit testamentum? Et dico quòd est triplex: nam quoddam est testamentum, quod fit sine scriptura, & de isto testamento habuimus hucusque. Quoddam est testamentũ, quod

quod fit nuncupatiuè sine scriptis: & de isto fit mentio in isto loco. Quoddam est testamentum, quòd fit sine aliqua scriptura, sed solùm fit coram testibus: & hoc esse potest. Tamen ista litera dicit vnum consilium, quòd habuimus suprà in Rubrica. de diuisione testamentorum. Quoddam est testamentum, quod fit in scriptis, id est, cum solennitatibus: & de isto fit mentio in duobus titulis sequentibus.

Qualiter & quis potest testari in scriptis cum solennitatibus.

AD euidẽtiam huius tituli volo quęrere, Qualiter quis potest testari in scriptis, id est, cũ solennitatibus? & dico quòd potest fieri duobus modis. Vno modo, quando testator scribit sua manu propria, & hoc de raro. Secũdò modo, quando notarius scribit testamentum: quia testator nescit scribere, vel non vult, vel nõ potest: quia est infirmus: & modò notarius debet ordinare totum testamentum, & procemium apponere, & legata, & institutiones, secundum quod testator ordinabit: & hoc facto debet ei testatori notarius legere testamentũ, vt probet testamentũ secundũ quod tu scripsisti: & posteà authenticare: & sine testibus adhuc ipsi testatori legere testamentũ, & dimittere spatiũ quatuor digitorum à quolibet latere, & partem superiorem reducere ad inferiorem, vsquequo durat charta scripta, & perforare chartam, & apponere duas vel tres chordulas à quolibet latere, & à parte inferiori apponere alias duas vel tres chordulas: & in charta, quæ est superabundãs, testes se subscribant in parte inferiori: & vno contextu, & vno, & eodem tempore, non autem vnus hodie, & alter cras. Vltimò notarius, qui testamentum scribit, se subscribet.

Qualiter testamenta in scriptis aperiantur.

AD euidentiam huius tituli volo quęrere, Qualiter testamenta in scriptis aperiantur? & dico quòd isto modo. Nam primò ille, qui credit ius habere debet adire iudicem cõpetentem. Secundò iurare quomodo petit aperire testamentum, sed non calumniosè: posteà hoc facto, iudex notario mandat quod apportet testamentum: & iudex habet aperire locũ, vbi sunt testes, & facere citari testes, si reperiuntur: & vnusq

& vnusquisque habet recognoscere literam suam, & sigilla sua, posteà citantur venientes ab intestato, posteà hoc facto, iudex habet incidere chartam testamenti, quæ est à parte superiori, & cadant sigilla in parte inferiori, & legere testamentum coram testibus & venientibus ab intestato: & iudex mandat posteà notario, quòd insinuet testamentum: & det hæredi, & ei cuius interest: & posteà reportatur testamentum originale in loco, vbi primus erat.

Codicilli forma facti ante testamentum.

Secunda pars.

ANtonius per gratiã Iesu Christi mente & corpore sanus. Vel per Christi gratiã mẽte sanus, licet corpore languens, præsentibus codicillis vltimum velle suum de bonis suis disposuit in hunc modum. In primis quidem pro anima sua reliquit de bonis suis xxv. lib. Bon. de quibus dari voluit tali ecclesiæ tantum, & tali homini tantũ, &c. & hoc exequi & fieri voluit per tales: quos suos esse voluit commissarios. Item tali legauit, vel iure legati reliquit de bonis sui Philip. centum sol. Bo. Item vxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerũt quinquaginta lib. Item de bonis suis legauit hoc & hoc. Itẽ illum vel illos, ad quẽ, vel ad quos hæreditas sua de iure spectabit. Rogauit per fideicommissum, vt ipsam hæreditatem, vel talem partẽ eiusdem, siue talem rẽ ipsius hæreditatis quãprimũ poterit, vel quãprimũ hereditatẽ ipsam adierit. vel decesserit sine filiis, restituat tali. Et hãc suã vltimã volũtatẽ asseruit esse velle: quam valere voluit iure codicillorum vel quocunque alio iure, quo melius valere potest, &c.

Codicilli forma facti post testamentum.

CVm Antonius super bonorũ suorũ dispositione nũcupatiuũ sine scriptis fecerit testamentum, manu mei, vel talis notarij scriptũ: idẽ Anton. quia circa quædã, quæ in ipso testamento continẽtur, voluntatẽ mutauit (quã quidẽ, licet vsque ad extremũ vitæ exitum immutare) præsentibus codicillis prædictũ testamentũ obtinere iussit plenissimam firmitatẽ, hoc tamen mutato, quòd istis codicillis illas x. libras Bo. quas in eodẽ testamento tali legauerat, ademit, & subtraxit eidẽ. Itẽ tali reliquit de bonis suis iure legati talem do-

mum,

mum, vel rem, &c. Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle, quã valere voluit iure codicillorum: quæ si iure codicillorum non valeret, valeat iure cuiuscũque alterius vltimæ voluntatis, quo melius valere potest.

Quid sit codicillus, & quibus modis fiat.

Est igitur codicillus quędam dispositio vltimæ voluntatis suæ sine hæredum institutione. Fieri autem possunt codicilli tribus modis: quia aliquando fit codicillus ante testamẽtum: & tunc in eodem testamento subsequenti facienda est mentio ipsius præcedentis codicilli. Aliquando fit codicillus post testamentum: & tunc in eodem codicillo facienda est mentio eiusdem testamenti, vt in præcedenti forma. Aliquando etiã fit codicillus post testamentũ, & post aliũ, vel alios codicillos: cùm plures ab vna persona fieri possint codicilli: & tunc facienda est mentio, non solùm de testamento, sed etiam de præcedenti, vel præcedentibus codicillis. Aliquando fit codicillus nullo præcedente, vel subsequente testamento.

Qui codicillos possunt facere, & quid differant à testamento ipsi codicilli.

Codicillos facere possunt omnes, quibus de iure permissum est facere testamentum; illæ autem personæ quæ prohibentur testari, non possunt facere codicillos: sed quæ sint illæ habetur suprà, in rubrica, de his qui testari non possunt. Cæterùm in hoc differunt codicilli à testamentis: quia in testamento fit directa institutio & exhæredatio, in codicillis autem non nisi per fideicommissum: quia potest rogari per fideicommissum ille, qui futurus est hæres ab intestato, hęreditatem alteri restituat: sicut suprà habetur in forma primi codicilli. Sed in codicillo non potest fieri substitutio alicui instituto in testamento, ne aliqua cõditio in codicillo apponi potest, quæ obsit hæredi instituto. Itẽ in testamẽto exiguntur regulariter septẽ testes & rogati: sed in codicillo sufficiũt quinq;, etiã nõ rogati. Itẽ posterius testamentũ ipso iure tollit primũ, & nõ potest quis decedere duobus testamentis relictis, vt vtrunq; teneat. Veruntamen vltimus codicillus non rumpit primum, nisi expressim contradicat ei, & pluribus codicillis

codicillis relictis potest quis decedere.

Forma codicilli facti ante testamentum.

Forma codicilli facti post testamentum.

Quid sit codicillus, & quibus modis fit.

Qui possunt facere codicillos, & in quibus codicilli differant à testamentis. Rubri.

AD euidētiam codicillorum volo quærere quatuor. Primò, quis sit codicillus, & quare sic appellatur? Et dico quòd codicillus est dispositio quædam vltimæ voluntatis, quæ fit sine hæredis institutione, scilicet, directa. Sed fideicōmissaria sic. Secūdò, qui possunt codicillari? Et dico, quòd omnes, qui possūnt de iure testari, & testamentum facere, & illi possunt codicillari. A contrario sensu, qui non possunt testari, nec codicillari. Sed qui possunt testari, suprà habuimus in Rubrica, de his qui possunt, vel non possunt testari. De tertio, quando & quo tempore potest quis codicillari? Et dico, quòd quatuor temporibus. Primò ante testamētum factum. Secundò, post testamentum factum. Tertiò, nullo condito testamento, antè vel pòst. Quartò, post testamentum, & post codicillum factum. Nam si quis fecit plures codicillos, omnes codicilli valent, nisi vnus alteri contradicat: quia tunc nō valerent illi codicilli. De quarto, in quo conueniant, & differant testamenta à codicillis? & dico quòd cōueniunt in multis. Primò, quia illi qui possunt testari possunt codicillari. Secundò cōueniūt, quia sicut legata relinquunt in testamētis, & ita in codicillis. Tertiò, quia sicut relinquuntur commissarij in testamento, ita & in codicillo. Quartò, quia sicut testamentum confirmatur morte, & ita codicillus confirmatur morte. Sed tamen differunt in multis. Primò, quia in testamēto fit directa, & vera hæredis institutio, in codicillo autem fit fideicōmissaria. Secundò, differunt, quia in testamento fit directa substitutio, in codicillo autem non: & si fit, reducitur ad fideicōmissum. Tertiò, quia exhæredatio fit solùm in testamento, in codicillo autem non. Quartò, quia si quis vult hæreditatem adire in testamento, potest: in codicillo autem non. Quintò, quia testamentum rumpitur agnatione posthumi, codicillus verò nō. Sextò, quia in testamento requiruntur septem testes, in codi-

Codicillus quid sit.

Codicillari qui possunt.

Codicillari quando quis potest.

Differentia, & cōuenientia testamentorum & codicillorum.

cillo autem sufficiunt quinque testes. Septimò, quia mulier non potest esse testis in testamento, in codicillo autem sic.

De donatione causa mortis facta filiofamiliâs. Rubrica.

Pars tertia.

ANto. filius Boëtij eiusdem patris sui suppositus potestati, quia lege prohibente etiã patris iussu testari non potest, hanc causa mortis donationem, eodem patre suo ibidem præsente volente & concedente sanus per gratiam Iesu Christi mente, licet corpore languens, fecit & disposuit in hunc modum. In primis quidem donatione causa mortis donauit pro anima sua xx. lib. Bon. expendendas hoc modo, &c. & hoc exequi voluit, & mandauit per talem, quem suum reliquit commissarium. Item reliquit tali talem rem: & sic scribes ordinatè quicquid disposuerit donator. In fine autem dices: & hæc omnia & sing. causa mortis donatione disposuit, & donationem ipsam valere voluit, & tenere, si ipsum de hac ægritudine mori contigerit, alioquin nequaquam.

Donatio causa mortis, quot modis, & à quibus, fiat: & quid sit ipsa donatio, & ex quibus causis reuocetur, & in quo differat à legatis.

VIdeas igitur quòd in donatione causa mortis à filiofamiliâs facta necessarius est patris consensus, & consentiente patre potest per donationẽ causa mortis disponere, quicquid vult, & cuicũque relinquere: & filio suo, si habeat, & eidem substitutionem facere in alterum de eo, quod ipsi filio suo relinquit. Hanc verò donationẽ causa mortis facit filiusfa. quia testamentum facere non potest, etiam si pater consentiret, nisi de castrẽsi vel quasi castrensi peculio: de quo quidem peculio bene potest testari, etiam contra patris voluntatẽ. Est autem castrense peculium, quod milites militando acquirũt in castris: sed quasi castrense peculiũ est, quod clerici, assessores, aduocati, & medici acquirunt. Item no. quod donationes causa mortis fiunt aliquando à patrefa. & ab his, qui sunt sui iuris, &

Castrense peculiũ.

ris, & tunc sunt incohandæ, sicut aliæ vltimæ voluntates, hoc modò. Donationis forma. Talis per gratiam Iesu Christi sanus mente, licet corpore languens, volens de bonis suis per donationem causa mortis disponere, præsentem causa mortis donationẽ in hunc modum fecit. In primis quidem, &c. Item potest donari per donationem causa mortis omnibus, quibus legari potest, quod tẽpore mortis inspicitur: nam huiusmodi donationes instar legatorum redactæ sunt. Verũtamen donationes causa mortis non sunt legata vel testamenta, sed donatio causa mortis est quædam vltima voluntas, qua quis donat causa mortis. Differunt autem donationes causa mortis à legatis in multis. Primò, quia filiusfa. legare nõ potest, eò ꝙ nõ potest testari, vt dictum est; sed donationẽ causa mortis facere potest. Secundò, quia si alicui causa mortis aliquid relictũ est, & illi in ea substitutus est alter: ille, cui relictũ est, debet promittere substituto, ꝙ conditione adueniente id, in quo substitutus est, dabitur ei, & interim ea re fruetur arbitrio boni viri: quod non fit in legato. Tertiò, quia in donatione obligatur donans donatario: quod in legato non est. Quartò, quia legatum traditur ab hærede, donatio autem plerũque à defuncto. Quintò, quia donatio facta in annos sing. est vna, sed legata sunt plura. Sextò, quia si accuso testamẽtum, vt falsum, & succumbo, perdo legatũ, non autẽ donationẽ causa mortis. Præterea attende ꝙ in donatione causa mortis exiguntur quinque testes. Reuocantur autẽ donationes causa mortis quatuor modis. Primò, si donatorem pœniteat donationis. Secundò, si prius moriatur donatarius, quàm donator. Tertiò, si donator conualuerit, & donationem non confirmauerit. Quartò, si in donatione continentur illa, quæ continentur suprà in fine dictæ donationis, videlicet, si dicat donator: Et hanc donationẽ volo valere, si de hac ægritudine contigerit me mori, alioquin non. De donatione causa mortis facta à filiofami.

Differentia inter donatiões mortis & legata.

Donationes causa mortis qualiter reuocantur.

Quibus modis, & à quibus fiant donationes causa mortis, & quid sit ipsa donatio, & quibus causis reuocetur: & in quibus differat à legatis.

AD euidẽtiã istius tituli volo quærere sex. Primò, quæ sit donatio causa mortis, & quare sic appelletur? Et dico ꝙ donatio mortis causa est quedã ex mortis, vel

Donatio causa mortis quid est.

alterius instantis periculi, vel futuri consideratione, vel metu, dispositio vltimæ voluntatis: nam sicut in testamento quis potest ordinare vltimum velle suum, & ita in tali donatione. Etiam dicitur donatio causa mortis, ad differentiam aliarum donationum, scilicet, donationis simplicis, & inter viuos: & nisi exprimatur in tali donatione, mortis causa, non esset causa mortis, sed simplex & inter viuos, quantumcunque sit facta ab homine infirmo: vide Insti. de dona. in prin. De secundo, qui possunt mortis causa donare, & quibus potest donari? Qui possunt donare causa mortis? dico quòd quilibet, qui potest testari, & testamentum facere, potest istam donationem causa mortis facere. A contrario sensu, qui non possunt testari, non possunt causa mortis donare. Fallit tamen in vno casu, in quo quis non potest testari, tamen potest mortis causa donare: vt est in filiofa, nam ipse testari non potest, etiam patre consentiente. Sed si vult mortis causa donare, bene potest; & propter istam causam fuit adinuenta talis donatio mortis causa. Tamen non potest donare, nisi pater primò consentiat: aliàs si pater non consentiret, non valeret donatio, & nullum haberet effectum. Sed hîc dantur additiones, quartum prima talis est.

Donare causa mortis qui possunt.

Maritus an possit donare vxori causa mortis.

Quæritur, vtrum maritus possit mortis causa donare vxori, vel econtrà, vxor marito? & dico quòd sic; quia talis donatio mortis causa non est prohibita inter virum & vxorē, sed donatio simplex, & inter viuos, bene prohibita est. Secundò quæritur, vtrum donatio mortis causa sit faciēda cum insinuatione, si excedit quinquaginta aureos? Quidā dicūt quòd sic: quia ista donatio fit pollicitatione, & stipulatione, & traditione, vt infrà patebit: & sic videtur quasi contractus, & ideo debet fieri cum insinuatione. Quidam alij tenent, & melius, quòd non sit facienda cum insinuatione. Nam ista est quædam species per se, scilicet, species vltimæ voluntatis; & quia est species per se, ideo est facienda sine insinuatione. Tertiò quæritur, si maritus vult donare vxori, vt sit donatio, irreuocabilis, vel econtrà, vxori marito, vtrum possit? Diceret aliquis, certè sic; quia est donatio mortis causa, & non est prohibita inter virum & vxorem, imò est permissa: tamen tenendum est in casu isto, quòd non valet: quia ista donatio videtur quodam modo pactum, & faceret fraudem legi: quia si hoc esse posset, tunc maritus quando vellet aliquid vxori dare, faceret istam donationem mortis causa irreuocabilem. Sed quibus potest donari?

Donari quibus potest.

nari? dico quòd omnibus, quibus potest legari. Sed quæ res? dico quòd omnes res, quæ possunt legari. De tertio, scilicet, quotuplex sit donatio mortis causa? & dico quòd est triplex: nam quædam est donatio, quæ fit ab homine sano: quædam ab homine infirmo, vt illa donatio habeat incontinenti effectum. Tamen volunt dicere quidam, quòd est species vltimæ voluntatis: quia fit hoc modo, vt incontinenti habeat effectum. Alia est donatio, quæ fit ab homine sano, id est, mente & corpore, sed vult quòd ista donatio solùm habeat effectum morte secuta: & ideo quidam describunt istam donationem hoc modo: Donatio mortis causa est illa, qua quis donat, vt magis eum, quàm alium, vel magis alium, quàm hæredem suum velit habere. & ita Thelemacus donauit Pyrrho. De quarto, scilicet, qualiter fit donatio mortis causa? Et dico quòd fit tribus modis. Primo modo, pollicitatione: & pollicitatio est solius offerentis promissio. Secundo modo, stipulatione. Tertio modo, traditione. Sed nunquid expedit quòd donatarius sit præsens? certè non: nam sicut potest donari præsenti, & ita absenti: tamen alter habet donum accipere vice & nomine donatarij, vel notarius debet recipere stipulationem tanquam persona publica, & facere potest. De quinto, scilicet, qualiter reuocatur ista donatio mortis causa? & dico quòd quatuor modis. Primo modo, si eum pœnitet. Secundo modo, si donatarius præmoritur donatori. Tertio modo, si conualuit, & non confirmauit donationem ab eo factam. Quarto modo, si apposita est illa clausula, scilicet, quia dicit, quòd vult istam donationem valere, si cõtingat humanitus, id est, ipsum mori, aliàs non: modò si moritur, valet: & si non moritur, tunc non valet, & reuocatur donatio mortis causa. De sexto & vltimo, scilicet, in quo conuenit, & in quo differt donatio mortis causa à legatis? & dico quòd conuenit & differt in multis, vt patet & habetur in summa, & in octauo capitulo sub Rubrica, quot & quibus modis donationes causa mortis fiant, & quid sit ipsa donatio, & quibus modis reuocatur, & in quibus differt à legatis: & ideo hîc non repeto.

Donatiõ causa mortis quotuplex est.

Donatiõ causa mortis qualiter fit.

Donatiõ causa mortis qualiter fit.

Differentia inter legata & donationẽ causa mortis.

De exhæredationibus notula.

> *Causa exhæredationis liberorũ habentur originaliter in authẽ. vt cũ de appel.cog. §. causas autẽ colla. octaua.*

QVoniam suprà in rubrica de hæredum institutione habetur mentio, quòd parentes filios & filij parentes exhæredare possunt, idcirco hîc vlti. subiungendum est, quibus ex causis exhęredatis ipsæ interueniunt. Est igitur sciẽdum, quòd xiiij. sunt causæ, quibus pater vel mater, auus vel auia, filius vel nepos, exhæredare possunt. Prima, si filius manum iniecerit in patrẽ, vel offenderit eum. Secunda, si grandẽ iniuriam, & contumeliam fecerit patri. Tertia, si patrem de criminalibus causis accusauerit, nisi fortasẜis eum accusauerit de crimine læsæ maiestatis, vel de offensa in rempubl. facta, id est, contra cõmune ciuitatis suæ: quia duabus his causis, etiam si accusauerit patrem, non potest pater ideo eum exhæredare. Quarta, si filius maleficus cum maleficiis versatur. Quinta, si filius machinatur in necem patris. Sexta, si filius calumniosè litem mouerit patri, in qua quidem lite fecerit patrem grauia damna sustinere. Septima, si filius rogatus à patre in carcere ob debitum detruso, vt fideiubeat pro eo, ipse filius fideiubere non vult in eo, pro quo creditores ipsius fideiussorem recipere volunt: quod quidem solùm in filiis masculis locum habet. Octaua, si filius prohibuit patrem testari. Nona, si filius ioculator est contra voluntatem patris, nisi pater eandem profesẜionem habuerit. Decima, si filia nõ obedierit patri volenti eam honestè nubere, & dotem constituere secundum patrimonij vires: sed potius ipsa vult luxuriari. Vndecima, si filius nouercæ suæ aut concubinæ patris immiscuerit se. Duodecima, si filius patrem neglexerit furiosum, in quo quidem casu, etiam licet non fuerit à patre exhæredatus, ipso iure exheredandus est. Tertiadecima, si filius patrem à Sarracenis captum redimere nõ vult: in quo casu, si pater in captiuitate moritur, hæreditas spectat ad ecclesiam. Quartadecima, si pater est catholicus, & filius hæreticus. Viso igitur, quibus causis parentes posẜint filios exhæredare, videre restat quibus causis filij possunt parentes exhæredare: & etiam nepotes, auum & auiam. Sunt itaque ipsæ causæ septẽ. Prima, si pater filiũ accusauerit de crimine, excepto quàm de crimine læsæ maiestatis. Secunda, si pater vitæ filij per venenum, vel alio modo, insidiatus fuerit. Tertia, si pater

pater vxori vel concubinæ filij se immiscuerit. Quarta, si pater prohibuit filium testari de his, in quibus testari poterat. Quinta, si pater non egit curam filij furiosi, faciendo sibi mederi, vel aliter subueniendo. Sexta, si pater filium à Sarracenis captum non redemerit: quia si tunc in captiuitate Sarracenorum moritur, bona filij, de quibus testari poterat, dicuntur esse ecclesiæ, vel dari pro redemptione captiuorum: sed si filius redierit, rectè potest patrem exhæredare. Septima, si pater est hæreticus, filius verò orthodoxus. Demum nota quòd causa exhæredationis debet exprimi & nominari, aliter non tenet exhæredatio. Versus,

Causæ exhæredatiõnum parẽtũ, & habentur in authẽ. vt cũ de appel. cog. §. sancimus itaque. coll. octaua.

Possunt ingratos hæ causæ pellere natos:
Si feriat patrem, percutiátque matrem:
Si verbum stultum dicat, vel quod grauet multum:
Si vel ex paruo prodeat, vel crimine magno:
Si conuersetur reprobis, vel consocietur:
Vel si cum telo petat ipsos, atque veneno:
Si desponsatam violat, vel patris amatam:
Si sit delatus patrem vel fortè reatus:
At natus damnum facit illud crescere magnum,
Si non inclusum patrem iuuet & furiosum:
Quòd si testari prohibet, vel facta nouari:
Si quis in renato se iunxerit ac reprobato;
Exhæredatur, si filia luxuriatur.
Percutit, accusat seu malè factum.
Insidiam coitus defert istrio scortum.
Cura, fides, carcere, testans, si non fideiussit.

De successionibus ab intestato. *Rubrica.*

Pars quarta.

Circà materiam successionum ab intestato in genere tria volo quærere. Primò, quot & quibus modis dicatur quis decedere intestatus. Secundò, si aliquis moritur intestatus, qualiter & quis ei succedat. Tertiò verũ naturales liberi succedãt ab intestato: & si succedũt, qualiter & quomodo & inquantum. Ad primum, scilicet, quot modis dicatur quis decedere intestatus? & dico quòd sex modis. Primo modo, quando quis noluit, vel testari non potuit.

Secundo, si fecit testamentum, tamen est nullum. Tertio, si testamentum est factum, tamen rumpitur agnatione posthumi. Quarto, quando testamentum solenne & perfectum non valet: quia hæres institutus præmoritur testatori, vel quia hæres esse non potuit. Quinto, si filius exhæredatus proposuit querelam inofficiosi testamenti. Sexto, quando quis fecit codicillos vel donationem causa mortis, quia nihilominus dicitur quis decedere intestatus: vel si testamentum de iure prætorio contra tabulas rescindatur. Ad secundum princ. membrum, scilicet, quando quis moritur intestatus, quis ei succedat? & vt plenè habeas istud secundum membrum, debes diligenter attendere: & quæritur primò de linea descendentiũ. Secundò, de linea ascendentium. Tertiò, de linea transuersalium. Quartò, si extant ascendentes tantum vnà cum collateralibus, quid iuris? Ad primum, & dico quòd donec extant descendentes legitimi & naturales, vel etiam hi, qui ius legitimorum adepti sunt: sicut naturales, & alij legitimi, & arrogati, qui transeunt in potestate patris adoptantis, repellũt lineam ascendentium & collateralium: & ratio est, quia prima causa successionis est liberorum nostrorum: nam bona nostra liberis nostris ex voto paramus. Et etiam dixit Augustinus. Si filius, ergo hæres: & hæc sunt indistinctè sublata cũ differentia sexus & patriæ potestatis vsque in infinitum. Sed quomodo vocantur isti ad successionem? dico quòd descendentes primi gradus succedunt in capita, & omnes secundi, vel vlterioris gradus, veniunt in stirpes, & non in capita. Et quod dictum est de masculis filiis, & ita intelligitur de fœminis: & ita de nepotibus ex filia maritata, sicut de nepotibus ex filio: & ita de nepotibus ex filia præmortua, sicut de filiis & nepotibus ex filio præmortuo: & ita veniunt ad successionem filij emancipati, sicut existentes in patria potestate: & etiam filij vagabundi & filia vagabunda, & etiam existentes in monasteriis. & hæc vera sunt de iure, tamen de statuto communis Bononiæ solùm masculi veniunt ad successionem: & si habent sorores, maritantur ab eis. Ad secundum, scilicet, qualiter ascendentes succedant ab intestato, & quando? Et dico quòd tunc succedunt ascendentes, quando non extat aliquis prædictorum descendentium, nec aliquis collateralis directò: & tales succedunt, seruata gradus prærogatiua: nam donec in primo extat aliquis ascendentium, vt pater

Intestatus quot modis quis decedat.

Ascendẽtes qualiter succedunt ab intestato.

pater & mater, nunquam ſuccedit ſecundus gradus vel vlterior, nulla differentia exiſtente inter aſcendentes per matrem ſeu patrem: quia omnes deſcendentes ſemper ſuccedunt in capita: & non in ſtirpes, eò quòd vnus gradus nunquam ſuccedit loco alterius, ſi quis ſuccedit in gradu præcedenti. Ad terium, ſcilicet, videre de linea collateralium: & ad huius euidentiam ſcire debes, quòd triplex eſt linea collateralium: nam quidam ſunt collaterales directò, vt ſunt fratres & ſorores eiuſdem patris & matris: & iſti ſunt conſanguinei, & vterini. Alij ſunt collaterales à latere ſiniſtro, vt auunculus & martertera, ac eorum deſcendentes. Alij ſunt collaterales à dextro, vt patrui & amitæ, ac eorum deſcendentes. Vnde ſcias, quòd primò ſuccedunt collaterales directò repellentes omnes collaterales à latere dextro ſeu ſiniſtro: & collaterales directò ſuccedunt in capita, niſi extarent liberi ex fratribus vel ſororibus: quia tunc illi veniunt in ſtirpem, alij primi gradus in capita: & ſi nullus eſſet in primo gradu, ſed omnes in ſecundo, tunc omnes ſuccedunt in capita. & hoc ſecundum Azo. Sed Accur. dicit contrarium, ſcilicet, quòd omnes ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes. In tertio verò gradu, vel abinde infrà, omnes ſuccedunt in capita: & de hoc loquitur litera noſtra. Et hæc vera ſunt in fratribus & ſororibus, vel eorum deſcendentibus cõſanguineis, vel vterinis ſimul, id eſt, natis ex eodem ſemine. Si verò eſſent conſanguinei & vterini ex vna parte, & ex alia conſanguinei tantùm, vel vterini tantùm: ſecundũ aliquos hi præferuntur conſanguineis tantùm, ſecundũ alios non, ſed ſimul. & hoc de collateralibus directò. Si verò extant collaterales à latere dextro vel ſiniſtro tantùm, & tunc iſti ſuccedunt nulla habita differẽtia inter agnatos & cognatos vtriuſque ſexus: quia in eis datur regula generalis: Qui prior eſt in gradu, potior eſt in ſucceſsione. Ad quartum, ſcilicet, ſi extant collaterales vnà cum deſcendentibus, nec extat aliquis deſcendentium, quid iuris? Et ad hoc ſciendum ſic diſtingue: quia aut ſunt collaterales directi, aut à latere dextro vel ſiniſtro. Si primo caſu: & tunc vnà cum aſcendentibus ſuccedunt in capita, niſi eſſent liberi ex ipſis collateralibus præmortuis: quia tunc liberi eorum ſuccedunt in ſtirpem, & non in capita. & iſte eſt caſus, in quo pater non habet vſumfructum in bonis aduentitiis ſuorum deſcen-

Tractat de linea collateralium.

Aſcendentes cum collateralibus.

dentium. Si autem ſunt collaterales à latere dextro vel ſiniſtro, & tunc in totum repelluntur, & ſuccedunt aſcendentes in capita, vt dictum eſt. Ad tertium principale membrum, ſcilicet, videre vtrum naturales liberi ſuccedant ab inteſtato, & quomodo & inquantum? hoc habes in litera. Et etiam in tractatu notularum ſub Rubrica, in perſonis & perſonarum diuiſionibus, in quinta diuiſione.

In omni teſtamento in ſcriptis requiruntur ſeptem ſolennitates.

NOta quòd in omni teſtamento in ſcriptis requiruntur ſeptem ſolennitates. Prima eſt, quòd ibi ſit legitimus numerus teſtium, ſcilicet, octo, cum ſcriptore teſtamenti. Secunda, quòd teſtes ſint legitimi & fide digni. Tertia, quòd ſint rogati ore proprio teſtatoris. Quarta, quòd octo chordulæ ponantur de lino proprio teſtatoris. Quinta, quòd ibi ſignacula apponantur. Sexta, quòd omnes teſtes ſe ſubſcribant. Septima, quòd teſtes vno & eodem contextu veniant. & hoc notatur in Inſtit. de teſtamentis ordinandis, in princ. vſque ad §. teſtes autem. & c. etiam ſolennitates prædictæ ponuntur in teſtamento cæci. & hoc de vltimis voluntatibus.

LAudetur Pater cæleſtis, ac clementiſsima virgo Maria mater omnium redemptorum, qui tanto ſuæ gratiæ dono meam inſufficientiam roborauit, quòd de teſtamentis ſatis ſim finem gratioſiſsimum conſecutus: Deo gratias. Amen.

Explicit capitulum octauum, De teſtamentis & vltimis voluntatibus.

Tertia pars summæ notariæ.

INCIPIT NONVM CAPITVlum, de ordine iudiciorum tractans, & diuisum in tres partes. In prima enim tractantur notulæ. In secunda acta scribenda. In tertia verò epistolæ emittendæ.

IN Christi nomine Amen, & gloriosæ semper virginis Mariæ, ac genitricis eiusdem altissimi Creatoris, vt possim huic operi laudabiliter & gloriosè insistere, & ordinatè procedere, prout series huius capituli expetit: ideo Christi inuocatione præmissa, quia secundum beatũ Ioannẽ Euangelistam in suo Euangelio sic asserentem, Omnia per ipsum facta sunt, &c. Etiam, quia vnusquisque desiderans ad aliqua deuenire primordia siue principia, semper pręmittit Christi inuocationẽ, sine qua nullum ritè fundatur primordiũ. Ac etiam, quia ex Christi inuocatione sequitur bonum principium, melius medium, & optimus finis. Et ideo ego omnium istorum trium volens habere perfectionem, altissimi Creatoris nostri inuocationem præmisi, vt colligere potui ex his quæ inserta sunt à principio vsque ad finem.

Incipit proœmium.

IN antecedentibus huius operis iuxta meæ cognitionis exiguę modulũ, septẽ de contractibus & vno de vltimis volũtatibus capitulis explicatis, duabus, videlicet, ex principalibus partibus notarię, restat nũc artis eiusdẽ partẽ tertiã de iudiciorum atq; causarum ordine in hoc huius libri nono capitulo subinferre. Verùm, quoniam in iudiciis, præsertim ciuilibus, necessaria est, vt plurimum in forma libelli editio actionis: & hæc, videlicet, actionẽ edere, ac libellũ formare, ad iuris peritorũ & aduocatorum officium summè speciem, eò quòd est de iuris interiori medulla, & totius causæ principale ponitur fundamentũ, super quod processus subsequẽs constit

constituitur & firmatur. Idcirco, quia præsumptionis est, in alterius messem ponere manum, formationibus libellorum & editionum omissis, vtpotè his, quæ ad iuris peritorum potius, quàm ad Tabellionũ officiũ pertinere noscuntur, ad ea, quæ ad nos pertinent scire, videlicet, qualiter scribantur acta causarum istius capituli noni principalis intentio dirigitur, & processus. Est igitur huius capituli ordo talis. In tres enim partes diuiditur principales. In quarum prima ponuntur, & si nõ omnes, quædam tamen & perutiles rationes notulæ, quibus aliquid de iudiciorum natura, ordine, & cognitione tractatur. In secunda exemplificatur qualiter singula iudiciorum, tam ciuilium, quàm criminaliũ à tabellionibus in actum deducantur, & exercitium. Vltimò subinferuntur epistolæ quædam, quæ de facto sæpe solent occurrere in aliquibus officiis curiarum. Quarum literarum cursum & formam non audet tabellio illis deputatus officiis ignorare.

Incipit proœmium.

PRæmissa ergo Domini nostri inuocatione, deueniο ad ea quæ in ordine, & in omnibus iudiciorũ partibus tibi vtilia videbuntur. Et primò, & principaliter author noster pręmittit proœmiũ more aliorũ capitulorũ. Sed antequã deueniam ad huius proœmij expositionem, quæram quatuor. Primò, continuare capitulum ad præcedentia, vt moris est. Secũdò, diuidam proœmiũ in partes suas. Tertiò exponam vnãquãq; partẽ huius proœmij. Quartò & vltimò, ponam vnam diuisionẽ generalẽ ad totũ istud capitulũ. His præmissis venio ad primũ, scilicet, cõtinuare istud capitulum, & sic cõtinuo. Nos suprà vidimus in principio huius libri, ꝙ iste liber fuit diuisus in partes tres. In prima parte ponitur de contractibus & pactis: & hoc, in primis septẽ capitulis. In secũda parte ponitur de testamentis & vltimis voluntatibus defunctorum: & hoc, in octauo capitulo. In tertia de iudiciis, & ordine iudiciorũ: & hoc in nono capitulo. Posteà subdiuiditur decimum capitulũ, in quo tractatur de exẽplificationibus scripturarũ: quod est generale ad omnia præcedentia capitula. Sed cùm dictũ sit de duabus partibus. s. de contractibus & pactis in primis septem capitulis: & de testamẽtis & vltimis voluntatibus defunctorũ, in octauo capitulo nunc restat videre de tertia,

Continuatio capituli ad superiora.

tia.ſ.de iudiciis & ordine iudiciorum. Et hoc clarè ponit Rubrica, cùm dicit: Incipit nonũ capitulum, de ordine iudiciorum. Singula verba in Rubrica contenta egent aliquali expoſitione. Modò exponamus: Dicit enim primò, Incipit nonum capitulum, hoc eſt, de decem capitulis, quæ tractant de officio & arte notariæ, illud eſt nonum capitulum in ordine: non autem intelligas, quòd ſint decem capitula tractantia de iudiciis, & iſtud ſit nonum: quia eſſet vna alia expoſitio. Dicit, de ordine indiciorum: nam in iudiciis neceſſarius eſt ordo. Sed quis eſt ordo? dico quòd ordo, qui ſeruatur in iudiciis, eſt iſte: quia primò debet citari reus coram iudice competenti. Quis ſit iudex competẽs? tu habebis infrà in Rubrica, quem iudicem actor adire debet. Secundò, debet offerri libellus, per authen. ei offeratur libellus, qui ad iudicium vocatur. & xx. dierum induciis gaudeat oblato libello, & conteſtatur lis, lite conteſtata iuratur de calumnia, iurato de calumnia, dantur dilationes actori & reo, accuſatori & accuſato: & in iſtis dilationibus fiunt probationes. Hoc facto, ſi iudex vult ipſe poteſt habere conſilium de condemnando vel abſoluendo, & dare ſententiam condemnatoriam vel abſolutoriam, poſteà appellatur à ſententia, ſi vult condemnatur: & ſi non appellatur infra tempus ſibi à lege ſtatutum, mandatur ſententia executioni. & hic eſt finis iudicij. De ſecundo, ſcilicet, ponere diuiſionem huius procemij. Et quia diuiſio ad tria operatur: nam animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat; vt in Inſtitu. in procemio, §. igitur poſt libros quinquaginta, ideo diuido hoc procemium in partes tres: nam in prima parte author continuat ſeipſum ad præcedentia: & hæc durat vſque ad §. Veruntamen. In ſecunda parte ponit quandam narrationem: quæ quidem narratio pro parte eſt vera, & pro parte eſt falſa: & iſta durat vſque ad §. Eſt igitur.

Diuiſio procemij.

In tertia parte ponit diuiſionem huius capituli: & hæc durat vſque ad §. ſiue ad finem procemij. De tertio, ſcilicet, exponere vnamquanque partem huius procemij. Et in prima parte continuat ſeipſum ad præcedentia, vt ſuprà habuiſti. Sed ad iſtam primam partem volo opponere. Diceret aliquis, quare iſtud nonum capitulum non fuit poſitum in primo, vel in ſecundo loco, ſed potius in iſto tertio? Reſpondeo: quia ſi non eſſet prima, & ſecunda pars, ſcilicet, contractus

Diuiſio huius procemij.

tractus,& pacta,& vltimæ voluntates defunctorum, tunc nõ esset necessaria ista tertia pars. Et etiam alia ratione, quia; cõtractus,& pacta, & vltimæ voluntates sunt adeò digniora:& digniora sunt præferẽda,& à dignioribus est inchoandũ : vt in Insti. de rerum diuisione. §. singulorũ. In ista parte author ponit quandam rationem, quæ pro parte est vera,& pro parte est falsa:& narratio est talis: Nam author dicit, ꝙ in omni iudicio ciuili libellus est necessarius,& istud est verum: tamen posteà prosequendo dicit, quòd nõ intendit tractare de libellis in capitulo isto, quia nõ spectat ad nos, sed ad procuratores & aduocatos: quia præsumptuosum est ponere manum in alterius messem: quod falsum est. Nam ita spectat ad nos formare libellum, quemadmodum ad procuratores & aduocatos. In tertia parte procemij ponit diuisionem generalem totius capituli: quam quidem ad quartum punctum reseruo.

Diuisio generalis huius capituli. De quarto & vltimo, scilicet, ponere diuisionem generalẽ huius capituli. Et istud capitulum diuiditur in partes tres. In prima parte ponitur de iudicio ciuili & criminali theoricè: & durat vsque ad rubricam, de exemplificationibus. Ibi secunda, in qua ponit de actis iudiciariis: & durat vsque ad Rubricam, epistolas iudiciorum. Ibi tertia, in qua ponit quosdam iudiciorum epistolas: & durat vsque ad finem capituli. & hæc dicta sufficiant de procemio,&c.

De iudiciorum diffinitione, æquiuocatione, & diuisione.

IVdicium, prout præsentis operis supponit intentio, est actus legitimus trium personarum, scilicet, actoris, rei,& iudicis. Vnde hoc modo dicitur iudicium instantia, siue ordinario causæ facta coram iudice inter actorem & reum. Tres enim & diuersas, vt iudicium sit, necesse est interuenîre personas, actorem, videlicet, qui agat, & petat: & reum, à quo petatur: & iudicem, qui inter eos cognoscat & diffiniat quæstionem. Ideo diuersas, quia nulla ex eis suo vel alterius officio fungi debet. Vnde nec iudex potest esse actor vel reus nec èconuersò: quia nemo ius sibi dicere potest, nec in causæ sua iudex esse: imò desit omnino iudicium, si iudex actoris vel rei succesit loco. Accipiatur autem hoc nomen, iudiciũ, aliis variis significationibus. Quia aliquando iudicium sumitur pro fortuito casu. Vnde hoc euenit diuino iudicio, id est,

est, casu fortuito, aliquando per discretionem animi. Vnde in impuberibus non est animi iudicium, id est, discretio. Aliquando pro vltima voluntate testatoris. Quandoque pro sententia iudicis. Quandoque pro actione. Vnde iudicium familiæ erciscundæ, id est, actio. Veruntamen his significationibus omissis, iudicium (prout describitur) secundum primam acceptionem principaliter in duo diuiditur: Quia iudiciorum aliud ciuile, aliud criminale. Ciuile iudicium est, quod proponitur de aliqua re seu pecuniæ quantitate. Criminale, quod agit de criminibus puniendis, siue de pœna aliqua inferenda. Est igitur de vtroque videndum. Veruntamen, vt tu Lector, plenam mei scribentis, & istius tractatus intentionem percipias, considera diligenter ordinem & processum: Quia in prima parte huius capituli de notulis & solis rationibus tractatur: vt in proœmio continetur. Primò, ponuntur tibi rationes & notulæ circa ciuile iudicium, & ipsius acta. Secundò, ea quæ contingunt extra ordinem ciuilis iudicij. Tertiò, rationes circa criminale iudiciũ. Quartò quædam quæ fiunt extra ordinẽ iudicij criminalis. Itaq; primò de rationibus ordinis ciuilis iudicij est videndũ: quæ quidem xxij, rubricis proximè sequentibus continẽtur.

De diffinitione, diuisione, & æquiuocatione iudiciorum. Rubrica.

Continuatur iste titulus ad superiora, vel etiam ad inferiora isto modo: quia author in isto capitulo vult facere mentionem de iudiciis & ordine iudiciorum, tam ciuilium, quàm criminalium. Ideo primò præmittit diffinitionem, diuisionem, & æquiuocationem iudiciorum, tam ciuilium, quàm criminalium. hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit, de diffinitione & diuisione, &c. Omisso casu in terminis deuenio ad vtilia huius tituli. Et iste titulus breuiter ponit tria: & sic, vt plenè declaretur materia istius tituli, hunc ordinem seruabo. Ad euidentiam huius tituli volo quærere tria. Primò, quid sit iudicium, & quare sic appelletur. Secundò, qualiter, & quot modis iudicium in iure accipitur. Tertiò, ponere vnam iudiciorum diuisionem. De primo, quid sit iudiciũ? & dico quòd iudiciũ est actus legitimus triũ personarũ, *Iudiciũ quid sit.*
scilicet,

ſcilicet, actoris, rei, iudicis: vide in l. properandum. §. j. C. de iudi. Singula verba in diffinitione contenta egent expoſitione: & primò dicit, iudicium eſt actus legitimus, ad denotandum quòd iudicia ſunt introducta à iure ciuili. Dicit, trium perſonarum; nã in iudicio, tam ciuili, quàm criminali, ſunt neceſſariæ ad minus tres perſonæ, ſcilicet, actor, qui agat: reus, qui ſe defendat: & iudex, qui in cauſa cognoſcat: & hoc in cauſa ciuili. In cauſa autem criminali eſt neceſſarius accuſator, qui accuſet: & accuſatus, qui ſe ab accuſatione defendat: & iudex, qui in cauſa criminali cognoſcat, & ſic deputantur ad hoc. & intantum ſunt neceſſariæ iſtæ tres perſonæ, quòd vno deficiente, vel actore, vel reo, vel iudice, incontinenti iudicium eſſet nullum; & non valeret niſi in duobus caſibus. Primus caſus eſt, quando agitur contra reum tanquam contra contumacem. Secundus caſus eſt, quando iudex agit ex inquiſitione in officio ſuo. Vel aliter diffinitur iudicium, Iudicium eſt ordinatio ſiue inſtantia coram legitimo iudice facta. Nam iudex in iudiciis inſtantiam obſeruare debet, & in iudicio ordo ſeruari debet. Et appellatur iudicium à iudice: & ſic nomen eſt cõſequens rei, vt eſſe debet: vt Inſtit. de dona. §. eſt & aliud. de tutel. in prin. De ſecundo, ſcilicet, quot modis iudicium accipiatur in iure? & dico quòd accipitur multis modis: quia quãdoque pro animi diſcretione. Vnde dicunt homines, iſte non habet animi iudicium, id eſt, animi diſcretionem. Quandoque ponitur pro caſu fortuito: Vt, mihi accidit hoc diuino iudicio, id eſt, caſu fortuito. Quandoque ponitur pro vltima voluntate; Vnde dicit lex, iudicia defunctorum non debent eſſe caſſa, id eſt, vltimæ voluntates defunctorum. Quandoque accipitur pro opinione: Vt talis eſt in tali iudicio, id eſt, in tali opinione. Quandoq; accipitur pro actione: Vt, iudiciũ familiæ erciſcundæ, id eſt, actio: & iſtis modis ſupradictis non accipitur hîc. Quandoq; accipitur pro ordinatione cauſę: & de tali iudicio intelligitur hîc. De tertio. ſ. ponere vnã iudiciorũ diuiſionem: & repetit quod dixit, vt addat: & nota ꝙ licitũ eſt homini repetere dictũ ſuũ, vt addat: vt Inſti. quod cũ eo, qui in ali. po. eſt. in prin. in iiij. li. Modò addendo ſic iſtud nouũ capitulũ diuiditur in partes, vt ſuprà habuiſti. Et pars prima ſubdiuiditur in partes quatuor. Nã in prima parte ponit de iudicio ciuili ordinario. In ſecũda parte ponit de iudicio criminali ordinario.

Iudicium quot modis accipiatur.

In tertia parte ponit de iudicio ciuili extraordinario. In quarta parte ponit de iudicio criminali extraordinario. Datur exemplum de iudicio in debitore confesso, & in reo cõtumace. De iudicio criminali extraordinario datur exẽplum, quando iudex quædam via extraordinaria procedit per inquisitionem ex suo officio. Iterum pars secunda subdiuiditur in partes quatuor. In prima parte ponit de iudicio ciuili theoricé. In secunda parte ponit de iudicio criminali theoricé. In tertia parte ponit de iudicio ciuili practicé. In quarta parte ponit de iudicio criminali practicé. Et hæc de isto titulo dicta sufficiant.

Quæ sunt opport una in constitutione ciuilis iudicij.

Constituunt autem ciuilia iudicia actores, rei, & iudices: sed tales vtique, qui iudices esse possint. Actores autem & rei tales, qui posśint iudicio interesse, suo, vel alieno nomine. De quibus tribus personis breuiter est videndum.

Iudices qui possunt, & qui non possunt esse.

Iudices esse possunt, quibus data est ordinaria, vel delegata iurisdictio, hoc est, potestas de Publico introducta, si nõ habet iuris obstaculum. Ordinariam autem iurisdictionem dant Imperatores, siue principes Do, Papa, & etiam populi ciuitatum his, quibus committunt cognitionem vniuersalem omnium causarum, quæ sunt in prouincia, vel in ciuitate: & tales sunt præsides prouinciæ, & potestates ciuitatum, & episcopi. Delegatam autem iurisdictionem habet ille, cui aliqua causa à principe, vel ab aliquo ordinario, committitur cognoscenda. Cæterùm iudices esse prohibentur, mutus, surdus, & perpetuò furiosus: sed cùm habeat dilucida interualla, tunc potest esse iudex. Item impubes infamis, seu turpitudine notatus. Item seruus & mulier; quia receptum est, vt seruus & mulier publicis & virilibus officiis nõ fungantur: Item pater filio, & filius patri. Item in re sua iudices esse prohibentur. Quod autem sit iudicum officium, ipsi viderint. *Delegata iurisdictio.*

Qui possunt, & qui non possunt iudices esse. Rubrica.

ISte titulus continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus, ꝙ in quolibet iudicio tam ciuili, quàm criminali necessariæ sunt tres personæ, scilicet, actor, reus, & iudex, & quia iudex est dignior, meritò de ipso iudice hic agatur. hoc clare ponit rubrica, cũ dicit, qui possunt, & qui nõ possunt iudices esse. Iste titulus breuiter duo ponit. Primò, de iurisdictione ordinaria. Secundò, de iurisdictione delegata, vel subdelegata: & ideo, vt plenè pateat huius tituli materia, hũc ordinem obseruabo. Ad euidentiam huius tituli volo quærere duo. Primò, de iurisdictione ordinaria. Secundò, de iurisdictione delegata, vel subdelegata. De primo, de iurisdictione ordinaria: & circa istud volo quærere sex. Primò, quæ sit iurisdictio ordinaria, & quare sic appelletur. Secundò, quotuplex sit iurisdictio ordinaria. Tertiò, qui possunt dare iurisdictionem ordinariam, & qui non. Quartò, quot sunt genera iudicum ordinariorum. Quintò, qui possunt esse iudices ordinarij. Sextò & vltimò, quod sit officiũ iudicis ordinarij. De primo, scilicet, quæ sit iurisdictio ordinaria? & dico ꝙ iurisdictio ordinaria est quædã potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. Exponamus verba in diffinitione contenta. Et primò dicit, iurisdictio est quædam potestas, expone, scilicet, maxima: nam iudex potest cognoscere inter discordes, & diffinire in sua sententia: & diffinitio valet, & tenet: & per hoc patet, quòd qui non habẽt istã iurisdictionem, non possunt cõponere, nec cognoscere inter partes. Dicitur in diffinitione, de publico introducta, id est, ab Imperatore: nam sicut Imperator introduxit notarios ad scribendum, ita etiam iudices ad iudicandum: nam quicquid Imperator introduxit publicum est, & habet legis vigorem: vt insti. de iure natu. gen. & ciui. §. sed & quod Principi placuit. Dicitur, cum necessitate: nam iudex cogitur, velit nolit: & sic illa iurisdictio est necessariò inchoata. Dicitur, iuris dicendi: nam iudex pronuntiare debet secundum leges & iura, non autem contra iura: nam si contra iura pronuntiaret, non valeret sententia. Dicitur, æquitatis statuendæ: nam quandoque debet pronuntiare secundum æquitatem, & ex hoc insurgit

Iurisdictio ordinaria quæ sit.

ſurgit quæſtio. Ponamus, quòd quæſtio eſt coram iudice, & lex dicit vnum, & æquitas eſt in contrarium, & dicit aliud. Modò quæritur, an iudex debeat pronuntiare ſecundum leges, an ſecundum æquitatem? Reſpondeo, aut æquitas reperitur ſcripta, & tunc debet pronuntiare ſecundum æquitatem: aut æquitas non reperitur ſcripta, & tunc debet pronuntiare ſecundum iura. Vnde datur exemplum in procuratore, qui habet mandatum à domino de emendo, vel vendendo: & antè quàm faciat contenta in mãdato, dominus moritur, procuratore ignorante, mortuo domino procurator fecit contenta in mandato, vult agere contra hæredes, de iure non poteſt, ſed de conſuetudine & de æquitate, habet actionem contra hæredes. Modò iudex debet ſecundum æquitatem pronuntiare. Et appellatur iuriſdictio. i. poteſtas, quam habet iudex: & ſic nomen eſt conſequens rei, vt eſſe debet: vt Inſtitu. de donat. §. eſt & aliud. & de tut. in princip. De ſecundo, ſcilicet, quotuplex ſit iuriſdictio? Vno modo eſt duplex, Alio modo triplex. Primo modo eſt duplex, ſcilicet, voluntaria & contentioſa. Voluntaria eſt illa, quæ fit de partium voluntate vt eſt in manumiſsione, adoptione, arrogatione, & emancipatione: & iſta iuriſdictio poteſt agitari coram quocunque iudice ordinario non habente adminiſtrationem. Contentioſa eſt illa, quæ fit in lite: quia iſta fit de neceſsitate, vt ſi peto librum meum coram iudice per libelli oblationem, vel peto aliquid aliud: modò iſta eſt iuriſdictio coacta ex parte rei & ex parte iudicis: nam reus cogitur reſpondere, & iudex cogitur cognoſcere, & in cauſa pronuntiare. Alio modo iuriſdictio eſt triplex: nam quædam eſt iuriſdictio, quæ appellatur merum imperium: quædam eſt, quæ appellatur miſtum imperium: quædam, quæ appellatur modica coërctio. Prima eſt, quæ appellatur merum imperium: & illud merum imperium eſt habere gladij poteſtatem in facinoroſos homines ad animaduertendum: & iſtud merum imperium conſiſtit in tribus. Primò, in cauſa ciuili vel criminali. Secundò, de libertatibus. Tertiò, cognoſcere in amiſsione ciuitatis, vt eſt in banniendo, vel quando quis eſt in inſulam deportatus, vel deportatur in metallum fodiendum: & ſic pœnæ efficitur ſeruus: & iſtud merum imperium oritur ſolum ex crimine, & iſtud merũ imperiũ non delegatur. Secũda eſt, quæ appellatur mixtũ imperiũ: & iſtud eſt, quod cõti-

Iuriſdictio quotuplex ſit.

net in se quoddã medium: vt est, quando quæstio est pecuniaria: & non potest delegari, vt est quando minor vendidit, & debet facere venditionem cum authoritate iudicis; modò iudex non potest alteri delegare, vt interponatur authoritas: nõ potest etiam delegari, si quæstio excedit quinquaginta solidos. Alia est modica coerctio: & ista in se minimam continet authoritatem, & de minimis cognoscit, & ista potest cuilibet delegari. De tertio, scilicet, qui possunt dare iurisdictionem ordinariam? & dico quòd in spiritualibus summus Pontifex dat merum imperium: & in temporalibus Imperator potest dare iurisdictionem ordinariam, & merũ imperium, etiam ciuitas, castrum, burgum vel villa, & vniuersitas licita vel approbata in iurisdictione sua. Primò dicit, in spiritualibus, sicut est summus Pontifex: nam quando ipse facit episcopum, & ille episcopus incontinenti in suo episcopatu habet iurisdictionem ordinariam. In temporalibus, quando Imperator facit Comitẽ, Ducẽ, Regem, & Marchionem: isti enim in suo territorio habent iurisdictionem ordinariam. Etiam quælibet ciuitas in sua iurisdictione iudicem potest dare in suo territorio, sed non potest merum imperium exhibere. Etiam castrum, quando elegit sibi iudicem. Etiam burgum, & villa, eodem modo & collegium licitũ & approbatum, seu vniuersitas. Datur exemplum, quod quotidie venit in vniuersitate scholarium medicorũ, vt in societate notariorũ, qui habent procõsulem. Etiã comites, qui habent ab Imperatore hoc, non possunt istã iurisdictionẽ dare, sed administrationẽ. Sed qui nõ possunt dare istã iurisdictionẽ? dico quòd si tu scis, qui possunt dare, tu scis qui nõ possunt dare: quia vno contrariorũ cognito, reliquum cognoscitur: vt in Insti. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, in prin. & de tutel. in prin. Vnde priuatæ personæ & singulares non possunt iurisdictionem dare; quia consensus priuatorum non tribuit iurisdictionẽ. De quarto, scilicet, quot sint genera iudicum ordinariorum? & dico quòd quinque, prout recitat quædam glo. posita in Insti. in procœmio. §. cuiusque hoc Deo propitio. nam quidam sunt, qui appellantur superillustres, vt est Imperator, & Papa. Quidam sunt illustres, vt olim in ciuitate Romana Præfectus Vigilũ. Quidam sunt spectabiles, vt olim erant Præfectus, & Proconsul annorum. Quidam sunt clarissimi, vt sunt præsides ciuitatum: & isti habent merum imperium. Quidam sunt minimi,

seu

seu pedanei, vt sunt defensores ciuitatum, & magistratus municipiorũ: & isti non habent merum imperium. Et ex hoc insurgit quæstio: Posset aliquis dicere, videtur contrà: nam ego video quotidie quòd potestas, qui est defensor ciuitatis hoc facit, scilicet, homines interficere & banniri. Respondeo, quòd hoc est de consuetudine, & consuetudo est lex, & lex tollitur per cõsuetudinem: vt in Institu. in prooemi. §. quibus breuiter expositum est. De quinto, scilicet, qui possunt esse iudices ordinarij? dico quòd quilibet, nisi sibi prohibitum sit à lege. Sed quibus prohibetur? dico quòd multis personis: nam quædam sunt personæ, quæ non possunt esse per defectum naturæ, vt est mutus, surdus, cæcus, & minor xxv. an. quandoque propter legis impedimentum, sicut sunt infames: nam ille, qui vocatur ad dignitatem aliquam: siue illa dignitas sit spiritualis, siue temporalis, non debet esse infamis, nec furiosus, nec mente captus: quia non habent sensum nec intellectum, nisi haberent dilucida interualla: quia aliquando regnaret sana mens. Etiam nemo in causa sua propria potest esse suus iudex: vt in Institutio. de authori. tutor. nisi in duobus casibus. Primus in causa criminali. Secundus, quando vult capere furem nocturnum, vel militem deferentem militiam. Etiam nec pater in causa filij, nec filius in causa patris: quia vnà & eadem est persona patris & filij: vt in Institu. de inutil. stipula. §. si quis sibi. Nec etiam mulieres: quia istud est publicum & virile officium, & à publicis & virilibus officiis mulieres repelluntur.

De sexto & vltimo, scilicet, quod sit officium iudicis ordinarij? & dico quòd istud est nimis longum & prolixum narrare, & de eius officio tractare: tamen litera dicit secundum quæstionem, quam ipse habet coram ipso debet pronuntiare, sed tamen iudicis officium est supra testibus timorem imponere de veritate dicenda, & dicta eorum publicare: partes coram se citare, terminos & dilationes vtrique parti dare vel exhibere, tam actori, quàm reo, & processus facere secundum quæstionem coram eo agitatam. De secundo principali membro, scilicet, de iurisdictione delegata, vel subdelegata. Et circa idem quæram tria. Primò, quid sit delegare, & quare sic appellatur. Secundò qui possunt delegare, & quibus potest delegari. Tertio & vltimò, quæ sit eius virtus & effectus. De primo quid sit delegare? est cognitio-

ne vnius causæ, vel plurium causarum alteri committere cognoscendam. Ista diffinitio satis est clara, & ideo non eget expositione. De secundo, scilicet, qui possunt delegare? & dico quòd quilibet iudex ordinarius potest delegare: delegatus autem non delegat, nisi in tribus casibus. Primus casus est, quando est delegatus summi Pontificis, vel Imperatoris. Secundus casus est, quando lis est contestata corã iudice delegato: Modò iste delegatus, coram quo lis est contestata, delegare potest. Tertius casus est, quando delegata est sibi vniuersitas causarum: modò vnam de illis potest delegare. Sed ad hoc, vt quis possit delegare, tria requiruntur. Primò, quòd habeat iurisdictionem ordinariam. Secundò, quòd sit talis persona, quæ possit delegari. De tertio, scilicet, quæ sit virtus & effectus? est quòd iudex delegatus non mandat sententiam executioni, sed habet solum cognoscere & pronuntiare: hoc est verum in causa ciuili, secus in causa criminali. Et ratio, quare non mandare debet sententiam executioni: quia non habet plus de iurisdictione, quàm sibi tradatur à iudice ordinario: & mandatarius non habet plus de potestate, quàm sibi tradatur à domino: & fines mandati diligenter sunt custodiendi, vt in Institut. de mandato. §. illud quoque mandatum, &c.

Qui possunt, vel non possunt iudicio interesse.

INteresse in iudicio non possunt hi, scilicet, seruus regulariter, suo, vel alieno nomine: Nisi in casibus, vtputà, ciuiliter agendo, si agit causam libertatis suæ, prouocando in libertatem, vel defendendo sibi libertatem. Item pro alimentis sibi relictis. Item in possessione domini sui absentis turbata. Criminaliter verò agere potest in quibusdam casibus: vt continetur infrà sub rubrica de accusatore & accusato. Item filiusfamiliàs sine patris authoritate, nisi de castrensi, vel quasi castrensi peculio: & de aduentitio quodammodo, videlicet, si aduentitium quæsitum est filio, patre volente. Litigat pater, cùm sit legitimus administrator, tamen cum filij voluntate. Si autem quæsitum est filio, inuito patre, litigat filius. Veruntamen imponenda est necessitas patri per iudicis officium, vt consentiat filio agenti & fugienti. Sed filiusfamiliàs cum patre non potest iudicio interesse, nisi de castren

strensi vel quasi castrensi peculio. Si verò filius emancipatus est, potest patrem, & libertus patronum in ius vocare venia edicti petita. Quod si sine venia fecerit, patitur pœnam quinquaginta aureorum: quam si soluere non potest, puniendus est in persona. Item furiosus. Item demens, seu mente captus. Item minor vigintiquinque annis sine tutore vel curatore. Veruntamen si in iudicio fuerit sine tutore vel curatore, & fuerit pro eo lata sententia, valet: sed contra eum lata, non valet. Fallit tamen in casibus, in quibus minor sine tutore vel curatore potest iudicio interesse, vtputà, quando agit de libero homine exhibendo. Et quando agit de redimenda, vel adipiscenda, vel recuperanda possessione. Item masculus habens xx. annos, & fœmina xviij. sine tutore vel curatore possunt in iudicio esse, si impetrauerint à Principe veniam ætatis. Item monachus vel aliquis regularis sine abbatis vel Prioris consensu. Item tutor accusatus de suspecto. Item excommunicatus. Cæteri autem regulariter possunt iudicio interesse, suo, vel alieno nomine. Sed alieno nomine litigant hi, scilicet, tutor pro pupillo: curator pro adulto, si satisdederint rem pupilli & adulti saluam fore, etsi fecerint inuentarium: Nam ante confectum inuentarium, non audent attingere, nisi quæ vel modicam dilationem recipiunt, excepto tutore testamentario, & ex inquisitione dato, qui non tenetur satisdare. Item actor tutoris & curatoris. Item syndicus & œconomus, & pater pro filio: quem habet in potestate. Item negotiorum gestor coniunctus, & qui cum mandato constitutus est. Item procurator maioris xxv. annis, satisdatione de rato præstita: vt infrà dicetur, & vt etiam dictum est de procuratoribus in vij. c. Sed ideo dictum est, maioris xxv. annis: quia minor xxv. annis procuratorem constituere non potest, nisi tutoris vel curatoris authoritate. Procurator verò, nisi sit constitutus in rem, non potest iurare de calumnia, imò debet iurare principalis persona, & interrogationes & responsiones in iudicio facere. Cætera autem iudicij acta potest procurator exercere, si ad ea sit legitimè constitutus.

Qui possunt, vel non possunt iudicio interesse. Rubrica.

COntinuatur iste titulus ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in diffinitione iudicij, quòd necessariæ sunt tres personæ, scilicet, actor, reus, & iudex. Sed cùm dictum sit de iudice tanquam de digniori, scilicet, qui possunt, & qui non possunt iudices esse, Restat nunc videre de actore & reo simul, & semel demonstrando qui possunt, vel non possunt iudicio interesse. Hoc innuit Rubrica, cũ dicit, qui possunt, vel non possunt iudicio interesse. Ad euidentiam huius tituli: Iste titulus duo ponit. Primò, ponit qui sunt illi, qui nõ possunt iudicio interesse, suo, vel alieno nomine. Secundò, ponit quæ sunt illæ personæ, quæ possunt iudicio interesse, suo, vel alieno nomine. Sed hîc quęro de vno dubio, scilicet, quare author tractauit hîc in litera simul & semel de actore & reo, & non sic in titulo, qui possunt vel non possunt iudices esse? Respõdeo: quia illi qui possũt iudicio interesse in agẽdo, etiã in defendendo. Modò titulus diuiditur in partes duas, prout duo ponit. In prima parte ponit, quę sunt illę personę, quę nõ possunt iudicio interesse, suo, vel alieno nomine. Et hæc prima pars durat vsque ad §. sed alieno. Ibi secunda pars, in quã ponit, quæ sunt illę personæ, quę possunt iudicio interesse suo vel alieno nomine: & hæc pars secũda durat vsque ad finẽ tituli. Prima pars subdiuiditur in partes duas. Primò ponit quæ sunt illæ personæ, quæ nõ agunt suo nomine. Secundò ponit quæ nõ possunt agere suo vel alieno nomine: & durat vsque ad §. cæteræ autem. In prima parte ponit, quæ sunt illæ personæ quæ non possunt agere suo vel alieno nomine. Et prima persona, quæ hîc enumeratur est seruus: & ideo de seruo hîc est agendum & videndum. Et primò, vtrum seruus possit iudicio interesse? respondeo, & dico quòd nõ: quia pro mortuo reputatur de iure ciuili. Sed nunquid potest iudicio interesse cum consensu domini sui? quidam dicunt indistinctè quòd sic. Alij dicunt, & melius, quòd non, etiã cũ consensu domini sui. Sed tãmen aliqui habent arg. dicendo, quòd potest cum consensu domini: quia filius in potestate patris existens, duntamen sit maior xxv. annis, potest iudicio interesse cum

Seruus an possit esse in iudicio.

eum consensu patris: ergo erit ita in seruo. Tamen tu dicas, & melius quòd non est secus in filio: nam quando filius facit cum patris consensu, reputatur pro homine: sed quando non facit cum patris cõsensu, reputatur pro medio homine: sed seruus semper pro mortuo. Fallit tamen in casibus, in quibus seruus potest iudicio interesse. Primus casus est in causa alimentorum, scilicet, relictorum modò causa, aliàs fauore alimentorum potest iudicio interesse. Secundus casus est, quando se ad libertatem voluit prouocare, & tunc fauore libertatis potest, & efficitur actor. Tertius casus est, quando sibi vult defendere libertatem: modò potest iudicio interesse fauore libertatis, & tunc efficitur reus. Quartus casus est, quando vult defendere possesionem domini sui absentis & indefensi. Dicit enim, quando vult defendere possesionem domini sui absentis: quia si esset præsens, tunc non posset iudicio interesse. Dicit, indefensi: quia si haberet procuratorẽ ad hoc constitutum, tunc non posset iudicio interesse. Quia hic fit mentio de possesione, modò volo quęrere aliqua de interdictis. Primò quotuplex sit interdictum? & dico quòd interdictum est triplex: nam quoddam est interdictum, quod appellatur adipiscẽdæ possesionis: & istud est duplex, scilicet, quorum bonorum: & istud bonum & vtile est illis, qui sibi possesionem acquirere volunt. Aliud est interdictum adipiscendæ possesionis, & istud est quorum legatorum: & tunc istud habet locum, & competit hæredi contra legatarium, qui occupauit rem sibi legatam sua authoritate: & datur quandoque, vt præiudicet sibi in proprietate, & in possesione: vt est, quando legatarius occupauit legatum sine verbo hæredis post aditam hæreditatem: & quandoque datur, vt præiudicet sibi in possesione: vt est, quando legatarius occupauit ante aditam hæreditatem sine verbo hæredis: modò debet reddere rẽ hæredi, & postmodum petere eam: hæc omnia notantur siue probantur in Flore testamentorum, sub rubrica de legatis. Aliud est interdictum, quod appellatur retinendæ possesionis, & istud est duplex: nam quoddam est, quod appellatur vti possidetis. & tunc habet locum, quando fit quæstio de re immobili, vt de domo, terra, vel vinea: vt quando vnus dicit se possidere, modò sit primò quæstio de possesione, antequàm alia denuntient partes. Aliud est interdictũ, quod appellatur vtrobi: & istud habet locum quando fit quæstio de pos-

Interdictum quotuplex est.

Interdictum retinendæ possesionis.

Interdictũ vtrobi.

ſeſsione rerum mobilium, vt in iumentis, animalibus, & ſeruis. Sed ponamus quòd primò volo agere petitorio, quàm poſſeſſorio, nunquid poſſum? certè ſic, & econuerſo: Primò poſſeſſorio, & poſteà petitorio: tunc poſſum, & maximè in ſeruis. Aliud eſt interdictum, quod appellatur recuperandæ poſſeſsionis, & iſtud appellatur vnde vi: & habet locum, quando quis eſt deiectus de poſſeſsione. & iſta diuiſio interdictorũ colligitur Inſt. de interdictis. §. ſequẽs diuiſio. Iſta eſt alia perſona, quæ nõ poteſt iudicio intereſſe, ſcilicet, filiusfamil. Vnde quærit iuuenis primò in litera à domino Rolandino: Domine Rolandine, dicatis mihi, nunquid filiusfa. poſsit iudicio intereſſe? dicit litera quòd non, niſi cum conſenſu patris. Secundò quærit iuuenis: Sed fallitne hoc in aliquo caſu? dico quòd ſic, ſi vult cum patre litigare, tamen venia petita, & conceſſa. Tertiò quærit iuuenis: Sed nunquid poteſt de aduentitio? dico non, ſed pater poteſt pro eo litigare: vbi pater vellet ire, ibi filius deberet ire. Quartò quærit iuuenis: Sed nunquid in profectitio poteſt ire ad iudicium? dicit litera quòd non: quia pater cogitur ire omnibus ſuis propriis expenſis ipſo inuito. Sed ſuper iſto §. vt plenè notificetur, volo quærere duo. Primò, vtrũ filiusfamiliàs poſsit iudicio intereſſe. Secundò, formabo aliquas quæſtiones ad materiam noſtri §. facientes. De primo, vtrũ filiusfamiliàs poſsit iudicio intereſſe? & ad eius plenam euidentiã diſtinguendum eſt: quia aut tu quæris de filio emancipato, aut de filio in patria poteſtate exiſtente. Si de filio emancipato, dico quòd poteſt, tam cum patre, quàm cũ alio quocunque extraneo, & non requiritur patris conſenſus. Vnum tamen ſcias, quòd hoc eſt verum, quòd poteſt iudicio intereſſe, duntamen non habeat aliud iuris impedimentũ, ſcilicet, ꝙ non ſit minor, furioſus, mentecaptus, vel ſurdus, prodigus, vel apoſtata. Et quod dico cũ patre litigare, hoc eſt verũ, duntamen faciat, venia petita, & conceſſa: quia ſi nõ eſſet petita, & eſſet cõceſſa: vel eſſet petita, & nõ eſſet cõceſſa, tunc caſtigatur ſiue punitur in quinquaginta aureis: & ſi nõ poteſt ſoluere, caſtigatur in perſonã: vt Inſti. de pœna temere litigantium. Et quæ dico de patre, eadem intelligas de matre, auo, vel proauo paterno, & etiam de quolibet aſcendente. Et quæ dico de filio, eadem intelligas de filia, nepote vel nepte, pronepote & pronepte: quia de ſimilibus ad ſimilia idem eſt iudicium, vt Inſtit. de legitima patro. tute.

in

Interdictũ recuperandæ poſſeſsionis.

Filiusfa. an poſsit intereſſe iudicio.

in prin. Si autē tu quæris de filio existente in patria potestate, tunc subdistingue: quia aut vult litigare cū patre, matre, auo, vel proauo paterno, vel materno, & tūc non potest: quia istud est vnū ius, quod habet pater erga filiū: vt no. Insti. de pa. pote. in quadam glo. ibi signata super §. ius autē potestatis. Etiam alia ratione non potest cū patre litigare, quia vna & eadē videtur persona patris & filij iuris ciuilis fictione vel interpretatione: vt Insti. de inuti. stipu. §. si quid sibi. Etiam alia ratione nō potest cū patre litigare: quia inter patrē & filiū non posset esse lis, vel quæstio, vel iudiciū, vel obligatio: vt Insti. titu. præalleg. §. præterea inutilis est contractus. nec posset esse iudicium inter patrem & filiū in agendo, nec in defendendo. Fallit tamen in casibus, in quibus filius cū patre potest iudicio interesse. Primus casus est in castrensi vel quasi castrensi peculio. Secūdus casus est in causa alimentorū. Tertius casus est in casibus, in quibus pater cogitur filium emancipare: qui casus notantur Insti. quibus modis sol. ius pa. pote. §. fi. Quartus casus est de filiatione, vt quando dico te esse meū filium, tu verò negas. Sed tamen in isto casu distingue, vt distinguit quædam glo. posita Insti. de pa. pote. quia aut detinetur ab aliquo volens, aut ab aliquo inuitus, aut à nullo. Si à nullo detinetur, tunc datur rei vendicatio de iure Romano. Si ab aliquo volens, tunc agam iudicis officio. Si autem detinetur ab aliquo inuitus, tunc habet locum interdictum de liberis exhibendis. Quintus casus est, quando agit alieno nomine contra patrem. Vnum tamen scias, quòd in istis casibus, quibus filius potest actionem intentare contra patrem in iudicio: hoc est verum, duntamen venia sit petita, & concessa, aliàs si facit sine venia petita & concessa, punitur in quinquaginta aureis: & si non potest soluere, castigatur in personam: vt Insti. de pœna temere litigantium. §. fin. Si autem cùm extraneo vult litigare, & tunc subdistingue: quia aut vult litigare cum extraneo de castrensi vel quasi castrensi, aut de aduentitio aut profectitio. Si de castrensi vel quasi castrensi, tunc potest: quia in eo reputatur paterfamiliàs. Si in profectitio, tunc non potest: quia nihil ad eum spectat, etiam cum patris consensu. Si de aduentitio, tunc distingue: quia aut filius habet vsumfructum & proprietatem, & tunc potest cum consensu & voluntate patris, & pater cogitur consentire filio agenti: aut filius habet nudam proprietatem, pater

Casus in quibus filius potest interesse cū patre in iudicio.

pater verò vsumfructum, & tunc pater debet agere, & filius consentire propter authoritatem in agentibus & fugientibus: pater quidem moueat, & suscipiat actionem: duntamen præueniat filiorum consensus, nisi sint impuberes, vel longè absint. Sed fallit in casibus, in quibus filiusfa. potest iudicio interesse sine patris consensu. Primus casus est, quando filiusfamilias vult accusare adulterum vel adulteram, tunc potest: vt ff. ad l. Iul. de adult. l. filiusfa. Secundus casus est, si pater est absens, & tanquam sui iuris agit. Tertius casus est, quando vult agere actione mandati contra aliquem. Quartus casus est, quãdo vult agere actione depositi. Quintus casus est, si agit pro iniuria sibi facta, vel vxori suę. Sextus casus est, si agit pro furto sibi facto: vt Instit. de interdictis §. fin. Septimus casus est, si pater est vitæ suspectæ, modò potest agere eo præsente, & contradicente: vt ff. de procur. l. filius. §. si filia. Octauus casus est in castrensi vel quasi castrensi: quia quodammodo reputatur paterfa. quantum ad istud castrense, vt ff. ad Macedo. l. j. §. fin. Sed hîc datur bonum consilium, quòd quando tu vis agere contra filium occasione peculij sui, tu debes considerare, quòd peculium est: an sit peculium castrense, an quasi castrense, tunc securè conueniatur filius. Si est profectitius peculium, tunc conueniatur pater. Si est aduentitium peculium, considera si pater habet vsumfructum, & filius nudam proprietatem: & tunc conueniatur pater. Si autem filius habet vsumfructum & proprietatem: quod esse potest in multis casibus, quos hîc non recito causa breuitatis: & tunc cõueniatur filius, tamen cum consensu patris, vt melius sit tibi cautum, & lis sine omni suspitione procedat: non autem debet conueniri pater, quia in illa causa pater non habet aliquod ius. De secũdo formare aliquas quæstiones, quarum prima talis est. Quæritur, si mouetur quæstio de aduentitio peculio, in quo pater habet vsumfructum, filius verò nudam proprietatem, quis debet ad iudicium ire, an pater, an filius? & dico quòd pater tenetur ire ad causam filij: & cogitur ei consentire, & etiam suis expen. debet pater litigare: quia qui commodum sentit, incommodum sentire debet: vt no. Insti. de legi. pa. tute. in prin. Et vbi cessionis est emolumentum, ibi & onus tutelæ esse debet: vt in eo. ti. Secunda quæstio talis est. Ponamus quòd filiusfa. habet aduentitium peculium, & vult iudicio interesse cum patris

tris cōsensu,& est minor xxv.annis,modò quæritur an possit? Quidam dicunt ꝙ sic,quia habet consensum paternum. Alij dicunt ꝙ non,& melius dicunt:quia habet duplex impedimentum:impedimentum minoris ætatis,& impedimentum patriæ potestatis.Sed tamen huic filiofa. datur consilium ꝙ ipse accipiat curatorem litis,& detur curator liti,non autem ipsi filiofam.Tertia quæstio talis est.Ponamus ꝙ filiusfa.vult judicio interesse nomine alieno sine patris consensu,vt quia tanquam procur.syndicus,tutor,vel curator vult iudicio interesse,nunquid potest?Quidam dicunt ꝙ nō:quia quod per me non possum,multò magis nec per alium: quia ipse est filiusfa.& non potest per se iudicio interesse,ergo nec per aliū. Alij dicunt,& melius,ꝙ sic:quia ipse non repræsentat personam suam,sed personam extraneam.Et qui per alium facit, per seipsum facere videtur,vt Insti.de iure natura.gen. & ciui.§.constat autem,etiam alia ratione:quia iste est casus, in quo quandoq; possum per alium, & per me facere non possum,vt insti.qui.mo.ma.nō.licet.§.cùm ergo criminis.Quarta quæstio talis est:Ponamus ꝙ pater dat filio generalem cōsensum,vt ipse possit amodò in omni causa consistere, nunquid valet talis consensus generalis?Quidam tenēt indistinctè quòd non: quia generale iuramentum factum in contractu à minore,ipsi minori non præiudicat in aliis contractibus,Alij indistinctè dicūt quòd sic.Alij distingūt:quia aut pater consentit generaliter tantū,& nō valet:aut consentit specialiter,& tunc valet.Quinta quæstio talis est: Si pater potest interponere authoritatem per epistolam,vel per nuntiū. Quidā dicunt indistinctè quòd sic.Alij tenēt,& melius,quòd non. Et habent argumentū simile in tutore pupilli: nam tutor nō potest in absentia pupilli,nec per epistolam, nec per nuntiū authoritatē interponere:vt Insti.de autho.tu.& cu. §. tutor.& hoc de filiofa.Ista est alia persona,quæ nō potest iudicio interesse.s.furiosus.Vnde quæritur,vtrum furiosus vel mentecaptus possit iudicio interesse?& dico quòd nō:quia caret sensu & intellectu,nec vllū negotiū rectè gerit:vt Insti.de inutilibus stipu.§.neque mutū stipulari,neq;pacisci, nisi haberet dilucida interualla.nā tūc bene posset iudicio interesse in illo tēporis interuallo:sed dū sunt in furore vel dementia, nō possunt iudicio interesse.Sed qūo fiet,si furiosus debet mihi aliquid,vel econtrà,perdet sibi ius suū,& ego meū? dico *Furiosus an possit interesse iudicio.*

quòd

Minor vigintiquinque annis an poßit interesse iudicio.

quòd datur ei curator. Ista est alia persona, quæ nõ potest iudicio interesse, sicut est minor xxv. an. Et circa idẽ duo volo quærere. Primò vtrum minor vigintiquinq; annis posſit iudicio interesse. Secundò, formare aliquas quæstiones. De primo, vtrum minor xxv. an. posſit iudicio interesse? distingue: quia aut est minor infans, aut proximus infantiæ, aut proximus pubertati, aut est adultus. Si est infans, & tunc nullo modo potest, etiam cũ tutoris authoritate. Si est proximus infantiæ, vel proximus pubertati: & tunc non potest, nisi cũ tutoris authoritate. Si est adultus, & tunc potest, si habet curatorẽ: & si non habet, accipere cogitur: quia inuiti adolescentes curatorem non accipiunt, præterquàm ad lites: vt Insti. de cura. datis & confirmandis. in prin. Fallit etiam in casibus, in quibus minor pupillus potest iudicio interesse sine tutoris authoritate. Primus casus est in interdicto adipiscendæ possessionis. Secundus casus est, quando agit in libero homine exhibendo: nam illud est populicũ: nam competit cuilibet de populo. Tertius casus est, quando vult agere de liberis exhibendis. Et aliud est, interdictũ de liberis deducendis: & ista duo competunt solùm parentibus. De secundo, scilicet, formare quasdam quæstiones, quarum prima talis est: Quæritur, si quæstio est de ætate, quis habet probare, an minor an pars aduersa? distingue: quia aut quilibet proponit affirmatiuam, & tunc ipse minor habet se probare maiorem: quia qui semel fuit, semper esse putatur. Aut quilibet proponit negatiuã, & tũc iudex habet imponere necesſitatẽ cui vult. Aut vnus proponit affirmatiuã, & alter negatiuã, & tunc debet probare affirmans: quia affirmanti, & non neganti, incumbit onus probationis. Tamẽ hîc datur cõsiliũ, quòd tu facias, ꝙ iudex pronũtiet eũ esse maiorẽ, si ipse affirmat, & dicit se esse maiorem. Secunda quæstio est, nunquid minor posſit firmare iudiciũ per iuramentũ? hîc sunt opiniones. Quidã dicunt ꝙ nõ: quia debet iudicio interesse cũ tutoris authoritate: & sine curatoris authoritate iudiciũ est irritũ, & iuramentum debet fieri spõte, & nõ coactè: ergo non potest. Alij tenent quòd sic, propter Authenticã Federici Imperatoris, quòd iuramentũ à minore præstitum nõ solũ valet in cõtractibus & pactis, sed etiã in iudiciis. Tertia quæstio est: Quidam fuit in iudicio cũ minore, & lata fuit sententia, nũquid valet illa sentẽtia? distingue: quia aut fuit lata pro minore, aut contra minorem.

Quis debet proba ætatẽ.

Si cons

Si contra minorem,& tunc non valet: quia ei imputaretur, qui fuit in iudicio cum minore. Et damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet: vt Insti. qui. mo. re contrahitur obliga. §. prætereà & is apud quē. & de rerū di. §. sed ex diuerso. Si autem fuit lata pro minore,& tunc valet. & hoc est verum, si lata fuit sententia tempore minoris ætatis: si autem non fuit lata tempore minoris, tunc valet & tenet: siue sit lata pro eo, siue contra eum. Quarta quæstio talis est: Quæritur, si iudex cogitur ire vsque ad diffinitiuā sententiam, vel pronuntiare iudiciū nullum esse, si quæstio est cum minore? Quidam dicunt, quod debet pronuntiare iudicium nullum esse: quia illud, quod fit cum minore, non valet. Alij tenent, quòd iudex debet pronuntiare secundum allegata & probata: quia ei imputatur, qui litigauit cum minore. Et damnū, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet: vt Insti. de fideiusso. §. si plures. & de soci. §. socius. Etiam alia ratione debet iudex pronuntiare: quia quod factū est, pro infecto haberi non potest. Ista est alia persona, quæ iudicio interesse non potest. s. monachus, & quilibet regularis professus non potest iudicio interesse: quia de iure ciuili mortui reputantur, nisi sit syndicus: quia tunc syndicario nomine potest ire ad iudiciū. Sed hic quæro, nunquid monachus vel alia regularis persona patiatur citationē? dico quòd sic: sed nō potest se venire ad defendendū, imò syndicus pro eo debet, & potest venire ad iudiciū, & quæ dico de monacho, eadē intelligas de tutore & curatore suspecto. Ista est alia persona, quę nō potest iudicio interesse. s. excōmunicatus & bānitus: nā isti nō possunt stare in iudicio in agēdo, sed bene possunt venire ad defensionē: nec nocet sibi, si accusator obiicit, quomodo reus est excommunicatus vel bannitus: sed alieno nomine litigant hi. Ista est secunda pars, in quā ponit certas personas, quæ litigant nomine alieno. Ista non egent magna expositione, quia litera satis apertè ponit. Sed expedit solùm videre de negotiorum gestore, & de procuratore. Et primò de negotiorum gestore, quæro vtrum gestor negotiorum posit pro domino iudicio interesse? distingue: quia aut ipse est de coniunctis aut non. Si est de coniunctis, vt est frater, tunc potest agere. Si non est de coniunctis, aut tunc vult interesse iudicio in defendēdo, & tunc potest: aut in agēdo, & tunc nō potest: quia nemo potest actionem alterius intentare sine mandato, nisi sit de

Monachus an posit interesse iudicio.

Excōmunicatus an posit stare in iudicio.

Tractat de negotiorum gestore.

sic de coniunctis: vt Instit. de satisdationibus. §. si autem per procuratorem. De procuratore. Quæro vtrum procurator ad negotia constitutus possit iudicio interesse pro domino suo? dico quòd sic in agendo: in defendendo verò non potest, nisi habeat mandatum speciale vel generale ad lites, & ad negotia.

De procuratore.

Quæ sint acta ciuilium iudiciorum.

LIcet circa ciuilia iudicia multa cōcurrant: Hæc tamen vt plurimùm contingere solēt, scilicet, quia aditur ab actore competens iudex, citatur reus, & proclamatur ipsius defensio, offertur libellus, recusatur iudex, opponuntur exceptiones, fiunt interrogationes ante litem contestatam, satisdatur à reis suspectis, & cauetur à procuratoribus de rato, & illis, qui pro aliis agunt, vel eos defendunt, contestatur lis, iuratur de calumnia, statuuntur termini, fiunt positiones & responsiones, producuntur testes & probationes, eduntur instrumenta, datis suspectis habetur consilium, feruntur sententiæ diffinitiuæ & interlocutoriæ, appellatur, mandatur sententiæ executioni. De quibus omnibus breuiter est videndum.

Quæ sint acta ciuilium iudiciorum. Rubrica.

IStetitulus continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in præcedentibus de tribus personis in iudicio ciuili necessariis, scilicet, de actore, reo, & iudice. Nunc restat videre de actis ciuilibus, scilicet, quæ sint acta ciuilia in iudicio necessaria. & hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit, quæ sunt acta ciuilia. Iste titulus non eget expositione, sed solùm ponit ordinem iudiciorum: & primò aditur ab actore competens iudex. Secundò citatur reus ad iudicium, & proclamatur eius defensio, offertur libellus: & hoc per authen. ei offeratur libellus, qui ad iudicium vocatur, & viginti dierum gaudeat induciis, recusatur iudicis audientia: quia periculosum est, & tristes sortiri solent euentus, sub iudice litigare suspecto: opponuntur exceptiones ante litem contestatam, satisdatur à reis suspectis, & cauetur à procur. de rato. & ab illis, qui pro aliis agunt, siue alios defendunt, contestatur lis. libello oblato iuratur de calumnia, statuuntur

tur termini, fiunt positiones & responsiones, producuntur testes & probationes, & eduntur instrumenta in causa. Datis suspectis iudex habet consiliũ, si vult, sed non cogitur: feruntur sentẽtiæ diffinitiuæ & interlocutoriæ, appellatur à sententia, si qua partium sentit se grauata. Vltimò mãdatur sententia executioni. De quibus omnibus per ordinem est videndum.

Quem iudicem actor adire debet.

ADibit actor iudicem competentem, id est, habentem iurisdictionẽ ordinariam vel delegatam, & talem, qui iudex esse posit, vt superius dictum est. Adibit vtique iudicem rei, hoc est, præsidentem, in foro rei: quia actor forũ rei, & non reus forum actoris, sequi debet. Vnde Bononiensis actor Florentinum reum conuenire debet sub iudice Florentino: nisi contractum, vel quasi contractum, aut delictum, vel quasi delictum sit Bon. factum: vel nisi res, de qua litigatur, sit de iurisdictione Bono. quia his casibus potest Florentinus in foro Bononiensi conueniri. Item potest reus conueniri sub iudice, qui præest loco, in quo promisit solutionem facere. Vnde si Florentinus promisit Bononiæ solutionem facere, non potest Florentiæ, nec sub Florentino iudice conueniri. Veruntamen si reus tractus ad forum actoris contestatus est voluntariè litem sub iudice actoris, ex ipsa litis cõtestatione visus est consensisse in eum. Vnde super aliquo litis processu non poterit ex tunc ipsum iudicem declinare: debet etiam conueniri clericus sub episcopo suo vel prælato ex priuilegio clericatus, licet de iure cõmuni subiectus sit iudici seculari. Sed per priuilegium clericatus potest secularem iudicem declinare, cui priuilegio renuntiari non potest. Item scholaris debet sub doctore suo conueniri, & miles armatæ militiæ sub magistro militum, & sic actor forum rei sequi debet.

Quem iudicem actor adire debet. Rubri.

COntinuatur iste titulus ad præcedentia tali forma: Nos suprà vidimus in titulo præcedenti, ꝙ multa sunt præparatoria ad iudicium, sed quia actor primò debet considerare habere competentem iudicẽ, Meritò de cõpetenti iudice hîc est agendum. hoc clarè ponit Rubrica, cùm dicit, quem iudi-

cem actor adire debet. Hoc præmisso iste titulus duo ponit, & sic diuiditur in partes duas. In prima parte ponit quem iudicem actor adire debet: & hæc durat vsque ad §. ibi prope: quia actor forum rei sequitur. Ibi pars secunda, in qua ponit vnam regulam, & casus exceptuatos à regula. Et sic ad euidentiam huius tituli volo quærere duo, prout duo ponit. Primò, quem iudicem actor adire debet. Secundò, ponit vnam regulam, & casus exceptuatos à regula. De primò, quem iudicem actor adire debet? & dico, quod iudicem competentem: sed ad hoc vt iudex dicatur competens, tria sunt necessaria. Primò, quòd habeat iurisdictionem ordinariam, delegatam, vel subdelegatam: sed quomodo possit esse, quòd quis habeat iurisdictionem istam, suprà habuimus in tit. qui possunt, vel non possunt iudices esse. Secundum est necessarium, quòd habeat personam habilem ad cognoscendum: vt quia non sit minor, non mutus, non surdus, non mulier, non seruus, non pater in causa filij, & econtrà: aliàs non esset competens iudex. Tertiũ est necessarium, quòd habeat iurisdictionem super reo conuento: nam licet habeat iurisdictionem ordinariã delegatã, vel subdelegatã; & sit persona habilis, non tamen est cõpetẽs: nam de necessitate oportet, quòd iudex habeat iurisdictionẽ super reo conuento, & quòd reus sit de foro iudicis, aliàs non esset competens. Sed quomodo esse potest, quòd quis sit de iurisdictione alterius? Dico quod tribus modis quis efficitur de iurisdictione alterius, & sortitur forum alienum. Primo modo ratione originis propriæ vel paternæ, vbi quis nascitur, vel vbi pater traxit originem. Secundo modo ratione domicilij, scilicet, vbi quis habet larem, & familiam. Tertio modo ratione fortunæ, hoc est, ratione bonorum, quæ quis possidet in ciuitate. De secundo, scilicet, ponere vnã regulam, & casus exceptuatos à regula. Et regula talis est: Actor sequitur forum rei, & non reus forum actoris. C. de iurisdi. om. iudi. l. in criminali, & c. sanè. extrà, de foro compe. Et quod dico, actor sequitur forum rei, id est, iurisdictionem. Fallit tamen in casibus, in quibus quis potest conueniri alibi quàm in suo foro. Primus casus est causa contractus, id est, vbi cõtraxit quis: vt, si mutuaui forensi centum in Bon. & ipse vult alibi conueniri, non potest nisi in Bononia. Alij tamen exponunt ratione contractus, id est, ratione mercationis contractæ: tamen conuentũ distinguit: quia aut ille, qui cõtraxit est aduena, aut nõ.

Actor quẽ iudicem debet adire.

Quot modis quis sortitur forũ alienũ.

Regula cum suis fallentiis.

Si est

Si est aduena,& tunc nō potest ibi cōueniri,nisi corā suo iudice:quia dānosum esset mercatoribus tot locis cōueniri posse, quot quis nauigat,& iter facit.Si autē est aduena, vt quia ibi traxit morā:& tunc potest alibi cōueniri, quā in suo foro ratione cōtractus.Secundus casus est ratione quasi contractus,vt putà,quidā Florentinus gessit tanquā tutor vel curator negotia cuiusdā Bon.modò potest ibi cōueniri.Tertius casus est ratione delicti,vtputà,forensis facit aliquod delictū, modò potest cōueniri corā nō suo iudice:quia vbi quis deliquit,ibi puniatur.Quartus casus est,ratione quasi delicti, vtputà, iudex per imprudentiam malam tulit sententiā. Et not.per imprudentiā malū siue falsum condidit instrumentū, modò ratione quasi delicti potest alibi quàm in suo foro cōueniri.Quintus casus est ratione matrimonij,vt Bono. accepit Florentinā in vxorē, modò illa Florētina potest cōueniri corā nō suo iudice ratione matrimonij.Sextus casus est ratione cōmunis patriæ, vt si inuenio debitorē meū in ciuitate Romana,ibi possum ipsum conuenire:quia Romana ciuitas est cōmunis patria omnium. Septimus casus est ratione solutionis destinatę. Fallit etiā in casibus,in quibus quis nō potest cōueniri in suo foro.& litera dat tria exēpla. Primū exemplū est in scholari: nam scholaris propter larem est Bon. tamen non potest conueniri sub iudice Bono.quia scholaris habet tres iudices,sub quibus potest cōueniri,vt habemus infrà in tracta. notularū, sub rubrica,de renuntia.§.beneficium fori,quod cōpetit scholaribus.Secundum exemplum est in clerico:nam clericus est de iurisdictione Bon. tamen nō potest cōueniri sub iudice seculari. Sed hîc formatur quæstio:Ponamus,ꝙ clericus litigauit,& litigat corā iudice seculari, & nō allegauit beneficium suum,in sententia vult allegare,quæritur an possit?Quidam dicunt,quòd nō,quia imputetur ei:quia damnum, quod quis sua culpa sentit sibi imputare debet:vt Insti.de rerum diui.§. sed ex diuerso.& de fideiussoribus.§. si plures. & de societatę. §.socius. Alij dicunt, quòd si clericus vellet sponte litigare non posset. Alij distinguunt, aut apparet ipsum esse clericum,& tunc non valet sententia: aut non apparet ipsum esse clericum, & tunc valet sententia. Tertium exemplum est in milite: nam miles non potest conueniri coram iudice seculari, sed coram magistro militum: nam olim erat vnus, qui præerat militibus. Tamen hîc datur bonum con-

filium, quòd quando scholaris, clericus, vel miles, conuentus est sub non suo iudice, quòd nunquam debeat coram illo iudice affirmare, vel negare; quia incontinenti lis esset contestata, si negaret vel affirmaret: & post litis contestationem non posset iudicis audientiam declinare.

De rei citatione.

Citare enim reum, est ipsum vocare, vt veniat in ius corã iudice responsurus. Citationes huiusmodi à iudicibus ecclesiasticis fiunt per literas, à secularibus per nuntium communis. Vocari potest in ius omnis persona, cui nõ est prohibitum: Quibus autem prohibitũ sit, suprà habes in rubrica, de eis, qui non possunt iudicio interesse. Veruntamen vocatio in ius reprobatur multis modis. Aliquando ratione iudicis. Aliquando ratione actoris. Aliquando ratione causæ seu negotij. Aliquando mixta ratione. Ratione vtique iudicis, vt quia iudex esse non posit, vel quia certum sit reum non esse de foro suo. Secus si dubitatur: quia tunc debet reus comparere saltem allegaturus suum priuilegium, ne videatur iudicem contẽnere. Ratione actoris, vt quia actor non sit habilis persona ad agendum, eò quòd seruus est, vel quia sit mulier, vel miles, qui procuratorio nomine alterius vocant, cùm non possunt esse procuratores. Ratione negotij, vt quia sit de his, de quibus iudicium esse non posit, vt de Sole & Luna. Mixta ratione reprobatur vocatio, id est, consideratione omnium & simul prædictarum trium personarũ, vel duarum ex his, videlicet, si vocans, vel vocatus sit de liberis iudicis: vel quia pater est, qui vocat filium in potestate existentem, vel econuerso. Vel si vocatur illa mulier coram illo iudice, cum qua tentauit ea inuita matrimonium contrahere. Item etiam reprobatur in ius vocatio ratione tẽporis, vt quia tẽpus feriatũ sit. Itẽ ratione loci, quia vocaturquis ad inhonestum locũ. Item ratione euidentis impedimẽti, vel periculi ex parte rei vocati, vel quia sit infirmus, vel furiosus, vel quia ei sit periculosus accessus propter vim hostiũ, vel aggressum latronũ, vel inundationes aquarũ. Itẽ reprobatur vocatio in ius ratione causæ respicientis ius diuinum, aut publicam vtilitatem, vel priuatam, vel ius publicum & humanum: vt si vocatur Pontifex, dum faciat sacra, vel illi, qui eo tempore

Ponti fici

Pontifici deseruiunt, vel qui ducit funus familiare, id est, aliquem mortuum de familia sua ad sepulturã: vel illi, qui prosequuntur corpus ad ecclesiam: vel, qui facit busta mortuo: vel si vocetur ille, qui habet merum imperium in ipsum vocantem: vel si vocetur iudex, dum cognoscit de re: vel si vocetur ille, qui transuehitur equo publico, id est, præco, vel qui habeat certo loco sisti, non vocetur ad maius tribunal: vel legatus eo tempore, quo certum est eum legatum esse. Et isti non tenentur venire: Et si interlocutio fiat contra eos, retractatur. Item not. quòd reus citatus comparere debet die vel hora in citatione sibi statuta, & offerre se iudici, & stare: quia non dicitur venisse, qui non stetit. Quòd si actor non erit præsens, licentiabitur reus, & non tenetur posteà redire, nisi iterum citetur.

De citatione rei. Rubrica.

QVia istud est aliud preparatorium ad iudicium in ordine, ideo potest continuari ad superiora ista forma: De vno præparatorio ad iudicium necessario in præcedentibus est dictum, & declaratum: sed quia est aliud præparatorium ad iudicium necessarium, scilicet, reum citare, & facere citari, meritò de rei citatione hîc agamus. Innuit hæc rubri. cùm dicit, de rei citatione. Ad euidentiam huius tituli: Iste titul. quinque ponit. Et ideo, vt planè pateat eius materia, volo quærere quinque. Primò, quid sit reum citare. Secundò, qualiter, & quomodo fiat rei citatio. Tertiò, qui possunt facere citare, & qui possint citari. Quartò, qualiter fiat citationis retractatio & reuocatio. Quintò, quid sit officium rei citati. Sextò addit quomodo quis citatur, & quoties. De primo, quid est reum citare? Reum citare, est ipsum vocare, vt veniat in ius coram iudice responsurus. Exponamus diffinitionis verba. Dicit enim, citare est ipsum, scilicet, reum: nam necesse est, vt reus citetur: & ratio est, vt merita causarum partium assertione pandantur. Et est quæstio, vtrum citatio peruenire debeat ad notitiam ipsius rei citati? Quidam dicunt quòd sic, si est peremptoria. Alij dicunt quòd satis sit, si est in loco honesto, vel in camera iudicis: nisi iudex illum locum elegerit pro loco iudicij, quia tunc posset. Deinde dicit, vt veniat, scilicet, vt veniat personaliter in cau-

Citare reũ quid est.

sa criminali, vel ciuili, vt veniat per alium responsurus, quod facere potest: quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur: vt Institu. de iure naturali gen. & ciui. §. constat autem ius nostrum. Dicit, coram iudice responsurus, scilicet, compareat coram iudice, & respondeat, scilicet, de iure suo. & hęc pro rei citatione multa requirũtur, vt infrà patebit in tractatu formarum. De secundo, scilicet, qualiter, & quomodo fiat citatio? dico quòd fit duobus modis. Vno modo per nuntiũ. Alio modo per epistolam. Primo modo per nuntium, vt est in foro seculari: nam quando quis est absens, & debet citari coram iudice seculari, vel coram potestate, tunc citatur per nuntium. Secundo modo per epistolam, scilicet in foro spirituali: nam quando debet citari clericus, qui est absens corã iudice spirituali, vt quia coram episcopo, vel eius vicario, modò citatur per epistolam. De tertio, qui possunt facere citare? dico quòd omnes, qui possunt iudicio interesse in agendo: & illi possunt facere citare. Sed qui possunt citari? dico quòd omnes, qui possunt iudicio interesse in defendendo, possunt citari. A contrario sensu illi, qui non possunt iudicio interesse in defendendo, non possunt citari: quia si scimus, qui possunt citari, per consequens scimus, qui non possunt citari: nam vno contrariorum cognito, reliquum cognoscitur: vt Insti. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. in princi. & de tutelis. §. est autem tutela. Et qui sunt illi, qui possunt iudicio interesse tam in agendo quàm in defendendo, tam suo nomine quàm alieno? suprà habuimus sub rubrica, qui possunt, vel qui non possunt iudicio interesse. De quarto, scilicet, qualiter fiat citationis retractatio & reuocatio? Et dico ꝙ multis modis, secundum quod nostra litera ponit, & rubrica. Primo modo reuocatur ratione rei citati, vt quia non potest iudicio interesse. Quandoque ratione iudicis, vt quia non est competẽs iudex: & quia certum est, quòd reus nõ est de foro iudicis: sed tamen reus ire debet & allegare suum beneficiũ, ne videatur iudicem contentare, vel cõtemnere. Quãdoque ratione actoris, vt quia non sit persona habilis ad agendum: vt quia est seruus, mulier, vel miles, qui procuratorio nomine agit, & non possit esse procurator. Quandoque ratione negotij, vt quia quæstio est de Sole vel Luna, vel de alia re impossibili. Quandoque mixta ratione, vt quia simul ratione prædictarũ trium personarum, vel solum duarum ex his: vt quia sit de liberis

Qualiter fiat citatio.

Qui possunt committere citationẽ.

Citationis reuocatio qualiter fiat.

beris iudicis, vel quia pater est, qui vocat filium in patria potestate existentem vel econtrà. Vel si vocatur mulier coram illo iudice, cum qua tentauit ea inuita matrimonium contrahere. Quandoque ratione temporis, vt quia tempus est feriatum. & etiam aliis multis modis reuocatur, vt in litera patet, sed causa breuitatis omitto. De quinto, scilicet, quod sit officium rei citati? & dico quòd eius officium est, quòd quando ipse reus est citatus, quòd veniat ad iudicium, & expectet actorem, donec veniat, & donec licentiabitur: quia si veniret, & nõ expectaret, nõ diceretur venisse: quia nõ dicitur venisse, qui nõ stetit. Et nihil dicitur esse perfectũ, donec aliquid superest ad agẽdũ: vt Insti. qui. mo. testamẽta infirmãtur. §. ex eo autẽ solo. Tamen datur cõsiliũ, quãdo reus nõ vult expectare actorẽ, tunc veniat antequã iudex ab officio recedat: & si veniret reus antequã iudex recederet, & actor nõ veniret, tũc non recedat ipse reus, nisi primò licentietur à iudice, & faciat hoc scribere in actis, quomodo presentauit se, & licẽtiatus fuit. De sexto. s. quomodo quis citetur? dico ꝙ quãdoque quis citatur re & verbo, vtputà, quãdo quis citatur per nũtiũ, & capitur: quãdoque verbo tãtũ, vt putà, quãdo quis citatur solis verbis, sed nõ capitur. Quãdoque re tãtũ, vtputà, quãdo quis detinetur, & capitur. Sed fallit in duobus casibus, in quibus quis nõ potest citari re. Primus casus est, quãdo est materfa. vel mulier magnæ authoritatis. Secũdus casus est, quãdo debitor est in domo, nã ab ea inuitus extrahi nõ debet, & hoc in causa ciuili: sed secus in causa criminali, quia potest quis capi in omni loco, siue in domo, siue extra domũ. Sed quoties debet reus citari? dico ꝙ primò debet citari quis momẽto. Secũdò, appellatur mox, & cõditionalẽ citatoriũ. Tertiò, citatur quis, & appellatur citatoriũ edictũ. Quartò, citatur quis, & appellatur citatio perẽptoria: quia perimit ius agentis. Sed ponamus ꝙ iudex vult facere primã citationẽ perẽptoriã; nũquid potest? dico ꝙ sic: & potest primã, secũdã & tertiã facere perẽptoriã, & optimẽ potest. Sed quãtã dilatio datur inter vnã citationẽ & aliã? dico ꝙ dabatur olim dilatio decẽ dierũ: sed hodie habet tẽpus xxx. dierũ. Sed nũquid iudex potest terminũ augmẽtare, vel minuere ad suã voluntatẽ? dico ꝙ sic. Vnũ tamẽ scias, ꝙ prima citatio potest esse cõtinuatiua, si citatus malè respondet nũtio: tamẽ hic datur cõsiliũ, quòd quãdo tu es citatus, ꝙ tu bonum responsum habes nuntio: & ratio est; quia semper

Qualiter quis citatur.

Citari quoties quis debet.

nuntius refert responsionem domino: & ideo habeas bona verba nuntio.

De libelli oblatione.

SI reus citatus comparuit dicens se rationabiliter defendere velle, oportebit actorem libellum habere paratum, in quo cõtineatur ipsius intentio, & causa agendi: Et illo ostenso iudici, & à iudice approbato, (quia iudicis officiũ in libellis recipiendis consistit) offert eum reo; vt reus deliberet, cedat, vel cõtendat. Debet autẽ offerri libellus, postquàm citatus est reus, tamen ante litis contestationem non offeratur ei libellus, qui ad iudicium vocatur: & oblato libello, statuet iudex terminum reo ad respondendum libello. Item in casibus tamen non exigitur libellus, scilicet, quando res sunt breues, & quando viles sunt personæ: & tunc solet decidi causa per delationem iurisiurandi, vt quia deferat vna pars alteri iusiurandum. Et aliquando remittitur libellus de consensu partium. Reus tamen non tenetur coram non suo iudice libellum recipere: imò ante receptionem libelli poterit contra iudicem & actorem exceptiones suas proponere: & tam ante libelli receptionem, quàm post iudicem recusare, dummodo hoc fiat ante litis contestationem: quia post litis contestationem non potest excipere, nec recusare: nam apparet eum sponte sua iudicium subire voluisse.

De libelli oblatione. Rubrica.

ISte titulus continuatur ad superiora ista forma: De duobus præparatoriis ad iudicium necessariis in præcedentibus est dictum, & declaratum. Sed quia reo citato ad iudicium perueniento offertur libellus, & hoc per authen. offeratur ei libellus. meritò de libelli oblatione hic est agendum, & videndum. hoc clarè Rubrica nostra ostendit, cùm dicit, de libelli oblatione. Iste titulus ponit, quòd libellus debet offerri reo, vel eius procuratori, vt deliberet an velit cedere, vel contendere: & ponit, quòd in quibusdam casibus remittitur libelli oblatio: & ponit, quòd lis deciditur aliquando per iusiurandum: & ponit quando debet offerri libellus. Sed ad huius tituli euidentiam, vt eius materia plenè pateat, volo quærere,

rere sex. Primò, quid sit libellus, & quare sic appelletur, & quot nominibus nuncupetur. Secundò, cui debet offerri libellus, à quo, & quando debet offerri. Tertiò, quare datur libellus, & quanta dilatio datur ad respondendum libello. Quartò, quot sunt necessaria in libello, & dare duo exempla. Quintò, si quis formauit libellum, & processit, nunquid possit emendare, mutare, vel desistere. Sextò, videre casus, in quibus non datur libellus, & in quibus deciditur lis vel quæstio. De primo, quis est libellus? Et dico quòd libellus est paruus liber, seu modica scriptura, intentionem actoris continens, causam agendi denotans, & speciem futuræ litis demonstrans. Modò exponamus verba in diffinitione contenta. Et primò dicit, libellus est paruus liber, seu modica scriptura: nam iste libellus paruam & modicam in se continet scripturam. Dicit enim, intentionem actoris continens: nam in libello continetur tota actoris intentio, vnde plerunque dicit, reus actori: quid petis tu à me? da mihi intentionē tuam, id est, libellum. Deinde dicit, causam agendi denotās, & speciem futuræ litis demonstrans: nam per libellum demonstratur, & indicatur lis futura. Et appellatur libellus paruus liber, appellatur intentio: nam in libello continetur quid actor intendit. Appellatur petitio, nam in libello continetur quid petit actor. Quandoque ponitur pro affectu, quādoque ponitur pro actione. Sed in casu nostro accipitur pro intentione. De secundo, scilicet, quando offerri debet libellus? Et dico, quòd postquàm reus est citatus, & antèquam lis contestetur, & in isto medio interuallo datur. Dico enim, quòd postquàm reus est citatus: nam expedit primò quòd citetur reus: nam citatio debet libellū præcedere. Dicit enim, antèquam lis cōtestetur: nā lite contestata nō datur libellus. Verbi gratia, Quādo vnus affirmat, vel negat, incōtinēti sine libello etiā potest cōtestari lis super illis verbis, scilicet, quando quis affirmat, fiunt probationes. Sed à quo debet dari libellus? dico ꝙ ab actore, siue agat suo nomine, siue alieno nomine. Si agit quis suo nomine, debet ipsemet dare libellum. Si alieno nomine, vtputà, tutorio, curatorio vel procuratorio nomine: & tunc ipse debet dare, tamen verba proferendo in personam domini, & quomodo agit nomine talis. Si est minor, qui agit, ipse dare debet, si vult: potest tamen dare cū tutoris authoritate, si est pupillus. Si est adultus, debet dare

Libellus quid sit.

Libellus quādo offerri debet.

Libellus à quo debet offerri.

cum curatoris authoritate. Sed cui debet offerri libellus? dico quòd ipsi reo citato: & hoc per authen. ei offeratur, &c. Sed reus est cõuentus, ergo debet sibi offerri libellus, vel eius procuratori, vel cuicunque cõparenti pro reo citato suo nomine. Sed hic quæritur, si satis est ꝙ det libellũ notario de medio, vt reus habeat copiã? dico ꝙ nõ per authenticam ei offeratur, &c. Tamen hic datur consilium, quòd procurator semper habeat tres libellos vnius eiusdémque tenoris, scilicet, vnũ pro actore, aliũ pro notario de medio, & alterũ pro reó cõuento, vt deliberet, an velit cedere, vel cõtẽdere. De tertió, scilicet, quare datur libellus? dico ꝙ duabus de causis. Prima causa est, quia lex mãdat, vt volũtas legis pro ratione seruetur: vt Inst. qui. ex cau. ma. nõ licet. in prin. Secũda causa est, vt reus deliberet, an velit cedere, vel cõtendere. Sed quanta dilatio datur ad respondendũ libello? dico quòd datur dilatio xx. dierũ: & hoc per authenti. ei offeratur, &c. & xx. dierum gaudeat induciis. & isti dies sunt continui, non autẽ vtiles. Tamẽ iudex de iure potest illud tempus augmentare, & minuere ad suum libitum. Sed tamen de statuto & consuetudine communis Bono. datur dilatio triginta dierum. De quarto, quot sunt necessaria in forma cuiuslibet libelli, & dare duo exempla? & dico quòd sex sunt necessaria. Primò, nomen actoris determinatum & declaratum in casu nostro, siue agat suo nomine, siue alieno: nam semper concipitur libellus in personá agentis. Secundò est necesse ꝙ appareat nomẽ rei citati determinatum in casu nostro, si proponit ista verba, agit, & proponit contra & aduersus tales. Sed si proponit ista verba, petit á tali: tunc nomen rei debet poni in casu altero. Tertiò, ꝙ appáreat res, quæ petitur, si immobilis sit determinata & declarata per loca, latera, & cõfines. Si est mobilis apponere intersignia. Quartò, ꝙ appareat causa siue sit venditionis, locationis, siue conductionis, vel depositi. Quintò, ꝙ appareat, qua actione agit, siue ex empto, siue ex vẽdito, vel cõducto, vel locato, &c. Sed hodie illud de cõsuetudine nõ seruatur, quia per causam demonstratur actio: quia valde difficile esset procuratoribus videre, & explorare actionẽ actori cõpetẽtẽ. Sextò, ꝙ appareat cõclusio: licet aliqui dicãt, ꝙ non est necesse, sed addũt in libello, saluo iure addẽdi vel minuẽdi quę omnia probare intẽdit omni modo, & via, qua melius potest. Et de hoc possũt plura exhiberi exempla, sed breuitatis causa omitto: quia

Libellus cui offertur.

Libellus quare sic dicatur.

Necessaria in quolibet libello.

quia per ea, quæ dicta sunt poteris à te ponere exemplum. De quinto, si quis formauit libellum, & procesšit, & vult addere vel minuere, vel à causa desistere, emendare, vel mutare libellum nunquid posšit? dico quòd ista sunt diuersa. s. mutare, emẽdare, & desistere. Nã mutare est, vt si proponebat vnam actionem, & vult aliã proponere. Sed emendare est, vt si petebã x. modò volo petere xx. Modò dicunt quidã, quòd quia quasi noua inchoatur quæstio. Alij dicunt, quòd potest emendare vsque ad diffinitiuã sententiã. Alij dicũt, quòd si volo accumulare, & nouã actionẽ proponere, quòd possum: & tunc dãtur nouę dilationes. Si autẽ vult à causa desistere: & dico quòd tũc si vult ante litẽ contestatã desistere, quòd potest: quia nemo cogitur inuitus agere. Sed post litẽ contestatam, non potest. Sed hìc formatur quæstio: Ponamus quòd libellus est coniunctè conceptus, actor legitimè probauit de iure suo, ita quòd non est nisi facere sententiã. Quæritur, nũquid iudex debeat pronũtiare cõdemnando, vel absoluẽdo? dico quòd nõ: Sed pronuntiare iudiciũ esse nullũ. De sexto. s. videre casus in quibus nõ datur libellus, & deciditur lis. Et dicit litera, quòd fallit in tribus casibus. Primus casus est, quãdo remittitur de voluntate partium, sed iudex nõ deberet hoc permittere. Secundus casus est quando lites sunt breues de consuetudine communis Bono. à xx. soli. infrà. Tertius casus est, quando sunt viles personæ, vtputà, meretrices, lenones, & persona infamata: tũc deciditur lis per iusiurandum. Sed quomodo deciditur lis? dico quòd per iusiurandũ: quia dicit lex, maximũ remediũ est dirimendarũ litiũ iusiurandũ. Sed cui debet offerri iuramentũ? dico quòd digniori: nam digniora sunt præferenda. vt Insti. de rerum diui. §. singulorum. & quis potest esse dignior sciẽtia vel ætate? nam quis debet alios antecedere scientia vel ætate, vt in Insti. in proœmio. §. cúmque hoc Deo propitio. vel dignior est clericus, quàm laicus quo ad iuramentum: vel etiam dignior est diues quàm pauper: quia verisimile est quòd pauper pro modico deieraret propter paupertatẽ. Forma libelli: Coram vobis domino Ioanne iudice & asses. domino R. Potesta. Bono. ad banchũ Leonis. Ego Ia. filius talis, peto & ago contra & aduersus P. filium quondam talis, dicens & asserens me vendidisse sibi talem domum balchonatam positam in tali loco, qui dicitur, Vallis obscura. cuius tales dicũtur cõfines, &c. pro pretio centũ lib. Bon. dedi & tradidi

Casus in quibus libellus nõ offertur.

Libellorũ forma.

didi ex causa venditionis. Item dictam domum negat, & hucusque negauit me supradictum sibi vendidisse: quare peto à vobis, domine iudex, vt per vos & vestrum officium dictum P. supradictum debeatis condemnare, & astringere, vt dictam domum, vel pretium, mihi debeat tradere: Et hæc omnia probare intendo omni modo, & via, qua melius poterit de iure probari.

De iudicis recusatione.

Reus conuentus sub aliquo iudice, si illum habet suspectum, recusare potest eum, & alium iudicem petere sibi dari, & debet eiusdem recusationis libellum sibi in scriptis offerre: Nec opus est, vt recusationis suæ causam exprimat: & hoc, si fuerit iudex secularis: cùm non sit opus ei suspitionis suæ causam probare coram iudice seculari. Sed si fuerit iudex delegatus vel subdelegatus, necesse habet recusans exprimere causam suspicionis, vt quia iudex sit inimicus ei, vel quia sit aduersæ parti affinitate coniunctus, & huiusmodi causam debet reus probare. Vnde ad hoc statuitur ei terminus ad probandum. Ordinarius autem iudex recusari non potest. Et est sciendum, quòd causa suspicionis in iudice ecclesiastico non debet probari coram ipso iudice, ne forte prouocatus abesset, sed coram arbitris ad hoc electis. Vnde recusans debet incontinenti eligere arbitrum pro parte sua. Ipsi verò arbitri debent esse clerici, & non laici: Et est ratio, quia censura ecclesiastica non cadit in laicum. Veruntamen ipse iudex debet notificare arbitris, quòd partes conuenerunt in ipsos: & debet eis arbitris præfigere terminum certum, infra quem causam recusationis debeant terminare. Alioquin ex tunc iurisdictio in principali reuertitur ad eundem iudicem. Qui arbitri conuocatis partibus, debent eis assignare certum terminum ad probandum exceptionem recusationis, & ad ipsos arbitros omnia pertinent, quæ ad dictum articulum pertinere noscuntur: & dicuntur ipsi arbitri iuris & non compromissarij. Et hæc vera sunt de iure canonico, quanquàm iura Ciuilia in aliquibus contradicant.

De iud

De iudicis recuſatione. Rubrica.

COntinuatur iſte titulus ad ſuperiora iſta forma: De tribus præparatoriis ad iudiciū neceſſariis eſt dictū in præcedentibus, & declaratū. Sed cùm tria prima ſint expedita & declarata, reſtat videre de alio præparatorio, ſcilicet, de iudicis recuſatione. demonſtrat hoc rubrica, cùm dicit, de iudicis recuſatione. Sed ad euidentiam huius tituli: Titulus iſte diuiditur in partes duas. Primò, ponit vtrum iudex delegatus poſsit recuſari: & durat vſque ad §. ordinarius. Ibi ſecunda, in qua ponit, vtrum iudex ordinarius poſsit recuſari: & durat vſque ad finē tituli. Iterum prima pars ſubdiuiditur in partes duas. In prima parte ponit vtrum poſsit iudex delegatus ſecularis recuſari: & hæc durat vſque ad §. ſed ſi fuerit. Ibi ſecunda pars primæ partis, in qua ponit, quomodo iudex delegatus vel ſubdelegatus poſsit recuſari, & durat vſque ad ſecundam princ. partem. Ad huius tituli euidentiam volo quærere tria. Primò, qui ſunt, qui poſſunt iudicem recuſare, qui iudices poſſunt recuſari. Secundò, quando & quo tempore iudex poſsit recuſari. Tertiò, quis ſit effectus & virtus recuſationis. De primo, qui poſſunt iudices recuſare? & dico, quòd reus conuentus ſiue ſuo nomine, ſiue nomine alieno, ſicut tutor, curator, vel procurator, & ſyndicus. Sed quid de actore, nunquid poſsit recuſare? Quidam dicunt, quòd non: quia ſibi elegit iudicem. Alij dicunt quòd poteſt, quemadmodū & alij: quia periculoſum eſt ſub iudice litigare ſuſpecto. Alij diſtinguunt, aut ipſe eſt delegatus ad poſtulationem eius actoris, cui datus eſt iudex in ſpecie: modò non poteſt eius audientiam recuſare. Aut in genere, & tūc poteſt. Et qui ſunt iudices, qui poſſunt recuſari? dico quòd iudex delegatus vel ſubdelegatus, ſecundum quod litera dicit, poſſunt recuſari. Sed iudex ordinarius non poteſt recuſari, ſed ſolummodò delegatus vel ſubdelegatus, ſiue in cauſa temporali, ſiue in cauſa ſpirituali recuſari poteſt. Sed ordinarius iudex non recuſatur, quia habet iuriſdictionem ordinariam ſuper te: & ideo non poteris recuſare. Sed quid ſi grauat me? dico quòd debet expectari, donec erit lata ſententia: & tunc appellare à ſententia tanquam ab iniqua, vel recurrere ad arbitrium boni viri. De ſecundo, quando eſt facienda iudicis recuſatio? dico

Recuſare iudices qui poſſunt.

Qui iudices recuſari poſſunt.

Recuſatio iudicu.

co quòd est facienda ante litē contestatam: & antequàm lis cōtestetur, habes considerare, si ille iudex est tuus inimicus, vel alteri parti affinitate coniunctus. Sed qualiter est facienda? dico quòd est facienda in scriptis, & quandoque cum causa, quandoque sine causa. In scriptis facere, vt in formis continetur, sub Rub. de iudicis recusatione. quandoque cum causa, vt si recusatur iudicis spiritualis ordinarius delegatus vel subdelegatus: & tunc habes cum causa recusare suspicionis, propter quam tu habes eam probare: & si poteris eam probare, non poterit amplius in causa tua cognoscere. Si autem est iudex temporalis, vel secularis delegatus, vel subdelegatus, nō est causa necessaria: Et ratio est, quia prouocatus ad iram semper obest. nam tunc eliguntur arbitri compromissarij ad cognoscendum de causa suspitionis: & vtraque pars habet sibi arbitrum eligere. Hæc omnia sunt necessaria, non de cōsuetudine: nam aliud seruatur de consuetudine. Sed solum habes illud facere, quod est de consuetudine. De tertio quis est effectus & virtus recusationis? Et virtus & effectus est: quia iudicis recusatione ipse iudex non habet plus potestatem contra te, & non potest amplius cognoscere in causa tua: quia recusatione facta de iudice suspecto, potestas eius, quam supra te habebat, extinguitur, & authoritas, ac illius suspenditur iudicium, & potestas.

Effectus & virtus recusationis.

De exceptionibus.

Exceptio est actionis exclusio, propriè dicta: & hæc dicitur exceptio iuris. Vel exceptio est defensio rei contra intentionem actoris, & hoc impropriè: & talis potest dici exceptio facti, videlicet, quando actor non habet actionem, sed calumniose agebat. Quia tunc non dicitur exceptio actionis exclusio, eò quòd non excluditur actio, vbi non est. Exceptionum alia declinatoria iudicij, alia dilatoria solutionis, alia peremptoria. Exceptionem declinatoriam opponis, cùm conuenio te coram iudice non tuo: tu dicis te non esse de foro illius iudicis. Item, si conuenio te procuratorio nomine alicuius, tu opponis exceptionem declinatoriam iudicij, dicens me minorem esse xxv. an. & ideo non posse me procuratorem esse, & cum huiusmodi procuratore nullum esse iudicium, & similia: Et talis exceptio debet opponi & probari

ante

ante litem contestatam, si sciuisti eam tibi competere ab initio. Sed si ignorasti potes eam post sententiam opponere, dicendo sententiam à non competente iudice latam esse, vel nullum fuisse iudicium cum non legitimo procuratore. Dilatoriam verò exceptionem solutionis opponis, vt quando peto à te centum libras in quibus mihi diffinitiuè condemnatus es ante quatuor menses post latam sententiam: tu opponis exceptionem dilatoriam solutionis, dicens te nõ teneri, nisi post quatuor menses: quia de iure condemnatus diffinitiuè habet spatium quatuor mensium ad soluendum: Et hæc debet opponi, vel ante litem contestatam, vel in ipsa contestatione: Probari verò debet, postquàm actor suã intentionem monstrauerit. Sed peremptoriã exceptionem opponis, quãdo totũ ius in eũ perimis, vt quia petebam à te centum lib. Tu opposuisti exceptionẽ peremptoriã, dicens quòd feci tibi pactum de non petendo in perpetuum, vel quòd absolutus fueris per sententiam. Et hæc duo possunt de voluntate opponi, vel in ipsa litis contestatione, vel ante vel post litis contestationem, dummodo ante latam sententiam: Sed post latam, nullo modo, nisi fuerit appellatum: quia appellatione præcedente, extinguitur pronuntiatum. Probari verò debet post litem contestatam, sed ante sententiam. In casibus tamen potest opponi post latam sententiam, vt si sit minor xxv. annis, qui petat in hoc restitui, quòd exceptionem omisit allegare. Item exceptio, vt quis damnetur inquantum facere potest, & exceptio falsi. Et Macedoniani, & Velleiani exceptio potest opponi post latam sententiam. Debet autem probari exceptio, si opponitur affirmatiuè ab eo qui opponit eam, sicut est exceptio rei iudicatæ, vel iurisiurandi. Si autem proponitur negatiuè, vt est exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, hîc debet probare contra quem opponitur, qui dicit se pecuniam vel dotem numerasse.

De exceptionibus. Rubrica.

ISte titulus continuatur ad superiora ista forma: De duobus præparatoriis ad iudicium, & etiam de tertio, quæ fiunt ab actore in præcedentibus est dictum, & declaratum: Sed quia est aliquod præparatoriũ, quod quidẽ fit à reo, sicut exceptiones proponendo, meritò de exceptionibus hîc

est

est agendum. Innuit hoc Rubrica, cùm dicit, de exceptionibus. Ad euidentiam huius tituli, Iste titulus diuiditur in partes tres. In prima parte ponit quid sit exceptio, & incipit ibi: & durat vsque ad §. exceptionum alia dilatoria. Ibi pars secunda, in qua ponit vnam exceptionum diuisionem: & durat vsque ad §. debet autem probari. Ibi pars tertia, in qua ponit qualiter probantur exceptiones: & durat vsque ad finem tituli. Modò ad euidētiam huius tituli volo quærere quinque. Primò, quot modis accipiatur exceptio in iure, & quid sit exceptio. Secundò, de exceptione declinatoria iudicij. Tertiò, de exceptione dilatoria solutionis. Quartò, de exceptione peremptoria oppositionis. Quintò, quis habet probare exceptionem. De primo, quot modis accipitur exceptio in iure. Dico quòd duobus modis, scilicet, strictè & largè: largè, quando nulla excluditur actio: strictè, quando per eam excluditur aliqua actio, & tunc sic diffinitur: Exceptio est actionis exclusio. Nam exceptio vicem obtinet actionis: vt in Institu. de exceptionibus. in quadam glossa. in principio enim habemus exempla in Insti. eo. tit. in princi. vt si aliquis promisit tibi per stipulationem metu aliquid, ex illa stipulatione acquiritur actio, & est obligatus, & tenetur: tamen ille, qui promisit, scilicet, reus habet exceptionem quod metus causa: & sic per exceptionem excluditur actio. Datur aliud exemplum in eo, qui promisit aliquid per dolum alicui, valet promissio, & tenetur: sed habet exceptionem doli. Datur aliud exemplum in mutuo, vt quia quidam fuit cōfessus habuisse centum ex causa mutui, vel dotis, vel alia causa. sub spe futuræ numerationis: tamē de rei veritate nō habuit, sed tamē est obligatus, & tenetur. Sed habet exceptionē nō numeratæ pecuniæ. Largè accipitur, quādo ponitur pro omni defensione iuris, & tūc sic diffinitur: Exceptio est rei defensio cōtra intētionē principalis actoris. Verbi gratia. Ego fui cōfessus habuisse à te centū, & de rei veritate nō habui. Sed tu petis à me illa cētū de facto, & ego me de facto defendo, ꝙ nūquā mutuasti, & nihil debeo tibi, & oppono exceptionem nō numeratę pecunię, vel si verè mutuasti, & ego tibi solui: vel fecisti mihi pactū de vlterius nō petēdo: posteà tu petis à me debitū, modò ego defendo per pactū de nō petēdo mihi à te factū, vel per solutionē à me tibi factā. Hic formatur quæstio. Quæritur si in instrumento apponitur, Talis promisit mihi centū sine aliqua exceptione

Exceptio quot modis sumitur in iure.

juris

iuris vel facti, quid operētur ista verba? Quidam dicunt quòd nihil operantur: quia generalis renuntiatio, & generalis promissio non valet. Alij dicunt, & melius, quòd pro parte valet, & pro parte non valet. Pro parte valet, intantum quòd si vult exceptionem opponere, scilicet, facti, non potest propter illa verba: & pro parte intantum non valet, quòd si vult exceptionem iuris opponere, non obstantibus illis verbis potest, sed tamen incidit in pœnam, si pœna est apposita: quia pœna in pacto inutili præstat robur: vt in Institu. de inuti. stipul. §. si quis alium daturũ facturúmue. De secundo prin. scilicet, de exceptione declinatoria iudicij. Et circa idem volo quærere duo. Primò, quæ sit exceptio declinatoria iudicij definiēdo, & quare sic appelletur. Secundò, quando est proponenda, & qualiter, & quomodo est proponenda. De primo, quæ est exceptio declinatoria iudicij? Dico quòd exceptio declinatoria iudicij est illa, per quã recusatur iudicis audientia. Nam quãdocunque quis habet litem & quæstionem corã iudice suspecto, eum habet recusare: & ista excusatio dicitur declinatoria iudicij, & eadem exceptione introducta & probata, iudicis foro cedit. Et si quis agit in eum, petit corã suo iudice cōpetente remitti eadem actione, probata exceptione, quæ cōtingit ratione personæ iudicis, & etiã in laico cōuento sub iudice spirituali: modò potest eius audientiam declinare, & nedum ratione personæ iudicis, sed etiam ratione personæ rei. Et appellatur declinatoria iudicij: quia declinatur iudiciũ, vel ratione personæ iudicis, vel rei. De secundo, quãdo est opponēda ista exceptio declinatoria? Et dico quòd ante litem contestatam factã sponte: hoc est verum, si sciebat ipsam competere sibi. Sed quomodo debet eam opponere? Quidam dicunt, ꝙ debet eam opponere oretenus. Alij dicũt, & melius, quòd eam debet opponere in scriptis: & ratio est, vt semper appareat quomodo fuit opposita. Sed quando est proponenda? dico quòd ante litem contestatam. De tertio prin. membro, scilicet, de exceptione dilatoria solutionis, & circa idem quærã duo. Primò, quæ sit exceptio dilatoria solutionis, & quare sic appelletur. Secundò, qualiter, & quomodo est opponenda: & quare est opponenda. De primo, quæ est exceptio dilatoria solutionis? Et exceptio dilatoria solutionis est illa, quæ non semper agentibus ad certum tempus nocumentum prestat: vt in Insti. de excep. §. appellantur autē exceptiones. Et esse potest dilatoria duobus modis;

Exceptio declinatoria iudicij.

Exceptio declinatoria quando est opponenda.

Exceptio dilatoria quæ est.

vno modo virtute pacti, vt si promisi tibi centũ hinc ad vnum annum, tu agis contra me elapso vno mense: modò opponam ego exceptionem dilatoriam solutionis, non ꝙ ego vellem ius tuum acquirere, sed quòd dilatetur terminus, & dilatetur solutio vsque ad terminum. Secundo modo potest esse dilatoria virtute legis, quando quis in personali actione condemnatus est, videlicet, vt soluat alicui centum: & iudex non opposuerit tẽpus, intra quod solutio fieri debeat, habet quatuor mẽses ad soluẽdum: si agitur contra eum ante terminũ, modò dilatetur terminus, & solutio vsque ad terminũ. Et appellatur dilatoria, quia dilatatur tẽpus. De secundo, scilicet, quando sit opponenda? Dico quòd ante litẽ cõtestatã, vel in ipsa lite contestata, non autẽ lite cõtestata: quia aliàs non posset opponere. Sed quomodo est opponẽda? Dico ꝙ potest opponi oretenus, & in scriptis: sed melius est eã opponere in scriptis, vt semper appareat, quomodo in scriptis fuit opposita. Sed quãdo est opponenda? dico quòd ante latã sententiã. Et hîc formatur quæstio. Ponamus quòd creditor petit debitũ à debitore ante tempus, iste debitor opponit exceptionẽ dilatoriã solutionis, quęritur quid iuris, & nũquid patiatur creditor aliquã pœnã? Dico quòd olim cadebat à iure suo, sed hodie duplicãtur induciæ: vt in Insti. de excep. §. appellantur autẽ exceptiones. hodie etiã tenentur reficere expẽsas à debitore in iudicio factas: nã si habet vnũ annum, modò habet duos: quia ille, qui petit ante tẽpus, petit plus; vt in insti. de exce. eo. §. Sed quid de exceptione nõ numeratæ pecuniæ, nunquid est dilatoria vel tẽporalis? Quidã dicunt, quòd est dilatoria. Alij dicũt, quòd est tẽporalis: quia cõpetit infra duos annos. Sed tamen dicendũ est, quòd est anomala: quia nõ seruat regulam aliarũ: vt in Insti. de excep, in quadam gl. super §. appellantur autẽ exceptiones. De quarto principali mẽbro, scilicet, de exceptione perẽptoria, & circa idẽ quæram duo. Primò, quæ sit exceptio perẽptoria, & quare sic appellatur. Secundò, qualiter, & quomodo sit opponenda, & qualiter est probanda. De primo, quæ est exceptio perẽptoria? & dico, quòd est illa, quæ semper agẽtibus obstat, & omni tẽpore nocumentũ præstat: vt in Instit. de excep. §. appellantur autẽ exceptiones. verba satis patẽt, ideo nõ expono. Et datur exemplum in exceptione doli, quia omnimodo perimit ius agentis: & sic nomẽ est cõsequens rei, vt esse debet, vt Insti. de donat. §. est & aliud. & de tute. §. est autẽ tutela ius. De secundo,

Exceptio dilatoria quãdo sit opponẽda.

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ cuius naturæ sit.

Exceptio peremptoria quæ est.

Quãdo est opponẽda.

secundo, scilicet, quãdo est opponenda? Et dico quòd est opponenda ante litẽ cõtestatã: nam post lit. cõte. non posset eã opponere. Sed quomodo est opponẽda? dico quòd secundũ quosdã est opponenda oretenus. Alij dicunt, & melius, quòd est opponenda in scriptis: & est cõsiliũ, quòd semper opponatur in scriptis, vt bene appareat, qũo modo fuit opposita. Sed quando est probanda? dico ꝙ antequã sit cõclusum in causa: quia posteà non posset probare. Sed fallit in casibus, in quibus potest opponi post latam sententiã. Primus casus est in minore, qui petit restitutionẽ: nam etiã post latam sententiam potest dicere, & probare post latam sententiã se esse minorẽ. Secundus est in filiofamiliâs, quando vult opponere Macedonianũ post latam sententiã, & potest: & est etiam audiendus. Tertius casus est in muliere, quæ vult opponere Velleianum sibi cõpetere. Quartus casus est in falso procuratore, scilicet, quando tu habuisti falsum procuratorẽ, & vis opponere, quomodo habuisti falsum procuratorẽ. Quintus casus est, quando quis vult dicere iudicium fore nullum propter aliquã causam. Et isti casus notantur in Institu. de exceptionibus. §. appellantur autem exceptiones. in quadam gl. super illo §. signata. De quinto & vltimo principali membro, scilicet, quis habet probare exceptionẽ? & dico quòd in exceptione reus efficitur actor. Nã semper reus debet probare exceptionẽ: hoc est verũ, si affirmaret: sed si negaret, tunc actor debet probare exceptionem. Ratio est, quia negantis factum per rerum naturam nulla est probatio.

Casus, in quibus exceptio peremptoria potest opponi post latam sententiam.

Quis probat exceptionem.

De interrogationibus ante litem contestatam fiendis.

INterrogationes quædam fiunt ante litem contestatam ad ipsam litem ordinandam: quia nõ haberet actor viam agendi contra reum, nisi responsione facta ad interrogationem illam, quæ ordinat causam: si causa est de illis, in quibus ipsæ interrogationes faciendæ sunt. Quæ quidem interrogationes, licet à quibusdam ponantur decem, à peritioribus tamen ponũtur duodecim. Prima est, si agit quis cõtra aliquẽ vt heredẽ: Interrogetur, an sit hæres, respõdeat sum hæres. Fit secunda, an sit hæres insolidũ, vel pro parte, vel pro quota parte. Si respondeat se esse hæredem insolidum, vel pro cer-

ta parte. Sit tertia, scilicet, qualiter sit hæres; ex testamento, vel ab intestato, & an per se, vel alium. Item fit quarta interrogatio, cùm agitur noxali actione pro damno dato seruo: quia interrogatur Reus, an possideat seruum noxiũ. Item fit quinta, cùm petitur cautio dãni infecti: interrogatur reus, an possideat opes, ex quibus metuitur damnum: Et si respondeat, quòd possidet, sed non totas, fit cõtinuò sexta, scilicet, pro qua parte possideat eas. Item fit septima, cùm agitur de damno dato à quadrupede: quia interrogatur reus, an quadrupes sua sit. Item fit octaua, cùm agitur de peculio ex contractu filij vel serui: quia interrogatur pater vel dominus, si apud se habet peculium filij vel serui. Item fit nona, cùm dubitatur, an aliquis in iudicio conuentus sit minor: quia interrogatur de sua ætate. Item fit decima, quando agitur de reali actione, vt quia petatur ab aliquo res aliqua: vnde interrogatur, si possideat rem: Et si respondeat, quòd possidet, sed non totam. Fit vndecima, scilicet, pro qua parte possidet. Itẽ generaliter fit duodecima, vbicunque æquitas mouerit iudicem.

De interrogationibus ante litem contestatam fiendis. Rubrica.

Continuatur iste titulus ad superiora ista forma. De quibusdam præparatoris faciẽdis ante litem contestatã in præcedentibus est dictum, & declaratum: Sed quia est aliud præparatorium, quod fit ante litem cõtestatam, sicut sunt interrogationes, meritò de interrogationibus, quæ fiunt ante litem contestatam est hîc agẽdũm, & videndum. Hoc Rubri. clarè ponit, cùm dicit interrogationibus, quæ fiunt ante litẽ cõtestatam. Ad euidentiã huius tituli volo quærere duo. Primò, quæ differentia sit inter istum titulum, & illum positum sub rubri. de interrogationibus & responsionibus, quæ fiunt post litem contestatam. Secundò, videre de vnaquaque interrogatione per se, & quis sit effectus eius. De primo, in quo differt iste titulus à titulo subsequenti? Dico quòd differt in multis. Primò, quia istæ interrogationes fiunt ante litem contestatam, sed illæ fiunt post litem contestatam. Secundò differunt: quia istæ interrogationes, quæ fiunt ante litem contestatam, sunt ad litem ordinandam: sed illæ sunt ad litem decidendam. Tertiò differunt; quia illæ, quæ fiunt ante litem contestatam

testatam; sunt præparatoriæ: sed illæ, quæ fiunt post litẽ contestatã possunt fieri exvtraq; parte. Quartò differũt: quia in istis interrogationibus, quæ fiunt ante lit. contestatam, respondetur affirmatiuè vel negatiuè: sed in illis, quæ fiunt post litem contesta. respondetur de credulitate. De secundo, scilicet, de vnaquaque interrogatione per se, quæ fit ante litis contestationem, & ista est prima, scilicet, Quæritur an sit hæres vel non: Secunda, si est hæres, aut ex testamento, vel ab intestato: & si hoc non quæreretur, & actor probaret, nihil ei prodesset ista probatio: quia posset dicere, ego reus non sum hæres: & iste reus diceret iudici, Domine iudex, ego peto duo: primò, quòd absoluatis me, & quòd mihi reficiat expensas. Et effectus istius interrogationis est: quia quando iste petit, an iste sit hæres vel non: aut dicit se heredem, modò procedatur contra eum: & si probabis, iure tuo condemnandus erit: Si dicit se esse hæredem, & falsum est, modò iterum condemnatur, & reficiat expensas. Si dicit se non esse hæredem, & verum est, modò habes desistere à causa: Si dicit se non esse hæredem, & falsum dicit, modò iuratur cõtra eum in litem, & iuratus condemnatur: & ista interrogatio nõ sufficit. Sed fit alia, scilicet, si est hæres in totum vel pro parte: pro qua parte, aut pro tertia, aut pro quarta: & contra eum agat pro illa parte, pro qua ipse est hæres. Fiunt & aliæ interrogationes, quas breuitatis causa omitto: quia satis bene sunt in litera ista omnia. *Effectus interrogationum.*

De satisdationibus, quæ in iudiciis à quocunque præstantur.

IN iudiciis fiunt satisdationes, seu cautiones, & defensiones. Sed quid sit quodlibet ipsorum, videndum est: Deinde quibus, & quando satisdationes & defensiones præstantur. Satisdare, siue cauere, est securitatem per fideiussores prestare. Defendere verò est vicem domini subire, vel id facere, quod dominus in lite faceret. *Satisdare & defendere.* Fiunt equidem satisdationes in iudiciis ciuilibus ab actore & reo, & à procuratore vtriusque, & ab illo, qui defensioni alterius se offert. Actor secundum iura satisdare debet, quòd infra duos menses contestabitur litem, vel omne damnum restituet in duplum, & quòd vsque ad finem litis permaneat, & de quibusdam aliis. Sed quia hoc in desuetudinem venit, nec seruantur iura, quæ dicunt,

quòd actor oneretur triplici cautione. Idcircò de actoris satisdatione omittitur. Reus autem, si nō possidet immobilia satisdare, debet solùm de iudicio sisti, hoc est, quòd vsque ad terminum litis permaneat. Iudicatum verò satisdare nō debet: quia nemo suo nomine conuentus satisdat de iudicato soluendo de iure. Veruntamen si fideiussorem dare non potest, affirmet hoc per corporale iuramentum, & remittitur satisdatio. Procurator verò actoris debet satisdare de rato, hoc est, ratam rem dominum habiturum: & hoc verum est, si dubitatur, an sit procurator vel non. Sed si certū est eum procuratorem esse, vt quia hoc confitetur reus, vel quia de hoc faciat ipse procurator fidem per instrumentum, vel per testes, vel quia sit constitutus apud acta, non satisdat de rato. Si verò certum est eum non esse procuratorem, nec habere mandatum, repellitur, etiam si velit satisdare nisi sit coniuncta persona: quæ quidē admittitur cum satisdatione. Item procurator actoris debet satisdare quòd defendet dominum, si reus ipsum reconuenire voluerit. Sed procurator rei, siue dubitetur, siue certū sit de mandato, debet satisdare iudicatū solui: Quæ satisdatio debet continere tres clausulas, hoc est, de iudicato soluendo, & de defendendo dominū, & de dolo malo non cōmittendo in defensione. Sed exponitur hæc satisdatio ab ipso domino: quia ipse debet fideiubere cū hypotheca suorum bonorum pro ipso procuratore: & hoc si dominus præsens est in hortis, vel in vrbe, vel cōtinētib⁹ ędificiis. Sed si procurator defendat dominū absentē, fiet satisdatio ab ipso procuratore, etiam si sit locupletissimus. Satisdare autem ratam rem dominum habiturū nō tenetur procurator rei. Item quicunque defensioni alterius se offert, debet satisdare iudicatū solui ex omnibus clausulis: quia nemo idoneus defensor est, nisi satisdet. Item cōtingit aliquādo contra reum contumacē ferri sentētiam interlocutoriam, & actorē mitti in possessionem bonorū rei. Veniēs autē reus infra annū ad defensionem sententiæ, siue tenutæ, nō auditur de consuetudine Bononiæ, nisi reficiat expensas libelli, sentētiæ, & tenutæ, quas taxabit iudex, nisi satisdet de lite suscipienda, hoc est, quòd litē recipiat, & in ea perseuerāter stabit vsque ad finē. Et etiā de præsentatione fructuum secundū formā cōmunis Bono. statuti, hoc est, quòd pręstabit actori, qui fuit missus in possessionem illius fundi fructus, qui sunt percepti pro ea parte temporis,

qua

qua fuit in possessione:& quia missus in possessionem ex interlocutoria lucrifacit fructus ex forma statuti cõmunis Bonõ.licet non de iure.Itẽ quãdo fit sequestratio de re mobili, de qua est controuersia,quæ res est apud personã suspectã,ne cum ea fugiat:& veniat illa persona,petẽs rem dissequestrari,debet primò satisdare de re saluãda & custodiẽda vsque ad cognitã rationẽ:& de ea restituẽda,& cõsignãda cui,& quãdo, mãdauerit iudex. De sequestrationibus autẽ hîc non ponitur: quia infrà in rubrica de præcepto facto debitori cõfesso,dicetur qualiter sequestratio fiat. Itẽ si haberes ædificium iuxta domum meam:quod ædificium domui meæ minetur ruinã, debes mihi cauere de damno infecto,hoc est,de satisfaciẽdo mihi de omni damno,quod incurrerẽ ex ruina ædificij tui. Item si nuntiaui tibi nouum opus,quia te credebam ædificare super solo meo,non audes in opere procedere,nisi satisdatione præstita de opere demoliendo,hoc est,quòd amouebis quicquid ædificatum fuerit,vel apparuerit super solo meo. Prædictæ autem satisdationes fiunt in iudicio,siue coram iudicibus,sub eorum officio & authoritate. Et nota, quòd satisdationes iudiciales,vel prætoriæ,non desiderãt aurum vel argentum:non enim in ipsis apponitur pœna,quia authoritate iudiciis confirmantur.

De satisdationibus,quæ in iudicijs à quocunque præstantur.

ISte titulus continuatur ad superiora ista forma:De quibusdã præparatoriis,quæ fiunt ante litẽ contestatã,in præcedentibus est dictũ & declaratũ.Sed quia est aliud prẹparatoriũ,quod fit ante litẽ cõtestatã,sicut est satisdare,meritò de satisdationibus hîc est videndũ. Hoc innuit rubrica,cũ dicit, de satisdationibus, quæ in iudicio præstantur. Iste titulus diuiditur principaliter in partes tres. Nã in prima parte ponit quid sit defendere,quid cauere,quid satisdare,quid subire:& hæc durat vsque ad §.actor secũdũ iura. Ibi pars secũda, in qua ponit de satisdationibus,quæ præstantur ab actore:& durat vsque ad §.item aliquando contingit. Ibi pars tertia,in qua ponit de satisda.extra ordinem: & durat vsque ad finem tituli. Ad euidẽtiam primæ partis volo quærere vnũ,scilicet, quid sit defendere,quid cauere,quid satisdare,& quid subire, *Diuisio præsentis tituli.* *Cauere quid sit.*

Et dico quòd cauere, est securitatem per fideiussorem præstare. Nam ille, qui petit satisdationem de rato, petit quòd ipse det sibi bonos & ratos, & idoneos fideiussores. Sed ponamus quòd non vult dare bonos fideiussores, sed idonea pignora, nunquid auditur? Quidam dicunt, quòd non: quia qui petit satisdationem, petit fideiussores, non autem pignora. Alij dicunt quòd potest: quia ista duo sunt idem, scilicet, fideiuss. dare, & pignora: & plus est pignora dare: quia tutius est pignori incumbere, quàm in personam agere: vt Institu. de obliga. §. is qui in potestate parentum vel dominorum. Sed quid est cauere? certè est securitatem solis verbis præstare: nam illi, qui promittunt cauere, promittunt solùm eum facere securum nudis verbis, & non tenentur fideiuss. dare. Fallit tamen in casibus, in quibus cautio ponitur pro satisdatione. Primus casus est in eo, qui promittit de damno infecto: nã vbicunque Prætor inducit aliquam cautionem, illa cautio ponitur pro satisdatione. Sed quid est defendere? dico quòd defendere est vicem domini subire, vel idem facere, quod dominus in lite faceret: & intantum faciat id, quod faciat dominus: nam si est condemnatus dominus, debet defensor condemnationẽ. Vnũ tamen scias, quòd ipse defensor non est deterioris cõditionis, quã dominus: nã si dominus habet aliquod priuilegiũ, & etiã ipse defensor. Datur exemplũ in marito: nã maritus non tenetur vxori, nisi inquantũ facere potest, & ita defensor: nam si defensor mariti est condemnatus, cauetur solùm intantum, inquantum facere potest, & non vltrà. Actor secundum iura, &c. Ista est secunda pars, in qua ponit à quibus præstantur satisdationes. Et ad euidentiam huius secundæ partis volo quærere quinque. Primò de satisdationibus, quæ præstantur ab actore. Secundò de satisdationibus, quæ præstantur à reo. Tertiò, de satisda. quæ præstantur ab actore actoris. Quartò de satisd. præstitis à procuratore rei. Quintò, de satisdationibus præstitis extra ordinẽ. De primo, scilicet, de satisd. præstitis ab actore: & circa idẽ quęrã, vtrũ actor debeat satisdare? nã dicit reus: O actor, ego volo quòd tu satisdes de duobus. Primò quòd tu litem contesteris infra duos mẽses, & si hoc non feceris, dabis mihi dãnũ & interesse, quod ego essem passus, in duplum. Secundò, quòd mihi præstabis decimã partẽ litis, si appareret te iniustè agere contra me. Dicit actor, ego nolo: quęro nunc, vtrum cogatur? Dicit litera, & bene quòd sic, secun

Casus, in quibus cautio ponitur pro satisdatione.

An actor debeat satisdare.

cundum iura:nam actor secundum iura satisdat,&c.Sed ponamus,quòd reus habet damnũ vltra dimidiam partẽ litis,& iste reus vult agere ad supplementũ,nũquid potest?dico ꝙ sic. Nam ista decima pars litis datur solũ vt actor non molestet reum iniusté.Sed nunquid est ita hodie,quòd actor teneatur satisdare?dico quòd hodie de consuetudine non oneratur,ex quo vadit suo nomine.De secundo,scilicet,de satisda.præstitis à reo:& circa idem quæro,an reus debeat satisdare. Vnde casus est:Quidam agit cõtra aliquẽ,vt debeat soluere centũ, vel agit rei vendicatione:dicit actor reo,ego volo, quòd tu satisdes de iudicato soluẽdo,nunquid tenetur?dico quòd nõ: quia nemo conuentus suo nomine satisdat iudicatum solui, id est,quòd si erit cõdemnatus soluet,siue possideat mobilia, siue immobilia.Sed nunquid reus debet satisdare de iudicio sisti,hoc est,quòd stabit in iudicio vsque ad diffinitiuam sententiam?litera nostra distinguit,& bene:quia aut reus cõuentus possidet mobilia,aut immobilia.Si mobilia,& tunc debet satisdare.Si immobilia,& non tenetur satisdare de iudicio sisti. Et si non potest fideiuss.habere,sed iuret quòd stabit secum in lite vsque ad diffinitiuam sententiam, cautionem seu satisdationem iuratoriam præstando. Sed quædam glo. posita Institu.de satisda.videtur sentire contrarium,dicens, quòd si reus conuentus possidet immobilia,non debet satisdare de iudicio sisti:sed debet iurare,vbi non possidet immobilia:sed si solùm mobilia possidet,omnino debet satisdare. Possumus dicere quòd illa glossa loquitur de iure. Sed illud, quod dicit summa nostra,fortè est de consuetudine. Hìc formantur duæ quæstiones,quarum prima talis est: Ponamus quòd reus conuentus possidet immobilia,sed non sufficientia,nunquid debet satisdare?dico quòd sic: quia vsque ad illam quantitatem,quæ est de re,de qua est quæstio, debet satisdare:quia quod iuris est in toto quo ad totum,idem iuris est in parte quo ad partem:vt instit.de fideicom.§.nihil autẽ. Secunda quæstio est:Quidam habet bona immobilia,sed nõ habet in territorio illo ad sufficientiam, quæritur nunquid debeat satisdare? Quidam dicunt,quòd excusatur à satisdatione:quia possidet immobilia.Alij dicunt quòd debet satisdare:ratio est,quia solũ satisdat quomodo est in iurisdictione actoris,& stabit. De tertio.s.de satisdationibus præstitis à procuratore actoris:& circa illud volo quærere,vtrũ procu.acto-

Reus an debeat satisdare.

ris, id est. illius, qui agit, debeat satisdare? & dico quòd quandoque habet præstare vnam cautionem, quandoque duas. Primò habet satisdare de reconueniendo, hoc est, quòd stabit in iudicio, & defendet dominum in causa reconuentionis: & tenetur, velit nolit. & iste est casus, in quo quis nõ liberatur interesse præstando, & tenetur factũ facere. Et hoc est verum, vbi reus nõ vellet incontinenti agere: sed si reus vellet incontinenti agere, tunc tenetur, si reus vult: & aliàs si reus nollet, non tenetur. Sed nunquid procurator actoris tenetur satisdare de rato? distingue: quia aut constat eum esse procuratoré: & tũc in isto casu debet satisdare de rato, velit nolit, nisi esset releuatus ab onere satisdationis. Si auté non constat eum esse procuratorem, modò nõ potest satisdare de rato, etiam si vellet: quia nemo potest alterius actionẽ intentare, vel experiri sine mandato: nisi sit negotiorum gestor, vel nisi sit de coniunctis: vt insti. de satisda. §. sinautem per procuratoré. & hoc est verum, nisi reus vellet eum repellere. Sed si reus litigaret cum eo sponte, bene potest, & valeret quod faceret. Si autem dubitatur, & tunc auditur, & debet, & potest satisdare de rato: tamẽ si procurator rei esset cautus, posset repellere à iudicio, nisi ostéderet mãdatũ. De quarto principali. s. de satisda. præstitis à procuratore rei. Et circa illud volo quærere, vtrũ procurator rei debeat satisdare? dicit litera quòd siue constet de mandato, siue non, debet satisdare de iudicato soluendo pro omnibus suis clausulis. Et ista satisdatio habet tres clausulas. Prima, quòd defendet dominũ. Secũda, quòd nõ cõmittit dolum. Tertia, quòd soluet iudicatũ, si erit condẽnatus. Fallit in casu, in quo nõ tenetur satisdare. s. quãdo est releuatus ab onere satisdationis à domino: & lata sententia debet mãdari executioni, nisi esset appellatũ. Debet etiã satisdare, ꝙ dominus veniet in iudicio tẽpore diffinitiuę sentẽtiæ: vel soluet cõdẽnationẽ, si nõ veniret: hoc est verũ, nisi esset releuatus ab onere satisdationis. Modò hîc est videndũ de ista releuatione: nã si releuatus est ab ista satisdatione, non tenetur satisdare: quia in procuratorio satisdedit. hoc est verũ, quãdo procurator est præsens. Sed quid si est absens? Quidã dicunt quòd non: quia procurator nõ potest promittere propter absentiã de iudicato soluẽdo. Alij dicũt ꝙ sic potest satisdare: quia dominus est fideiussor, & promittit no. per procu. Sed nũquid procu. rei debet satisdare? dico ꝙ nõ, & etiã nõ cogitur. Et hoc est verũ in perso

Satisdatio, quæ præstatur à procur. actoris.

Satisdatio præstãda à procur. rei.

Ar

personali actione, sed in reali actione tenetur satisdare de rato. De quinto & vltimo, scilicet, de satisdationibus præstitis extra ordinem. Et circa illud quæro, vtrum defensor teneatur satisdare de iudicato soluendo? Dico quòd sic de iudicato soluendo, quòd in omnibus suis clausulis tenetur, & etiã tenetur satisdare de rato, quando conuenitur in reali actione. Item contingit aliquando. Hic incipit tertia pars, & vltima huius tit. in qua ponit de quibusdam satisda. præstitis extra ordinem. Exempla sunt in litera: & ideo si hoc scire affectas, ad literam recurras. *Satisdatiões, quæ præstãtur extra ordinem.*

De litis contestatione.

DIcto de his, quæ litis contestationem præcedere solent, nunc de ipsa litis contestatione, per quam iudicium capit effectum, seu exordium dicendum est. Est autem litis cõtestatio negotij principalis hincinde apud iudicem facta narratio. Quam narrationem libellus debet præcedere, nisi fortè de consensu partium remittatur. Fit autem litis contestatio coram iudice per narrationem actoris, & contradictoriam responsionem rei: vt quia neget, vel peremptoriam exceptionem opponat animo contestandi litem, id est, ea mente, vt in causa procedat, vel resistat. Quibus verò verbis litis contestatio fieri habeat ex parte actoris & rei, infrà in exemplificationibus subiungetur.

De litis contestatione. Rubrica.

COntinuatur iste titulus ad præcedentia ista forma: De istis, quæ litem præcedunt in præcedẽtibus est dictum, & declaratum: Sed quia aliquando ante litem contestatam non dicitur quis agere, sed agere velle, meritò de ipsius lit. contestat. loco præsenti est agendum & videndum. hoc clarè ponit rub. cùm dicit, de lit. contest. De materia huius tituli volo quærere quatuor. Primò, quæ sit lit. contesta. & quare sic appellatur. Secundò, inter quos, & à quibus, & coram quo fiat litis contestatio. Tertiò, quando qualiter, & quomodo fiat lit conte. Quartò, quis sit effectus & virtus eius. De primo, scilicet, quæ sit lit. contestatio? Et dico ꝙ lit. contest. est negotij principalis hincinde apud suum iudicem facta narratio. Singula *Litis contestatio quid sit.*

gula verba in diffinitione contenta egent expositione. Dicit enim, litis contestatio est negotij principalis: per hoc nota, quòd super negotio principali fit litis contestatio, non autē super quæstione emergenti: vt si peto à te librū, vel aliā rem: ego veniens ad iudiciū, tu dixisti, quòd nō poterā iudicio interesse, quia sum minor. nā primò fit quęstio de minori ętate, & ista est quæstio emergens, & super ista quæstione non contestatur lis. Dicit, hincinde, id est, cum parte mea, & cū parte tua. i. ex omni parte. Nam ad hoc vt lis contestetur, expedit ꝙ ambæ partes sint præsentes. Dicit, apud suū iudicē: nā expedit quòd ipse reus sit de iurisdictione sua. Vnde aliqui dicūt, quòd istud verbū, suū, non debet apponi in diffinitione: quia etiā si forensis vult litē contestari apud nō suū iudicē, potest. Alij dicunt & melius, ꝙ bene debet esse: quia per litis contestationē efficitur suus iudex. Dicit, facta narratio. s. affirmatio, vel negatio. Et appellatur litis contestatio. i. litis ordinatio: & sic nomen est consequēs rei, vt esse debet: vt in Insti. de do. §. est & aliud. De secundo. s. inter quos, & à quibus, & corā quo fiat lit. contestatio? Et dico ꝙ lit. cōtest. fit inter eos, qui possunt iudicio interesse, suo, vel alieno nomine, & inter illos potest lis ordinari: vnde tutor tenetur, syndicus, procurator, & negotiorū gestor: & isti sunt, qui possunt litē ordinare. Sed filiusfa. minor, furiosus, mentecaptus, prodigus, & seruus: & isti nō possunt iudicio interesse, nec per cōsequēs litē cōtestari. Sed corā quo cōtestatur lis? dico ꝙ corā iudice ordinario, delegato, vel subdelegato, qui habet in causa cognoscere. Et ex hoc reprehenduntur quidā, qui litē cōtestantur corā notario iudice absente, & malè faciūt. De tertio. s. quādo, & qualiter, & quomodo fiat lit. conte? Et dico ꝙ fit quando reus est citatus, & venit ad iudiciū, postquàm datus est ei libellus: vbi negaret ante libelli oblationē, scilicet, quādo reus negat, modò non datur libellus propter negationē: quia incōtinenti, cū negat, lis est cōtestata, nisi negaret protestando, quia diceret reus: domine iudex, ego hoc negotiū dicā vobis, nō tanquā iudici, sed tanquā amico: vel, dico quòd nō est verū, sed nō dico vobis animo contestādi litē. Sed vbi, & in quo loco fit litis contestatio? dico quòd fit in loco iudicij & non in alio. Si in alio loco vellet iudex litē cōtestari nō posset, nisi iudex eligeret illū locū pro loco iudicij: & ista electio debet in actis apparere. Sed quibus verbis? Dico quòd per affirmationē & negation

Litis cōtestatio inter quos, & coram quo fit.

Litis cōtestatio quādo, et qualiter fiat.

Litis cōtestatio vbi fit.

negationē.s.quādo actor affirmat,& reus negat,modò lis cōtestatur:modò dicit actor, ego affirmo cōtēta in petitione,& peto petita prout petūtur,& narrata,prout narrātur,esse vera. Reus dicit,ego nego petita prout petuntur, & narrata prout narrantur fieri non debere, vel non esse vera. De quarto.s. quis sit effectus & virtus litis cōtestationis? Et effectus & virtus est,quia ante lit.contest.nō dicitur quis agere, sed agere velle. Sed lite contestata dicitur agere. Etiā effectus est, quia ante lit.contest.res nō dicitur esse deducta in iudicium. Sed ponamus quòd quidam promisit mihi non mouere quæstionem sub pœna centum,posteà mouit quęstionem,& dedit libellū,nunquid committitur pœna? dico quòd nō ante lit.cōtest. Sed incontinenti lit.cōte.cōmissa est pœna. Etiā effectus est,quia ante lit.cōtest.dilationes nō dantur, sed solùm post: Et etiā post lit.contest.fiunt probationes,& ante nō,nisi quis opponeret exceptionē aliquā: modò primò fieret quæstio super illa exceptione:Etiam effectus est,quia facit quem esse in mora, intantū quòd res venit æstimanda vnà cum fructibus. Etiam effectus est,quia lite contestata fertur sententia diffinitiua à iudice:quia de qua re cognouit iudex,de eadē quoq; pronuntiare cogendus est.Etiā effectus est,quia per lit. cōte. quis efficitur dominus lit.& ante lit.cōte.nō intantū ꝙ lit.cōtest.tutor,curator,procurator,& syndicus efficiūtur domini litis,intātū ꝙ lit.cōte.pōt aliū procuratorē cōstituere,qd primò facere nō poterat,nisi dictū esset in procuratorio, ꝙ posset ipse procurator vnū vel plures procuratores constituere.

Effectus litis contestationis.

De sacramento calumniæ.

SAcramentum calumniæ fit in his,quæ iure ordinario aguntur post litem contestatam:& iuratur hoc sacramento in omnibus causis ciuilibus,& etiam criminalibus: licet in spiritualibus causis iure canonico solùm de veritate dicenda,& non de calumnia iuretur. Et dicitur sacramentū calumniæ nòn faciendę,sed euitandæ.Iurat enim actor se bona fide,& non calumniandi animo agere. Et reus bona fide & non calumniandi animo respondere.Est enim calumnia, cùm quis ex certa scientia iniustè agit,vel resistit. Quæ autem verba in sacramento calumniæ ponantur, infrà dicetur in exemplificationibus.Hoc itaque sacramentum calumnię subiicit

subiicit dominus litis: primò actor, posteà reus, scilicet, principales personæ. Nõ potest alius iurare de calũnia nisi is qui suo nomine litem contestatus est: tutores tamen & curatores in causis pupillorum & adultorum iuxta suã conscientiã de calumnia iurãt, licet iuret minor, si est doli capax, id est, proximus pubertati, de veritate dicenda. Item iurant de calumnia syndici, & actores, & omnes qui legitimã gerunt administrationem, vt pater in bonis filij. Item procurator constitutus in rem suam: quia damnum vel emolumentum spectet ad eũ, nisi dominus is, qui eum constituit, melius nouerit veritatem, vel iustior persona sit. Sed procurator vitæ suspectæ, vt quia verisimile sit procuratorem negare, sed dominum fateri. Simplex verò procurator de calũnia non iurat, nisi quãdo conuenitur suo nomine ex stipulatione iudicatum solui, vel de defensione. Item parentes & patroni non iurant de calumnia in causis, quas habent cũ filiis, & libertis: quia non est verisimile ipsos contra filios vel libertos calumniari. Item episcopus per se agens non iurat dę calumnia tactis Euangeliis, sed solùm propositis. Cæterùm scias, quòd sacramentum calumniæ ex pacto vel consensu partium remitti non potest, sed tacitè bene omitti potest: quia reipublicæ vtile est, vt lites sine omni suspitione procedant.

De sacramento calumniæ. *Rubrica.*

ISte titulus continuatur ad præcedentia forma tali: De quibusdam pręparatoriis ad iudicium ciuile necessariis in præcedentibus titulis est dictum & declaratum, quę fiunt ante litis contestationem: Sed quia sunt alia præparatoria, quæ fiunt post lit. contest. sicut est de calumnia iurare, meritò de tali sacramento hîc est agendum, & videndum. hoc innuit rubrica, cùm dicit, de sacramento calumniæ. Ad euidentiã huius tituli volo quærere sex. Primò, quod sit sacramentum calumnię, quæ sit calumnia, quis calumniator, quis tergiuersator, & quis pręuaricator. Secundò, in quibus casibus iuratur de calumnia. Tertiò, qui possunt iurare de calumnia, & qui non. Quartò, quot sunt capitula sacramenti. Quintò, vtrum sacramentum calumniæ posit remitti de volũtate partium. Sextò, quando, qualiter, & quomodo, vbi, & in quo loco posit fieri. De primo. §. quid sit sacramentum calumniæ? certè est

Sacramẽtum calũniæ quid sit.

cùm

cùm quis iurat se bona fide,& nõ calũniãdi animo velle agere vel resistere:verba satis clara sunt,ideo non expono.Et appellatur sacramentum calumniæ.s.euitandæ,nõ cõmittendę. Sed quid est calumnia?certè est iniusta petitio vel responsio, sicut fallacia:vnde dicitur fallacia,est falsificationis nota, vt quando quis iniustè aliquem calumniatur. Calumniator est ille,qui falsa crimina sciẽter intendit.Tergiuersator est ille, qui tergiuerso destitit ab accusando, quando vlterius non vult procedere in lite.Præuaricator est ille,qui pro vna parte est animo,& pro alia est corpore:vel pro vna parte clàm, & pro alia parte palàm.& ista omnia notãtur Insti.in procemio in prin.Isti autem omnes à lege puniuntur. De secundo,scilicet,in quibus causis iuratur de calumnia? dico quòd lit.contest.iuratur de calumnia in causis ciuilibus, & etiam in causis criminalibus ordinariis.In causis autem criminalibus extraordinariis non iuratur de calumnia, nec in causa spirituali iuratur de calumnia.Sed bene iuratur de veritate dicenda:& est ratio,quia clerici non iurant de calumnia: quia non est verisimile clericos calumniari:tamen hodie potest exponi hos clericos non calumniari,scilicet, modicé.

Iuramentũ calumnia in quibus causis seruatur.

De tertio, scilicet, qui possunt de calumnia iurare? dico quòd quilibet actor,qui agit suo nomine,habet de calumnia iurare,scilicet,quomodo iustè,fideliter,& non calumniosè se defendit:& hoc in causa ciuili.In criminali autem iurat accusator,& non accusatus:licet aliqui teneant,quòd accusator & accusatus posint de calumnia iurare.Sed nunquid procuratores possunt istud facere,scilicet,iurare?dico quòd nõ,per ea quæ dicta sunt suprà,nam procurator potest omnia,quę potest dominus,præterquàm istum actum facere,& non potest, scilicet,de calumnia iurare.Fallit in vno casu, in quo procurator potest istũ actũ facere.s.quando est constitutus procurator in rẽ suã,modò iurat de calũnia si procurator est iustior domino.Sed si dominus est iustior,procurator tũc nõ potest procuratorẽ iurare.Syndicus etiã potest iurare pro vniuersitate, collegio, castro,burgo,vel villa.Sed quid de tutore,nunquid tutor potest iurare pro pupillo de calũnia? dico ꝙ non: sed debet iurare de veritate dicenda iuxta sui cõscientiã, vbi pupillus esset doli capax vel ab inde suprà: nam tunc deberet iurare ipsemet de calumnia.Etiam pater in causa filij iurare non potest.Tamen sunt quædam personæ,quæ nõ iurant

tactis

tactis Euangeliis,sicut sunt episcopi. De quarto,scilicet,quot sint sacramenti capitula?dico quòd ista capitula not.Institu. de pœna temere litig.in quadam glo.signata super verbo, ecce iusiurandum.Vnde sacramenti capitula sunt hæc: Primò illud iuretur,quòd lis sibi iusta videtur, id est,quòd habet iurare,quòd petit iustè illud,quod petit. vnde versus,

Nil promittetur nisi falsa sententia detur:

Hoc est,quòd nihil promisit,vel promittet iudici,vt falsam sententiam proferat. Et si quæretur, verum non inficietur: hoc est,quòd verum dicet in omni parte litis. Vt lis tardetur,dilatio nulla petetur:hoc est,nullam dilationem petet ad hoc,vt tardetur lis. De quinto,scilicet,vtrum sacramentum calumniæ possit remitti de partium voluntate?& dico quòd non potest remitti de partium voluntate:vt si actor, vel reus, vellet remittere iuramentum,non potest. Tamen distingue: quia aut sacramentum fuit petitum,& præstitum, & tunc valet sententia data:aut fuit petitum,& non præstitum, & tunc non valet sententia lata:aut sacramentum non fuit petitum, nec præstitum,sed tacitè omissum, & tunc valet sententia lata:& est casus,in quo plus operatur tacita quàm expressa. De sexto,scilicet,quando,qualiter,& quomodo, vbi,& in quo loco fiat istud sacramentum?dico quòd fit incontinenti lit.contesta,quando oblatus est libellus,& data est dilatio ad respondendum libello:modò facta responsione fit sacramẽtum,cùm lis est contestata. Sed qualiter,& quomodo fit?dico quòd primò actor calumniæ sacramentum præstat,& posteà reus:& si actor non iurat,cadit à iure suo:& si reus non iurat, habetur pro confesso:& in confessum & conuictum nullæ sunt partes iudicis,nisi in condemnando. Sed vbi,& in quo loco fit? dico quòd fit in loco iudicij,& in hoc loco honesto, nõ autem inhonesto.Nota quòd sacramentum calumniæ non potest remitti de partiũ voluntate:& si remitteretur, an valeret id, quod ageretur in iudicio?distingue,aut sacramentũ fuit petitum & præstitũ,& tunc bene valet,quod agitur:aut nõ fuit præstitũ nec petitum,& tunc idẽ:aut fuit petitũ & non præstitũ,& tunc non valet,quod agitur. Et ideo sis cautus, quando tu es in iudicio, ꝙ in tuis positionibus ponas in aliqua parte, ꝙ ante omnia iuretur de calũnia,si times ne succũbas in causa:& posteà si nõ iurabitur,& sententia erit contra te, poteris dicere ipsam esse nullam ipso iure: & si erit pro te, taceas.

Sacramẽta calumniæ vbi præstetur.

De dilat

De dilationibus seu terminis in iudicijs dandis.

QVoniam in iudiciis sæpe dilationes petuntur, & dantur: idcirco sciendum est, quòd licet materia dandarum dilationũ amputanda sit, dantur tamen dilationes, non tantũ ex libero iudicis arbitrio, sed quantum rerum vrgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desidereratæ instructionis exegerit. Vnde iudex dare debet terminos siue dilationes, quando ex iusta & rationabili causa petuntur. Gratia enim producendorum testium, siue instrumentorũ, & inueniendorum aduocatorum iustè petuntur, nisi euidens appareat calũnia: & dari debent à iudice sedente, vtraque parte præsente: & dantur actori & reo, & accusatori & accusato. De iure enim si petantur testes vel instrumenta ex eadem prouincia, vbi lis agitur, non amplius quàm trium mensium dilatio indulgetur. Si verò ex diuersis prouinciis, tunc sex mensiũ dilatio datur. In transmarina autem dilatione non plus quàm nouem menses computari oportet. De cõsuetudine tamen dantur dilationes à iudice arbitrio eius. Primò, quando recepto libello à reo, datur ei terminus, infra quem deliberet, & ad quem redeat responsurus: & si rediens allegabit contra libellum, quia non sit in eo causa agendi: aut quòd in eo sint aliqua implicata, vel obscura, quæ specificari oportet, mutabitur libellus, nouæ adhuc dabuntur induciæ. Post litem verò contestatam datur vnus terminus actori & reo, ad dicendum de iure eorum super principali negotio: quod si nõ probauerint, datur secundus & vltimus terminus peremptorius: licet iudex primũ & secundum peremptorium præfigere possit. Item circa multos alios processus causæ statuitur tantùm terminus, vt deponant testes iurati, & vt cõpareant partes peremptoriè ad sententiam audiendam, & ad multa alia.

De dilationibus seu terminis in iudiciis dandis. Rubrica.

COntinuatur iste titulus ad superiora ista forma: De quibusdam præparatoriis, quæ præcedunt litem contestatam, & de ipsa lite contestata, & iuramento calumniæ in præcedentibus est dictum, & declaratũ: Sed quia est aliud præparatorium, quod fit post litem contestatam, sicut dilationes

dare, meritò de ipsis dilationibus in præsenti loco est agendũ & videndũ. hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit, de dilationibus seu terminis, &c. Ad euidentiã huius tituli volo titulum diuidere in partes duas, prout duo ponit. Nã in prima parte ponit de dilationibus, quæ de iure dantur. Et hæc incipit ibi: & durat vsque ad §. de consuetudine. Ibi pars secunda, in qua ponit de dilationibus, quæ dantur de cõsuetudine: & durat vsque ad finem tituli. Veniamus ad primã partẽ. Ad euidentiã huius primæ partis volo quærere quatuor. Primò, quot sunt species dilationum, & de qua specie loquatur hìc. Secundò, à quo dantur dilationes, & quibus. Tertiò, quãdo, qualiter, vbi, & in quo loco dantur dilationes. Quartò, quoties, & quanta debet dari dilatio. De primo, quot sunt species dilationũ? & dico ꝙ multæ: nam quædã sunt, quæ appellãtur citatoriæ, vt suprà habuimus: & istæ sunt, quæ dantur reo citato, vt veniat corã iudice. Quædã sunt, quæ appellantur deliberatoriæ, quæ dantur reo, vtrum velit cedere, aut cõtendere: & istæ habent locũ libello oblato: & de ista nõ loquimur hic. Quædã sunt, quæ appellantur restitutoriæ: & istæ dantur ei, qui fuit expoliatus: & dantur, vt ipse nõ respondeat suo spoliatori, nisi restituatur: etiam de ista nõ loquimur. Quædã sunt, quæ appellantur appellatoriæ ad prosequendũ: & de istis nõ intẽdimus. Quædã sunt probatoriæ, quæ dantur ad probandũ vtrique parti: & istæ dantur actori & reo, accusatori & accusato: & de istis dilationibus probationis hìc intendimus. De secũdo, à quo dantur dilationes, & quibus? & dico ꝙ dantur à iudice pro tribunali sedente; & si notarius vel alia persona vellet dilationes dare, non posset, nisi esset de partiũ voluntate; modò perinde est, ac si iudex dedisset, vel notarius: & notarius, quãdo scribit dilationes, cõcipit causam in personã iudicis. Sed quibus debent dari dilationes? & dico ꝙ actori & reo, accusatori & accusato, & cuilibet qui agit, & agere potest, suo, vel alieno nomine. Vnum tamen scias, quòd terminus ordinatur actori & reo, accusatori & accusato, aduersa parte præsente, vel legitimè citata: nã si iudex vellet dare dilationẽ vel terminũ aduersæ parti, alia parte absente, vel nõ citata, modò terminus nõ valeret: nã semper ambæ partes debent esse præsentes, quando iudex dat dilationes: Vnum scias, quòd nunquã tu procurator accipias terminum vnà cum aduersa parte, ad hoc vt tu videas probationes aduersæ partis, & vt tu posis melius opponere: tamen si volunt simul

Diuisio præsentis tituli.

Species dilationum quot sunt

Dilationes à quo dantur.

Dilationes quibus dantur.

simul habere istas probationes, possunt. De tertio, scilicet, quando datur dilatio? & dico quòd datur lite contestata, & iurato de calumnia: nam istud apparatorium fit in ipso instanti: nam dicit reus, ego nego narrata prout narrãtur vera esse, & sic negat actor: dicit quòd verum est, & sic affirmat: modò lis est contestata, & lite contestata, iuratur de calumnia. Dicit vnus, domine iudex, ego peto dilationem ad probandum, & ad faciendum sic & sic. Sed quare dantur dilationes? dico quòd dantur, vt iudex instruatur de veritate dicẽda, & vt quis posit de iure suo probare: nam in dilatione quis probat, & in dilationibus iudex habet veritatem. Sed vbi, & in quo loco dantur dilationes? dico quòd in loco iudicij, id est, vbi iudex sedet pro tribunali, nisi iudex eligeret sibi locum iudicij: & tunc eligit sibi locum præsentibus partibus, & scribat notarius quomodo ipse elegit. De quarto, scilicet, quot dantur dilationes, & quãta debet dari dilatio? Et litera dicit, quòd toties, quoties vrgentissima rerum ratio postulat: nã dantur dilationes, vt iudex posit habere veritatẽ: tamen in iure dantur regulæ. In causis ciuilibus datur tantũ vna dilatio, semel in causis pecuniariis, & in causis criminalibus accusato dãtur bis. Sed accusatori dantur ter, scilicet, tres dilationes: nam lex dat duas accusato, & accusatori dat tres, & hæc est ratio, quia potius vult lex quod accusatus absoluatur, quàm ipse cõdemnetur per hoc quod dicit, dantur tres accusatori. Hoc tamen fallit, si renunciauit omnibus dilationibus. Sed quanta datur dilatio? dico quòd si ille, qui probat habet testes, & instrumenta, quæ sunt vltra mare: & tunc habet nouem menses. & hæc omnia sunt vera de iure, sed de consuetudine est aliud, & hodie fit secundum consuetudinem terrarũ: nam si faceres processus secundũ ius, & ibi non esset forma statuti in instrumento secundum ius, de facto illud instrumentum nihil valeret.

Dilationes quando dãtur.

Quot dilatiões debẽt dari.

De interrogationibus & responsionibus, quæ fiunt post litem contestatam.

LIte contestata, & de calũnia iurato, fiunt probationes in lite. Sed quia manifesta non indigent probatione. Et manifestum seu notoriũ dicitur, quod ex cõfessione facta in iure liquet. Ideo de interrogationibus, quæ fiunt in lite, videndum

est. Fiunt ergo interrogationes post litem contestatam; quæ etiam dicuntur positiones ad probandũ id, de quo principaliter quæritur: quia merita causarum partium assertione panduntur. Facta enim interrogatione, si aduersæ partis sequatur confesſio, non est super eo, de quo quæsitum est, alia probatio opportuna: quia confessus in iure pro iudicato habetur: interrogans autem, & respondens, veritatem dicere tenetur per sacramentum calumniæ: Quia in sacramento calumniæ continetur, ne quis exigat probationem ab aduersario, quam necessariam non putat. Verùm quia ad interrogationẽ aliquando sequitur confesſio, idcirco de confesſionibus subinfertur. Est igitur confesſio certa, & clara asseueratio, vel responsio eius, de quo quæritur in iure corã legitimo iudice facta: Qui enim incertum & obscurum confitetur, non est confessus: & ideo vt certum & clarum confiteatur, cogendus est: & debet in loco fieri, in quo ius redditur: Et vt cõfesſio præiudicet confitenti, debet fieri contra se, & non pro se: & super eo, quod nõ sit contrarium iuri vel naturæ: Iuri enim contrarium est, si confiteatur quis seruum suum captum ab hostibus adhuc esse suum, cùm de iure factus sit hostium. Naturæ verò cõtrarium est, si homo habens tantùm xxx. annos, & cõfiteatur filiũ suum esse illũ, qui habet xl. annos. Debet etiã esse confitens legitimę ætatis: quia si pupillus sine tutore cõfitetur in iudicio, ipso iure non præiudicat sibi sua confesſio. Sed si adultus confiteatur sine curatore, præiudicat sibi sua confesſio. Sed si ipsa cõfesſione læsus est, potest in integrum restitui. Item cõfiteri debet quis suo nomine, & præsente aduersario, & non per errorem. Confesſio ergo, secundum quod dictum est, facta præiudicat: & taliter confessus pro condemnato habetur.

De interrogationibus & responsionibus, quæ fiunt post litem contestatam. Rubrica

ISte titulus cõtinuatur ad superiora ista forma: De quibusdam præparatoriis ad iudicium, quæ fiunt ante litem contestatam in præcedentibus est dictum, & declaratum: & etiam est dictum de quibusdam, quæ fiunt post litem contestatam: sed quia est aliud præparatorium, quod fit post lit. contestatam, sicut sunt interrogationes, meritò de ipsis interrogationibus loco præsenti est agendum & videndum. demõstrat hoc

hoc Rubrica, cùm dicit, de interrogationibus, &c. Iste titulus diuiditur in duas partes. Nam in prima parte author continuat seipsum ad præcedentia. In secunda parte ponit qualiter, & quomodo fiunt interrogationes & responsiones: Ibi incipit pars prima, & durat vsque ad §. fiunt autem. Ibi pars secunda, & durat vsque ad finem tituli. Veniamus ergo ad primam partem. Et ad euidentiam huius primæ partis quæram tria. Primò, qui sunt illi, qui possunt positiones facere, & quis habet positionibus respondere. Secundò, quando, qualiter, & quomodo positiones sunt faciendæ. Tertiò, quis sit effectus & virtus positionum. De primò, quis habet positiones, seu interrogationes facere? dico quòd principales personæ, & omnes alij, qui possunt iudicio interesse, possunt positiones facere: vnde actor & reus, accusator & accusatus, qui agunt vel se defendunt, suo nomine possunt positiones facere. Sed nunquid procurator potest in causa positiones facere? dico quòd non: quia procurator non potest ista tria facere, quæ potest dominus in lite, scilicet. Primò, quia non potest de calũnia iurare. Et non potest secundo interrogationes facere. Tertiò, non potest positionibus respondere. Et quilibet, qui potest de calumnia iurare, potest positionibus respondere, & interrogationes facere: vnde syndicus, & actor potest etiam interrogationes facere. Sed quis teneatur positionibus respondere? dico quòd quilibet, qui est conuentus nomine suo: vnde principales personæ possunt positiones facere, & positionibus respondere: vnde tutor pro pupillo non potest positiones facere, neque positionibus respondere, nisi pupillus sit infans: hoc est verum de iure, sed tamen hoc non seruatur de consuetudine. Ex hoc, vtrum debeat dari copia positionum aduersæ parti? diceret aliquis, certè sic: quia edenda sunt ea, quibus quis vsurus est in causis. Et tamen dico, quòd non, & melius de iure ciuili: & ratio est, vt euitetur materia deierandi. Sed nunquid aduocatis datur copia? dico quòd non datur copia, sed bene datur ad legendum: hoc est verum de iure ciuili, sed de iure canonico bene datur copia positionum. De secundo, scilicet, qualiter, & quomodò sunt positiones faciendæ? dico quòd sunt faciendæ sub vnaquaque causa, & super vnaquaque accusatione: vnde datur exemplum. Quidam tenet & possidet istam domum, dominus domus fuit expulsus, posteà reuertitur. Iste dicit, quòd tenet, & possidet:

Diuisio præsentis tituli.

Quis debet positiones facere.

Quis teneatur respondere positionibus.

Positiones qualiter sunt faciendæ.

modò agit dominus rei vendicatione: dominum oportet probare, quomodo ipse est dominus: & istud valde est durũ quod dicit dominus in libello. Intendit probare infrascripta, non astringens se ad omnia, sed ad ea tantùm, quæ sibi de iure sufficiunt. Et primò intendit probare quòd tempore traditionis erat dominus: dicit ille, verum est: modò si confitetur, tu non habes probare: quia confessos in iure pro iudicatis haberi placuit: habet etiam probare, ꝙ res erat habilis ad vendendum, & quòd persona erat habilis ad vendendum, & sic debet probare ea, pro quibus ipse sit victor, & habet facere positiones quæ releuent ponentem, & quæ faciant ad factum. Vnum tamen volo te scire, quòd positiones sunt faciendæ pertinentes, & non impertinentes, aliàs non tenetur ille respondere: Debent etiam fieri simplices: quia si non essent simplices, nõ tenetur respondere: & in istis positionibus respõdetur de credulitate. & iste est casus, in quo credulitas mouet veritatem. Sed quando fiunt istæ positiones? dico quòd fiunt in dilationibus datis. De tertio, scilicet, quis sit effectus & virtus positionũ? dico ꝙ istæ positiones non sunt necessariæ, sed sunt voluntariæ. Sed effectus est: quia si aduersa pars confitetur affirmatiuè, tunc venit reus condemnandus propter eius confessionẽ: quia in confessum & conuictum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. Si negat, tunc faciens positiones habet probare: quia affirmanti, & non negãti, onus probationis incumbit. Circa secundam partem nostri tituli volo quærere duo. Primò, quæ sit confessio. Secundò, vtrum confessio facta noceat, & præiudicet confitenti, & an valeat. De primo, scilicet, quæ sit cōfessio? & dico quòd confessio est certa & clara asseueratio eius, de qua quæritur in iure coram legitimo iudice facta. Exponamus singula verba diffinitions. Et primò, dicit, confessio est certa: nam ille qui confitetur debet confiteri certè & non incertè. Dicit, clara: nam clarè, & apertè debet confiteri, non autem obscuré. Dicit, asseueratio: nam ille, qui confitetur, debet asseuerare, antèquam perueniat ad actũ. Dicit, eius, scilicet, rei, de qua lis est, non autem alterius rei. Dicit, de qua quæritur in iure: nã si non confitetur, de iure nõ valet. Dicit, coram legitimo iudice facta: nam debet fieri coram legitimo iudice. De secundo, scilicet, vtrum confessio facta noceat, & præiudicet confitenti? Et dico quòd multa sunt necessaria, vt confessio noceat, & præiudicet cõfitenti, vt sunt

Positiones quãdo fieri debent.

Confessio quid sit.

An confessio præiudicat confitenti.

quæ

quæ his duobus versibus in glo. Accur. continentur. Versus.

Maior, spontè, sciens contra se, vbi ius sit, & hostis,
Nec natura, reique fauor, non iúsve repugnet.

Quorum expositio talis est: Maior, hoc est, quòd non sit minor, nam si esset minor, tunc non valeret, & posset petere restitutionē, nisi faceret cum authoritate iudicis. Spontè, nam spontè debet fieri confessio, non autem coactè. Sciens, nā debet quis confiteri ex certa scientia, non autem per errorem. Contra se, nā confessio debet fieri contra se, non autem pro se: quia non veleret, vbi ius, hoc est in loco iudicij vbi redditur ius, sit & hostis, hoc est quòd aduersa pars sit præsens, non autem absens: quia tunc præiudicaret. Non fauor, nam si confitetur, & fauor vel consuetudo diceret in contrarium, tunc non valeret contra ius, hoc est, quòd non confiteatur contra iura, quia non valeret, neque præiudicaret. Nec naturá repugnet: nā si confessio esset contra naturā, tunc non valeret: vt quia confitetur quòd tibi promisit Lunam vel Solem, modò promissio neque confessio non valet super impossibili conditione: quia nemo tenetur de his, quæ in nostra potestate nō sunt: & si quis fatetur de his se per promissum teneri, non valet confessio: quia inde nulla nascitur actio.

De probationibus.

Post factas interrogationes, si neget reus, incumbit actori probatio. Est autem probatio rei dubiæ per augmenta, vel per fidem legitimam, facta ostensio. Debet enim actor vel accusator, qui aliquid asseuerat, probare. Nō autem reus, qui negat: quia per rerum naturam causarum in consuetudine inductum est, vt affirmantis non autem negantis aliqua sit probatio. Nam iudices in causis consueuerunt imponere onus probandi actori asseueranti, non reo neganti: Hoc tamen verum est, quòd aliquando neganti incumbit probatio, vtputà, quando præsumptio est pro actore. Dico enim aliquem fuisse sanæ mentis quando testatus est, quod tu negas. Sed quia quilibet præsumitur sanæ mentis, nisi probetur contrariū, tibi neganti incumbit probatio. & ita præsumptio cōuertit aliquando onus probandi in negantē. Sed non omnis

præsumptio, quia quintuplex est præsumptio, sed prosequi longum esset. Est autem facienda fides per probationẽ iudicis, coram quo litigatur, non autem aduersario: & debet probare id, de quo est quæstio, si dubitatur, & de quo possit esse iudicium: & quo probato, ille, qui probat id in aliquo releuetur. Item aliquando probandum est ante litis contestationẽ, aliquando post, vt suprà in exceptionibus dictum est. Modi verò, quibus probatur, multi sunt: quia aliquando probatur per confessionem aduersarij, vt dictum est in præcedenti rubri. aliquando probatur per iura, vt quia iura hoc dicunt: aliquando ex aspectu, vel subiectione oculorum: aliquando per tormenta seruorum, aliquando per testes, aliquando per instrumenta. Sed reliquis omissis de duabus vltimis probationibus, scilicet, testium & instrumentorum videndum est: & primò de testibus.

De probationibus. Rubrica.

CONtinuatur iste titulus ad superiora ista forma: De litis contestatione, & iuramento calumniæ, & dilationibus in præcedentibus est dictum & declaratum: Sed quia in dilationibus fiunt probationes, meritò de probationibus in præsenti loco est agendum, & videndum. hoc clarè ponit Rubrica, cùm dicit, de probationibus. Ad euidentiam huius tituli quæram quinque. Primò, quæ sit probatio, & quare sic appellatur. Secundò, cui incumbit onus probationis. Tertiò, cui est facienda, quando, qualiter, & quomodo, & de quo est faciẽda. Quartò, quis sit effectus & virtus probationum. Quintò & vltimò, quot sint species probationum. De primo, scilicet, quæ sit probatio? dico quòd probatio est rei dubiæ per argumenta seu fidem legitimam iudici facta ostensio. Singula verba expositione indigent. Et primò dicit, probatio est rei dubiæ: nam de re dubia fit probatio, non autem de indubia. Dicit, per argumenta: nam quandoque fit probatio per quædam argumenta, vt est materia . Dicit, seu per fidem legitimam: nam faciendo fidem legitimam iudici quis probat de iure suo. Dicit, iudici facta ostensio: nam iudici & coram ipso iudice, qui habet in causa cognoscere, fit probatio. Et dicitur probatio, à probo, probas. De secundo, scilicet, cui incumbit onus probationis? & dico quòd actori: nam ei, qui agit, incumbit

Probatiò quid sit.

Probãdi onus cui incumbit.

cumbit

cumbit onus prbationis:vt Instit.de leg.§.non solùm autem testatoris.& in tantum habet probare,quòd si ipse non probat,absoluitur reus possessor:imò plus,nam si non est possessor,efficietur dominus,nō possessor. Fallit in casibus,scilicet, in tribus,in quibus reus habet probare. Primus casus est in exceptione sua. Secūdus casus est in spontanea assumptione, quando reus spontè recipit in se onus probationis. Tertius casus est,quando est pro actore præsumptio. Sed quando est prę sumptio pro actore? certè præsumptio est quintuplex. Nam vna est præsumptio naturæ:nam si quis nascitur ex bonis parentibus,præsumitur bonus:si ex malis parentibus,præsumitur malus:quia prouerbialiter dicitur.

Casus speciales.

Præsumptio iuris.

Sæpe solet filius similis esse patri. Et,

Insequitur leuiter filius patris iter.

Alia est præsumptio iuris,quando ago contra vnum,& peto ab eo centū,quia promisit mihi. Ille dicit quòd promisit metu,& ipse erat potētior me:modò præsumptio est,quòd spontè promisit:si ille,qui petit,est potentior illo, à quo petitur: tunc bene posset,& præsumptio est,quòd metu promisit. Alia est præsumptio facti,& ista est duplex,scilicet,facti præcedētis:quia lex inquit, Qui semel est malus,semper præsumitur malus in eōdem officio:vt Instit.de suspec.tut.& cur.§.consequens est vt videamus.nam si notarius semel facit falsum instrumentum,modò præsumitur quòd semper fecerit, & faciat. Alia est pręsumptio facti subsequentis,vt si mulier est accusata de adulterio facto cum quodam : ipsa dicit quòd non est verum,quia attinens suus est:& ex postfacto ipsa accepit ipsum in suum virum & maritum,modò præsumitur verum esse,quod dicebatur. Alia est præsumptio iuris & de iure: vt si tutor confitetur vnām rem habuisse in inuentario,& posteà negat,modò præsumitur quòd habuit:& contra primas quatuor admittitur probatio,super quinta verò non admittitur in contrarium. De tertio,scilicet,quando est facienda? dico quòd lite contestata,& dilationibus datis,fiunt probationes. Sed cui est facienda? dico quòd iudici,qui de iure cognoscit, vt iudex videat veritatem. Sed vbi,& in quo loco est facienda,qualiter,& quomodo? dico quòd quandoque fit per testes, quandoque per instrumenta,& multis aliis modis,vt infrà patebit. Sed de quo est probatio facienda ? dico quòd de eo, de quo est lis vel quæstio , non autem de alio. De quarto,

Præsumptio facti præcedentis.

Præsumptio facti subsequentis.

Præsumptio iuris & de iure.

Probationis effectus.

scilicet, quis sit effectus & virtus probationis? dico quòd si actor probat, efficitur dominus: & si actor non probat, reus venit absoluendus. Tamen vt hoc plenè sciatur distinguendum est: aut actor plenè probat, & etiam reus: modò reus absolui debet. Si autem reus plenè probat, & actor nihil probat, etiam reus debet absolui: quia actore non probante absoluitur reus: vt Institu. de lega. §. non solùm autem testatoris. Si autem actor semiplenè probat, & etiam reus, modò etiam reus est absoluendus. Si autem plenè probat, & reus semiplenè probat: vel actor semiplenè probat, & reus nihil probat, modò reus debet condemnari. De quinto, scilicet, quot sint species probationum? Et dico quòd sunt multæ. Nam quandoque fit probatio per testes, quandoque per instrumenta, quandoque per præsumptionem, quandoque per tormenta, quandoque per confessionem aduersarij: & ista confessio est plena probatio, & debet reus condemnari per confessionem: quia confessos in iure pro iudicatis haberi placuit. Regula debet intelligi, nisi confitens incautus fuerit, aut coartatus, vel dolo deceptus, aut fraude ad confitendum inductus: quia tunc confessio non valet, & quandoque in his fit probatio per visionem oculorum.

Probationum species quot sunt.

De testibus in iudicijs productis.

VOlens ad intentionis probationem suæ producere testes, faciet illos citari ad testimoniũ ferendum: quia testis sponte se offerens quodammodo habetur suspectus: licet producantur nolentes & inuiti. Producti verò altera parte præsente, vel ad hoc legitimè citata, subire debent iusiurandum tactis sacrosanctis Euangeliis de veritate dicenda, pro vtraque parte, super negotio, de quo est lis, nulla mixta falsitate. Episcopus non tangit tamen Euangelia, licet proponantur ei. Et quod intelligitur de episcopo, pariter dic de Abbate. Potest etiam sacramentum remitti testi de partium voluntate, & subsequenter scribitur dies, in quo iurauerit testis. Sed primò videndum est à quibus produci

Testes à quibus producuntur.

duci testes debeant. Secundò, qui testes producuntur, & qui prohibentur, qui coguntur, & qui cogi non possunt. Vltimò, quid testes producti debeant in testificatione sua obseruare. Producendi sunt ergo testes ab his, qui existimant eos sibi profuturos: quia non debet quis compelli vt testes, vel instrumenta contra se, vel sibi nocitura producat. Producuntur autem testes omnes qui non prohibentur ferre testimonium. Qui verò prohibentur, sunt hi, scilicet, impubes in causis ciuilibus, licet aliquis factus pubes testificari posſit de his, quæ vidit: quando erat proximus pubertati. Idem in seruo facto libero. In causis autem criminalibus minor xx. ann. prohibentur ferre testimonium. Item prohibentur liberti ferre testimonium contra patronos vel eorum parentes. Item prohibentur infames, & condemnati de iudicio publico. Item ille, qui detinetur in vinculis à custodia publica. Item ille, qui acceperit pretium, vt pugnaret cum bestia. Item mulier, quæ palàm quæstum fecit, scilicet, in meretricio ex corpore suo pretium acceperit. Item ille, qui conuictus vel iudicatus est pretium accepisse propter ferendum, vel non ferendum testimonium. Item hæretici prohibentur contra Christianos ferre testimonium in iudiciis, sed non in contractibus, vel testamentis, ne facultas probationum angustietur. Item prohibentur ferre testimonium parentes pro liberis, vel contra liberos, nisi quando quæritur de ætate vel affinitate: quia talia melius possunt sciri per parentes, quàm per alios. Et versa vice liberi pro parentibus, vel contra parentes, prohibentur testificari. Item domestici, scilicet, familiares, vt mercenarij, serui, coloni, & ascriptitij. Item executores negotiorum, sicut sunt tutores, curatores, & syndici prohibentur ferre testimonium in illis negotiis, in quibus executores fuerunt. Item aduocati in causa, in qua patrocinium præstiterunt: quia non euadent nomen corrupti testis. Item prohibetur quis esse testis in re propria, hoc est, de re cuius damnum vel emolumentum ad eum spectat. Itē socij eiusdem criminis prohibentur ferre testimonium, scilicet, vnus pro alio. Itē prohibetur ferre contra te, qui antè malū contra te tulit testimoniū. Itē prohibentur ferre testimoniū omnes quibus potest imperari ab aliquo, vt sint eius testes. Item mulier in testamentis prohibetur esse testis. Prædicti itaque omnes nō admittūtur ad testimoniū, imò prohibētur

testific

testificari. Item aliqui sunt, qui si velint, possunt esse testes: sed si nolint esse, inuiti cogi non possunt: sicut sunt senes valetudinarij, id est, habētes lxx. annos, vel vltra, milites, & qui cum magistratu reipub. causa absunt, & illi quibus in vrbem venire non licet, vtputà, qui dimissi sunt de militia ignominiæ causa, quibus isto casu eorum pœna est in præmium excusationis. Item illi, qui probabili & necessaria causa absunt, dũmodo causa detractandi testimonij non absint. Item qui exercitui præbendam conducunt. Item non cogitur quis ferre testimonium aduersus socerum, generum, vitricum, priuignũ, sobrinum, sobrinam, sobrinatũ, vel eos, qui proximiores in gradu sunt. Item non cogitur inuitus proxeneta, id est, mediator inter aliquos paciscentes de his, de quibus mediator fuit vna parte volente, & altera contradicente: sed si velit ipse proxeneta, tunc bene admittitur. Si autem ambæ partes consentiant, cogitur ferre testimonium. Cæteri ergo præter prædictos prohibitos, & dictos, qui inuiti cogi non possunt, debent ad testimonium ferendum compelli mulcta indicta captis pignoribus. Postquàm autem testes legitimè iusiurandum præstiterint, vt dictum est, interrogabit aduersa pars illum, qui testes producit, quid intendit probare per testes. Et hoc appellatur intentio siue capitulum, quæ intentio de consuetudine Bono. in scriptis dari non debet aduersæ parti, sed simpliciter verbotenus dici. Dari autem debet in scriptis tabellioni, qui recepturus est dicta testium: Ad quam quidem intentionem sibi verbotenus dictam formabit ille, contra quem producuntur testes, interrogationes suas, quas testibus fieri voluerit, dummodo interrogationes iustæ & rationabiles sint, & à iudice approbatæ, & dabuntur in scriptis tabellioni, vt eas testibus faciat, prout faciendas viderit, adaptari. Non enim omnes interrogationes faciendæ sunt testi, sed solummodò illæ, quæ dicto testis rationabiliter adaptantur: quia si dixerit testis se præsentem fuisse, & vidisse, quando Corra. percussit Anto. interrogandus est de quo eum percussit, & in qua parte corporis, cum quo, & quo die, & loco, & huiusmodi. Sed si dixerit testis se non fuisse præsentem, sed hoc audiuisse ab aliis dici, non sunt prædictæ interrogationes ei faciendæ: sed solummodò illæ, quæ ad auditum spectant, vtputà, à quibus audiuit hoc, & similia. Vnde interrogationes ita formari solent: si testes aduersæ partis dixerint

xerint se præsentes fuisse, interroga hoc & hoc. Et si dixerint se audiuisse, interroga hoc. Et ita patet quòd facienda est interrogatio, quæ spectat solùm ad id, quod dixerit in testimonio suo testis. Itaque habita intentione actoris, & interrogationibus rei, ducere debet tabellio testem seorsum in partem, & legere ei libellum seu accusationem, dicendo ei quòd dicat ea, quæ scit super negotio illo, & tacens audiat eum diligenter vsque ad finem. Cùm autem compleuerit, recitat ei tabellio, quod dixit testis, vt sciat si bene intellexit: quod si confirmat cum eo, quo reformato scribat per ordinem, prout dixerit testis: & legat ei, quod scripsit, corrigendo si quid visum est testi non bene scriptum esse. Posteà videat & resumat inter se tabellio dictum testis: & si ibi inuenerit eum dixisse aliquid scire, interroget eum tabellio, quomodo scit: & faciat eum bene reddere causam scientiæ dicti sui, scilicet, quomodo scit, quæ dixit. Debet enim testis reddere causam scientiæ dicti sui, si de hoc fuerit interrogatus: sed si non fuerit interrogatus, pro reddita habetur, & valet testimonium eius: & est bene, plenè, & breuiter officio suo functus: nam non debent testes esse verbosi. Item deponere debent testes se interfuisse, & vidisse. Non enim sufficit deponere de auditu, nisi in obligationibus & contractibus, in quibus sufficit si dicant se audiuisse eos ita pasciscentes: in aliis autem non sufficit deponere de auditu ad plenam probationem: vt quia dicant audiuisse dici quomodo talis percussit talem. Licet scribendum semper sit quicquid dixerint testes, siue de visu siue de auditu. Item interrogandi sunt testes de tempore, quo factum fuerit negotium illud, scilicet, anno, mense, & die, & etiam de loco, & quibus præsentibus factum est. De aliis autem circunstantiis, vtrum tempus erat clarum, vel nebulosum: & de quo erant induti illi, de quibus loquuntur: & quid habebant in capite: & de huiusmodi non est interrogandum, nisi viderent vacillare, & apparerent suspecti: quia tunc de his interrogandi sunt testes, vt possint capi in verbis suis. Sed si testis aliquid obscurum dixit, bene potest reduci, vt interpretetur, & clarificet dictum suum: & non videtur noua productio, sed prioris clarificatio. Nota tamen, quòd si testis sponte sua reuersus aliquid immutet, non est ei fides adhibenda, si locutus est cum aliqua partium. Postquàm autem deposuerit testis dictum suum, ligat ei tabellio

An liceat testi mutare dictū suum.

bellio totum:& dimittat ipsum à se, precipiens ei, vt testimonium suum secretum teneat, donec fuerit publicatum. Igitur effectus testimoniorum est, vt si omnes concordant in vnam sententiam, iudex dictis eorum stet, & ea sequatur. Si autem testes vnius partis discordant à testibus alterius partis, stabitur dignioribus, vel iudicio maioris partis: vel si omnia hincinde pariter concordant, stabitur dicto illorum, qui verisimiliora dicant, & quibus potius lux veritatis assistat. Sed scire debes quòd ad sufficientem probationem per testes sunt in quolibet negotio (vbi non est certus testimoniorum numerus diffinitus) regulariter duo testes necessarij: quia pluralis locutio duorum numero est contenta: Nam duo numerum pluralem efficiunt, & in ore duorum vel trium stat omne verbum. Veruntamen quando creditum excedit summam vnius libræ auri, vnde fit instrumentum, exiguntur tres testes:& quando etiam fit solutio debiti eiusdem quantitatis, exiguntur totidem. Item in codicillis quinque in testamentis vij. & in testamentis cæcorum octo. Item aliquando duodecim quando tractatur de aliquo promouendo inter agentes in rebus. Item in diuortiis septem. Item nota quòd in teste consideranda est conditio eius, vtrum nobilis sit vel plebeius, an honestæ vel inculpatæ vitæ. Item, vtrum locuples vel egenus, vt lucri causa quid facilè diceret: vel vtrum sit inimicus eius, contra quem producitur: vel multum amicus eius, pro quo fert testimonium. Et etiam multum considerandum est, vtrum videatur simpliciter dicere: quia sæpe pallor, vultus, & rubor, & titubatio faciunt, vt minus fidei alicui habeatur. Et etiam considerandum est, vtrum plures testes videantur vnum & eundem sermonem præmeditatum afferre: quia suspicionis est quòd docti sint. Et tu ipse tabellio melius scire potes, quanta sit fides testibus adhibenda. Itē nota, quòd si testes de alia prouincia, vel ciuitate sint, potest iudex, si velit, vt expediat non vocare coram se, sed destinare literas suas ei, de cuius iurisdictione sunt, vt coram eo sua proferant testimonia:& ea in scriptis redacta, & sigillata, & nulli partium prodita, mittat ad eum, qui iudicaturus est:& hoc, in pecuniariis causis, aliud autem in criminalibus causis est sentiendum. Nam in criminalibus præcisè sunt cogendi testes venire. Cæterùm qualiter ordinentur dicta testium in exemplificationibus videbis. Demum productis

Quot testes sunt necessarij.

Commissio fieri ad partes quādo debeat.

ctis testibus, si partes nolint plures dare, vel si iudex refrænauerit multitudinem testium, vel si sit transactus terminus peremptorius datus ad testes producendos, vel si hoc de communi partium voluntate procedit, aperientur testes, & dabuntur exemplati vtrique parti, si voluerint eos.

De testibus. *Rubrica.*

Iste titulus continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus de vno præparatorio, quod fit post lit. contest. quod est necessarium, scilicet, de probationibus. Sed quia plerunque contingit, quòd probationes fiunt per testes, meritò de testibus hìc est agendum & videndum. hoc clarè ponit Rubrica, cùm dicit de testibus. Iste titulus diuiditur in partes quatuor principales. Nam in prima parte ponit quod sit officium producentis: & hæc incipit ibi, & durat vsque ad §. producti verò. Ibi pars secunda, in qua ponit quod sit officium testis citati: & durat vsque ad §. producti sunt. Ibi tertia, in qua ponit, qui sunt illi, qui possunt, & debent testes producere: & durat vsque ad §. producuntur autem. Ibi pars quarta, in qua ponit de quatuor: & durat vsque ad finem tituli. Veniamus ergo ad primam partem. Et primò quæro quod sit officium producentis testes? Et dico quòd eius officium est, quòd faciat testes citari: quia testis sponte se offerens pro suspecto habetur: & ideo hìc dantur duo consilia. Primum est, quòd testes faciant se citare semel, & bis, & tertiò dimittant se pignorare: quia maior fides erit tunc eis adhibenda. Secundum consilium est, quòd tu facias, quòd testes veniant ornati, vt maior fides eis adhibeatur: quia maior fides adhibetur diuiti, quàm pauperi: quia verisimile est, quòd pauper diceret pro pecunia. Vnum tamen volo te scire, quòd citatio testium non est necessaria: sed voluntaria: sed fit citatio propter maiorem fidem testibus adhibendam. Ista est secunda pars, in qua ponit quod sit officium testis citati. Et dico quòd eius officium est: quia quando est citatus, debet venire ad iurandum de veritate dicenda, nulla mixta falsitate, tam pro vtraque parte, quàm pro alia, remoto odio, amore, timore, prece, vel pretio, vel damno, & dictum suum tenere secretum, donec fuerit publicatum:

Diuisio præsentis tituli.

Testes producentis officium quale est.

Testis citati officiũ quod est.

catum:& de istis omnibus habent iurare,& habent iurare testes aduersa parte præsente,vel ea legitimè citata ad hoc.& dico,habent iurare de veritate dicenda,non autem de calumnia:nam testis non iurat de calumnia, nulla mixta falsitate: quia semel posset dicere verũ,& decies falsum, tam pro vna parte quàm pro alia:nam non solùm debent testes veritatem dicere tam pro vna parte, quàm pro alia, remoto odio, timore,amore,prece,vel pretio, qui non debet testificari in odium vel amorem,vel pro timore alicuius partis,& quòd nullum pretium habuit pro testimonio ferendo ab aliqua parte,lucro vel damno:hoc est,quòd nullum sperat habere lucrum vel damnum ex isto testimonio. Ista est pars tertia, in qua ponit à quo possunt testes produci. Et dico quòd nemo cogitur producere iura sibimet contraria: vnde illi,qui credunt testes sibi profuturos,illi possunt testes producere. Hîc est pars quarta,in qua author facit mentionem de quatuor. Primò,qui sunt illi,qui possunt esse testes?dico quòd regulariter quilibet potest esse testis, nisi ei sit prohibitum à lege.Quibus autem sit prohibitũ à lege videamus. Et prima persona, cui prohibetur,est impubes, minor xiiij.an.masculus,& fœmina minor xij. neque in causis ciuilibus, neque in causis criminalibus:tamen si volunt, cùm facti sunt puberes, in causis ciuilibus, testificari possunt de his, quæ viderunt in ipsa pubertate:sed dum sunt impuberes,non possunt testificari,neque in cõtractibus,neque in alia parte notariæ. Sed quid de puberibus?dico quòd puberes possunt esse testes in contractibus & pactis, vltimis voluntatibus, & iudiciis ciuilibus potest testificari ipse pubes.Sed quid in criminalibus? dico quòd ille, qui vult testificari in causis criminalibus debet esse maior xx.an.& non curo vtrum sit filiusfamiliâs vel paterfamiliâs,& etiam duo fratres in eadem potestate existentes,possunt esse testes in alieno negotio: quia nihil nocet ex vna domo plures testes adhiberi,vt Insti. de testamen. ordinan.§.sed neque mulier.in vltimo versic.Item etiam seruus non potest esse testis,dum est in seruitute.Item patronus non potest testimonium perhibere contra libertum suum. Item infamis non potest esse testis.Tamen infamia est duplex,scilicet,propter delictum commissum:& ista est iuris, vt habetur in Insti.de successionibus ab intestato. Alia est infamia facti, vt est quando quis infamatur solùm lata sententia.

Testes à quo possunt produci.

Testificari qui prohibentur.

Pubes quãdo testificetur.

Item

Item etiam carceratus non potest esse testis, neque testimoniũ perhibere, dum est in carceribus: sed extra carceres bene potest testificari, & valet eius testimonium. Et ita volunt dicere quidam, quòd carceratus non potest contractum, neque pactum, neque promissionem facere, dum est in carceribus. Sed tamen hic est distinguẽdum, quia aut vult se obligare ei, qui eum detinet in carceribus, & tunc non potest: aut alteri personæ extraneæ, & tunc potest, & valet, & tenet promissio: maxime, si is, qui illum carceri detinere iubet, consenserit. Item ille, qui pretium accepit, vt pugnaret cum fera bestia, nõ potest testimonium perhibere: quia verisimile est, quòd ferret testimonium pro pecunia, si vadit ad pugnandum pro pecunia. Etiam illi, qui vadunt super turres, nõ possunt esse testes: imò plus, si accipiunt pecuniam, & non pugnant, efficiuntur infames, & non possunt esse testes: quia consideratur affectus, si non subsequeretur effectus: vt Insti. de ob. §. pœna furti manifesti. Sed ponamus quòd quidam probitatis causa iuit ad pugnandum cum fera bestia, nunquid efficitur infamis? Et dico quòd non, & potest testis esse, & perhibere testimonium. Item mulier, quæ dat corpus ad meretricum pro pecunia, non potest testis esse: quia verisimile est quòd pro pecunia diceret falsum testimonium, & est infamis. Item ille, qui semel est condemnatus pro falso testimonio, nõ potest amplius esse testis: & ratio est, quia qui semel malus, semper præsumitur malus, in eodẽ officio: vt Institu. de suspect. tuto. & cura. §. consequens est, vt videamus. Item hæreticus, qui non credit in Deum vnum Patrem, non potest esse testis. Item parẽtes non possunt esse testes. nam pater pro filio non potest esse testis, nec filius pro patre: Fallit in duobus casibus, in quibus pater pro filio potest esse testis. Primus casus est, quãdo est quæstio de ætate. Secũdus casus est, quãdo est quęstio de affinitate: quia quidam decessit intestatus, modò duo sunt, qui dicunt, quòd debent succedere: quia vnus dicit, ego sum proximior: & alter, ego sum modò pater, qui cognoscit melius parentelam, ideo potest testis esse. Item domestici non possunt esse testes: & domestici, familiares sunt, modò isti non possunt esse testes in causis domini: quia in ea re reprobatum est domesticum testimonium: vt Institu. de testa. ordi. §. in testibus verò non debet esse. Fallit tamen in casu, in quo domestici & familiares possunt esse testes, sicut sunt ascriptitij & coloni in

Casus speciales.

causa domini, scilicet, quando est factum furtum, vel homicidium in domo, vult dominus probare per eos, potest. Itẽ executores negotiorũ non possunt esse testes, vt sunt tutores & curatores nomine pupilli & adultorũ suorũ, procurator in causa domini sui, syndicus in causa collegij, vniuersitatis, castri, burgi, & villæ. Item aduocati nõ possunt esse testes in causis, in quibus aduocauerint: & ratio est, quia nõ euadunt nomen corrupti testis. Itẽ in causa propria nemo potest esse testis. Et dicitur causa propria, quãdo ex illa causa sperat habere lucrũ, vel dãnũ: & nemo potest esse suus iudex in causa sua propria: vt Insti. de autho. tu. & cura. §. tutor. Item socius eiusdẽ criminis, si socius fuit tecum ad faciendũ vnum delictum, modò in eodem crimine non potest esse testis cõtra te sociũ eiusdẽ criminis. Item etiã ille, qui falsum tulit testimonium contra te, amplius non potest esse testis cõtra te. Item illi, quibus ab aliquo imperari potest, vt sint eius testes, non possunt pro eo testificari. Item mulier non potest esse testis in testamento, sed sic in codicillo, & in contractibus & pactis, duntamen nõ habeat aliud iuris impedimentum. Et ꝙ mulier non potest esse testis in testamẽto, habetur Instit. de testa. ordi. §. testes autem adhiberi possunt. In isto autem §. author ponit, quòd quidam possunt esse testes, sed nõ coguntur. Et prima persona est senex valetudinarius habens septuaginta annos, vel vltrà, si vult esse testis, potest, sed nõ cogitur. Item etiã miles potest esse testis, sed non cogitur: sed plerũque iudex dat ei fiduciã propter veritatẽ habendã. Itẽ etiã ille, qui vadit ambassiariæ causa, vel absentat se causa probabili, non cogitur esse testis; sed si vult bene potest, nisi absentaret se studiosè: nã tunc cogeretur esse testis. Item etiã ille, qui cõducit præbendas exercitui, nõ cogitur esse testis: vel qui laborat pro re publica, non cogitur esse testis: sed si vult, bene potest. Item non cogitur quis esse testis contra socerum suum: sed si vult, bene potest. Item proxeneta non cogitur esse testis: sed si vult, bene potest. Tamen litera distinguit, aut ambæ partes volunt, quòd ipse sit testis, & tunc cogitur velit nolit. Si autem ipsæ partes sunt in discordia: vt quia vna pars vult, alia non: modò proxeneta potest esse testis, sed non cogitur. Hîc incipit alia pars, in qua ponit conclusionem: & dicit quòd cæteræ personæ, quæ non sunt hîc enumeratæ, coguntur testimonium perhibere. Hîc author ponit, quod est officium illius, contra quem testes producuntur

Qui non coguntur esse testes.

Officium eius, contra quem producuntur testes.

ducuntur. Et eius officium est: nam primò habet interrogare, de quo ille, qui producit testes, vult probare per dictos testes, & super illo formare interrogatoria, vt veritas habeatur. Item in isto præsenti §. ponit quod est officium eius, qui scribit, scilicet, notarij. Et eius officium est, scilicet, intentionem actoris in scriptis, & interrogationes rei habere & dicere testibus aliqua, vt ipsi veritatem dicant, & debet eos examinare in secretum. Ista nota ponit quòd si testes volunt mutare dictum suum, non possunt, si locuti sunt cum aliqua partium: sed si non sunt locuti cum aliqua partium, bene possunt mutare dictum suum: tamen aduersa pars, contra quam producuntur, debet esse cauta, quòd ibi sit, quando testes sunt examinati, & eis dicat aliqua verba, vt amplius non posśint mutare dictum suum. Hic ponit author quod officium testium est: nam si sunt testes actoris, condemnatur reus: si sunt testes rei, absoluitur reus. hoc est verum, si non contradicunt: sed si contradicunt, non valet dictum eorum, & sunt falsi testes. Hîc ponit author, quòd in quolibet negotio regulariter requiruntur tres testes. Fallit in testamento, in quo requiruntur octo. In codicillo requiruntur quinque. In diuortio requiruntur septem. Tamen non sis contentus numero legali: nam vbi debent esse tres, fac vt sint quatuor, vel quinque. Et vbi sunt necessarij viij. apponas ix. vel x. Hîc author ponit quanta fides sit adhibenda testibus. Et dico quòd considerandum est, vtrum testis sit diues, vel pauper: nam maior fides adhibetur diuiti, quàm pauperi: vel, vtrum sit inimicus aduersæ partis: vel, vtrum sit iuuenis, vel senex: maior enim fides adhibetur seni, quàm iuueni: vel, vtrũ sit nobilis, vel plebeius: vel, vtrũ sit clericus, vel laicus: vel, vtrum sit masculus, vel fœmina: vel, si dixit vnus quod alter, nam habentur vt suspecti illi testes: ratio, quia verisimile est quòd fuerint docti.

Officium testium quod est.

Quot testes sunt necessarij

Quibus testibus sit magis credendũ

De probationibus, quæ fiunt per instrumenta, & quomodo in causis eduntur.

NOn solùm per testes, sed etiam per instrumenta probatur: & ideo videndum est de instrumentis. Dicitur autem instrumentum vno modo esse id, per quod causa instruitur: vnde probatio testium dicitur instrumentum. Alio modo di-

citur instrumētum apparatus fundi, vt aratrum. Sed etiā tertio modo dicitur instrumentum scriptura, in qua continetur id, quod intendit probare producens. Et secundum hanc vltimam expositionem instrumentum diuiditur: quia aliud publicum, aliud priuatū, aliud Apocha, aliud Antapocha, aliud forense. Publicum instrumentum est illud, quod est scriptum manu publica, scilicèt, tabellionis, si redactū est in publicam formam. Priuatū est, quod scriptū est manu cuiuscunque priuatæ personæ. Apocha dicitur sciptura, quæ est facta ad vtilitatem debitoris: vt quia creditor cōfessus fuit se recepisse à debitore id, quod ei debebat. Antapocha est scriptura, quæ fit ad vtilitatem creditoris. Forense verò instrumētum est, quod fit de his, quæ aguntur in foro, id est, in iudiciis, vel causis. Fides autem adhibetur publicis instrumentis sine alio adminiculo, si careant omni suspicione, nisi contrarium probetur. Priuato autem instrumento non creditur sine aliis adminiculis, id est, nisi per testes, & comparationem literarum ei fides adhibeatur: nisi sit scriptū manu eiusdem, contra quem producitur. Sed si scriptum est per manum alicuius tertiæ personæ, probari debet per testes, vel per cōparationem literarum, vt dictum est. Apochis, & antapochis, & forensibus instrumētis fides adhibetur, si sint publica vel priuata, secundum ea, quæ dicta sunt suprá. Et creditur publico instrumento, vt dictum est, si est authenticum, vel originale: non autem exemplo, nisi cum exemplo proferatur authenticum, vel nisi alia sufficiens probatio adiungatur. Volens igitur ad probationem intētionis suæ producere aliquod instrumentum, debet illud in causa edere: & debet dicere, hoc instrumēto volo vti in causa ista: & si aduersa pars exemplum illius habere voluerit, vti consulatur sibi super illo: vel si aliquid dicere voluerit contra illud, debet ei dari exemplum. Sed quorundam instrumentorum siue scripturarum debet dari exemplum cum annis Domini, die, indictione, & testibus, & nomine tabellionis, & omnibus, quæ in ea scriptura continentur per ordinē: & hoc, si sint acta publica, hoc est, scriptura in iudiciis, vel sub officio, aut authoritate alicuius iudicis facta, vel si sint instrumenta procurationis. Sed si sint alia instrumenta, debent dari exempla, scilicet, solus tenor sine die & Consule, id est, sine annis Domini, indictione, die, testibus, & nomine tabellionis.

Instrumētum qualiter diuiditur.

De pro

De probationibus quæ fiunt per instrumenta, & quomodo instrumenta in causis adducuntur. Rubrica.

CONtinuatur iste titulus ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus de probationibus, quæ fiunt per testes: Sed quia non solùm probatur per testes: sed etiam per instrumēta probatur de iure suo, meritò de probationibus, quæ fiunt per instrumenta loco præsenti est agendum, & videndum. innuit hoc Rubrica, cùm dicit, de probationibus. quæ fiunt per instrumenta. Iste titulus diuiditur in partes quinque: nam in prima parte author continuat se ad præcedentia: & durat vsque ad §. Dicitur autem instrumentum. Ibi secunda, in qua ponit quot modis accipitur instrumentum: & durat vsque ad §. Et secundum hanc. Ibi tertia, in qua ponit quotuplex sit instrumentum: & durat vsque ad §. Fides autem. Ibi quarta, in qua ponit quanta fides sit adhibenda cuilibet instrumento: & durat vsque ad §. Volens. Ibi quinta, in qua ponit quomodo instrumenta sint in causis producenda: & durat vsque ad finem tituli. Ad euidentiam huius tituli quæram quinque, prout quinque ponit. Primò ponam quandam regulam, & casus exceptuatos à regula. Secundò, quot modis accipiatur instrumentum, & quomodo accipitur hîc, & quid sit instrumentum secundum modum acceptum. Tertiò, quotuplex sit instrumentum. Quartò, quæ & quanta fides sit adhibenda cuilibet instrumento, tam publico, quàm priuato. Quintò, qualiter, & quomodo instrumenta sint in causis producenda. De primo, scilicet, ponere vnam regulam, & casus exceptuatos à regula: & regula talis est: In exercendis litibus parem vim tenent testes & instrumenta, id est, qualem habent efficaciam testimonia verbalia, eandem habent testium instrumentis scripta testimonia. Vel melius regula iaceret, de testimoniis verbalibus & instrumentis redactis idem est iudicium. nam ita est per instrumenta sicut per testes, & ita per testes sicut per instrumenta. Fallit in casibus in quibus expedit, ꝙ fiat probatio per instrumenta, & non per testes. Primus casus est in eo, qui dixit se maiorem verbotenus, & posteà iurauit: & posteà, si vult probare se esse

Diuisio præsentis tituli.

Casus in quibus probatur per instrumēta tantùm.

minorem per testes, non potest, & non auditur, nisi vellet probare per instrumēta facta de die natiuitatis suę. Secūdus casus est in eo, qui desponsauit concubinā, & habet filios naturales: modò ad hoc vt sint legitimi & naturales, debēt apparere instrumēta dotalia: vt Insti. de nup. §. fi. Aliquādo euenit, & si vellet desponsationē probare per testes, nō posset. Tertius casus est, quando est actū per pactū, ꝙ exinde fiat scriptura: modò scriptura est necessaria. Sed ponamus, ego emi vnā rem, & tu vēdidisti mihi: & actū est inter nos, ꝙ exinde fiat scriptura, solutū est pretiū, & tradita est res, nūquid per rei traditionem & pretij solutionem transferatur directum dominiū in emptorem? dico quòd sic, licet non sit facta scriptura. Quartus casus est in confessione debitoris: nam debet apparere contraria scriptura, & si vellet probare debitum per testes, non posset. Quintus casus est in venditione rei minoris: nam ibi expedit, quòd sit scriptura: quia tutoris authoritas ad decretum iudicis debet recurrere: nam tunc est necessaria scriptura, quando requiritur in contractu solennitas: & si vellet probare per testes, non posset. Sextus casus est in omni loco, vbi desideratur decretum iudicis & tutoris authoritas. Septimus casus est in iudiciis: nam si non apparet qualiter reus citatur, vel lis contestatur, vel iuratur de calūnia in scriptis, non valet quod fit in iudiciis, nisi appareat in actis. De secundo, scilicet, quot modis accipiatur instrumentum in iure? Et dico quòd multis modis. Primo modo pro omni eo, quo vtitur artifex in arte sua, vt in homine fabro. Nam faber habet maleum, incudem, & ista talia: & isto modo non accipitur hîc. Secundo modo accipitur pro apparatu fundi, vt sunt omnia, quæ requiruntur ad agrum: & isto modo non accipitur hîc. Tertio modo pro probatione testium: nam isti testes instruunt iudicē, & isto modo non accipitur hîc. Quarto modo accipitur pro omni scriptura facta manu publicę personæ: & isto modo accipitur hîc. Sed quid est instrumentū secundum nostrum modum acceptum? Certè instrumentum est quædā scriptura solennis & publica manu publicæ personæ confecta, ad probationem negotii vel negotiorum memoriæ causa perpetuę facta. Verba diffinitionis egent expositione: & ideo exponamus. Et primò, instrumentū est quædā, & non omnis: nā non omnis scriptura est publica. Dicit, solennis, id est, cū solēnitatibus facta: nā si nō esset cū solennitatibus, quæ requirūtur, nō vale

Instrumētum quot modis accipitur.

Instrumētum quid est.

valeret. Dicit, publica, id est, cum publicationibus facta: nam si deficerent publicationes, tunc nō valeret. Dicit, manu publicę personę cōfecta: nā ad hoc vt valeat scriptura, debet esse facta manu publicæ personę, id est, notarij. Dicit, ad probationem negotij vel negotiorū. Nā ista scriptura fit solùm ad probationē, vt quis probet legitimè de iure suo. Dicit memoriæ causa perpetuæ facta: nam etiam ista scriptura fit propter memoriam perpetuā habendā: Vnde dicitur charta de bombice: *cio che tu scriui si tu dice*. De tertio, scilicet, quotuplex sit instrumentum? Dico quòd largè est quintuplex. Nā quoddā est instrumentū, quod appellatur publicū, quod est confectū manu publica, id est, manu notarij. Quoddam est instrumentum, quod appellatur priuatum, vt est illud, quod est factum manu priuatæ personæ: tamen est factū cū subscriptione triū testium: vel est factum manu contrahentium. Quoddam est instrumentū, quod appellatur apocha: vt est scriptura facta de absolutione debitoris, quia est facta ad vtilitatem debitoris. Quoddam est instrumentum, quod appellatur antapocha: vt est scriptura facta ad vtilitatem creditoris. Quoddam est instrumentum, quod appellatur forense: vt est illud, quod fit in foro, hoc est, in loco iudicij. Sed loquēdo strictè omne instrumentum, aut est publicū, aut priuatū, & istud prodest scire: nā per istam diuisionem tu scies quanta fides sit adhibenda instrumentis. De quarto, scilicet, quanta fides sit adhibenda instrumentis? Et dico quòd fides plena est adhibenda scripturæ publicæ sine alio iuris adminiculo: vt Instit. de inuti. sti. §. Itē verborum obligatio. duntamen omni careat suspicione, scilicet, ratione producentis, ratione scribentis, & ratione suiipsius. Sed nunquid scripturæ priuatæ est adhibenda fides? Ad quod sciendū distinguendū est: quia aut illa scriptura est scripta manu contrahentium, aut manu alterius tertiæ personæ priuatæ. Si manu contrahentiū, & tūc aut scribit pro se, aut cōtra se. Si scribit pro se, & tunc nō adhibetur fides aliqua. Sed si scribit cōtra se, tunc valet scriptura, & adhibetur fides: duntamen fiat cū causa. Si autē sit scriptura manu tertiæ personæ priuatæ cōfecta, & tunc nō adhibetur fides aliqua, nisi sit roborata cum subscriptione trium testium. vnde versus.

Apocha.

Antapocha.

Instrumēto quāta sit fides adhibenda.

Cautio priuata cum trino teste notata:
Hoc ius est nacta, quod cautio publicè facta.

Vnde tamen scias, ꝙ per hoc, quod dico, quòd scripture facta

contra se plena fides adhibetur:hoc est verùm,si confitetur se scripsisse.Sed si negaret, necesse erit tibi probare: & poteris probare hoc per comparationem literarum.Sed quanta fides adhibetur cuilibet instrumento?Dico quòd apochis & antapochis est plena fides adhibenda,duntamen omni careat suspicione,putà,ne suspicetur de fauore dictantis notarij, vel scribentis,vel etiam de falsificatione suspicari posset. Istud melius scire potes per ea,quæ dicta sunt suprà: quia aut instrumentum est publicum,aut priuatum.De quinto,scilicet, quomodo instrumēta sint in causis producēda?& dico quòd debent produci omni tempore aduersa parte præsente, vel absente,& etiam in vltima dilatione peremptoria: & hoc, ne aduersa pars posit informare se:quia edenda,id est, producenda sunt omnia,quibus quis est vsurus in causa,& quandoque cum die & consule. Et hoc est,quando sunt instrumenta producta ad legitimationem personarum,& etiam quando acta sunt iudiciaria.Aliquando datur sine die & consule, vt instrumenta,quæ sunt ad probationem negotij:Tamē hîc do tibi duo consilia.Primum consilium est,quando tu procurator portas,hoc est,pars tua portat multa instrumēta, quòd tu videas ea instrumenta,quæ faciunt ad factum,& non alia: quia quando apportat multa instrumenta,si tu omnia produceres,possent aliqua esse contra te. Secundum consilium est,quòd tu procurator semper facias,quòd quando pars tua apportat instrumenta,quòd pars tua producat instrumenta vnà tecum:vt si essent falsa,posteà non imputetur tibi: quia præsumeretur quòd produceres semper falsa instrumenta: Quia qui semel malus,semper præsumitur malus in eodem officio:vt Institu.de suspect.tu.& cura.§.consequens est vt videamus,nisi forte produceret cum protestatione,scilicet,dicendo coram iudice quòd non producis ea, nisi inquantum sunt vera & efficacia.

Instrumēta qualiter sunt producenda.

De consilijs dandis in causis.

POstquàm vtraque pars suas probationes & rationes produxerit,& iam nihil restat,nisi ferre sententiam,vocatis partibus dicet iudex:Quoniam hanc causam cum cōsilio sapientum decidere volo,si habetis aliquos suspectos sapientes,detis mihi in scriptis.Quibus habitis,iudex eliget vnum vel

vel duos ex his, qui suspecti dati non erunt, & mandabit partibus, vt iura & probationes suas ostendant, & allegent corã ipsis sapientibus. Cùm autem à partibus, vel ipsarum aduocatis, fuerint ostensa & allegata iura eorum, sapientes illi iuxta probata & allegata, secundum quod eis iustum & æquum visum fuerit, consilium eorum scribent qualiter ferenda sit sententia condemnationis vel absolutionis, & ipsum consilium secretò iudici dabunt: iuxta quod iudex formari, & scribi faciat sententiam: Quam partibus præsentibus, vel vna præsente, & altera absente, duntamen legitimè & peremptoriè citata, feret in ipso loco, iudice pro tribunali sedente. Item nota quòd non solùm super principali decisione totius negotij, sed etiam super aliqua incidenti quæstione in processu causæ, quæ aliquando vertitur inter aduocatos, habetur consilium à sapientibus, & super illud pronuntiatur: ex qua pronuntiatione illa quæstio diffinitur. Est tamen verum, quòd in modicis quæstionibus, & etiam in magnis, & in aliquibus terris, & locis, iudex solus super principali decisione audit allegationes partium, & sine alicuius consilio sententiã profert: & tunc subticendum est illud verbum, quod in sententiis dicitur, scilicet, habito consilio sapientum.

De consilijs dandis in causis. *Rub.*

ISte titulus continuatur ad superiora ista forma: De quibusdam præparatoriis, quæ fiunt in iudiciis ante litem contestatam, & post, in præcedentibus est dictum & declaratum. Sed quia est aliud præparatorium, quod fit post litẽ contestatam, sed non est necessariũ sicut illud quando iudex vult habere consilium. Meritò de consiliis dandis est hic agendũ & videndum. hoc clarè ponit Rubrica, cùm dicit de consiliis dandis. Iste titulus nõ eget expositione. Sed solùm ponit hoc, scilicet, quando iudex habuit & dedit allegationes & probationes vtriusque partis, quòd iudex faciat, quòd vtraque pars det suspectos & cõfidentes, datis suspectis & confidentibus iudex eligit aliũ iudicem, qui iudex dat consiliũ, viso consilio iudex profert sententiam secundũ consiliũ sibi datum, etiam super incidenti quæstione iudex potest eligere sapientem: ita quòd non solùm super principali quæstione, sed etiam super incidenti. Sed tamen si iudex vult eligere sapientem, potest:

ſed ſi non vult, non cogitur. Sed tamen hoc ſeruatur in aliquibus terris: quia iudex cogitur habere conſilium ſapientis. litera ſatis de ſe patet.

De ſententijs.

Sententia quotuplex eſt.

Quia ſententia controuerſiis finem imponit: Et quia de qua re cognouit iudex, de ea quoque pronuntiare cogendus eſt: Ideo dicto de proceſſibus controuerſiarum, nunc de fine ipſarum, videlicet, de ſententia eſt videndum. Eſt autem ſententia quodcunque iudicantis præceptum, non naturę, nō iuri non bonis moribus contraria. Sententiarum alia diffinitiua, alia interlocutoria. Interlocutoriā fert iudex contra reū cōtumacē, quādo citato reo, & nō veniēte, pronuntiat actorē fore mittendū in poſſeſsionē bonorū rei pro menſura debiti declarati, vel rei petitę, vt infrà dicetur, vbi tractabitur de proceſſu contra reū contumacem. Fertur etiā interlocutoria aliquando ſuper aliqua quæſtione emergenti, vtputà, quādo quæſtio eſt inter partes vel aduocatos, vtrum ſint aperiendi teſtes vel non: vel vtrum aliquis recipiendus ſit in teſtem, vel non: aut dilatio, vtrum ſit dāda, vel nō. Sed iſta interlocutoria poteſt retractari ab eodem iudice, qui illam pronuntiat: quia quod iuſsit vetuítve Prætor, contrario imperio tollere poteſt: & quia vicē rei iudicatæ nō obtinet. Neque enim omnis vox iudicis iudicantis cōtinet authoritatē. Sed diffinitiua ſententia eſt, quæ finē controuerſiarū pronuntiatione iudicis accipit. Quod vel condemnatione vel abſolutione contingit. Quia diffinitiua decidit principale negotium, & fertur lite conteſtata: & iudex, qui eam tulit, reuocare non poteſt: Quia ſiue bene, ſiue malè functus eſt officio ſuo: licet aliquādo feratur diffinitiua ſentētia, etiā lite non conteſtata, vt in cauſa appellationis. Itē ſententia diffinitiua debet continere certa & clara: quia ſi incertā ſententiā ferret iudex nō valet: Et debet ferri poſt litem conteſtatam, id eſt, poſt pleniſsimè habitam negotij inquiſitionem, actore, & reo præſentibus, vel eis peremptoriè citatis, & infra terminum poſt litem conteſtatam. Et debet iudex ſedere pro tribunali in loco iudicij conſueto: & debet eam recipere per ſe in ſcriptis, niſi ſit breuis lis, & maximè viliū perſonarū: quia tūc ſine ſcriptis recitare poteſt. Et debet ferri ſentētia à iudice competenti, qui præſit alicui iuriſd

Sententia diffinitiua.

iurisdictioni,& in tempore non feriato. Et debet continere condemnationem vel absolutionem.Sententiarum autẽ diffinitiuarum diuersa est forma iuxta diuersas petitiones & actiones. Et etiam aliquãdo fertur sententia super reali actione,aliquando super personali actione, aliquando super adipiscenda vel retinenda,seu recuperanda possessione. Aliquando super diuortiis, vel coniunctionibus matrimoniorum. Aliquãdo fertur sententia ab vno iudice,qui pronũtiat super causa coram prædecessore iudice incœpta & ventilata. Aliquando fertur sententia ab executore, scilicet, à iudice,qui pronuntiat super insolutum datione. Aliquando à iudice, ad quem appellatum est,& à multis aliis. Veruntamen quomodo prędictæ sententiæ formari debeant,& scribi,non dico de omnibus,sed de aliqubus ex eis infrà in exemplificationibus subiungetur. Sunt autem illæ formæ quæ ibi ponentur, ad cætera documentum & via.

Sententia rũ diffini tiuarum diuersa forma.

De sententijs. Rubrica.

Continuatur iste titulus ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus de quibusdam præparatoriis,quæ fiunt ante litis contestationem:& de ipsa litis contestatione & quibusdã præparatoriis,quæ fiunt post ipsam litis contestationem vsque ad diffinitiuam sententiam in præcedentibus est dictum & declaratum. Sed quia partes ad istum actum venire desiderant,scilicet,ad sententiam diffinitiuam, meritò de sententiis loco præsenti est agendum & videndum. hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit de sententiis. Vel sic: quia sententia facit ius,& sententia præiudicat veritati: vt Insti. de officio iudicis.§.si finium regundorum. meritò de sententiis diffinitiuis hìc est agendum & videndum. hoc clarè ponit rubric. cùm dicit de sententiis,&c. Ad euidentiam huius tituli volo quærere sex. Primò quotuplex sit sententia diuidendo,& quæ sit sententia diffinitiua. Secundò, à quo sit sententia ferenda, vbi,& in quo loco. Tertiò, quando, qualiter & quomodo sententia sit ferenda. Quartò, quis sit effectus & virtus eius. Quintò, quot sunt necessaria in forma cuiuslibet sententiæ,vt de iure valeat. Sextò & vltimò, quot sint sententiarũ species. De primo,scilicet,quotuplex sit sententia? & dico quod duplex.s.diffinitiua,& interlocutoria. Sed quando est sententia

Sententia quotuplex est.

tentia interlocutoria? dico quòd illa quæ datur ex primo & secundo decreto contra reum contumacem: Vnde datur exẽplum in debitore meo: ego debitorem meum voco ad videndum, citatur semel, bis, &c. & si contumax est, modò creditor ponitur in possesionem bonorum debitoris ex primo decreto: & ista est super incidenti quęstione. Quandoque non semper est sententia alia diffinitiua, vt est illa, quæ est super negotio principali. Sed quæ est sententia interlocutoria? & dico quòd sententia interlocutoria est quodcunque iudicantis præceptum, non naturæ, non iuri, non bonis moribus contrarium. Exponamus verba diffinitionis. Dicit primò, quodcunque iudicantis præceptum. Nam istud præceptum, quod facit iudex, potest appellari sententia interlocutoria. Dicit, non naturæ: nam non debet iudex pronuntiare contra naturam, vt in filiatione: nam si iudex pronũtiat, quòd ille qui est minor in tempore, sit pater cuiusdam maioris in tempore. Dicit, non iuri, id est, quòd iudex non pronunciet contra ius: quia tunc sententia non valeret. Dicit, non bonis moribus cõtrarium: nam debet facere sententiam secundum bonos mores & consuetudinem. Sed quæ est sententia diffinitiua? dico quòd est illa, quæ controuersiarum finem iudicis pronuntiatione accipit: quod absolutione vel condemnatione contingit. Exponamus diffinitionis verba. Et primò dicit, sententia diffinitiua est, quæ controuersiarum finem: nam illa sententia imponit finem litibus & controuersiis. Dicit, iudicis pronuntiatione accipit: nã per pronuntiationẽ quis efficitur dominus. Dicit, quod cõdemnatione vel absolutione contingit: nã debet pronũtiare cõdemnando, vel absoluendo. Sed ad istã diffinitionẽ oppono dupliciter: vno modo sic, Tu dicis ꝙ ista sententia imponit finem litibus & controuersiis: sed hæc videtur contrà: Nã si lata est sententia, si volũt partes, appellare possunt à sententia: ergo nõ imponit finẽ. dico ꝙ imponit finem, vigore eius quantum ad esse imponit finẽ. Nã hoc non est defectu sententiæ, imò virtute alterius præparatorij, scilicet, appellationis. Secundò oppono: Tu dicis ꝙ debet fieri sentẽtia cõdẽnatoria vel absolutoria. Sed aliquãdo vidimus ꝙ est pro parte cõdẽnatoria, & pro parte absolutoria: dico ꝙ licet iudex possit pro parte cõdẽnare, & pro parte absoluere: tamẽ per se est condẽnare, & per se est absoluere. De secundo. s. à quo sit ferenda sententia? & dico ꝙ à iudice ordinario, qui in causa

Sententia interlocutoria quæ sit.

Sententia diffinitiua quæ sit.

6.

Sententia à quo sit ferenda.

causa cognoscit,& etiam à iudine delegato habente potestatem pronuntiandi. Dico quòd primò debet fieri à iudice ordinario, qui in causa cognoscit. Nam ipsemet iudex cogitur: ratio, quia de qua re cognouit iudex, de ea quoque pronuntiare cogendus est: nam iudex cogitur pronuntiare. Sed quis imponit iudici necessitatem? dico quòd recurrendum est ad superiorē. Nam superior habet ei necessitatem imponere. Et quod dico, ꝙ iudex, qui in causa cognoscit, debet pronuntiare, vel etiam eius successor in officio. Nam si expiraret eius officium, modò alter veniens ad officiū debet pronuntiare. Debet etiam fieri sententia à iudice delegato vel subdelegato, si habet potestatē pronuntiandi: quia ipse delegatus est tãquam mandatarius: & mandatarius plus non habet de potestate, quàm sibi tradatur à domino. Et fines mandati diligenter sunt custodiendi: vt Institu. de mandato. §. illud quoque mandatum. & quando ipse iudex delegatus non potest sententiam ferre, tunc iudex ordinarius debet sententiam ferre. Sed quando est ferenda sententia? dico quòd si erit interlocutoria, datur in qualibet parte litis & ante litem contestatam, & post: sed si est diffinitiua, datur solùm post litem contestatam, & anteà non. Sed vbi, & in quo loco? dico quòd est facienda in loco honesto, & in loco iudicij. Nam iudex potest locū in iurisdictione sua eligere sibi, duntamen sit locus honestus. *Sententia quãdo est ferenda.*

De tertio, scilicet, qualiter, & quomodo sententia sit facienda? Dico quòd est facienda de re, de qua est quæstio, & esse potest. Nam si quæstio esse non potest, & si sententia fertur, non valet ista sententia. Secundò est facienda à iudice pro tribunali sedente. Nam si iudex staret rectus, & pronuntiaret, non valeret. Nam continuò debet iudex sedere, quando pronuntiat: quia magis quietum animum habet, quando sedet. Sed videtur contrarium. Nam quando potestas pronuntiat ad arengeriam, stat rectus: ergo sententia non valet. dico quòd iudex & potestas, antequàm ducant malefactorem ad arēgeriam, ferunt sententiam. Sed illud, quod ipse facit ad arengeriā, facit ad terrorem. Tertiò, debet pronuntiare de re certa & clara. Nam si obscurè loqueretur, non valet. Quartò, quòd feratur sententia in scriptis. Nam facta sine scriptis, nō valeret: & iste est casus, in quo scriptura est necessaria. Fallit in vno casu, in quo non est necessaria scriptura, id est, ferre sententiam in scriptis, quando sunt viles personæ. Quintò, quòd *Sententia qualiter sit facienda.*

non

non feratur sententia in diebus feriatis, imò debet ferri in diebus iuridicis. Sextò, quòd ipse iudex ore proprio legat, & pronuntiet sententiam, aliàs sententia non valeret. Septimò, quòd iudex pronuntiet de die, non autem de nocte: quia si de nocte pronuntiaret, non valeret: quia dicit lex, Sedebunt iudices de mane vsque ad vesperas. Sed ponamus quòd iudex pronuntiat de nocte, nunquid valet sententia? dico quòd sic: quia multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent: vt Insti. de tutelis. §. si permissum. De quarto, scilicet, quis sit effectus & virtus cuiuslibet sententiæ? dico quòd effectus sententiæ interlocutoriæ est: quia sententia potest retractari ab eodem iudice: quia non omnis vox iudicis est præceptum: quia quod iussit vetuítve Prætor, id contrario imperio tollere potest. Sed effectus sententiæ diffinitiuæ est, quia ista sententia non potest retractari: quia postquàm iudex pronuntiauit bene vel malè, finitum est officium suum, nisi ipsemet iudex vellet eam retractare in eodem actu, & in ipso instanti, potest. Sed si iudex ipsemet pronuntiaret contra veritatem, & vult causam remouere, potest? dico quòd non, sed appellari potest à sententia, vt infrà de appellatione patebit. Etiam effectus est: quia sententia facit ius, & sententia præiudicat veritati: vt Insti. de officio iudicis. §. si finium regundorum. & intantum præiudicat veritati, quòd ex ea nascitur actio vel exceptio.

Effectus sententiæ.

De quinto, scilicet, quot sunt necessaria in forma cuiuslibet sententiæ? dico quòd sex sunt necessaria. Nam primum est necessarium, quòd appareat nomen iudicis, & ius officiũ. Secundum est necessarium, quòd appareant nomina litigantium bene determinata & declarata. Tertium, quòd appareat tota petitio, seu libellus. Quartum, quòd appareat processus causæ. Quintum, quòd appareat condemnatio, vel absolutio. Sextum, quòd partes sint præsentes vel legitimè citatæ, aliàs non valeret sententia. Et debent etiam apponi publicationes, & etiam aliqui testes, qui fuerint præsentes pronuntiationi. Et ista omnia sex sunt necessaria: & vbicunque omnium istorum vnum deficeret, sententia non valet, neque tenet. De sexto & vltimo, scilicet, quot sunt species sententiarum? & dico quòd sunt multæ: vt de hoc plenè apparet in summa, in tractatu formarum: nam sunt tot tunc eius formæ, quot sunt eius species: & ibi ad plenum.

Sententia quãdo est ferenda.

De

De appellationibus.

CVm fuerit lata ſententia,ſi aliqua partium ex ipſa ſententia crediderit in aliquo ſe grauatũ, poterit appellare. Eſt autem appellatio ſententiæ à minore iudice latæ per inuocationẽ maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ ſententię facta reſciſsio,vel ſuſpenſio:quia appellatio iniquitatis ſententiæ continet querelam. Appellatur autem ad ſuperiorẽ immediatè,id eſt,ad eum,qui eſt in gradu proximo ſuperiori eo,qui tulit ſententiam,ſiue ad eum, qui deputatus eſt ad hoc. Item appelationem facit ille,qui ſuccubuit, ſiue contra ſe,ſiue contra ſuum procuratorem lata ſit ſententia. Appellat etiam ille,cuius intereſt,vtputà,ſi ſententia lata fuit contra emptorem,poteſt appellare venditor, eò quòd de euictione tenetur. Item cohæres appellat à ſententia contra ſuum hæredem lata. Item fideiuſſor appellat à ſententia contra debitorem lata, pro quo ſe obligauit: quia ſua intereſt. Item quilibet extraneus poteſt appellare pro condemnato: ſi ille habeat mandatum infra tempus ſtatutum ad appellandum. Sed ſi plures fuerint condemnati,& appellat vnus, non ideo alij videntur appellaſſe. Appellatur verò à ſententia diffinitiua,ſiue à tota,ſiue à certo capitulo. Et ſi ab vno capitulo appellatur,non reſcinduntur ideo alia,niſi ſint connexa. Sed ab interlocutoria non appellatur, niſi quando iudex in cauſa ciuili vel criminali pronuntiauit quæſtionem haberi aliter,quàm leges velint. Appellatur à ſententia lata ſuper proprietate:ſed non ab ea, quæ lata eſt ſuper poſſeſsione: quia in iudicio proprietatis erit ſaluum omne remedium:& quia victoria proprietatis abſorbet victoriam poſſeſsionis. Item appellatur à ſententia iudicis ordinarij & delegati. Veruntamen ab executore,qui ſententiam mandat executioni, non appellatur,vt aliquis ſit litium finis: niſi executor excedat modum in exequendo, vt quia ante tempus ſtatutum exequetur,vel in maiori quantitate,quàm in ſententia cõtineatur. A Principe verò, vel à Senatu, aut à Præfecto Prætorio non appellatur, ſed ab eis ſupplicatur. Et eſt ſupplicatio petitio veniæ prioris erroris. Item non appellatur ab arbitro. Item appellare non poteſt verè contumax ille, cui datum præceptum eſſet à iudice,vt veniret & ſtaret ad ſen-

tentiam

tentiam audiendam, spreto iudicis præcepto non venit: vel recessit: vel ille, qui tribus edictis, vel vno pro quolibet, quod dicitur peremptorius legitimè citatus, respondit se non venturum. Hic verò contumax non appellatur, si incontinenti post latam sententiam venerit, iudice adhuc pro tribunali sedente. Ille autem qui est fictè contumax, appellare potest: & dicitur fictè contumax, qui vel ignorauit se citatum: vel si sciuerit, dixit se venturum. Item nota quòd appellatur à sententia aliquando illico post latam sententiam sola voce: vt si dicat condemnatus, ab hac sententia viua voce appello. Aliquando ex interuallo, & tunc debet offerri libellus in scriptis infra tempus statutũ ad appellandum. Illud autem tempus est: quia infra decem dies à die latæ sententiæ appellandum est, si condemnatus fuit præsens sententiæ: sed si fuerit absens, & non defensus per procuratorem, debet appellare infra decẽ dies, ex quo sciuerit sentẽtiam latam esse. Sed si per procuratorem defensus est, non auditur, nisi procurator appellauerit: licet contra procuratorem posit habere regressum. Cæterùm effectus appellationis est: quia per appellationẽ suspenditur pronuntiatum: & pendente appellatione nihil debet innouari. Item nota quòd in iure canonico non solùm à sententia, sed ab omni grauamine appellatur. Postquàm autem appellatio fuerit facta, debet iudex eam accipere, & dimissorias literas transmittere ad eum, ad quem appellatum est. Veruntamen secundum statuta & consuetudinem Bono. si appellatum est à sententia iudicis ordinarij: idem iudex committit causam appellationis vni ex iudicibus, qui præsident appellationibus cognoscendis. Sed si appellatum est à sententia minoris iudicis, recurritur ad iudicem ordinarium, qui committat: & hæc commissio secundum tempora statuta habet fieri infra quindecim dies à die latæ sententiæ. Ille autem iudex, ad quem appellatum est, siue cui causa appellationis commissa est, vocatis partibus diligenter eas examinabit, & licebit vtrique parti nouis assertionibus vel exceptionibus vti, quæ pertineant non ad nouum capitulũ, sed oriantur ex illis, aut illis sint coniuncta, quæ apud priorẽ iudicẽ fuerint proposita. Et licebit etiam præstare probationes super instrumento vel allegatione facta in prima causa: cũ tũc nõ fuerit copia probandi. Item licebit vti probationibus præstitis, & testificationibus lectis in priori causa. Item nota, ꝙ secundũ consuetudinem

nem & statuta Bon. appellans debet reficere aduersæ parti expensas litis, si succumbat: & dare debeat iudici, qui cognoscit de appellatione, siue succumbat, siue obtineat duodecim denarios pro qualibet libra quantitatis, vnde lis est. Et de his debet consignare iudici sufficiens pignus infra decem dies post commissionẽ factam. Postquàm autem hæc omnia facta erunt, & causa diligenter examinata, pronuntiabit ipse iudex bene vel malè sententiatum fuisse, & bene vel malè fuisse appellatum. Et debet hæc causa appellationis terminari infra quadraginta dies vtiles post latam primam sententiam. Item nota, quòd ab hac pronuntiatione etiam poterit appellari, & in hac secunda appellatione idẽ processus per omnia est seruandus, vt in prima appellatione.

De appellationibus. Rubrica.

ISte titulus continuatur ad superiora ista forma: De sententiis, quæ imponunt finem litibus & controuersiis, in præcedentibus est dictum & declaratum. Sed quia istinc accedit, quòd persona condẽnata sentit se grauatam, & vult à sententia tanquã ab iniqua appellare, meritò de ipsa appellatione hîc est agendũ & videndũ. hoc clarè ponit Rub. cùm decẽ, dicit, de appellationibus. Præsens titulus diuiditur in partes, prout decẽ ponit. Nã in prima parte cõtinuat se ad præcedentia. In secunda parte ponit, quæ sit appellatio. In tertia parte ponit, ad quem iudicem potest appellari. In quarta parte ponit, qui sunt illi, qui possunt appellare. In quinta parte ponit, à qua sententia potest appellari. In sexta parte pònit, à quo iudice appellatur. In septima parte ponit, qualiter, & quomodo, vt infra quantum tempus appellatur. In octaua parte ponit, quis sit effectus & virtus appellationis. In nona parte ponit, quod sit officium iudicis, ad quem appellatur. In decima parte ponit, quoties sit facienda ista appellatio. Visa ergo diuisione huius tituli, vnãquanque partem exponamus. Et ad primam partem ego venio: & in ista prima parte continuat seipsum ad præcedentia. Et dicit, cùm fuerit lata sententia, si quis sentit se grauatũ, potest appellare à sententia: vnde actor & reus possunt appellare. Istud ponit litera. Sed extra literam quæro vnum. Ponamus quòd iudicium fuit defectuosum in aliquo: quia non fuit iuratum de calumnia, iudex

Diuisio præsentis tituli.

tulit sententiam, nunquid potest appellari à sententia? Diceret aliquis, certè sic: quia lata est sentẽtia contra iuris ordinem. Sed dico quòd non appellatur: quia sententia est nulla, & non valet. Quandoque sententia non valet, & tunc non appellatur. Et quandoque sententia valet, & tenet: tamen si aliquis eorum sentit se grauatum, & tunc potest appellari: & in tali casu loquitur litera nostra. Hîc incipit secũda pars, in qua ponitur, quæ sit appellatio? & dico quòd appellatio est sententiæ à minore iudice latæ per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ sententiæ, facta rescissio. Exponamus verba diffinitionis. Et primò dicit, appellatio est sententiæ, scilicet, diffinitiuæ. Dicit, à minori iudice latæ: nam quandoque minor iudex fert sententiam, & tunc appellatur ad maiorem iudicem. Dicit, per inuocationem maioris iudicis: nam ille, qui appellat, vocat maiorem iudicem. Dicit prætextu iniquitatis: nam quando iudex fert sententiam, committit iniquitatem: quia grauat aliquam partem, modò appellatur ab illa sentẽtia, Dicit, primę sententiæ facta rescissio: nam per appellationem rescinditur prima sententia. Sed videtur, quòd ista diffinitio non sit bona: quia si appellatur à sententia, fortè iudex pronuntiat bene sententiatum, & malè appellatum. Alij dicunt, rescissio, id est, quia habet animum rescindendi. Alij exponunt rescissio: id est, suspensio: nam pendente appellatione nihil debet innouari. & ista est melior expositio. Hîc incipit tertia pars, in qua ponitur ad quem iudicem appellatur: & hîc dicit commentum, quòd hîc expedit agnoscere iudices, vt suprà habuimus, quòd quintuplex est genus iudicum ordinariorum. Sed hîc non expedit dicere. Sed ponamus, quòd minor iudex tulit sententiam, modò tu appellas à sententia, modò immediatè tu habes recurrere ad quartum genus, scilicet, ad iudices clarissimos: & clarissimi sunt in quarto gradu: Si vis appellare ad clarissimos, debes ire ad iudicem superiorem, scilicet, ad spectabiles; & ita ordinatè vsque ad illustres, & posteà ad superillustres. Et quando habes superillustres, non poteris plus appellare & habes tacere. Et ita in spiritualibus: nam semper appellatur ad maiorem vsque ad Papam, à quo tu non poteris plus appellare, sed supplicare, & dare supplicationem: & appellatur semper ad maiorem iudicem, non autem ad minorem, & immediatè sine aliquo interuallo. Fallit in eo, qui appellat ad superillustres.

Appellatio quid sit.

Ad quẽ iudicẽ sit appellandum.

lustres. & hæc omnia sunt vera in iudicibus ordinariis. Sed si delegatus fert sententiam, & grauat aliquam partem, tunc recurritur ad iudicem ordinarium, non autem ad delegatum: quia delegatus nõ subdelegat, nisi sit delegatus summi Pontificis, vel Imperatoris. Hîc incipit pars quarta, in qua ponit quis est ille, qui appellat. Et ad huius euidentiam debemus scire, quòd quidam sunt, qui possunt appellare, si volunt: sed si nolunt, non coguntur. Et primò ille, qui sentit se grauatum in causa, potest etiam appellare condemnatus, duntamen sua intersit. Item extraneus pro condemnato, duntamen condemnatus habeat firmum & ratum, quod factum est. Item fideiussor pro debitore, quando lata est sententia contra debitorem. Et econtrà debitor pro fideiussore. Sed ponanus, quòd plures sunt condemnati, & vnus appellat à sententia, nunquid alij videntur appellare? distingue: quia aut appellat suo nomine, aut nomine alieno, & tunc videtur appellare: aut suo nomine tantùm, & tunc non: aut appellat per restitutionem in integrum, & tunc non videtur appellare. Si autem iure communi, & tunc omnes videntur appellare regulariter: quia aut in actionibus vniuersalibus, & tunc non videntur appellare: aut in actionibus non vniuersalibus, & tunc videntur appellare. Sunt etiã quidam, qui possunt appellare, & coguntur: vt in eo, qui vult agere contra procuratorem suum ad omne suum damnum & interesse. Quidam sunt, qui nullo modo appellare possunt, vt est verè contumax, nisi veniret iudice sedente pro tribunali. Tamen contumax est duplex, scilicet, verè contumax, qui fuit personaliter inuentus, sed dixit se nolle venire. Aliter est contumax fictè, vt ille, qui personaliter inuentus: & iste contumax bene potest appellare, & oretenus in scriptis. Hîc incipit quinta pars, in qua ponit, à qua sententia appellari potest? Dico quòd à sententia diffinitiua appellatur. Sed à sententia interlocutoria non appellatur: hoc est verum de iure Ciuili, sed de iure Canonico appellatur ab omni grauamine, appellatur à tota sententia, vel ab vno capitulo. Nam si vult appellare ab vno capitulo solùm potest. Et si appellatur ab vno, non videtur appellare ab alio, nisi sint connexa. Sed si non sunt connexa, non videtur ab alio appellare: si appellatur ab vno, etiam appellatur à sententia lata super proprietate, sed super possessione non: & ratio est,

A qua sententia appelletur.

quia victoria proprietatis absorbet victoriam possessionis. Sed à sententia lata à iudice ordinario, delegato, vel subdelegato appellatur. Sed à sententia lata ab arbitrio non appellatur, & hoc est virtute pœnæ. Nam retractatur ad arbitrium boni viri; & bonus vir interpretatur iudex potestatis. Item à sententia executoris non appellatur, vt aliquis sit litiũ finis, nisi executor excedat modum in exequendo: quia ante tempus statutum exequatur, vel in maiori quantitate, quàm in sententia contineatur. Item etiam non appellatur à sententia Imperatoris vel summi Põtificis, sed supplicatur. Sed quæ est supplicatio? Supplicatio est petitio veniæ prioris erroris. Nam quando quis vult appellare à sententia summi Pontificis vel Imperatoris, non potest appellare, sed supplicare: vt si est ibi aliquis error, supplicatur. Hîc incipit sexta pars, in qua ponit qualiter, & quomodo est facienda appellatio? & infra quantum tempus? Et dico quòd appellatur duobus modis, scilicet, in scriptis, & viua voce. Et quomodo appellatur viua voce? isto modo. Et dicit, Domine, ego appello ob ista sententia tanquam ab iniqua, & tanquam ab indigna, & ad dominum talem appello, appellationes mihi dari peto, & iterum peto, & cũ instantia peto: & ibi dicere, & quomodo tu petis appellationes, id est, literas dimissorias. Sed hîc datur consilium: quia fortè iudex tulit sententiam, & non vult iudex quòd tu vadas ad eum, vt non appelles: & tunc facias appellationem in scriptis, & pone eam in loco publico, vt omnes videant, quomodo tu appellas. Sed quãtum tẽpus habet quis ad appellandum? Et dico quòd infra decem dies à die latæ sententiæ, & à die cognitionis suæ, quando est absens & indefensus, nõ posset plus appellare elapsis decem diebus. Sed potest agere contra procuratorem suum ad omne suum damnum & interesse. Hîc incipit septima pars nostri tituli, in qua ponit, quis sit effectus & virtus appellationis? & effectus appellationis est: quia pendente appellatione nihil debet innouari, nec aliquid noui fieri, nec debet procedi in causa principali. Hîc incipit octaua pars nostri tituli, in qua ponit, quod est officium iudicis, ad quem appellatur? Et dico quòd eius officium est, nam ille, contra quem lata est sententia, format libellum, citatur reus: & quilibet habet probare de iure suo, & potest vti quilibet illis probationibus, quibus vult vti: quia si non probaui, probabo: si non feci, faciam: & iste iudex debet audire verba vtriusque

Supplicatio quid est.

Appellatio qualiter sit facienda.

que partis, & posteà pronuntiare, vt sibi videbitur. Hic incipit nona & vltima pars tituli nostri, in qua ponit quoties potest appellari à sententia? & dico quòd bis potest appellari, & vltra non: & ille in fauorem cuius lata est vltima sententia ille est victor: & ista causa appellationis debet terminari infra quadraginta dies. In secunda appellatione idem processus est seruandus in prima appellatione.

De executione rei iudicatæ.

QVoniam parum esset sententiam ferri, nisi lata mandaretur executioni: Nunc de executione rei iudicatæ subiungendum est. Sed primò videndus est ordo. Postquàm sententia lata est. Si non appellatur ab ea infra tempus statutum ad appellandum, expectentur quatuor menses, qui indulti sunt condemnatis ad soluendum: Si sententia processit ex mera personali actione, vt quia actum fuerit cõtra aliquem obligatum ex contractu vel quasi, licet spatium quatuor mensium aliquando arctari possit, & prorogari. Arctatur enim in causa alimentorum, vt quia sententia sit contra aliquem, vt præstet alicui alimenta: nam nimis ieiunaret, imò deficeret ille, cui præstanda sunt alimenta, si per spatium quatuor mensium differret comedere: Sed & prorogatur, si videatur iudici condemnatum soluere non potuisse ex aliqua iusta causa. Si verò sententia processit ex reali actione, vt quia petita sit res aliqua ab illo, qui eam tenebat: tunc, si non fuerit appellatum, vt dictum est, iudex infra certum tempus ex eius arbitrio mandat rem restitui. Elapsis autem prædictis terminis, mandatur sententia executioni: & hoc, quando non fuit appellatum, vt dictum est. Veruntamen si post latam sententiam appellatum fuit: quia pendente appellatione nihil debet innouari, expectatur causa quousque fuerit diffinita. Quòd si per appellationem extinguetur, & irritabitur sententia, iam non habebit locum executio. Si autem per appellationem confirmabitur, executioni mittetur. Sed videndum est quid sit executio. Est autem executio quædam potestas, per quam sententiæ latæ vigor producitur ad effectum: & fit executio à iudice ordinario, si sententia lata est ab eo: vel fit à iudice ad executio- *Executio quid sit.*

nes deputato. Fit autem à iudice de rebus condemnatis, si res sunt in territorio ipsius iudicis. Aliquando fit remissio ad alium iudicem, in cuius territorio sunt, vt ipse iudex sententiam exequatur per res & facultates ipsius condemnati: & debet fieri executio in bonis condemnati, vt dictum est, & non alterius, dando tenutam & possessionem de bonis ipsius illi, qui obtinuit, vel eius procuratoribus. Primò enim dãda sunt mobilia. Secundò immobilia. Tertiò peruenitur ad iura, hoc est, ad debitores condemnati. Veruntamen stipendia, hoc est, salaria de publico percepta non capiuntur pignori, dum de aliis rationibus condemnati satisfieri possit rei iudicatæ.

De executione rei iudicatæ. *Rub.*

Continuatur iste titulus ad præcedentia ista forma: Nos suprà vidimus de sententiis interlocutoriis & diffinitiuis in præcedentibus. Sed si non appellatur à sententia, illa sententia debet mandari executioni, meritò de executione rei iudicatæ hic est agendum & videndum. hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit, de executione rei iudicatæ. Ad euidentiam nostri tituli quæram quatuor. Primò, quæ sit executio, & quare sic appellatur. Secundò, quando, & infra quæ tempora sententia mandatur executioni. Tertiò, à quo sententia mandatur executioni, & qualiter, & quomodo, & in *Executio quid sit.* quibus bonis mandatur sententia executioni. Quartò, quis sit effectus & virtus executionis. De primo, scilicet, quæ sit executio? Et dico quòd executio est quædam potestas, per quam sententiæ latæ vigor perducitur ad effectum. Exponamus diffinitionis verba. Et primò dicit, Executio est quædam potestas: nam ille, qui habet sententiã executioni mandare, istam potestatem habet: vt sunt illi, qui habent merum & mixtum imperium, possunt sententiam executioni mandare: Dicit, per quam, scilicet, sententiam. Dicit, vigor sententiæ latæ perducitur ad effectum: nam illi, qui mandant sententiam executioni, habent istum vigorem. Et dicitur executio ab exequor, exequeris. *Sententia quando executioni mandetur.* De secundo, quando mandatur sententia executioni? dico quòd postquàm lis est ordinata, non ante litis ordinationem, & lata est sententia: quia antequàm iudex pronuntiet, condẽnando vel absoluendo, nunquàm mandatur sententia executioni. Et hoc est verum, si senten

ſententia eſt vera, & non falſa, & debet eſſe certa, hoc eſt, de re certa lata: & debet eſſe lata ſecundũ iuris ordinem, & ſit lata à iudice competenti. Nam ſi non eſſet competens, nõ valeret illa ſententia: & etiam quòd non ſit appellatum, ad hoc, vt ſententia mandetur executioni: quia pendente appellatione nihil debet innouari, & quando elapſum eſt tempus ad appellandũ, nam tunc nõ poſſet appellare. Sed infra quæ tempora mandatur ſententia executioni? hic expedit cognoſcere vtrum lata ſit ſententia ſuper actione reali an ſuper perſonali. Si ſuper reali, infra decẽ dies: quia ipſe decẽ dies habet ad appellandũ, & ante decẽ dies non poſſet ſententia mãdari executioni. Si ſuper perſonali, vt ex cõtractu vel quaſi contractu, ex maleficio vel quaſi maleficio, tunc habet ſpatiũ quatuor menſium ad ſoluendũ, elapſis quatuor menſibus ſententia poteſt executioni mãdari: hoc eſt verũ de iure. Sed iudex poteſt iſtum terminum arctare & prorogare, ſecundum quod vult: & prorogatur & arctatur terminus, quãdoque ratione rei, vt ſi res eſt à longe. Quãdoque ratione cauſæ, vt ſi filius agit cõtra patrẽ pro alimẽtis ſibi debendis: modò pater vult terminum quatuor menſium, modò non auditur: quia filius nimis ieiunaret. Quod penitus fatuũ eſſet: nam nemo tam longeuę vitæ eſt, qui tanto tẽpore ſine cibo viueret: imò citò deficeret. Quandoque ratione perſonæ. De tertio. ſ. à quo ſententia mãdatur executioni? dico ꝙ à iudice, qui cognouit in cauſa, & eſt iudex ordinarius: & ille poteſt ſentẽtiã mãdare executioni: & dico ꝙ iudex ordinarius, nõ autẽ delegatus, niſi ſit delegatus Imperatoris vel ſummi Pontificis: modò pronuntiare poteſt, vt ſunt illi, qui habent cognoſcere in cauſa appellationis: & etiam ſunt executores ſententiarum, qui de ſtatuto cõmunis Bono. ad executiones ſunt deputati. Sed qualiter, quomodo, & in quibus bonis? dico ꝙ in bonis mobilibus & immobilibus ipſius condẽnati: & quando non ſufficiunt, deueniunt ad nomina debitorũ: quãdo nõ ſufficiunt illa, vel nõ reperiuntur, tũc vltimò deueniunt ad ſtipendia, vel ad ſalaria eius. De quarto. ſ. quis ſit effectus & virtus eius? & dico quòd eius virtus & effectus eſt: quia incontinenti efficitur dominus. Etiam virtus & effectus eſt: quia iſta executio præbet vigorem ſententiæ: quia aliàs ſententia nullum habet vigorẽ, niſi per executionem rei iudicatæ: & incontinenti executione facta, transfertur dominium in accipientem.

Tempora executioni præſtituta.

Effectus executionis.

De his, qui coram prætoribus, seu iudicibus, extra ordinem ciuilis iudicij concurrunt.

ORdo ciuilis iudicij est, vt oblato libello, & lite contestata, procedatur ad diffinitiuam sententiam secundum ea, quæ superius sunt expressa. Et hic processus & ordo aduersus reum venientem, & se per negationem, vel peremptoriam exceptionem defendentem, regulariter est seruandus. Veruntamen quoniam reus aliquando veniens confitetur. Aliquando verò citatus contumaciter abest: & in his duabus causis non potest ciuilis ordo seruari, imò necessarium est, vt quadā alia via extraordinaria procedatur. Idcirco dicto de ordinario processu, restat nunc de prædictis duobus extraordinariis videre. Et primò de illo, qui seruatur aduersus reum se contumaciter absentantem. Nota tamen, quòd vterque ipsorum processuum plus requirit ordinem differentiæ, qui in ipsis seruandus est, quàm alicuius actus ipsorū expositionem intendere. Etenim ea, quæ in vtroque processu seruantur, pro maiori parte sunt exposita in præmissis. Reliqua autem, quantum dominus dederit, exponentur.

De processu contra reum contumacem.

REus aliquando citatus non comparet, aliquando veniens, & libellum recipiens, non reddit. Vnde quocunque modo ante litem contestatam contumaciter se absentet, aduersus eum processus huiusmodi est seruandus. Actor enim offert suum libellum petitionis iudici, & iudex faciet eum præstare sacramentū calumniæ, quo declarabit omnia vera esse, quæ in suprascripto cōtinentur libello, & quòd non animo calumniandi agit, vel petit. Et summatim ostendit de iure suo. Deinde iudex fert sententiam interlocutoriam cōtra reum. Quoniam si agitur actione in rem, pronuntiat actorem fore mittendum in possessionē rei petitæ: & subsequenter reus citatur, vt veniat defensurus tenutam, seu possessdandam actori ex interlocutoria. Et si non venerit, mandat actorem poni in possessionem: & iste missus in possessionem rei petitæ infra annum non possidet, sed lapsus anni

facit

facit eum verum possessorem. Sed si venerit reus ante annum, volens recuperare poss. auditur: & recuperata possess. proceditur hoc modo: quia reficit actori impensas, & promittit ei de lite suscipienda. Demum fit contestatio litis, & iurat ipse reus de calumnia, non autem actor; eò quòd iurauit tempore interlocutoriæ latæ: Et proceditur exinde ordinario iudicio, prout in antecedentibus dictum est. Si autem agitur actione personali, pronuntiat iudex actorem esse mittendum in possessionem bonorum Rei pro mensura debiti declarati. Primò mobilium, si compererit. Aliquando immobilium, absente reo, omni legum auxilio reseruato. Et hac interlocutoria lata, facit reum citari, vt veniat defensurus tenutam: quòd si venerit, restituta possessioné, proceditur ad ordinarium iudicium, vt superius dictum est. Si verò non venerit, tunc iudex assequendo interlocutoriam, mandat actorem poni in possessionem: & missus in possessionem ex personali actione non possidet, sed detinet. Et ideo non vsucapit, vel præscribit: quia sine possessione vsucapio vel præscriptio non procedit: licet de forma statuti communis Bono. missus in poss. ex interlocutoria data, lucrifaciat fructus. Et nota quòd possessio data ex interlocutoria, dicitur primum decretum. Si autem facta diligenti inquisitione per vicinos & notos, non inuenitur de bonis Rei, de quibus detur tenuta actori, pronuntiat iudex non inueniri de bonis Rei. Ex qua pronuntiatione sequitur hoc, quia per eam patet, quòd facta est diligens discussio bonorum existentium. Vnde cùm de dictis bonis non inueniatur, poterit actor agere, & petere bona obligata. Siue sequatur hoc, quia postquàm non inueniuntur de bonis Rei, iudex reo subsequenter faciet dari bannum, de quo non cancellatur, nisi satisfaciat creditori. Sed si inueniuntur bona dicta, quando datur tenuta seu poss. vt dictum est. Postquàm autem actor habet, si non sit recuperata ista possessio, siue detentio, (quia potius detentio est) quæ quidem possessio ex actione personali habita semper recuperari potest, quousque non processum est ad dationem insolutum: procedit actor, & petit bona, de quibus possessionem habet, sibi dari insolutum. In qua quidem datione in solutum talis ordo seruatur.

Notula.

OFfert enim actor, qui habet dictam possessionẽ, iudici libellum suum, quo petit bona ipsa sibi dari insolutum. Deinde protinus citatur reus: & si venerit, contestatio litis fit, & præstatio iuramentorum de calumnia, & proceditur ordinario iudicio, vt suprà in primo processu. Quòd si non venerit, proclamatur in palatio cõmunis, & in contrata debitoris, quòd si quis habet ius, vel instrumentum in bonis ipsius debitoris, aut illa defendere vult, veniat coram tali iudice responsurus. Quòd si comparuerint aliqui creditores, vel petitores, scribentur petitiones eorum sub primo libello: non tamen interest, vtrum alij petitores habeant tenutam de bonis debitoris, vel non, dummodo prius habeat actor causæ istius. Et si venerit quisquam, dicens se habere ius in dictis bonis, vt quia illa ad se spectant, vel quia ea velit defendere, scribetur ipsius narratio, & ius, quod se dicit habere, siue qua ratione vult illa defendere. Qui defensor satisdabit: quia nemo idoneus est defensor, nisi satisdet. Nam satisdatio ea est, qua defensor tutum facit actorem, siue instantem. Et posteà petitores, seu actores, contestabuntur litem, & iurabunt de calumnia cum ipso defensore, & procedetur in lite, prout, infrà dicetur. Quòd si nõ comparuerit quisquã defensor, tunc eligetur alius, qui constituetur curator bonis debitoris absentis, & indefensi, prout habetur in instrumento curatoris cõstituti bonis absentis & indefensi suprà in septimo capitulo. Qui curator perquiret bona debitoris, & de illis inuentarium faciet: quod inuentarium scribetur in actis. Qui etiam curator illa bona defendet, & contestabitur lis, & iurabit de calumnia cum petitoribus, & procedetur in lite cum curatore vel defensore hoc modo. Producentur enim instrumenta, & probationes hincinde, & iudex secretò accipiet aliquos bonos viros, qui sciant bona debitoris. Et hi sacramento ab eis præstito æstimabunt illa bona, quæ scripta erũt in inuentario, & dabunt æstimationem secretò iudici. Posthæc, datis suspectis, iudex eliget vnum vel duos sapientes, qui visis rationibus & allegationibus vtriusque partis, consulent iudici quid eis videbitur super sententia ferenda, iuxta quod consilium formabitur sententia. Et protinus

nus citabitur peremptoriè pars, quæ absens erit ad sententiã audiendam: & partibus præsentibus, vel vna absente, duntamen legitimè citata, ferret iudex sententiam, in qua adiudicabit insolutum petitori, seu petitoribus de bonis debitoris, secundum illã æstimationẽ, quæ erit æstimata, adiudicando isti rem istã, & illi rẽ illã. Sed primò adiudicabit ei, quẽ inueniet priorẽ tẽpore, & potiorẽ iure. Secundò ei, quem inueniet potiorẽ iure. Tertiò, in tẽpore, & sic de cæteris. Si autẽ nõ sint tot bona, quod omnibus satisfieri possit, reseruat iudex illi, vel illis omnibus, quibus satisfieri nõ potest, iura ipsorũ cõtra debitorẽ, & eius bona, si qua pro tẽpore apparerẽt. Et hæc sententia dicitur secundũ decretũ. Et subsequenter iudex præcipiet nuntio, vt inducat actorẽ in corporalẽ possessionẽ rei sibi adiudicatæ ex secundo decreto. Ex quo decreto & in possessionẽ inductione efficitur dominus ipsius rei. Igitur habes quo ordine procedendũ est contra reum contumacẽ. Sed qualiter prædicta omnia, quæ in ipso processu continentur, scribi debeant, in exemplificationibus aspicies ordinatè notatum.

De processu aduersus reum contumacem. *Rubrica.*

Continuatur iste titulus ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in præcedẽti Rub. qualiter duo sunt casus, in quibus proceditur via extraordinaria. s. quando reus venit, & confitetur. Secundò, quandò reus est cõtumax. Et primò de processu cõtra reũ cõtumacẽ est videndũ: quod innuit rubrica, cũ dicit, de processu cõtra reum cõtumacem, &c. Ad euidentiam huius tituli, Diuide titulũ in partes duas. Nã in prima parte ponit qualiter, & quomodo proceditur aduersus reũ contumacem, quando agitur actione reali: & durat vsque ad §. Si autem agitur actione personali. Ibi secũda in qua ponit, qualiter, & quomodo proceditur aduersus reum contumacem, quando agitur actione personali: & durat vsque ad finem tituli. Et sic ad euidentiam nostri tituli volo quærere duo. Primò, qualiter, & quomodo proceditur aduersus reũ contumacem, quando agitur reali actione. Secundò, qualiter, & quomodo proceditur aduersus reum contumacem, quãdo agitur personali actione. De primo, scilicet, qualiter & quomodo agitur contra reum contumacem, quando agitur reali actione? Et primò habemus scire, quòd contumax est ille, qui

Diuisio præsentis tituli.

Qualiter procedit cõtra reũ contumacem in actione reali.

qui pro duobus edictis non venit citatus ad iudicium ad probandũ malitiã suam, vnde proceditur ista forma: Nam actor potest libellũ offerre iudici, oblato libello iudex debet eũ facere iurare, scilicet, actorẽ de calumnia super libello, posteà iurato de calumnia debet iudex pronuntiare actorem fore mittendum in possessionem rei petitæ. Subsequenter iudex facit reũ citari ad iudiciũ, vt veniat ad defendendum tenutã & possessionem actori datam: modò aut ipse reus venit, aut non. Si venit, dicit ipse: Domine iudex, ego veni, & volo in causa purgare contumaciã, & volo reficere expensas: & nunquam ei offertur libellus, nisi reficiat expensas: & posteà, quãdo purgauit suam contumaciam reficiendo expensas debet iurare de iudicio sisti, & etiã de calumnia, nõ autẽ actor: quia primò iurauit tempore sententię interlocutorię: & posteà debet ei offerri libellus, oblato libello dabitur dilatio ad respõdendum libello, contestabitur lis, & procedetur in lite via ordinaria, si venit ante annum. Si autem non venit, & tunc iudex pronuntiat actorem fore mittendum in possessionem rei petitæ: & iudex præcipit nuntiis, vt eum ponant in possessionem corporalem: & nũtij habent exequi mandatũ, aliàs præceptum domini iudicis, dando claues, aperiendo ostia. Sed nunquid ille actor efficitur dominus? certè non. Sed detinet ita quòd non posset vsucapere, vel præscribere. Sed si reus vellet nuntio præscribere, tunc iudex debet facere officium suum, & mittere birnarios, & actorem ponere in possessionem: & reus potest venire vsque ad vnum annum, & suã purgare contumaciam, reficiendo expensas, & iuratur de iudicio sisti: & si labitur annus, & non venit infra annum, tunc non auditur plus, & ille actor efficitur dominus: imò si actor non erat dominus, tunc efficitur dominus: quia lapsus anni facit eum dominum. De secundo, scilicet, qualiter, & quomodo agitur contra reum contumacem, quando agitur personali actione? Et personalis actio est, quæ oritur ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, tunc offertur libellus iudici, oblato libello, iurato de calumnia, & quomodo illa, quę sunt apposita in libello, sunt vera, iudex pronunciat interloquendo: & posteà citatur reus aut venit, aut non venit. Si venit, & tunc ei offertur libellus: & ipse purgat contumaciam suam, reficiendo expensas. Si non venit, & tũc ille actor ponitur in possessionẽ rei ex primo decreto. Et iste propterea non habet

Qualiter pceditur cõtra reũ contumacem in actione personali.

habet aliquid,& non posſidet,ſed detinet,intantum ꝙ nõ poteſt vſucapere vel præſcribere. Poſteà ille reus venit ad iudicium,fortè poſt tres,vel quatuor annos ante ſecundũ decretum. Poteſt quandocunque venire ſi velit ad purgandum ſuã contumaciam,vbi tu vis ſecundum decretũ, & tunc inchoatur adhuc iudiciũ,& debet offerri libellus, quomodo petis à reo centum,& quomodo tu fuiſti miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto:poſteà citatur reus,aut venit,aut nõ. Si venit, ſuam purgat cõtumaciã,reficiendo expenſas.Si non venit,& tunc proclamatur in loco publico: ſi quis vult venire ad defenſionem bonorum talis,quòd veniat:& ſi quis habet ius in bonis talis,quòd cõpareat coram iudice tali:modò,ſi creditores veniunt,dabuntur eis bona inſolutum:ſi non ſunt creditores,niſi iſte ſolus creditor,& tunc proceditur via ordinaria in cauſa:nã iudex dabit curatorẽ bonis abſentis, & indefenſi: Et iſte curator accipit libellũ,dantur dilationes:Et iſte curator facit inuentarium,modò poſteà lis conteſtatur, & proceditur in lite vſque ad diffinitiuam ſententiam:Sententia fertur,& tunc aut iſte creditor optimè probauit de iure ſuo, & tunc dabuntur ei bona inſolutũ.Si verò non probauit actor, tunc abſoluitur indefenſus. Modò in caſu quando creditor probat,tunc iudex facit bona debitoris æſtimari in decretũ: & tunc æſtimatione facta,locũ habet regula iuris.Qui prior eſt in tempore,potior eſt in iure. Et ſatisfacit creditoribus prioribus,vbi non ſunt bona ſufficientia, tunc vltimi creditores habent damnum.Sed tamen iura eorum remanent illæſa,vt ſi vnquam debitor veniret ad pinguiorem fortunam, poſsint contra eum agere.Sed nunquid debet actor, qui habet poſſeſsionem ex primo decreto,ſtare per annum, antequàm veniat ad ſecundum decretum? dico quòd non:nam ſi hodie habuit primum decretum,cras poteſt aliud iudicium inchoare,& facere ſibi dare ſecundum decretum.

De proceſſu contra reum confeſſum.

Contra reum confeſſum proceditur hoc modo:Quia iudex præcipit reo confeſſo,vt ad certum terminum ſoluat, vel det creditori id, in quo confitetur ſe eſſe debitorem ſuum. De cõſuetudine enim,& ſtatuto Bono. ſtatuitur ciui confeſſo terminus decem dierum ad ſoluendum, & comitatiuo

mitatiuo confesso viginti dierum, nisi terminus de voluntate partium prorogetur. Et hoc præceptum vim gerit sententiæ: quia sententia fertur in confessum, vel cõuictũ. Quòd si tunc nõ soluerit, exequitur iudex ipse, vel alter, secundũ morem Bono. ad executionis officiũ deputatus ipsum præceptũ, siue sentẽtiã, cõtra reũ hoc modo. Faciat enim reũ citari: & si cõparet, statuit ei terminũ triũ dierũ, si est ciuis: vel quinque, si est comitatiuus, ad soluendũ. Quòd si tũc nõ soluit, & nõ cõparuit, quãdo citatus fuit, vt dictũ est, nisi obstet rationabilis Rei siue Debitoris exceptio. Aut iudex facit ipsum reũ in bãno poni, de quo bãno nõ cancellatur, nisi satisfaciat creditori, aut det actori tenutã de bonis ipsius rei pro mensura debiti declarati, exequẽdo ipsum præceptum. Primò de mobilibus, si cõpererit. Secundò de immobilibus, saluo iure omniũ. Quæ tenuta dicitur primũ decretũ, vt dictũ est in præcedẽti. Rubri. Deinde quia parum prodesset ei dicta tenuta, eò quòd eam non possidet, sed detinet: & ideo nõ vsucapit vel pręscribit, licet de statuto cõmunis Bo. lucrifaciat fructus, vt suprà in proximo processu dictũ est. Procedit ipse actor, & petit ab ipso iudice, vel ab alio, qui deputatus est ad dationes insolutum, vt fit Bono. dicta bona, de quibus habet dictam tenutam seu possessionem, sibi adiudicari insolutũ. In qua datione insolutũ proceditur in omnibus secundũ quod dictũ est in præcedenti Rubrica. Sed bene potest reus ante bannũ vel tenutã datã venire, & exceptiones opponere, dicendo tenutã vel bannum non esse dandum: quia non sunt transacti dies termini. Item ꝙ non sit minor, vel filiusfa. contra quos non potest ferri sententia sine curatoris authoritate, vel patris cõsensu, vel ꝙ in præcepto nõ fuerit causa, vel ꝙ ipse soluerit, & similia. Sed antequã audiatur, oportebit eũ deponere quantitatẽ in præcepto cõtentã, & posteà probabit exceptionẽ: Et si probauerit, non procedetur in tenuta vel banno: Si autẽ nõ probauerit, cõdemnabitur de cõsuetudine Bon. Et hoc de exceptionibus dictũ est gratia illius verbi, quod suprà dicitur, scilicet, Nisi obstet rationabilis Rei, siue Debitoris exceptio.

De processu aduersus reum confessum. Rub.

ISte titulus continuatur ad pręcedentia ista forma: Nos suprà vidimus qualiter vno modo proceditur via extraordinaria: quia non solùm isto, sed etiam

etiam alio modo, & etiam alio casu proceditur via extraordinaria: sicut quando reus venit & confitetur, meritò de processu aduersus reum confessum est agendum & videndum. demonstrat hoc Rubrica, cùm dicit de processu aduersus reũ confessum. Hîc expedit solùm scire, quare, qualiter, & quomodo proceditur aduersus reum confessum: & dico quòd huic confesso non debet offerri libellus, quia in confessum & conuictum nullæ sunt partes iudicis. Sed nunquid debet ei dari terminus? dico quòd sic: sed quem terminum debet habere reus? distinguendum est: quia aut datur de partium voluntate, aut non. Si autem datur de partium voluntate, & tunc habet terminum tantum. Si verò non datur de partium voluntate, & tunc aut statutum vel consuetudo est in regione illa, & tunc seruatur statutum vel consuetudo, & habet tantum terminum. Si autem non est statutum vel consuetudo in regione, & tunc habet terminum legalem, id est, terminum quatuor mensium in personali actione. Item in reali actione habet terminum decem dierum: quia quilibet condemnatus per diffinitiuam sententiam in reali actione habet terminum decem dierum. Et hæc sunt vera, vbi non opponeret exceptionem: quia vult aliquã exceptionem opponere, vel quia sit minor, vel filiusfa. vel aliã exceptionem: & tunc in casu isto, aut illa exceptio est vera & probat eam, & tunc illa confessio non nocet reo cõfesso: vel illa exceptio non est vera, & non potest eam probare, & tunc confessio sibi nocet & præiudicat, & debet præceptum executioni mandari. Sed quia dictum est suprà in præcedenti titulo, quòd in confessum & conuictum nullæ sunt partes iudicis: ergo iudex per istam regulam amplius non poterit cognoscere contra reum confessum: quia dicit, quòd nullæ sunt partes iudicis in ipsum confessum, hoc est, verum in cognoscendo, sed in pronuntiando sic: nam bene potest iudex pronuntiare contra reum confessum.

De criminali iudicio.

QVoniam circa principium huius capituli dictũ est, quòd iudiciorum aliud ciuile, aliud criminale: Dicto de ciuili, restat per consequens de criminali videre. Verũ quidem iudicium ex tribus debet constare personis, vt suprà dictũ est,

sicut

sicut in ciuili necessarius est actor, reus, & iudex: sic & in criminali regulariter exiguntur, accusator, accusatus, & iudex. Itaque in processu sit ordo. Primò videndum est, quæ sint criminalia, & super quibus vertitur hoc iudicium. Secundò, de accusatione. Tertiò, de accusatore & accusato. Quartò & vltimò, quo ordine procedatur, & qualiter accusatio perducatur ad finem.

De criminali iudicio. Rubrica.

Continuatur iste titulus ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in prin. huius noni capituli, quòd istud capitulum fuit diuisum in partes tres, & prima pars fuit subdiuisa in quatuor partes. Nam in prima parte author ponit de iudicio ciuili, ordinario, & extraordinario. In secũda parte ponit de iudicio criminali, ordinario & extraordinario, sed cùm prima sit expedita, & declarata, restat nunc videre de secunda parte, scilicet, de criminali iudicio. hoc ponit Rubric
Diuisio tituli. cùm dicit, de criminali iudicio. Ad euidentiam nostri tituli, noster titulus diuiditur in partes duas. Nam in prima parte continuat seipsum ad præcedentia: & durat vsque ad §. crimi-
Diuisio criminũ. num autem. Ibi secunda, in qua ponit vnam criminum diuisionem, & durat vsque ad finem tituli. Ad euidentiam nostri tituli volo ponere duas criminum diuisiones, quarum prima talis est: Criminum quædam sunt publica, & quædam priuata. Publica sunt illa, quorum executio cõpetit cuilibet de populo, & ad publicam spectant vtilitatem, vt delicta & maleficia nõ remaneãt impunita, vt sunt homicidia. i. sicarij, vt parricidia, id est, illi, qui patres interficiũt, & etiã adulterium, & crimen lęsæ maiestatis: & si maxima sunt delicta, ita maximę imponũtur pœnæ: nã si aliquis interficit parentes, insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinũ mare, vel amnem proiiciatur, vt omniũ alimentorũ vsu viuus carere incipiat, & ei cælũ superstiti, & terra mortuo auferatur. Crimẽ læsæ maiestatis etiã intẽtatur post mortẽ, vt quando quis proditionẽ facit de Papa, vel Imperatore, vel de ciuitate sua. Priuata omnia sunt illa, quorũ executio. i. accusatio vel denuntiatio spectat ad illas tantũ personas, quibus inferuntur, vt furta, dãna illata, & iniuriæ

iniuriæ,& sic de singulis. Secunda diuisio est,quia criminum alia sunt capitalia,alia nõ capitalia.Capitalia sunt illa,in quibus pœna sanguinis irrogatur, & etiã vltimo supplicio afficiunt delinquentẽ:vt est, quando alicui facta est interdictio ignis & aquæ,vel per deportationẽ in insulã vel in metallum fodiendũ.Et istæ olim erant maximę pœnæ,sed hodie nõ sunt in vsu:sed hodie crimẽ capitale est,quando quis cõmittit crimen,propter quod admittit libertatem,vel ciuitatẽ,vel imponitur pœna personalis,vel quasi. Crimina verò non capitalia sunt illa,in quibus irrogatur pœna pecuniaria:vnde si quis cõmisit aliquod delictum, propter quod debet condemnari in pecunia,vel pœna infamiæ. Nam quædam sunt delicta, quæ habent homines infamare. *Alia diuisio criminum.*

De criminibus publicis & priuatis.

CRiminũ alia sunt publica,alia priuata.Priuata sunt illa,quorũ executio,id est,accusatio,vel denũtiatio ad illas personas tantũ spectat, quibus inferuntur,vt furta,& damna illata, & iniuriæ. Publica sunt, quorũ executio cuiuis ex populo datur:quoniã ad publicã spectat vtilitatẽ,ne maleficia remanerent impunita,vt sunt homicidia,parricidia,adulteria,crimẽ læsæ maiestatis,& huiusmodi.Itẽ criminũ alia sunt capitalia, vtputà,illa quibus pœna sanguinis irrogatur: Alia nõ capitalia,sicut illa,quæ pœna pecuniaria afficiunt delinquentem.

De accusatione.

ACcusare nihil est aliud,quã reũ criminis aliquẽ per libellũ deferre,& vindictã de eo fieri postulare. Accusatio enim in publico & in priuato crimine debet fieri per libellũ,in quo contineatur nomen accusatoris, & accusati, & crimẽ de quo fit accusatio,& de quo mẽse dicitur crimẽ factum, & sub quibus consulibus,id est,tẽpore cuius rectoris,& in quo loco. Et debet etiã inseri dies in eo,in quo offertur libellus accusationis,non autẽ dies vel hora cõmissi criminis. Itẽ debet accusator de iure in accusatione se subscribere, id est, obligare ad pœnã talionis,nisi probet quod intẽdit:quòd si non se subscribet,intelligitur tamẽ astrictus ad hoc de natura actionis, quãuis hoc de cõsuetudine non seruetur. Verũtamen licet regulariter necessarius sit accusator,vbicũque criminis, vel de-

licti publici, vel priuati, accusatio est admissa, nec debeat iudex aliquem sine accusatore punire. Fallit tamen in casibus, in quibus sine accusatore procedit criminis cognitio, & pœnæ impositio. Potest autem iudex sine accusatore punire maritum de lenocinio, quod sibi in modum exceptionis obiicitur ab vxore: vtputà, cùm maritus accusasset vxorem de adulterio, ipsa excipiendo dixit maritum lenonẽ esse ipsius adulteri. Item producentem suspectum instrumentũ, quod suspectum sit, vel ex ipsa scriptura, vel ex persona producentis, vel ex persona scribentis. Item testem falsum, quem ex suo dicto, fraude, vel falsitate prospexerit non carere. Item calũniatorẽ, qui suam accusationem non probauit, licet ipsius punitio de consuetudine non seruetur. Item potest sine accusatore suspectum remouere, si liqueat hoc sibi ex apertissimis rerum argumẽtis. Item notoria & manifesta facinora poterit sine accusatore punire.

De criminibus publicis & priuatis.
De accusatione. Rubrica.

ISte titulus cõtinuatur ad superiora ista forma: De duabus diuisionibus criminum in præcedentibus est dictum & declaratum: sed quia iudex cognitionem delicti habere nõ potest, nisi per accusationem vel notificationem corã eo factam, meritò de accusatione hîc est agendum & videndum. hoc clarè ponit Rubri. cùm dicit, de accusatione. Ad euidentiam nostri tituli volo quærere tria. Primò, quid sit accusare. Secũdò, quot sunt necessaria in forma cuiuslibet accusationis & qualiter quælibet accusatio sit facienda. Tertiò, videre vnã regulã, & casus exceptuatos à regula. De primo, quid est accusare? est aliquẽ reũ criminis per libellũ facere, & vindictã de eo fieri postulare: hoc ponit litera nostra. verba diffinitionis expositione indigẽt, ideo exponamus. Et primò dicit, accusare est aliquẽ. Nã iste qui accusatur, debet esse talis persona, quæ possit accusari. dicit, reũ criminis arctatũ in casu nostro. dicit per libellũ facere, hoc est per accusationem. Dicit, vindictam fieri postulare: nam ille, qui accusat, petit quòd fiat vindicta: nam conueniens est vt correspondeant pœnæ culpis: & in quo quis peccauit, in eo puniatur: vt Insti. de societate. §. socius socio. Vnum tamẽ scias, quòd ille, qui accusat, debet se subscri-

Accusare quid sit.

bere

bere ad pœnam talionis:& talis est similitudo supplicij: hoc est verum, ne quis accuset de falso: nam si accusator non poterit probare, tunc patiatur illam pœnam, quā fuisset passurus accusatus: sed hoc nō est verum de consuetudine. De secundo, scilicet, quot sunt necessaria in qualibet accusatione? dico ꝙ quinque requiruntur. Nam primò requiritur nomen actoris bene determinatum nomine, prænomine, cognomine, vel nomine loci, & hoc, si accusat suo nomine: nam alieno nomine non potest quis in causa criminali accusare. Secundò, est necessarium nomen accusati bene determinatum, & declaratum, siue sit vnus, siue sint plures: quia agentes & consentientes pari pœna puniuntur: vt Insti. de oblig. quæ ex delic. nascuntur. §. interdum etiam liberorum. & de iniuriis. §. non solùm autem iniuriarum. Tertium est necessarium, quòd apponatur bene crimen perpetratum & commissum, & habes bene grauare delictum, & bene illud declarare. Quartum est necessarium apponere locum, in quo commissum fuit delictum, & habes apponere locum generalem, vt commissum fuit in ciuitate Bononiæ, vel in comitatu: Et locum specialem, vt in tali capitulo: Et locum specialissimum, vt in tali contrata, sub porticu talis, vel iuxta domum talis. Quintum est necessarium apponere mensem & annum, & quorum consilio delictum fuit commissum. Sed an requiritur in accusatione dies vel hora? dico quòd non, sed bene poteris apponere, si voles, & plerunque bene apponuntur causa bene grauandi delictum. Et si ista quinque habes, leuiter poteris, & scies facere accusationem. Tertiò; scilicet videre vnam regulam & casus exceptuatos à regula: Et regula talis est, quòd nemo sine accusatore punitur, prout dixit Iesus in illos Iudæos, qui accusabant mulierem. Fallit tamen in casibus, in quibus quis sine accusatore punitur. Primus casus est in lenocinio mariti ab vxore obiecto per quandam exceptionem. Secundus casus est, quando iudex inuenit instrumenta falsa, modò notarium, qui fecit, punire potest, etiam si nemo accuset. Tertius casus est, quando testes falsos inuenit. Quartus casus est, quando crimen est notorium & manifestum, modò iudex potest ex officio suo inquirere & cognoscere: & omnes isti casus satis patent in litera.

Necessaria ī qualibet accusatione.

Regula generalis

Casus except. à regula.

De accusatore & accusato.

ACcusator debet in accusatione, præsertim publici criminis, postquàm causa ordinata est, id est, postquàm contestata est lis, persistere: & super ipsa probationes afferre luce clariores. Quia si accusator non probat, quod intendit, videtur calumniari; & ideo debet ei de iure inferri pœna calumniantis, quæ est similitudo supplicij. Accusare autē potest omnis, qui non prohibetur. Prohibentur equidem mulieres, quia non debent se immiscere cœtibus virorum; nam non accusant, nisi de morte liberorum vel parentum, vel nisi suam, vel suorum iniuriam prosequātur, In casibus tamen permissum est mulieribus accusare, vtputà, de his, de quibus loquitur lex Iulia maiestatis, & lex Iulia de annona, Corneliana testamētaria, & in crimine suspecti. Item prohibentur accusare milites, qui iurauerunt nō euitare mortem pro salute reipublicæ. Item impuberes non possunt accusare, nisi de morte, & suppresso testamento parentum, & tunc accusare debent cum tutoris authoritate. Puberes verò cum authoritate curatoris semper accusare possunt, nisi de thoro alieno violato. Item qui merum imperium & potestatem habent, non accusant, Item mutus. Item infamis. Item qui pecuniam ob accusandum, vel nō accusandum, acceperunt, Item qui falsum testimoniū subornati dixerunt. Item liberti patronos suos non accusant, Item ille, qui minus quinquaginta aureorum habet in bonis, Prædicti tamen omnes accusare possunt, si suam vel suorum propinquorum mortem, vel iniuriam, prosequantur. Item accusatus non accusat interim accusatorem suum de pari vel minori crimine, nisi suam vel suorum propinquorum mortē, vel iniuriam, prosequatur: & hoc, quando accusator non prosequebatur suam vel sorum iniuriam. Item socius non accusat socium, vel particeps eiusdem criminis, Item non accusat quis fratrem vel sororem, si grande crimen intendat, secus si leue. Item seruus, qui iudicio interesse non possit, non accusat, nisi in casibus, vtputà, si velit accusare eum, qui suppressit tabulas testamenti, in quo erat sibi relicta libertas vel eum, qui fraudauit censum: vel eum, qui fabricauit monetam falsam: vel eum, qui vendidit annonam cariorem, vel de morte domini. Sed dicto de his, qui possunt, & qui non possunt accusare,

Accusari qui possunt vel non.

videa

videndum est de illis,qui accusari possunt,vel non. Accusari quidem possunt regulariter omnes masculi & fœminæ,puberes & impuberes,dummodo capax sit intellectus. Item accusantur præsentes tantùm , & non absentes : tamen contra absentes non potest offerri libellus,non autem de iure procedi. Licet de consuetudine Bo. accusentur absentes, & eis citatis nisi comparuerint,banniuntur. Item accusari debent viui,& non mortui:quia si decesserit accusatus,omnis criminatio est extincta,nisi in crimine læsæ maiestatis,& hæreseos, & repetundarum:de quibus criminibus etiam in filios & hæredes quædam pœnæ infliguntur. Et si accusator decesserit, accusatio cœpta expirat : nec enim hæredes accusatorum coguntur crimina persequi, licet accusatus possit ab altero accusari. Item si quis accusatus est de vno crimine, non potest pendente accusatione ab altero de eodem crimine accusari. Prætereà si quis accusatus de aliquo crimine, & absolutus est de illo , non potest de eodem posteà accusari : quia in criminibus sententia facit ius. Item seruus accusari non potest super aliquo, de quo imponitur pœna pecuniaria , cùm seruus non habeat bona : nec etiam accusari potest de aliquo,de quo imponitur pœna amissionis ciuitatis , quia seruus ciuitatem non habet : nec accusatur de parricidio,quia ciuiliter patrem non habet , imò censetur spurius:item non accusatur ad tempus quoddam , scilicet , dum habeat publicum honorem & administrationem , vt legatus Imperatoris, Magistratus populi Roma. & qui abest causa reipublicæ. Cæterum accusatus post litem contestatam exceptiones suas debet opponere : & etiam ante litem contestatam illas exceptiones , quæ sunt declinatoriæ iudicij , vt de exceptionibus dictum est.

De accusatore & accusato. Rubrica.

Continuatur iste titulus ad superiora ista forma:Nos suprà vidimus in præcedétibus, quòd in qualibet accusatione necessarius est accusator & accusatus:sed quia quidam sunt,qui non possunt accusare,nec possunt accusari , meritò de accusatore & accusato hîc est agendum & videndum.demonstrat hæc Rubrica, cùm dicit , de accusatore & accusato,

Iste titulus diuiditur in partes tres:nam in prima parte autor ponit,quid habet facere accusator,& à quibus se debet cauere:& hæc pars durat vsque ad §. prohibentur equidem. Ibi pars secunda,in qua ponit qui sunt illi qui possunt accusare:& durat vsque ad §.sed dicto de his.Ibi tertia,in qua ponit,qui possunt accusari:& durat vsque ad finē tituli. Sed ad nostri tituli plenam euidētiā exponam vnāquāque partem. Et prima pars ponit,quid habet facere accusator. Et dico ꝙ habet se inscribere ad pœnam talionis,& iurare quòd animo calumniandi non accusat.Sed à quibus debet se cauere?dico ꝙ à tribus.Primò,ꝙ non incidat in Turpillianum:& ille,qui incidit in Turpillianū,dicitur tergiuersator,& ei imponitur pœna Turpilliani.Sed ponamus,quòd ipse tergiuersator paciscitur cū aduersario,vel transigit,vel remittit spontè,nunquid incidit in Turpillianum?dico quòd sic accusator,sed nō accusatus:quia cuilibet licitum est redimere sanguinē suum. Sed ponamus,quòd quidā porrexit accusationē,& ante litem contestatam vult desistere ab accusando,nunquid incidit in Turpillianum?Quidā dicunt ꝙ non:quia ante litem cōtestatam non dicitur quis agere,sed agere velle.Alij dicunt quòd incidit in Turpil.quia eoipso,quòd porrexit accusationem, debet procedere:& si nō procedit,incidit,in Turpill.& tantū imponitur ei pœna Turpilliani:& pœna Turpilliani senatus cōsulti est quinque aureorū,vt aureus ponatur pro libra. Sed habet se cauere,ne sit calūniator:& si vadit ad accusandū aliquem de homicidio,& nō habet probationes,calūniatur, & imponitur ei pœna calumniæ. Et ipsa est talis pœna,id est,tali & æquali supplicio pro demerito cōpensata:& hæc est pœna talionis. Et talio est similitudo supplicij. Tertio quòd non sit præuaricator. Et præuaricator est ille,qui est pro vna parte animo,& pro alia est corpore. Hic incipit pars secunda,in qua ponitur qui possunt accusare. Et dico quòd regula est talis:Quòd quilibet admittitur ad accusandum, nisi sit ei expresse prohibitum à lege. Sed quibus prohibetur?dico quòd mulieri:nam mulier non potest accusare. Fallit tamen in casibus,in quibus ipsa potest accusare,nisi in sex casibus, quibus à iure permissum est mulieri (quia de re sua agit) aliquem accusare. Primus casus est, quando vult accusare de morte parentum suorum. Secundus casus est, quando est de descendentibus,& de morte liberorum.& tunc admittitur

Diuisio tituli.

Accusare qui possunt.

tur mulier ad accuſandum. Tertius caſus eſt, quando proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam. Quartus caſus eſt in crimine læſæ maieſtatis, de quo loquitur lex, Corn. teſtamentaria. C. ad leg. Corn. de falſ. Quintus caſus eſt de annona cariori, quando quis emit frumentũ cauſa faciendi inopiam & cariſtiam. Sextus caſus eſt in crimine ſuſpecti, vt ſunt tuto. & curat. nam mulier poteſt tut. & curato. accuſare de ſuſpecto. Sed quæ pœna in omnibus imponitur, omnibus iſtis caſibus habetur in Inſtit. de publi. iudi. & ibi ad plenum. Item miles non poteſt accuſare, niſi vellet accuſare de morte parentum ſuorũ, vel quãdo proſequitur ſuã vel ſuorũ iniuriã. In crimine læſæ maieſtatis poteſt accuſare, quia eſt crimen publicũ. Item impubes accuſare nõ poteſt, niſi de morte parentum, quoniã ſua intereſt: ſed de aliquo crimine publico accuſare nõ poteſt, quia ſua nõ intereſt. hæc omnia ſunt vera, ſi eſt minor infante. Item minor accuſare non poteſt, niſi cum cõſenſu ſui curatoris, niſi vellet accuſare de abſcondito teſtamento: quãdo quis abſcõdit ei teſtamentũ, vt amplius nõ haberet teſtamentũ. Itẽ qui merum imperium habet, omnino poteſt accuſare ſuos ſubditos. Item infames non poſſunt accuſare. Item qui pecuniam acceperit ad accuſandum aliquem, non poteſt aliũ accuſare, ſed alios ſic. Item qui falſum teſtimoniũ dixit contra te, amplius non poterit te accuſare. Item libertus non poteſt patronũ ſuum accuſare. Item ille, qui minus quinquaginta aureis habet in bonis, nõ poteſt accuſare: quia lex præſumit quòd faciat pro pecunia, niſi ſuorum propinquorum mortem proſequeretur. Item accuſatus: nam accuſatus accuſare non poteſt ſuum accuſatorem de pari vel minori crimine pendente accuſatione. Sed nunquid lite finita, vel lata ſententia, poterit accuſare? diſtingue: quia aut eſt abſolutus, & tunc admittitur ad accuſandũ: aut eſt condemnatus, & tunc non poteſt, ſi eſt perſonalis pœna: ſed ſi eſt pœna pecuniaria, & tunc poteſt lite finita. Item ſocius non poteſt alium ſocium accuſare, ſi ambo fuerunt ad faciendum vnum delictum. Item frater non poteſt alium fratrem vel ſororem de grandi crimine accuſare: ſecus de maiori crimine, ſi commiſerit crimen læſæ maieſtatis. Item ſeruus non poteſt accuſare: quia pro mortuo reputatur, niſi in caſibus, ſcilicet, in crimine de teſtamento abſcondito, & de morte domini ſui, & etiam poteſt accuſare illum, qui facit falſam mo-

Accuſare qui non poſſunt.

netam. Hîc incipit pars tertia & vltima, in qua ponitur, qui possunt accusari. Et dico quòd maiores & minores possunt accusari, duntamen sint doli capaces: nam crimen non fit sine dolo. Etiam masculi & fœminæ possunt accusari. Etiam clerici & laici. Item præsentes, & non absentes de iure, sed de consuetudine bene possunt accusari. Item viui, non autem mortui accusantur, nisi de crimine læsæ maiestatis. Et maiestas est duplex, scilicet, diuina & temporalis: si commisit crimen læsæ maiestatis diuinæ, comburuntur ossa eius, & auferuntur eius bona ab hæredibus tanquam ab indignis. Præterea, nam si quis accusat aliquem, & non potest probare, non potest plus accusare: & ratio est, quia in criminalibus sententia facit ius, & sententia præiudicat veritati: vt Institu. de officio iudi. §. finium regundorum. Item seruus super aliquo crimine, de quo imponitur pœna pecuniaria, accusari non potest. Item delegatus summi Pontificis vel Imperatoris accusari nō potest durante eius officio. Hîc ponit author quòd accusatus lite contestata debet producere exceptiones suas: & posteà accusator opponit, & intentionem suam non potest probare, absoluitur reus, vel accusatus: quia accusatore non probante, absoluitur reus: vt Instit. de interdictis. §. retinendę possessionis.

Accusari qui possunt.

De ordine accusationis, & qualiter accusatio perducatur ad finem.

IN ciuitate Bononiæ, cui est quodam modo naturaliter legis innata peritia, & quæ in obseruantia & imitatione iuris posita est toti mundo speculum & exemplum, talis ordo in accusationibus obseruatur. Accusator enim vt plurimum offert libellum accusationis suæ iudici, vel notario: quo recepto incontinenti exhibeat sacramētum calumniæ, quo iurat in accusando & procedendo vti veritate, & in defendendo, si fuerit conuentus, & quòd non animo calumniandi accusat, & quòd super processu causæ præcepta iudicis obseruabit. Deinde protinus præbet securitatem de accusatione prosequenda. Post hæc citatur accusatus domui suæ per vnum nuntium: & si non fuerit inuentus, citatur sequenti die per alium. Quòd si non venerit, proclamatur per alium nuntium in contrata sua coram duobus testibus ad

hæc

hæc vocatis: ipsius defensio hæc est, Quòd si quis ipsum defendere vult, veniat tali die, coram ipso iudice. Si verò non venerit accusatus ipse, vel alius pro eo, ad suam defensionẽ, banniatur accusatus. Bannorum autem formas tam in causa ciuili, quàm in criminali in exemplificationibus habebis. Sed si obtulerit se aliquis ad defensionẽ accusati, distingue: quia si ille accusatus est de crimine, quod exigat pœnã pecuniariam, admittitur defensor satisdatione præstita de soluenda condemnatione. Si ille, quem defendit, fuerit condemnatus, procedetur cum eo in causa. Si ille autem accusatus est de crimine, quod exigat pœnam sanguinis, non admittitur defensor, nisi forsan ad allegandos causas absentiæ. Sed si personaliter comparuerit accusatus, præstabit incontinenti sacramentum, quo iurabit præcepta potestatis vel Iudicis obseruare, & veritate vti super accusatione de eo facta, ac etiam superfacienda ab eo, si accusatorem suum reconuenire voluerit. Et quòd in his omnibus nihil animo calumniandi dicet, vel faciet: & subsequenter præcipitur ei, vt securitatẽ præstet per bonos fideiussores de condẽnatione soluenda, si fuerit condẽnatus, vel de persona condẽnati repræsentanda. Et hoc quando accusatio erit super crimine, quod exigat pœnã pecuniariã. Si fuerit super crimine, quod exigat pœnã sanguinis, accusatus personaliter detinetur, & traditur sub custodia, aliquãdo cõpedibus ferreis, & carceribus mãcipatur: pręstita securitate, vel facta detentione, vt dictũ est, legitur accusatio accusato de eo facta, & recipitur & scribitur ipsius confessio vel negatio. Et si per confessionem accusati non patebit veritas, dantur dilationes ad probandum, & proceditur ad probationes, & inducũtur hincinde. Ille vt probet accusationem. Iste vt probet defensionẽ. Veruntamen aliquando in criminali causa, scilicet, cũ capitalia & acriora criminaliter explorari non possunt, seu veritas aliter inuestigari, adhibenda sunt tormenta in personam accusati seu rei criminis. Sed nõ tanta, quanta accusator postulat, sed vt moderationis temperamenta desiderant: licet cõfessio facta in tormento nõ valeat, nisi in ea positus perseueret. Cũ autẽ super his omnibus diligens discussio facta erit, debet procedi ad condẽnationẽ vel absolutionẽ. Etenim si per confessionẽ accusati non patebit id, de quo accusatus est: aut si accusator intentionem suam non probauerit, seu semiplenè probauit: aut si accusa-

tus defensionem suam plenè ostendit, absoluendus est accusatus. Quia pœnæ sunt molliendę iuris interpretatione, & nõ exasperandæ. Et quia melius est nocentẽ absoluere, quàm innocentem condemnare. Si verò accusatus inuẽtus fuerit reus criminis, puniendus est, aut pœna pecuniaria, aut pœna sanguinis, secundum quod enormitas delicti exposcit: Quia iustum est, vt respondeant pœnæ culpis. Hoc tamẽ summa cautela prouidendum est, ne quid aut durius aut remissius constituatur in pœna, quàm causa deposcit. Nec enim aut seueritas, aut clementiæ gloria affectanda est: Sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat, est statuendum. Sanè in leuioribus causis procliuiores iudices ad leuitatem esse debent. In grauioribus autem seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis exequi debent.

De ordine accusationis, & qualiter accusatio perducatur ad finem. Rub.

POtest iste titulus continuari ad superiora ista forma. Nos suprà vidimus, quòd ordo iudicij criminalis consistit ex quatuor rubricis. Cùm dictum sit de tribus, restat nunc videre de quarta rubrica, scilicet, de ordine accusationis. hoc clarè ponit Rubrica, cùm dicit, de ordine accusationis, &c. Ad euidentiam nostri tituli quæram qualiter de iure procedi debet in causa criminali. Et dico, quòd si citatur accusatus, aut venit aut non venit: Si venit, proceditur in causa cum ordinario iudicio: Si non venit, & tunc contumax est, & tanquam contra contumacem proceditur contra eum. Et dum est absens, non potest ei imponi personalis pœna, sed imponitur ei pœna pecuniaria. Sed tamen hoc est de iure, sed de consuetudine aliud tamen seruatur, vt in litera apparet.

De extraordinarijs criminalis iudicij.

MVlta præter ordinem supradictum in criminalibus causis secundum diuersas terrarum consuetudines & statuta contingere solent, ex quibus condemnatur vel absoluitur criminatus. Nam aliquando in ciuitatibus nocturni præferuntur custodes, vt si quos nocturnos fures, aut aliquos

quos alios vltra inhibitã horã noctis silentio euntes inuenerint, capiant, vel denuntient puniendos. Ponuntur etiã quidã ad custodiã alicuius passus, vt si qui cum rebus vetitis exinde trãsierint, denuntient vel præsentent. Itẽ ponuntur alij ad custodiã prædiorũ, vt depopulatores vel raptores fructuũ, & etiã quadrupedes in aliorũ possessionibus damnũ dantes denuntient hi vel eorũ similes, quãdo ex officio eis cõmisso aliquos denuntiẽt, non est opus vt accusent, vel in accusatione sacramentum calũniæ præstent, sed vt simpliciter denuntient: eorum enim denũtiationi sub sacramento quod pręstiterũt de officio exercendo, statur: & ex ipsa denuntiatione, sine altera probatione denuntiatur. Quisque enim nisi suã legitimã defensionẽ ostenderit, condẽnatur: quia ipsorũ inuentio pro plena probatione habetur. Itẽ aliquando contingit maleficiũ cõmitti, ꝙ cũ nemo veniens insurgat denũtiator vel accusator, iudex vel rector ciuitatis ex sui officij vigore perquirit. Vocat enim clandestinè illos, qui fuerint circa locũ tẽpore maleficij cõmissi, & quos ipse suspicatur veritatẽ facti scire. Quorũ attestationibus receptis, si per illos scire poterit eos, qui maleficiũ cõmiserunt, citat eos ad sua mandata venire. Et si venerint bonis securitatibus ab eis præstitis vel habitis, nisi suam defensionem legitimè probauerint, punit eos.

De extraordinariis criminalis iudicij. *Rubr.*

ISte titulus potest continuari ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus, quòd istud nouũ capitulum fuit diuisum in partes tres, & prima pars subdiuisa in partes quatuor. Sed cùm dictum sit de primis tribus partibus, restat nunc videre de quarta & vltima. & hoc clarè ponit rubrica, cùm dicit, de extraordinariis criminibus. Ad euidentiam huius tituli volo quærere vnum solum, & istud declarare per exempla, scilicet, quot modis potest procedi contra aliquem delinquentem criminaliter? dico quòd multis modis. Vno modo per viam accusationis. Secundo modo per viam notificationis. Tertio modo per viam denuntiationis. Quarto modo per viam inquisitionis. Dico quòd quatuor modis proceditur contra aliquem deliquentem criminaliter. Primò, per viam accusationis, & in tali casu proceditur via ordinaria, vt suprà habuisti de accusatione. Secundo

Quot modis potest procedi cõtra delinquentem.

do modo per viã notificationis,& notificare est delictũ commissum iudici facere notum:non autem vult ille,qui notificat se inscribere ad pœnam talionis: vnde hîc datur consilium,quòd quãdo tu vis accusare,quòd tu debeas notificare, si possibile est:quia ille,qui accusat,semper stat in iudicio,& reficit expensas & omnia facit,quæ spectant ad eum accusatorem,& habet se ad pœnam talionis inscribere:sed notificãs non reficit expensas nec inscribit se ad pœnam talionis. Tertio modo per viam denuntiationis, vt olim erãt isti ædilitij, qui ædes tenebant,& custodes,quando aliquem inueniũt facientẽ aliquod delictum, tũc denuntiant. Et illa denuntiatio est legitima probatio propter sacramentum, quod præstiterunt de eorum officio exercendo nisi inuitus fecerit legitimam defensionem,vt sunt isti ministrales: quia quando fit aliquod homicidiũ in capitulo,tunc habent denuntiare: sed non est idem in notificatione:nam quilibet, qui potest notificare,non potest denuntiare: sed solùm denuntiare possunt certi officiales,custodes,& ministrales. Quartò per viam inquisitionis; vt quando furtum est factum in contrata, & nemo accusat,nemo notificat,nemo denuntiat, quomodo iudex habeat tunc inquirere & procedere contra furem suo officio,& omnes de vicinia facere coram eo citari,& eos ponere ad tormentum:vt si aliquid sciuerint de re furtiua, & illud est eius officium. Modò sequitur secunda pars & tertia huius noni capituli:sed quia Author in ipsis tractat practicè,& non egent expositione,ideo omitto. Et hæc de nono capitulo dicta sufficiant.

SECVNDA PARS HVIVS CAPITULI *de exemplificationibus qualiter & qua forma scribenda sunt acta singula ciuilium & criminaliũ iudiciorum.*

POstquàm in antecedentibus dictũ est quid iuris sit in vtroq; iudicio, & in quolibet actu ei,& quo ordine sit procedendum,restat nunc ad plenam tabellionũ doctrinã exemplificare singula quali forma à tabellionibus sint scribẽda,quæ in actis scribũtur. Verum

tũ quia in iudicis aditione nihil occurrit ſcribendũ, niſi fortaſis vel aliquis, qui cauſam ſuam impetrauit commiti alicui delegato, præſentat ipſi delegato literas commiſsionis. Idcirco ipſius præſentationis primò eſt forma ponenda.

Forma præſentationis literarum commiſſionis facta iudici delegato vel ſubdelegato.

CORradus obtulit, præſentauit, & dedit do. Scacanello Poteſta, literas domini Papæ vel Imperatoris, vel talis Principis ſubdelegatione & commiſsione ſibi facta, roboratas bulla Papali, vel ſigillo cereo impreſſo, aut ſigillo cereo ad chordulam ſericam pendenti, habenti in circulo has literas Sigillum Octauiani Romanorum imperatoris, & ſemper Auguſti: & infra circulum ſculptam imaginem imperatoris ſuper ſolio imperiali ſedentis, & in capite regale diadema, in manu dextra ſceptrum, & in ſiniſtra pomum rotundum habentis. Quarum literarum tenor talis eſt.: Octauianus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, &c, ponendo totum literarum tenorem.

De citationibus & relationibus nuntiorum.

ANtonium inuentum vel non inuentum, vt hodie vel cras, tali hora veniret coram tali iudice reſponſurus de iure Corrad, vel occaſione accuſationis de ſe ſacræ à Corrad, Brachius nuntius communis retulit ſe citaſſe.

Alia relatio.

ANtonium inuentum vel non inuentum, vt hodie vel cras, tali hora veniret coram tali iudice ad videndum iurare teſtes Corrad, vel occaſione aperturæ teſtium productorum inter ſe & Corrad, vel peremptoriè ſententiam auditurus inter ſe & Corradum, Brachius nuntius communis retulit ſe citaſſe, & dixiſſe eidem, vel familiæ ſuæ, quòd niſi venerit, extunc recipientur teſtes, vel aperientur, vel feretur ſententia. Et ſic nota quòd ſcribendum eſt diligenter, & ad quid citatur aliquis, & attendendum in relatione quid dixerit nuntius. Citationes tamen coram iudicibus eccleſiaſticis fiunt per literas, quas in epiſtolis habebis. Item nota quòd ſecundum conſuetudinem Bononiæ, ſi inuentus eſt reus, ſufficit vna citatio. Si autem non inuenitur, citabitur bis:

bis: & hoc, si ciuis est: sed si comitatiuus est, sufficit, si semel citatur inuentus, vel non inuentus.

Proclamatio defensionis alicuius.

BRachius nuntius communis Bono. retulit se de mandato talis iudicis ad petionem Corr. alta voce clamasse vel cridasse in contrata A. quòd si quis ipsum An. defendere vult, tali die vel hora, coram ipso iudice compareat.

Proclamatio defensionis alicuius accusati secundum formam statuti communis Bonon.

BRachius nuntius communis Bono. retulit de se mandato talis iudicis præconia voce clamasse hodie vel heri in contrata A. præsentibus P. & M. testibus ad hoc vocatis & adhibitis, quòd si quis ipsum An. super actione de ipso facta Cor. defendere vult, hodie vel cras tali hora coram ipso compareat iudice, alioquin bannietur.

Proclamatio subhastationis alicuius rei pupillaris vendendæ.

BRachius nuntius communis Bono. retulit se de mandato talis iudicis ad petitionem An. tutoris Herigeti pupilli filij quondam Petri, præconia voce clamasse in palatio communis Bono. & in contrata eiusdem pupilli, quòd cùm domus ipsius pupilli sita in tali contrata necesse habeat vendi, vt ex ipsa habere posit pretium libr. centum. Si quis eam emere, & plus dicto pretio dare vult, hinc ad tertiam diem coram ipso iudice compareat: quoniam plus offerenti dabitur.

Si reus veniens hora sibi statuta expectet, & abest actor, licentiatur reus, rescribitur sic.

ANtonius citatus ad petitionem Corradi, quia veniens, & iudici se offerens, diu vel tota die stetit, Corrado non comparente, vel nihil aduersus eum dicente, licentiatus fuit à iudice.

De iudicis secularis recusatione.

QVia periculosum est, & tristes sortiri solent euentus sub suspecto iudice, litigare. Idcirco domine Sca. iudex & assessor domini Ro. Potestatis Bono. Ego Anto. in causa quam

quam habeo, vel habere intendo cum Corra. eò quòd suspectum vos habeo, audientiam vestram recuso, & alium iudicem mihi dari peto.

Recusatio delegati vel subdelegati.

QVia periculosum est, & tristes sortiri solent euentus sub iudice litigare suspecto. Idcirco domine Philip. summi Pontificis delegate, vel talis delegati subdelegate: Ego Anto. in causa quam habeo, vel habebo, vel habere intendo cum Corrad. audientiam vestram mihi suspectam, eò quòd estis alteri parti affinitate coniunctus, recuso: Cæteris exceptionibus iuris & obiectionibus meis in omnibus & per omnia mihi saluis. Veruntamē quia hæc exceptio recusationis probanda est coram arbitris, & non coram iudice: ne fortè prouocatis obesset. Idcirco ego An. me dictam excusationem recusationis coram arbitris ad hoc eligendis offerro probaturum: arbitrum autem pro parte mea eligo talem.

Oppositio exceptionis declinatoriæ iudicij.

ANtonius coram tali iudice constitutus ad petitionem Cor. citatus in ipsius iudicis præsentia excipiendo proposuit, & proponendo excepit ac protestatus est, quòd cū non sit de ipsius iudicis foro, vel ꝙ ipse iudex sit aduersæ alteri parti affinitate coniunctus, ipsius declinando iudicium, non vult, nec rationabiliter cogi debet sub ipso iudice respondere. Vel sic, si fiat cōtra personam actoris: A. coram tali iudice ad petitionem Cor. procuratoris Phi. citatus in ipsius iudicis presentia excipiendo proposuit, & proponēdo excepit ac protestatus est ipsum Cor. eò ꝙ est minor xxv. an. non posse procuratorem esse, & cū huiusmodi procuratore nullū esse iudicium: & proptereà cum ipso iudicium declinando non vult, nec de iure se credit teneri sibi in iudicio respondere.

Oppositio exceptionis dilatoriæ, vel peremptoriæ solutionis.

ANtonius coram tali iudice constitutus excipiendo proposuit, & proponendo excepit ac protestatus est, quòd cùm terminus quatuor mensium, qui de iure datur his, qui sunt per diffinitiuam sententiam condemnati, transactus nō sit, nō debet adhuc cogi soluere Cor. illas centū lib. in quibus ipse An. eidem extitit condemnatus. Si verò opponat peremptoriam exceptionem, dices: An. coram tali iudice constitu-

tus exceptionem proponit,& proponendo excepit non esse procedendum contra eum super eo quod petit Cor.ab ipso centum lib.Bono.cùm hoc sit,quòd ipse Corr.fecerit pactum ei de non petendo in perpetuum. Vel cùm hoc sit,quòd ipse An.fuerit de ipsis centum lib.per sententiam absolutus. Et ita tam prædictas exceptiones,quàm alias quascunque sub simili cursu scribere poteris.

Interrogatio post litem contestatam.

ANte litem contestatam interrogatus Ant.in iudicio coram tali iudice,si possidet rem in libello petitã:respondit,& cõfessus fuit se ipsam rem possidere,vel nõ possidere. Vel sic,ante litem contesta.interrogatus Anto.coram tali iudice,si est hæres Boëtij:Respondit,& confessus fuit se ipsius Boëtij hæredem esse vel non esse. Et sic de cæteris interrogationibus,quæ ante litem contestatam fiunt.

Satisdatio præstita à reo,qui non possidet immobila.

CVm in causa,quæ inter Ant.& Corradum coram tali iudice vertitur super petitione, quam idem Cor. fecit ipsi Ant.de centum lib.opponitur eidem Ant.quòd immobilia nõ possidet,& ob id eum satisdare debere eidem An.quia immobilia non possidet,promisit ipsi Corrado,siue mihi notario vice & nomine ipsius Cor,stipul.de iudicio sisti, & iudicato soluendo,secundum formam iuris & statuti communis Bono. in causa & super causa prædicta.Insuper Ant.ipsius Anto.precibus dicto Corrado,vel mihi notario pro ipso Cor.recipiẽte de prædictis extitit fideiussor.Nota tamen quòd hoc,quod dicitur de iudicato soluendo,nõ est in casu prędicto secũdũ iuris ordinem,sed solùm secundũ formã statuti cõmunis Bon.

Satisdatio præstita à procuratore, quando dubitatur de mandato actoris.

CVm in causa,quæ inter Anto.& Cor. siue ipsius Corradi procuratorem,coram tali iudice vertitur super petitione,quæ fit ipsi Anto.de centum libris, vel de vna petia terrę, offerret & diceret Philippus se ipsius Corradi procuratorem esse:quia tamẽ dubitatur de mãdato,& propterea ipse procurator satisdare tenetur.Idem Philippus promisit dicto Anto. ratam rem ipsum Corradum habiturum, & quòd defendet ipsum in iudicio,si ipse Ant.eum reconuenire voluerit.Insuper Corr.do.Philip.precibus de prædictis omnibus eidem

Anto.

Anto. extitit fideiussor.

Satisdatio præstita à procuratore Rei.

CVm in causa, quæ inter Ant. vel eius procuratorẽ ex vna parte, & Cor. ex altera, coram tali iudice vertitur, super petitione, quàm fecit idem Corradus dicto Ant. de tali re offerret & diceret Philip. se ipsius Anto. procuratorem esse: quia procurator Rei, siue dubitetur, siue certum sit de mandato, satisdare tenetur. Idem Philip. procurator Anto. promisit dicto Corrado iudicatum soluere, dominum defendere, & nihil doli mali in defensione committere. Insuper idem Anto. dicti Philip. precibus ipsi Corra. extitit fideiussor de omnibus & singulis suprascriptis sub hypotheca rerum suarum.

Satisdatio præstita ab eo, qui se offert in defensionem alterius.

IN causa, quæ vertitur, vel verti speratur inter Anto. & Corradum corã tali iudice, super petitione, quã fecit vel facere intendit Corra. ipsi Anto. de quadã domo posita in tali contrata: Phi. ipsius Anto. defensioni se offerens: Quia nemo idoneus est defensor, nisi satisdet, promisit dicto Corra. iudicatũ solui in causa & super causa prædicta in omnibus clausulis iudicatum solui infrascripta: Insuper Anto. ipsius Philip. precibus, &c. vt suprà de fideiussore. Not. quòd si procurator, siue defensor defenderet aliquem in actione reali, si hic debet satisdare iudicatum solui, & ratam rem dominum habiturum. Si autem defendet super actione personali, non satisdet nisi iudicatum solui: licet hic commissum fuisset de rato habendo.

Satisdatio præstita à reo recuperante tenutam ex interlocutoria contra eum lata.

CVm ex interlocutoria contra Ant. pro Cor. lata idẽ Cor. missus fuerit in possessionẽ bonorũ ipsius Ant. valẽtium quantitatem in libello petitam, ipse Anto. ad defensionẽ sententiæ & tenutę veniens, refectis secundum formã statuti impensis libelli sententiæ, & tenutæ, promisit dicto Cor. litẽ suscipere, & in ea vsque ad finem perseueranter stare, nec nõ eidem Cor. secundum formam statuti communis Bono. fructus præstare pro ea parte temporis, quæ fuit in possessione prædicta. Insuper Andreas ipsius Anto. precibus, &c. vt suprà de fideiussore.

Satisdatio præstita ab eo, qui petit rem dissequestrari.

CVm res talis penes Anto. inuenta ad petitioné Corra. de mãdato talis iudicis fuerit sequestrata, veniens ipse Ant. & eandẽ rem dissequestrari petẽs, promisit Cor. vel mihi notario, nomine ipsius Cor. stipulanti, rem ipsam seruare & custodire vsque ad cognitã rationẽ, & eam restituere & cõsignare cui, & quãdo mandauerit ipse iudex. Insuper Andræ. ipsius Anto. p recibus, &c. vt suprà de fideiussore.

Satisdatio de damno infecto.

QVoniam domus quædã Anto. vt dicitur domui Cor. ruinam & præcipitiũ minabatur, & ob hoc idẽ Cor. ageret, & peteret sibi de damno infecto caueri. Idem Anto. talis iudicis mandato promisit ipsi Cor. satisfacere, & ad integrum de omni damno, quod incurreret ex ruina domus eius prędictæ: Insuper talis extitit fideiussor, vt suprà.

Satisdatio de opere demoliendo.

CVm Cor. denuntiasset Ant. nouum opus, eò quòd credit ædificare ipsum murum super solo suo, vel tale ædificiũ: Dictus Anto, quia in opere procedere non audet, nisi satisdatione præstita, promisit coram domino tali iudice ipsi Cor. do opere demoliendo, hoc est, quòd amouebit quicquid ædificatum apparuerit super solo suo. Insuper talis extitit fideiussor, vt suprà.

Quibus verbis fiat litis cõtestatio & iuramẽtum calumniæ, & quomodo scribantur.

FIt litis contestatio his verbis. Interrogat enim iudex vel notarius primò actorem, hoc modo: Credis iustè petere? & ipse respondebit, credo. Deinde interrogat reum: Credis te iustè defendere? & ipse reus respondebit, credo. Et ità his verbis litis contestatione facta, iudex facit actorẽ & reum iurare de calũnia, scilicet, primò actorẽ, hoc modo: Tu iuras, ꝙ bona fide, & non calumniandi animo agis, falsis probationibus, vel instrumentis in hac causa non vteris, terminũ, & dilationem in fraudem non petes. Veritatẽ, quoties interrogatus fueris, respondebis. Si per alteram partem veritatẽ dicentẽ audieris, vt eam probationibus oneres, non negabis, & illam probationem ab aduersario non exiges, quam necessariam non putabis. Mihi nec alteri pro me non obtulisti, nec offeres aliquid,

vt pro

vt pro te debeat iudicari. Sicut ego dixi, ita verũ esse, & per te seruabitur, si Deus te adiuuet, ad sancta Dei euangelia. Deinde faciet iurare reũ, hoc modo: Sicut ille actor iurauit, per se in agendo, ita tu iuras verũ esse & obseruare per te in defendendo, si Deus te adiuuet, ad sancta Dei euãgelia. Facta autem litis contestatione, & prestitis sacramẽtis calũniæ, vt dictũ est, scribes tu notarius in quaterno, hoc modo: Die tali lis cõtestata est, & iuratũ de calũnia à Corrado, ex vna parte, & Anto. ex altera super infrascripto libello. Agit Corradus aduersus An. petens ab eo centũ lib. Bon. &c. ponendo totum libelli tenorẽ. Et nota ꝙ super exceptionibus oppositis iuratur ab vtraque parte de veritate dicẽda. Et etiam eodem modo iuratur à minore, qui est doli capax, de veritate dicenda.

Quomodo scribuntur termini vel dilationes.

STatuit iudex terminum, vel statutus fuit terminus octo dierum vtrique parti, siue Cor. ex vna parte, & Anto. ex altera, ad probationes eorũ inducẽdas, siue ad dicẽdum de iure eorum, siue ad exceptiones eorũ opponendas, vel aut probandas, ad faciendum vt testes iurati deponãt, siue ad faciendum aperiri dicta testiũ, vel ad placitandũ, siue ad sententiã audiendam, siue ad aliud tale quid faciendũ, vel vt edant instrumẽta eorũ, si aliqͥbus vti volunt. Et si dabitur terminus peremptorius ad aliquod prædictorũ negotiorũ, siue ad aliud quodcũq; dices: statutus fuit terminus peremptorius octo dierũ, &c. Si autem dabitur terminus solũmodò vni parti, vtputà ad respõdendũ libello alterius partis, vel ad aliquod aliud scribes. Datus vel statutus fuit terminus ad quatuor dies, vel hinc ad diẽ Iouis Anto. ad respondendum libello Cor. sibi ab eo oblato, & dato. Et sic de singulis, ad quæ statuitur terminus.

Quomodo scribuntur interrogationes siue positiones, quæ fiunt post litem contestatam.

ACtor vel reus facit interrogationes, siue positiones suas in vna schedula, & ostendit eas iudici. Et si iudex approbat eas, fiunt alteri parti, & petit ab illo per sacramẽtũ, qui interrogationes fecit, si verum credit, quod petit. Deinde præcipitur per sacramentũ alteri, ꝙ ad vnãquãque respõdeat, quod credit verũ esse, hoc modo: Ponit Cor. ꝙ Anto. promisit ei dare ex causa mutui centũ lib. credit Anto. vel confitetur, vel ne-

gat, Item ponit quòd ex hoc publicum est instrumentum, credit, vel non credit An. vel petit terminum ad deliberandum. Et sic de singulis positionibus, ponendo positiones actoris in vna parte, & positiones rei in altera, & incipiẽdo semper quẽlibet positionem à capite virgulæ. Et nota quòd in istis responsionibus credulitas habetur pro confessione, vel non credulitas pro negatione. Item nota quòd aliquando datur respondenti terminus ad deliberandum, specialiter quando interrogatur de negotio, quod alius gessit, & de quo ipse dubitat.

Sub qua forma recipiuntur dicta testium.

PArtibus præsentibus, vel vna parte præsente, & altera absente, duntamen citata sit, iurabũt testes de veritate dicẽda, dabitur eidem sacramentum, hoc modo: Tu iuras veritatem dicere, nulla mixta falsitate, tam pro vna parte, quàm pro altera, bona fide, remoto odio, amore, timore, prece, pretio, lucro, vel dãno tuo, vel alieno, ac testimoniũ tuum tenere secretum, donec fuerit publicatum. Sicut ego dixi, ita per te seruabitur, si Deus te adiuuet, ad sancta Dei euangelia. Postquàm autem iurauerunt testes, scribetur titulus, hoc modo; Testes producti à Cor. contra Anto, ad probandum quòd Anto. promisit dicto Corrad, dare vel facere hoc, & hoc, &c. secundum intentionem producentis sub examine talis iudicis, anno Domini M. cc. &c. ponendo annos, Domini indictionem. Deinde scribetur dies, in qua iurauit testis, & testificatio sua, hoc modo: Die quinta intrante Iunio, vel exeunte. Philip. iuratus dixit, quòd Anto. promisit Cor. soluere eidem centũ lib. Deinde ad sex menses interrogatus, quomodo hoc scit: Respõdet: quia præsens fuit, & audiuit: interogatus ex qua causa promisit: Respondet ex causa mutui: & hic idem testis præsens fuit ibidem, & vidit, quando dictus Cor. dictam quãtitatem numerauit, & dedit Anto. Interrogatus, quo anno, mense, & die, & quibus præsentibus fuit hoc: Respondet, quòd fuit anno prædicto, de mense Iunij, de die non recordatur, præsentes verò fuerunt P. & M. &c, ponendo quicquid dixerit testis, & faciendo eum semper reddere dicti sui causam scientiæ, & etiam faciendo illas interrogationes, quas ad negotia videris expedire, prout suprà sub rubrica de testibus habetur, Postquã autem producti fuerint testes, aperientur vel de iudicis man-

dato, vel de partium voluntate: & tunc in fine post vltimum testem scribes hoc modo: Die tali aperti sunt dicti testes de mandato dicti iudicis, vel de partium voluntate.

Pronuntiatio consilij dati in causis super incidenti quæstione.

SI dabitur consilium super principali decisione totius causæ formabitur diffinitiua sentẽtia super illo cõsilio, prout infrà habetur in sententiis diffinitiuis. Sed si dabitur consilium super aliquâ incidente quæstione, vtputà, si sunt testes aperiendi, vel non. Vel si est danda dilatio, vel non, & similibus, pronuntiabitur solùm illud consilium hoc modo: In Christi nomine, amen. Posteà scribes totum consilium de verbo ad verbum, secundum quod dabitur tibi à sapiente, & in fine ita dices: Quapropter do. S. iu. & asses. d. R. Potesta. Bono. sub cuius examine prædicta quæstio vertebatur, consilij formam exequens prædicti, prout supràdictum est, per dictum sapientis consultum est: Inuocato Dei nomine, pronuntiauit vtraque parte præsente ad hanc pronuntiationẽ audiendam: Cor. verò absente, licet perẽptoriè citato, cuius absentia Dei præsentia repleatur. Deinde incipies à capite virginali, hoc modo: Lata fuit dicta pronuntiatio in palatio communis Bono. sub anno Domini, &c. ponendo anno Domini, indictionẽ, testes, & nomen tuum.

Sententia diffinitiua super personali actione.

IN Christi nomine Amen. Ego Scacanellus iudex & assessor domini R. de villa Ponti. Bono. cognitor petitionis factæ à Cor. in hunc modum: Agit Corrad. aduersus Anto. &c. ponendo totum libellum per ordinem, quo scripto immediatè continuabis. Lite nanque coram me iudice ipso contestata, & de calumnia hincinde præstitis sacramentis. Visis insuper, & auditis rationibus, & allegationibus vtriusque partis, habitóque etiam super his consilio sapientum cum deliberatione solenni Dei nomine inuocato, prædictum Anton. vel Ioan. procuratorem Antonij procuratorio nominẽ pro ipso centum lib. Bononien. nomine sortis, & in decem libras, nomine pœnæ, ipsa pœna ad legitimum modũ vsurarũ redacta, in quinque lib. nomine expẽsarũ ab ipso Corrado factarũ, taxatione super expensis à me iudice facta ipsi Corra. cõdẽno.

ab illis verò petitionibus ipsius Corradi dictum Antonium absoluo, vtraque parte præsente, vel tali absente, &c. vt suprà proximè dictum est. Sed si non fuerit ipse Anto. in aliquo absolutus, tacebis illud verbum, ab aliis verò petitionibus prædictum Anton. absoluo.

Si absoluatur reus in totum.

Si reus absoluatur ab omni petitione actoris, post illud verbum, Dei nomine inuocato, dices ipsum Anto. ab omni petitione dicti Corr. absoluo, vtraque parte præsente, &c.

Si feratur sententia super reali actione.

SI fertur sententia diffinitiua super reali actione, post illud verbum, Dei nomine inuocato, dices ipsum Ant. in restitutione prædictæ petiæ terræ in libello petitæ, & in xx. corbibus frumenti pro fructibus perceptis à tali tempore citrà, ipsi Corr. condemno, vtraque parte præsente, &c.

Sententia super adipiscenda vel retinenda possessione.

SI super adipiscenda possessione feratur sententia, dices, dictum Anto. in præstatione possessionis, & quasi possessionis prædictæ domus in libello petitæ ipsi Cor. condemno, vtraque parte præsente, &c. vt suprá. Sed si super recuperanda possessione feratur, dices, dictum Ant. in restitutione prædictæ petiæ terræ in libello petitæ cum fructibus à tali tempore citrà perceptis, ipsi Corr. condemno. Si autem super retinenda possessione, dices, dictum Anto. vt sinat dictum Corra. pacificè possidere prædictam petiam terræ, de qua fit mentio in libello: sicut possidebat tempore litis contestatę, condemno, &c. vt suprá.

Si non absoluatur, vel condemnetur reus, seu nullum pronuntietur iudicium.

QVando contingit, quòd pronuntiatur iudicium nullum: Et tunc, postquam dixeris, Dei nomine inuocato, dices, pronuntio dictum iudicium nullum. Et hoc ideo, quia dictus Corrad. sine consensu patris sui contestatus est litem in iudicio supradicto, vtraque parte præsente, &c. vt suprà.

Quando

Quando fertur sententia super processu facto coram prædecessore iudicis.

IN Christi nomine, Amen. Ego Sca. iudex & assessor domini Rolandini Potesta. Bono. cognitor causæ seu petitionis factæ à Corrado contra Antonium sub examine talis iudicis in hunc modum, Agit Corradus, &c. Et posito toto libello dices: Lite nanque coram ipso domino tali iudice contestata ab vtraque parte, & de calumnia hincinde præstitis iuramentis, visis insuper, &c. ponendo prædictum sententiæ cursum.

Quando iudex delegatus vel subdelegatus fert sententiam.

QVando iudex delegatus vel subdelegatus fert sententiam, facienda est mentio personæ delegati, & etiam subdelegati in hunc modum. Ego Sca. iudex & assessor domini Papæ delegatus, vel domini Philippi summi Pontificis delegati subdelegatus: vt apparet in literis commissionis in me factæ: Quarum tenor talis est, &c. scribendo totum literarum tenorē, quo scripto dices: Cognitor petitionis factæ ab Anto. in hunc modum, ponēdo totam petitionem, & procedendo secundum sententiæ cursum.

Sententia à iudice ecclesiastico super diuortijs, vel coniunctione viri & vxoris, vel super sponsalitijs bene vel malè contractis.

IN Christi nomine, Amen. Ego Philippus Bono. archidiaconus, vel archipresbyter, cognitor causæ matrimonialis inter Anto. ex vna parte, & dominam Ma. ex altera, super petitione ab ipso Anto. oblata in hunc modum: Postulat à vobis domino Philippo Bonon. archidiacono Anto. &c. Et posita tota petitione, subsequenter dices: Ab vtraque parte nanque de veritate dicenda præstitis iuramentis. Visis insuper, & auditis rationibus, & allegationibus vtriusque partis, habitóque super hoc consilio sapientis Dei nomine inuocato, prædictum Anto. à matrimonio dictæ Ma. & dictam Ma. à matrimonio dicti Anto. per censuram ecclesiasticam absoluo. Sententians & pronuntians, vt vnusquisque eorum exnunc, cui vult, nubat in Domino. Si autem pronuntiatum

fuerit matrimonium esse legitimum, dices: Dei nomine inuocato, pronuntio matrimonium interuenisse legitimum inter eos. Et propterea, quia mandatũ habemus Euangelicũ, vt homo non separet, quos Deus coniunxit, Sententio & diffinio ipsos ex tunc cohabitare vicissim, & carnali copula cõmisceri, necnon cõiugali affectu se in omnibus & per omnia pertractare. In sponsalibus rò dices: Pronuntio sponsalia inter ipsos processisse rationabiliter, & ob id esse complendum, seu perficiendum matrimonium inter eos. Et si pronuntietur contrarium, dices: Pronuntio sponsalia inter eos legitima non fuisse, & ob id esse vnicuique eorum exnunc nubendi in Domino, cuicunque vult alteri, legitimam facultatem. Et nota quòd in his spiritualibus causis de calumnia nõ iuratur, sed solùm de veritate dicenda.

Notula.

CAeterùm nota quòd in qualibet sententia sex in vniuerso regulariter continentur. Primò, nomen iudicis, & officium eius: vt quia sit iudex Potestatis, vel ad tale officium deputatus, vel delegatus, vel subdelegatus: & sic de singulis officiis. Secundò, nomina litigantium: vt ibi, Cognitor petitionis factæ à Corrado contra Anto. Tertiò, tenor petitionis, super qua ventilata est causa. Quartò, vt si fiat mẽtio de processu causæ: vt ibi, Lite nãque corã me iudice cõtestata, &c. Quintò, condemnatio vel absolutio, siue alia prontintiatio. Sextò & vltimò, quòd fiat mentio, vtrũ partes præsentes sint: vel vna pręsens, & altera absens. & hęc omnia colligi possunt ex forma primę sentẽtiæ. Item nota ꝙ aliquãdo fertur sententia à iudice super causa appellationis: cuius sententiæ forma infrà habetur sub Rubrica, de sententia super causa appellationis lata. Item aliquando fertur sentẽtia ab executore, hoc est, ab eo, qui mandat sententiam executioni, dando insolutũ de bonis condemnati vel debitoris. Et forma huius sententię continetur infrà in scripturis factis de processu habito contra contumacem. Præterea multæ pronuntiationes fiunt extraordinariè à iudice, vtputà, quia pronuntiat aliquem gaudere priuilegio septuagenariorum, vel quia datur licentia, vel litera represaliarum, & multæ aliæ, de quibus aliquæ ponuntur infrà post alia exempla, antequam ponantur epistolæ.

De

De appellationibus.

ALiquādo condēnatus præsens sentētiæ, illico post latam sententiā appellauit,& tūc scribetur appellatio hoc modo: Ant. presens sentētiæ latæ cōtra eū pro Cor. à domino Sca. iudice Potesta. scriptæ manu mei notarij. illico post latā sententiā ab ipsa sentētia,& ab omni eius grauamine, viua voce appellauit. Si autē nō appelletur tūc, sed posteà ex interuallo, debet fieri appellatio in scriptis,& porrigi iudici libellus appellationis: qui quidē libellus fiet hoc modo: Ego Ant. sentiēs me grauatū à sentētia vestra domine Sca. iudex & assessor domini R. Potesta. Bo. Quia cōdēnastis me Corrado, vel Corradum à petitione mea absoluistis, ab ea sentētia tanquā iniqua & vitiosa appello,& cū instātia, apostolos mihi dari peto. Hūc autē libellū recipit iudex. Et tu notarie, scribes illū in quaterno, quo scripto dices: Qui quidē libellus appellationis oblatus fuit ab ipso Antonio dicto iudici,& ab eodē iudice receptus. Sub anno Domini,&c. ponēdo publicationes. Itē aliquādo appellatur nō solū à sentētia iudicis delegati, vel subdelegati, verūetiā ab omni grauamine, quod videtur parti & sibi esse illatū ab ipso iudice, vtputà, quia nō admittat exceptiōes suas: vel quia in aliquo processisset cōtra eū, pendētib' dilationibus: aut quia inordinatè cōtra eū procedit. Et offeretur hęc appellatio in scriptis hoc modo: Corā vobis domino Phil. archidiacono Bo. qui vos dicitis esse executorē literarū domini Pa. Ego Anto. dico, propono, atque protestor, ꝙ reuocetis grauamen per vos mihi illatū, ex eo quòd exceptiones meas nō admittatis: vel quia pendētibus dilationib' cōtra me processistis, cū paratus sim exceptiones meas rationabiles opponere,& probare. Attamen si grauamen prædictū non reuocetis, cū ex eo indebitè sentiā me grauari, in scriptis ad dominū papā me appello,& apostolos instanter peto,& interim peto sub protectione sedis Apostolicæ me supponēs. Et nota quòd apostoli dicuntur literę dimissorię quas literas mittit iudex, à quo appellatum est, domino Papæ, siue ei, qui delegauit, scribens quomodo talis appellauit à sententia sua. Quarum literarum formam habebis infrà in tractatu literarum.

Commissio appellationis à sententia diffinitiua.

DOminus Sca. iudex & assessor domini R. Potesta. Bono. causam appellationis factæ ab Ant. à sententia lata à se

iudice,vel à tali iudice contra ipsum Anto.per Corra.scripta manu talis notarij vtraque parte præsente,vel tali præsente vel absente,licet peremptoriè citato, commisit domino M. iudici super appellationibus pro quarterio portæ Rauennatis secundum iuris ordinem, cognoscendam, & fine debito terminandam. Nota tamen quòd iudex delegatus aliquando causæ sibi commissæ intendere non valens, committit & subdelegat eam alteri: quæ quidem delegatio & commisio plurimum per literas fit:& idcirco ipsius forma infrà in tractatu de literis reseruatur.

Sententia super causa appellationis lata.

IN Christi nomine Amen. Ego Ant.iudex præsidens autho.communis Bonon.officio appellationum pro quarterio Rauennatis portæ,cognitor causæ appellationis factæ ab Anton.ex sententia lata à domino Sca.iudice contra ipsum Ant.per Corrad.scripta manu talis notarij,Cuius sententiæ tenor talis est.In Christi nomine,Amen. Ego Sca.&c.ponendo totum sententiæ tenorem,quo posito subsequenter dices: Visa namque appellatione prædicta scripta manu talis notarij,& etiam commissione ipsius causæ appellationis in me facta,scripta manu talis notarij.Visis insuper, & auditis rationibus & allegationibus vtriusque partis,habitóque etiam super his consilio sapientum,cum deliberatione solemni,Dei nomine inuocato,prædictam sentētiam à dicto domino Sca. latam confirmo,& pronuntio malè iudicatum,& bene appellatum. Vel sic,dictam sententiam à domino Sca.latam,quantum est pro quinquaginta lib.ex quantitate centum librarū, in quibus dictus,Ant.dicto Corr.fuit per sententiam dictam condemnatus, confirmo & pronuntio pro dicta quantitate quinquaginta lib.Bon.iudicatum bene,& malè appellatum. Pro reliquis verò 50. libris ipsam sententiā confirmo, & in eā quantitate pronuntio malè iudicatum,& bene appellatū. Lata fuit hæc sententia,&c.

Possessio seu tenuta data pro executione rei iudicatæ.

DOminus Sca.iudex & assessor domini R.Potesta.Bono. exequendo sententiam diffinitiuam à se vel à tali iudice latam,scriptam manu talis notarij,pręcepit Brachio nuntio communis Bono.vt det Corr.tenutā,& corporalē possessionem talis rei petitæ,in cuius restitutione Anton.est dicto

Corrad.

Corrad. diffinitiuè ex dicta sententia condemnatus. Vel sic, det Cor. tenutam vel corporalem possessionem in bonis, vel de bonis An. valentibus centum lib. nomine sortis, & decem libr. nomine pœnæ expensarum, in quibus ipse Anto. prædicto Cor. diffinitiuè per dictam sententiam fuit condemnatus, scilicet, primò de mobilibus si compererint, vel alioquin de immobilib⁹. Quòd si immobilia nō cōpererint, vel nō suffecerint, det vel suppleat de bonis seu iuribus Ant. supradicti.

Relatio nuntij dicentis se tenutam dedisse.

BRachius nuntius communis Bono. retulit se de mandato talis iudicis exequendo sententiam diffinitiuam ab ipso vel tali iudice latam, dedisse tenutam, vel corporalem possessionem Corrado de tali domo, posita in tali cōtrata, infra tales confines, in cuius restitutione Ant. vt dicitur, est Cor. per sententiam condemnatus. Vel sic, dedisse tenutam & corporalem possessionem Corra. de infrascriptis bonis Ant. pro centum lib. nomine sortis, & decem lib. nomine expensarum, in quibus dictus Anto. vt dicitur, est per dictam sententiam ipsi Cor. condemnatus, scilicet, primò de vno tinatio, & duabus vegetibus, vel de tali vinea, posita in tali loco, intra tales confines: & sic de singulis rebus & bonis. Nota tamen quòd aliquando non inuenitur in iurisdictione iudicis exequētis sententiam de bonis condemnati, vnde tunc fit relatio ad iudicem in cuius iurisdictione sunt bona condemnati, vt ipse sententiam exequatur per res & facultates condēnati. Quæ quidē relatio per epistolam fit, vt infrà in tractatu de epistolis continetur. Et hæc de scripturis, quæ fiunt in ordinario iudicio & processu dicta sufficiant.

Sententia interlocutoria contra reum cōtumacē lata.

IN Christi nomine, Amen. Scacanellus iudex & assessor d. R Potesta. Bo. cognitor petitionis factæ à Cor. in hunc modum: Agit Cor. cōtra Ant. petens ab eo, &c. scribendo tunc libellum: quo scripto subsequenter dices, ipso namque Anto. post libellū receptum ad terminum sibi datum non redeunte, præstito ipsi Cor. de calumnia iuramento, quo declarauit vera esse quæ in eadē petitione cōtinentur, Pronuntio dictū Cor. fore mittendū in possessionē rei in libello petitę, & hoc quando agitur actione in rem. Si agitur actione in personā, dices fore mittendum in pos. bonorū dicti Anto. valentium quantit

quantiatem in libello petitam, primò mobilium si compererint, alioquin immobilium absenti reo omni legitimo auxilio reseruato.

Citatio rei, vt veniat defensurus tenutam ex interlocutoria danda.

BRachius nuntius communis Bon. retulit se citasse, & inuenisse Ant. vt hodie veniat coram tali iudice defensuras tenutam ex interlocutoria lata contra eum pro Cor. alioquin dabitur ipsa in bonis eius, siue de re in libello petita. Nota quòd si venerit, retractabitur interlocutoria, & satisdabit reus de lite suscipienda: vt suprà in satisdationibus continetur. Si autem non venerit, procedetur ad tenutam, quę scribetur hoc modo.

Tenuta ex interlocutoria à nuntio data.

BRachius nuntius communis Bon. retulit se de mandato iudicis exequendo interlocutoriam ab ipso iudice latã, dedisse Corrado tenutam de infrascriptis bonis Ant. scilicet, de tali & tali re, & talem tenutam sibi de dictis bonis & rebus dedisse, saluo iure omnium.

Relatio nuntij referentis se non inuenire de bonis rei.

BRachius nuntius communis Bon. retulit, quòd cùm mandato talis iudicis in exequendo interlocutoriam ab ipso iudice latam iussisset dare Cor. tenutam in bonis Ant. & diligentem inquisitionem fecisset in contrata, & inter vicinos, & notos ipsius Ant. nihil de bonis ipsius inuenerit, de quo prædictam tenutã dare posset: & vnde nihilominus in eadẽ cõtrata præconia voce clamauit, quòd si quis frueretur de ipsis bonis, hinc ad tertium diem dicto iudici nuntiaturus veniret.

Nuntiatio facta à iudice, quòd non inuenitur de bonis rei, de quibus detur tenuta ex interlocutoria.

IN Christi nomine, Amẽ. Ego Sca. iudex & assessor d. R. Potesta. Bon. cùm ex interlocutoria à me lata contra Ant. pro Cor. in quantitate centum libr. ipso Ant. legitimè citato, vt tenutam ex interlocutoria dandã defensurus veniret, & eo non veniente mandauerim, ipsam sententiam exequendo, dictum Cor. in possessionem induci bonorũ eiusdem Ant. pro

mensura

mensura debiti declarati. Cúmque Prachius nuntius communis Bono.ipsius mandati mei executor, iuisset dictá poss. dare,& facta diligenti inquisitione in contrata ipsius Ant.inter vicinos & notos eius, retulit nihil inuenisse in bonis ipsius Ant. Vnde & nihilominus proclamata voce praeconia per ipsum in dicta contrata,vt si quis de bonis Anto.quicquã sciret,ad certum diem nuntiaturus veniret, & non cõparuisset aliquis,qui de dictis bonis aliquid nuntiaret: Dico, & interloquendo pronuntio nihil inueniri in bonis & de bonis Ant.supradicti,Vnde in aliquo dicta tenuta siue possessio dari possit. Et ideo dict. Corr. contra bonorum possessores iura reseruo.Lata fuit haec sententia,vel pronuntiatio in palatio communis Bono.sub anno Domini,&c.

Forma banni dati reo quando non inuenitur de bonis eius, vnde detur tenuta ex interlocutoria.

QVia facta diligenti inquisitione,non fuit inuentum de bonis Anto.vnde Corr. possessio & tenuta dari posset ex interlocutoria:quã in quantitate centum lib.quas ab ipso Ant.petebat,meruit contra eum: & quia post ipsam inquisitionem dicto Ant.legitimè citato, & eius defensione legitimè proclamata,non venit ipse,nec alius pro eo ad eius defensionem:Idcirco exnunc sit in banno communis Bon. in quo quidem banno cridatus fuit de mandato talis iudicis per Viuianum praeconem communis,die tali,&c.

Si habita tenuta petat actor eam in bonis debitoris sibi adiudicari insolutum, scribes petitionem suam hoc modo.

A Vobis domino tali iudice, siue à vobis aestimatoribus communis Bo. petit Cor.insolutum dari,& adiudicari in bonis,& de bonis Ant.tantum,quod valeat centum lib. Bon.nomine poenae & expensarum factarum & faciendarũ: & haec ex vigore plurium instrumentorum, siue ex vigore instrumenti sententiae & tenutae. Aliquando autem contingit,quòd vxor,siue pater vxoris,petit sibi insolutum dari in bonis viri pro dote,eò quòd ipse vir vergat ad inopiã.Et tunc dices,Petit tantum,quod valeat centum lib. quas ei dedit in dotem,& petit expensas factas & faciendas:cùm hoc sit,quòd

malè

malè vtatur substantia sua, & vergat ad inopiam. Multæ autem petitiones sunt, pro quibus petitur datio insolutum, quas scribes secundum quod tibi offerentur.

Proclamatio vt compareant alij creditores in re ius habentes.

VIuianus præco communis Bono. proclamauit, vel retulit se præconia voce clamasse in palatio communis Bo. quòd si quis habeat ius in bonis An. vel ea defendere vult, veniat hinc ad tertium diem, coram tali iudice, vel coram æstimatoribus communis Bon. & similis proclamatio fit in contrata debitoris à dicto nuntio, vel ab alio: & tu tabellio similiter scribes.

Si compareat aliquis ius habens in bonis ipsis, vel ea defendere volens, ita scribes.

IOannes offerens se coram tali iudice, dixit, & protestatus est se habere ius in bonis An. ex causa debiti quinquaginta librarum Bon. quas ab ipso An. recipere debet, vel ex tali causa. Vel sic: Offerens se coram iudice, talem protulit petitionē. A vobis domine talis iudex, petit &c. & sic scribentur petitiones omnium, vna post aliam. Et si non venerit, qui bona illa defendere velit, dices: Ioannes offerens se coram tali iudice, dixit, & protestatus est, quòd bona Anto. contra Cor. & quemcunque petitorem contradictorem vult defendere, ne eis dentur insolutū tali ratione. Quo scripto, satisdabit ipse defensor, vt suprà habes, vbi notatum est, qualiter scribūtur satisdationes, quòd si nō appāruerit defensor, tunc constituetur curator ipsius bonis prout continetur in instrumento curatoris dati in bonis alicuius absentis & indefensi, in. vij. capi. & ipse curator perquisitis bonis, de illis inuentarium facit, quod scribetur in actis, vt infrà hic apparet.

Inuentarium factum à curatore bonorum alicuius absentis & indefensi.

HOc inuentarium factum ab Andræa curatore constituto bonis absentis An. & indefensi. In primis quidem dicit se inuenisse in dictis bonis vnam domum positam in tali loco, infra tales confines. Item vnam petiam terræ. Item vnum scrinium, &c.

Aestimat

Æstimatio facta de bonis ipsius in inuentario contentis.

IAcobus & Ioan. electi & constituti à tali iudice ad æstimandum bona Ant. scripta in inuentario facto ab Andræa curatore ipsius bonis constituto. Sacramento eis præstito de dictis bonis fideliter æstimandis. Primò æstimauerunt domum vnam positam in tali loco, centum libr. Bonon. Item vnam vineam positam in tali loco, viginti lib. Bonon. pro qualibet tornaturas: & sic de singulis rebus.

Forma sententiæ super insolutum datione.

IN Christi nomine, Amen. Ego Sca. iudex & assessor do. R. Potesta. Bo. cognitor petitionum infrascriptarum. Petit namque Cor. sibi insolutum dari, & adiudicari, &c. ponendo totum tenorem petitionis; & subsequenter pones petitionem secundi petitoris, & sic de singulis petitionibus, quibus scriptis continuabis ita: Facta quoque proclamatione in palatio communis Bon. per Viuianum præconem eiusdem communis, & in contrata ipsius Antonij per Brachium nuntiũ ipsius communis, quòd si quis habet ius in bonis ipsius Ant. aut illa defendere vellet, certa die coram me compareret, & nemine alio præter antedictos petitores comparente. Dato insuper Andræa curatore dictis bonis, & viso inuentario ab eo confecto, & æstimatione de bonis in eodem inuentario contentis facta concorditer à Iacobo & Ioanne, qui iurauerunt eadem bona fideliter æstimare, lite prætereà contestata inter ipsos petitores & curatorem prædictum, & de calumnia vtrinque præstito iuramento, quo declarauerunt petitores prædicti se credere rationabiliter posse petere: & quòd de his, quæ in eorum petitionibus continentur, non erat eis in aliquo satisfactum. Visis instrumentis & rationibus, & auditis allegationibus eorundem, habitóque etiam super his consilio sapientum, cum deliberatione solenni. Dei nomine inuocato, communis Bo. & mei officij authoritate. Quia dictum Cor. inter creditores ipsius An. inueni priorem tẽpore, & ideo iure potiorem, primo loco do ei, & adiudico insolutũ domum vnã positam in tali loco, infra tales confines, pro ea æstimatione, quę æstimata est à prędictis æstimatoribus. s. pro centum lib

Bon.

Bono. Item vnum tinacium & vnam vegetem pro 50. sol. nomine expensarũ, taxatione à me iudice facta. Secundo loco, quia Martinum inueni post dictum Corr. aliis creditoribus dicti Anto. potiorem, do ei & adiudicio insolutum talem possessionem pro ea æstimatione, &c. vt suprà. & sic de singulis rebus. Si autem non erunt tot bona, quòd posteriori satisfieri possit, dices: prædicto verò Phi. quia nihil aliud in dictis An. bonis reperio, quod eidem Phi. adiudicare valeam insolutum contra ipsum Anto. & eius bona, & bonorum possessores, & etiam contra futura eius bona, si quando ad fortunam peruenerit pinguiorem, integra iura reseruo. Lata fuit hæc sententia in palatio communis Bono. &c. Nota tamen quòd si huiusmodi sententia feratur ab æstimatoribus communis Bon. qui præsunt dationibus insolutum, dices in principio.

Sententia æstimatorum.

NOs M. & P. æstimatores communis Bon. cognitores petitionis, vel petitionum, &c. loquendo in plurali numero, vbi de duobus fit mentio. Et etiam si vnus solùm fuerit petitor facienda est mentio de vno petitore, & vna petitione solùm in singulari numero.

Possessio ex secundo decreto data.

DOminus talis iudex, vel tales æstimatores cõmunis Bono. præcepit, vel præceperunt Brachio nuntio cõmunis Bonon. vt inducat Corradum in possessionem corporalem talis domus sibi ab eodem iudice datæ & adiudicatæ insolutum ex secundo decreto. Quando autem nuntius ipsam possessionem dabit, fiet publicum instrumentum hoc modo.

Instrumentum missionis in possessionem.

BRachius nuntius communis Bonon. de mandato talis iudicis, vel talium æstimatorum communis Bonon. induxit Corradum in corporalem possessionem talis domus positæ in tali loco, infra tales confines, sibi datæ & adiudicatæ insolutum ex secundo decreto, per sententiam ab eodem iudice latam, scriptam manu talis notarij. Et hæc dicta sufficiant de scripturis processus contra reum contumacem.

Præcep

Praeceptum factum debitori confesso.

DOminus talis iudex praecepit Anto. vt det & soluat Cor. hinc ad decem dies proximos xx. lib. Bon. quas ex causa mutui se ipsi Cor. debere cõfessus est:& hoc cõtineri in publico instrumẽto, scripto manu talis notarij. Et si sint duo debitores dices, praecepit Anto. & Philip. cuilibet eorum insolidum, vno soluẽte, tamen alius vel alij liberentur, & dent, & soluãt Corrado hinc ad sex mẽses, termino de voluntate partiũ prorogato, centum lib. Bon. quas ex tali causa se ipsi Cor. debere per instrumentum scriptum manu talis notarij confessi sunt: Diebus feriatis, & feriis omnino renuntiantes.

Aliud praeceptum.

Et si fiat praeceptum ex delatione iurisiurandi, ita scribes: Praecepit Anto. vt det & soluat Corra. hinc ad xx. dies xxx. li. Bon. ex tali causa per delationem iurisiurandi ab ipso iudice praestiti. Et sic de singulis praeceptis, Inserendo quid praecipitur, & terminum, & causam praecepti. Verũtamen nota, quòd multa & diuersa fiunt praecepta à iudicibus ex eorum officio, vtputà, ꝙ aliquis praesentet ei tale quid: vel quòd aliquis non teneat in domo sua talem. Quae quidem ita scribenda sunt simpliciter: sicut iudex ea dixerit. Aliquando verò ad petitionem alicuius mandat iudex res aliquas poni in sequestrum: quod quidem praeceptum scribi potest, sed pro maiori parte solet scribi sola relatio nuntij hoc modo: Brachius nuntius communis Bon. retulit se de mandato talis iudicis ad petitionem Cor. sequestrasse penes Phil. vnum scriniũ, vel tale quid, vel tot segetes, quas inuenit in tali campo, vel apud talem, & praecepisse ipsi Phil. vt res ipsas custodiat, & saluet, quousque placuerit iudici, vel vsque ad cognitam rationem.

Si ante tenutam veniat reus, & opponat contra praeceptum, ita scribes.

ANtonius excipiendo opponens contra praeceptum sibi factum à tali iudice de centum li. soluẽdis Cor. scriptum manu talis notarij, dixit, & protestatus est non esse cõtra eum ex dicto praecepto procedendum, eò quòd est minor xxv. an. & sine curatoris authoritate fuit dictum praeceptum factum in iudicio contra eum. Vel, eò quòd est filiusfa. & ipsum praeceptum in iudicio sine patria authoritate recepit. Vel, eò quòd

factum fuerit cõtra eum inuitum, & non confessum: & sic de singulis causis, quarũ prætextu dicit procedendũ non esse. Cæterùm nota quòd dabitur ei terminus ad probandum exceptiones, post terminum verò pronuntiabitur hoc modo.

Pronuntiatio vtrum post exceptionem procedendum sit, an non, contra reum.

QVoniam Anto. coram me tali iudice exceptionem opposuit in hunc modũ: Anto. excipiendo opponens, &c. vt suprà ponendo exceptionem totam, qua posita ita cõtinuabis: Et hanc exceptionem ipse Anto. legitimè probauit: Ideo ego dictus iudex pronuntiò non esse ex dicto præcepto cõtra dictum Anto. procedendum. Vel sic: Et hãc exceptionem ipse An. legitimè non probauit: Idcirco habito super hoc consilio sapientis, pronuntio contra eum esse ex dicto præcepto, non obstante dicta exceptione, legitimè procedendũ, & illud præceptum esse executioni mandandum. Vnde nota, quòd pronuntiatione facta de procedendo, vel dabitur tenuta in bonis rei, quam scribes: vt suprà habes de tenutis: & hoc mutato, quòd in hac tenuta dices, exequendo præceptum factum à tali iudice, vel dabitur reo bannum hoc modo.

Bannum datum reo ex causa debiti.

Ant. quia non soluit ad terminum Corrado centum lib. Bon. quibus tenetur ei ex causa mutui per instrumentum vel præceptum scriptũ manu talis notarij: & quia legitimè secundũ formã statuti cõmunis citatus & cridatus fuit, non venit ipse nec alius pro eo: Idcirco ex nunc sit in banno communis Bono. in quo cridatus fuit de mãdato tali iudicis, per Viuianum præconem communis Bon. die tali, &c.

De criminalis iudicij scripturis, & primò de Forma libelli accusationis.

ANtonius die tertia intrante Maio, accusat Cor. quem dixit insultum fecisse cõtra eum, & euaginato gladio percussisse eum cum ipso gladio in capite, & grauiter vulnerasse. Vel sic: Quem dicit cõmisisse adulterium cum Berta eius filia. Vel sic: Quem dicit verba iniuriosa sibi dixisse, dicendo quòd erat latro & leno, & hoc fuisse tempore regiminis D. M. Potesta. Bono. de mense Maij sub porticu domus Phil. vnde petit eum puniri secundum formam iuris & statutorum, & boni

& boni regiminis Potestatis Bon. Et si accusatus veniens, accusatorem suum reconuenire voluerit, dicetur ita : Cor. iuratus reconueniendo accusat Anto. quem dicit, &c. Itaque libello accusationis oblato, præstabitur accusatori sacramentum calumniæ quod sibi computabitur, vt suprà habes in rubrica, de ordine accusationis. Quo sacramento facto, exemplabis accusationem in quaterno, & addes post nomen accusatoris hanc dictionem, iuratus, hoc modo: Anto. iuratus accusat Cor. &c. deinde præstabit accusator securitatem de prosequendo accusationem hoc modo : Insuper prædictus Anto. promisit mihi notario stipulanti vice & nomine cõmunis Bono. accusationem prosequi supradictam. Sub pœna & banno xx. sol. Bono. Et si fideiussorem dederit, dices: Et ipsius Anto. precibus, Phil. de his extitit fideiussor, sub eadem pœna. Post hæc citabitur accusatus: & si non venerit, cridabitur eius defensor. Cuius citationis & cridationis formam suprà habes, de citationibus & relationibus nuntiorum. Et nota, si fiat denuntiatio ab aliquo custode, vel alio officiali, tunc ille non iurabit, sed simpliciter dicetur: Talis custos nocturnus, vel saltuarius ex officio suo denuntiauit se inuenisse talem post tertium sonum campanæ de nocte: Vel tot pecudes dantes dãmnũ in tali campo posito, &c. Item nota, quòd si accusator vel accusatus est filiusfamiliàs, debet in iudicio esse cum patris cõsensu, qui scribitur hoc modo: Dominus Boetius pater Anto. super iudicio accusationis faciendæ ab Ant. eius filio de Corra. & etiam reconuentionis, si idem Antonius fuerit reconuentus, ipsi Anto. eius filio agenti & fugienti consensit. Et iste censensus fieri debet, antequàm iuretur. Et hoc consensu facto dices posteà in accusatione: Anto. de consensu patris sui iuratus accusat Cor. &c. Et eodem modo scribetur pro accusato filiofamiliàs.

Si accusatus vel eius defensor non venerit, banietur hoc modo.

Corradus cerdo filius quondam Titij de tali contrata accusatus ab Anto. filio quondam Boetij de tali terra vel cõtrata, fecisse insultũ in ipsum Ant. & euaginato gladio percussisse eũ, &c. Ponendo tenorẽ accusationis, quo posito dices: Quia legitimè citatus fuit die tertia, intrãte Maio, p Brachiũ

nuntiũ cõmunis Bon. vt ipso die occasione accusationis factæ corã tali iudice cõpareat. Itẽ alia vice citatus die quarto intrãte Maio, per Martinum nuntium eiusdem cõmunis Bono. vt eadem occasione coram eodem iudice ipso die compareret. Insuper, & quia die quinto, intrante Maio, fuit per Petrũ nuntium cõmunis Bon. de ipsius iudicis mãdato in cõtrata ipsius Cor. in parochia sanctæ Luciæ præsentibus Phi. & Andræa testibus ad hoc adhibitis & vocatis, præconia voce publicè proclamauit, Si quis ipsum Cor. defendere vellet super accusatione prædicta: deinde ad tertiũ diem coram ipso iudice cõpareret, & non venit ipse Corradus, nec alius pro eo ad eius defensionem. Idcirco nisi ipse Cor. aut alter pro eo hîc ad octauum diem venerit, stare, & obedire mandatis Potestatis, vel dicti iudicis, ex nunc sit in banno cõmunis Bon. pro maleficio supradicto, de quo banno exire non possit secundũ formã statuti cõmunis Bo. nisi soluerit ipsi Cor. centum libras Bo. & se cõcordauerit cum Anto. supradicto. In quo quidem anno cridatus fuit de mãdato dicti Potestatis per Viuianum præconem dicti cõmunis, consilio speciali & generali dicti cõmunis in palatio campanarum sonitu, more solito, congregato, vigesimaquinta die exeunte Maio. Nota tamen, quãdo banna cancellantur, debet inseri causa cancellationis, & cuius mandato, quæ fit hoc modo: Ego R. Imperiali authoritate Notarius, & nunc cõmunis Bon. ad officium bãnitorum deputatus, nomẽ & bannum infrascripti Cor. cancellaui de mandato domini P. iudicis, & domini Io. Militis præsidentium officio bannitorum exequentium cõsilium sapientium, scilicet, dominorũ talium, cuius consilij tenor talis est, ponendo totum consilij tenorem, quo posito dices: Et quia etiam dictus Cor. soluit dicto Ant. pro communi Bo. recipienti, tres sol. pro banno, sub anno Domini, &c. præsenti Bon. &c.

Si quis obtulerit se ad defensionem alicuius accusati in crimine, quod exigat pœnã pecuniariã.

SVper accusatione prædicta facta ab Ant. de Cor. Philip. ad ipsius Cor. defensionem veniens, & se offerens; promittit mihi R. notario stipulanti, & recipienti vice & nomine communis Bon. ipsum Cor. defendere, & nihil doli mali in defensione cõmittere: Et si idem Cor. occasione prædictæ accusationis fuerit condemnatus ipsam condemnationem soluere, vel ipsius

ipsius personam repræsentare sub pœna & banno centum lib. Bono.& pluris arbitrio Potestatis. Insuper Anto. ipsius Phil. precibus se principalem constituens promisit mihi notario stipul. vt dictum est, se facturum & curaturum, quòd dictus Phil. prædicta omnia & singula faciet, attendet, & obseruabit. Alioquin ipse idem Andræ. de suo ea faciet & obseruabit, sub pœna & banno centum lib. & pluris arbitrio Potestatis, Renuntians nouæ constitutioni de fideiussoribus; & omni alij iuris auxilio. Veruntamen no. quòd hæc, quæ dicta sunt de banno dando, vel defensore recipiendo, locũ habent, quãdo personaliter non cõpareret accusatus: sed si personaliter veniat, tũc incontinenti præstabit sacramentũ secundũ formã, quæ docetur sub rubrica de ordine accusationis: quo sacramento præstito, præcipietur ei securitatem præstare, quod præceptum scribetur hoc modo.

Præceptum factum de securitate præstanda.

Post iuramentum calumniæ de Cor. super accusatione prædicta de eo facta præstitũ, præcepit dominus talis iudex ipsi Corrado, vt hodie, vel hinc ad tertium diem faciat vel prẽstet bonam securitatem centum lib. Bonon.

Securitas data ab accusato.

COrradus promisit mihi Notario vice & nomine cõmunis Bon. recipienti, quòd si occasione prędictæ accusationis fuerit condemnatus, cõdemnationẽ ipsam soluet, sub pœna & banna centum lib. Bo. & pluris arbitrio Potestatis. Insuper Philip. ipsius Cor. precibus promisit mihi notario recipiẽti, vt dictum est, quòd si dictus Cor. condemnationem eãdem non soluet, soluere ipse de suo siue eiusdem Cor. personam repræsentabit: Sub pœna & banno centum librar. & pluris arbitrio Potestatis. Renuntians nouæ constitutioni de fideiussoribus & omni alij iuris auxilio. Sed nota, quòd aliquando ex officio Potestatis vel iudicis præcipitur alicui securitas & iuratores: quod sic scribi consueuit, Corradus ante præsentiam domini Roma. Potestatem Bono. constitutus, cùm idem Potestas præcepisset eidem, vt suis iuraret obedire mandatis, & parere promisit mihi notario vice & nomine communis Bono. stipulandi, & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia parere & obedire omnibus mandatis, quæ potestas ei per se vel suum nuntium fecerit in persona vel rebus. Sub

pœna & banno quinquaginta lib.& pluris,&c.

Promissio fideiussoris.

Cùm autem ipse Potestas incontinenti præcepisset eidem, quòd duos iuratores ex fideiussorib' sibi cōsignaret,ad ipsius Cor.præceps dominus P.& dominus M.promiserunt,se vnusquisque insolidum obligando mihi Notario stipulanti,vt dictum est,& corporaliter iurauerunt se facturos & curaturos, quòd dictus Corr.præcepta quæcunque sibi fecerit potestas in persona vel rebus attendet,& obseruabit.Alioquin ipsi denuo obseruabunt & facient ea.Sub pœna & banno quinquaginta librarum,& pluris arbitrio,&c. Renunciantes nouarū constitutionum,& epistolæ diui Adriani beneficio,& omni iuris alij auxilio.

Præceptum.

Post hæc igitur dictus Potestas incontinenti dicto præcepit Corra.ad pœnam quinquaginta librarum Bonon. vt hodie det massario communis pignora manu tenentia de centum libris Bono.Vel quòd faciat hoc & hoc. Et præcepit dictis fideiussoribus eius sub pœna & banno eadem,vt faciant & curent,quòd dictus Corr.prædicta pignora det ipsi massario dicto termino:alioquin elapso termino ipsi soluēt de suo, saluis reliquis præceptis,quæ Potestas tam ipsi Corr.quā dictis eius fideiussoribus duxerit facienda.& hæc omnia præcepit Potestas ea occasione:quia dicitur ipsum Corr.dixisse verba iniuriosa tali homini coram eo,vel fecisse tale quid:vnde ipse Potestas incontinenti statuit terminum quinque dierū do.Corr.ad probandum quicquid vult ad suam defensionem super ipso facto.

Si crimen fuerit tale quo exigat personalem detentionem,ita scribes.

CORradus occasione accusationis de se factæ ab Anto.ex causa homicidij,quòd dicitur perpetratū in personam Martini,personaliter detentus,& traditus fuit, & depositus à tali iudice in manibus & custodia Viuiani & Brachij nuntiorum communis Bono.quia ibidem eundem ceperunt diligenter custodiendum & saluandum,& ipsi iudici vel Potestati restituendum,vel præsentandum quoties fuerit petitum, ab eis vsquequo negotium per condemnationem, vel

absolutionem fuerit diffinitum: Sub pœna & banno arbitrio Potestatis.

Confessio, vel negatio accusati.

Corradus lecta sibi seriatim accusatione prædicta sub sacramento ab eo præstito, omnia, quæ in accusatione continentur, ipsa negauit; vel confessus est, vel dixit hoc & hoc, sic scribes quæcunque dixerit. Et nota, quòd aliquando solet recipi confesio ab aliquo, non ex accusatione vel denuntiatione, scilicet, vt sciatur veritas alicuius facti ab eo vel alio perpetrati. Quæ quidem recipitur sub hac forma: Corradus iurauit præcepto Potestatis, & de veritate dicenda: qui in sua confesione dixit hoc & hoc, scribendo quod dixit.

Confessio facta super inquisitione per tormentorum acerbitatem.

Corradus detentus occasione homicidij, quod dicitur perpetratum in personam Mar. iuramento ab eo præstito de veritate dicenda, in sua confesione dixit se non occidisse Mar. nec scire quis occiderit. Deinde faciendæ sunt ei interrogationes, quę videbuntur iudici super hoc. Et si ipse videbitur in responsione sua vacillare, vel suspectus esset subiicietur quæstionibus & tormentis. Quæ subsequenter ita scribentur: Qui Corradus positus ad tormentum, eo in tormento existente interrogatus est, quis Martinum occidit, & confessus est quòd ipse dictum Martinum occidit die tali in tali loco. Et depositus dę tormento post interuallum in eadem confesione perseuerans dixit, quòd ipsum Mart. occidit. Vel sic: Et depositus de tormento post interuallum negauit se dictum Mart. occidisse, & dixit se nescire quis eum occiderit. Et sic scribenda est specialiter confesio, quam facit depositus de tormento: quia illi confesioni adhibetur fides, non ei quam in tormento facit. Et nota, quòd non debet iudex quærere. Fecisti tu tale homicidium? vel, fecit Ioannes tale homicidium, vel tale delictum? sed generaliter interrogandus est: Quis commisit tale homicidium, vel fecit tale delictum.

Forma absolutionis.

COrradus accusatus ab Anto. fecisse insultũ contra ipsum Ant. & euaginato gladio percussisse eum in capite: quia de hoc nihil aduersus ipsum Corra. probatum est, ideo absolutus est, vel ideo talis Potestas eum absoluit.

Forma condemnationis.

COrradus accusatus ab Anto. quòd verba iniuriosa contra eũ dixit, videlicet, quòd erat latro & leno. Quia hoc plenè probatum est, Idcirco dominus talis Potestas Bonon. ipsum Corradum ix. lib. Bono. condemnauit. Et si non fuit accusatio vel denuntiatio facta, sed fuit inquisitio per officiũ, vel aliquod crimen publicum & notorium, super quo condemnatio fiat, ita dices: Quoniam Corr. in pręsentia talis domini Potestatis Bon. cũ ageretur quædã quæstio inter ipsum: & Ant. coram domino dicto Potestate, dixit dicto Ant. verba cõtumeliosa & iniuriosa, dicendo quòd ipse mẽtiebatur per os, & quòd adhuc vindicaret se de eo: & hoc non solùm ex auditu Potestatis, verũetiã per eos, qui ibi præsentes erant, quorum testimonia super hoc in scriptis redacta sunt, plenè probatum est. Et quoniam res erat mali exẽpli, dicere dedecus alicui coram domino & rectore suo: Idcirco dominus Mat. Pote. Bono. ipsum Corr. in quinquaginta lib. Bono. condẽnauit mitigata pœna ei propter paupertatem vel propter simplicitatẽ eius. Sed si fiat condemnatio in personã pro crimine, quod exigat pœnam sanguinis, ita dices: Quoniam G. de tali loco insultum fecit die tali, mense proximè transacto in Mar. cum vna lancea, & percussit eum cum ipsa lancea in pectore, ex qua percussione ipse Marcus cecidit mortuus incõtinenti, & hoc per confessionem ipsius Gilij plenè probatum est. Idcirco dominus talis Pote. Bono. ipsum Gilium, vt abscindatur ei caput, ita quòd moriatur, condemnat. Igitur nota quòd in qualibet condemnatione facienda est mentio negotij seu maleficij, ex quo sequitur ipsa condemnatio, vt ex prædictis exemplis apparet.

Forma mulctæ.

QVia Corra. citatus fuit & inuentus per Brachiũ nuntiũ cõmunis Bono. & eidem præceptũ extitit ab ipso nuntio ex parte Potestatis ad pœnã x. lib. die tertio intrãte Maio: vt ipsa die corã eodem Potestate veniret occasione talis negotij,

gotij,& venire contempsit. Ideo dictus Potestas ipsum Corr. nisi hinc ad talem diem veniret,& staret mandatis eius puniendo mulctat,& mulctando punit in x.lib. Bonon. Igitur quamuis ex diuersis ciuitatũ & locorum statutis diuersa officia ordinari cõtinentur,quorum officiorũ scripturas ponere iuxta humanam intentionem impossibile foret. Hæc tamen,quæ in hoc opere descripta sunt,circa ciuilia & criminalia iudicia sufficiant prænotata:quæ si perfectè quisque tabellio sciuerit,cætera quorũcunque officiorum sibi cõmissa, nisi ingenium obtusum & cor lapideum habeat,plana erũt. Verùm quoniam quædam specialiter occurrunt scripturæ ex forma statutorum communis Bono.quæ notariis Bononiensibus ibi perutiles sunt & necessariæ vehementer,vtputà,priuilegium Septuagenariorum & debilitatorũ. Et interdictum bonorum prodigi,& etiam licentiam repressaliarum. Idcirco de illis succinctè & breuiter est videndum.

Priuilegium,quod septuagenarijs conceditur.

ANtonius ante præsentiam talis iudicis constitutus septuagenarium se asserens,petit sibi priuilegium ex forma statuti Bono.senibus huius temporis debitum exhiberi. Igitur cùm ex aspectu appareat ipsum Anto.in dierum longitudinem processisse, & quia corporaliter iurauit ad sancta Dei Euangelia,se habere septuaginta annos, vel vltra: idem iudex ipsi Anto.vt ex nunc à personalibus oneribus sit exemptus,& vt in omnibus & per omnia septuagenariorum priuilegio gaudeat,suam & communis Bononiæ authoritatem concessit.Sed nota,quòd debilitatis conceditur in seruitio communis Bonon.priuilegium isto ordine: Offert enim debilitatus petitionem suam iudici hoc modo:Postulat à vobis domino tali iudice,Antonius Boëtij,quòd cùm ipse pro seruitio & honore communis Bono.in prælio debellationis Regis Henrici,missus à communi Bonon. & ab ipso Rege fuerit in dextra manu grauiter vulneratus: ex quo vulnere,ita est debilitatus in membro prædicto, quòd eiusdem solita est virtute priuatus, nec se de eo iuuare potest, pronuntietis eum gaudere priuilegio, quod ex forma statuti communis Bonon. debilitatis in eius seruitio debitum & concessum est: Videlicet, eum exnunc immunem esse à

publicis functionibus, & illa posit habere officia, scilicet, eum esse supra guardiam noctis, vel custodiam, vel nuntium communis: quæ ex forma statuti communis Bonon. eisdem debilitatis conceduntur. Qua petitione oblata, producet ille Anto. testes, qui viderint eum in ipso prælio vulneratum: & etiam producet inde testes medicos, qui dicant eum debilitatum esse dicto membro ex ipso vulnere, deinde habito consilio pronuntiabit iudex hoc modo. In nomine Patris & Filij & Spiritusſancti, Amen: Ego talis iudex, cognitor petitionis factæ ab Anto. in hunc modum, Postulat à vobis domino tali Potest. Anto. Boëtij, &c. Ponendo totum tenorem petitionis: quo posito ita dices, Viso nanque dicto statuto, & testibus ab ipso Anto. productis, habitóque super his consilio sapientis, cum deliberatione solenni. Dei nomine inuocato, iuxta formam eiusdem statuti pronuntio ipsum Anto. ex nunc immunem & exemptum à publicis functionibus communis Bonon. Et posit habere illa officia, quæ debilitatis secundum formam eiusdem statuti conceduntur, scilicet, esse super guardiam vel custodiam noctis, aut esse nuntium communis, & in omnibus gaudere priuilegio quod ex ipso statuto debilitatis conceditur, & debetur, Ipso Anton. & procuratoribus communis Bonon. præsentibus ad hanc pronuntiationem audiendam.

Interdictio bonorum prodigi.

INterdicitur enim bonis prodigi hoc ordine. Aliquis enim amicorum eius offeret petitionem suam iudici hoc modo. Postulat à vobis domino tali iudice Anto. Bono. bonis Philippi interdicere publicè faciatis, & quòd nullus mutuet ei, aut pignori det, siue alio quocunque modo cõtrahat cum eo: cùm ipse sit prodigus, ludendo, & per tabernas eundo, & in malos vsus suam pecuniam consumendo. Deinde producit testes, quibus probabit qualiter ipse Philippus malè substãtia sua vtatur. Et super his habebitur consiliũ alicuius sapiẽtis. Quod pronũtiabitur, vt dictũ est sub Rub. Pronuntiatio cõsilij super incidẽti questione. Et hac pronũtiatione facta, subsequẽter faciat iudex præconizari per ciuitatem hoc modo: Viuianus. Ste. Io. & Mar. præcones cõmunis Bo. retulerũt se de mãdato domini Sca. iudicis domini R. Pote. Bo. exe

exequendo pronuntiationẽ ab ipso iudice latam præconia voce publicè per triuia ciuitatis Bon. interdixisse bonis Phili. proclamando quòd nullus exnunc mutuet, aut pignori det ei, siue alio quocunque modo contrahat cum eo, cùm pronũtiatum sit eum prodigum esse, & malè vti substantia sua: & si quid contra hoc fiet, irritũ sit, & cassum, & omni iure priuatũ.

Ordo & forma repressaliarum.

CONtingit aliquando aliquẽ Bo. ciuẽ in iurisdictione alicuius ciuitatis, vel loci deprædatum esse. Vel aliquod debere recipere à communi ipsius ciuitatis, vel ab aliquo eius ciue. Et quia non fit ei debita iustitia à communi ipsius ciuitatis, ponit querimoniam coram suo communi ciuitatis Bo. Vnde Bononiensis rector per literas suas aliquando ambasiatores iuxta formam statuti sui requirit, & rogat illud commune, vt satisfaciat, vel satisfieri faciat ciui suo: quod si non fit, tunc ipse ciuis Bo. meretur sententiam & licentiam à cõmuni Bo. satisfaciendi sibi super bonis hominũ illius terræ, vsq; ad quantitatẽ sibi debitã. Cuius sententiæ forma hęc est.

Sententia super repressaliis facta.

CVm Anto. Bo. ciuis eo itinere per districtum Rauennæ transitum faciẽs, fuisset in eodem districtu talibus mercationibus suis, vel tanta quantitate pecuniæ deprædatus. Vel sic: Cum Ant. à cõmuni Rauennæ, vel à domino Pet. ciue Rauen. tantam quantitatem pecuniæ ex tali causa recipere, & habere deberet, & diceret post multã instantiã nullã ab ipso communi habere iustitiã potuisse. Cùm itaque à cõmuni Bo. querimonia & petitione ipsius Anto. recepta, fecerit dictum commune Rauennæ per plures literas, & nuncios, & tandem per ambasiatores communis Bono. solenniter & diligenter ipsum Pet. requiri, vt ipsi An. prædictas mercationes, aut pecuniam restitueret, vel quòd restitui faceret, omnino contempsit. Vel sic, vt ipsi Ant. dictum P. cogeret ipsam pecuniarum quantitatem exoluere. Vel ei debito cursu contra ipsum P. iustitiam facere omnino contempsit. Idcirco nos R. Potestas Bono. habita plena fide, tam per testes & publica instrumenta, quàm nuntiorum & ambasiatorum relationes, Hæc omnia vera esse, & visis testibus, quibus ipse Antonius plenè probauit se deprædatum fuisse in districtu Rauennæ prædictæ pecuniæ quantitate, vel talibus mercationibus valentibus

lentibus centum lib.& dãnum, quod ea occasione sustinuit, tantundem esse. Et visa forma statuti communis Bon. super repressaliis edicti, quæ forma tam in requirendo dicto communi Bono. quàm in omnibus, quæ circa hoc fieri debuerint solenniter & diligenter conseruanda, cum deliberatione solenni, Dei nomine inuocato, de nostra communis Bono. authoritate, & de voluntate consilij eiusdem communis damus & concedimus dicto Ant. plenam & liberam potestatem, licentiam, & authoritatem capiendi, sequestrandi, detinendi, & sibi accipiendi de mercationibus, rebus, & bonis communis hominum ciuitatis, & districtus, & episcopatus Rauennę, vbicunque inuenerit in ciuitate, districtu, vel episcopatu Bononiæ vsque ad quantitatem ducentarum librarum Bonon. pro satisfactione rerum, quæ sibi in districtu Rauennæ ablatæ fuerunt, & damnorum, & expensarum, ac interesse sui.

TERTIA PARS CAPITVLI *iudiciorum, super Epistolis in officiis opportunis.*

IGitur postquàm primo loco de Notulis & rationibus iudiciorum. Et secundo loco qualiter ipsorum iudiciorum acta scribantur, vt superius dictum est. Restat nunc tertio epistolas quasdam conscribere tabellionibus in officiis necessarias valde.

Litera citationis coram iudice ecclesiastico ordinario.

IAcobus permissione diuina B. episcopus presbytero Ioanni capellano ecclesiæ S. Mariæ de Corzano, salutem in domino. Præsentiũ tenore authoritate præcipiendo, mandamus quatenus die tali venias corã nobis do. Ia. in iustitia respõsurus. Alioquin contra te procedemus, prout exigit ordo iuris.

Litera citationis coram iudice delegato.

PHilip. archid. Bo. executor literarum domini Papæ, Prouido viro Cor. salutem in domino. Noueritis nos à summo Pontifice recepisse literas sub hac forma: Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, &c. ponendo totum literarum

tenorem

tenorem,quo posito ita dices: Volentes igitur mandatũ Apostolicum exequi reuerenter,tibi(qua fungimur authoritate) mandamus,quatenus parte vel idoneum responsalem octano die post receptionem præsentium: quem terminum tibi pro duobus edictis,& pro tertio perẽptorio asignamus apud canonicam S.P.nostro conspectui repræsentes d.Ant.in iusti tia responsurus,Alioquin procedemus in causa,prout exigit ordo,ꝙ si prædictus terminus caderet in diem feriatã sequẽtem diẽ nõ feriatam tibi peremptorio termino asignamus.

Litera citationis coram iudice subdelegato.

PHiliphus Bo.archi.Prouido viro Cor.salutem in domino,Noueritis Henricum à summo Pontifice recepisse literas in hunc modum:Alexander,&c.Ponendo totum literarum tenorem commissionis in delegatum.Cùm igitur ipse dominus Henricus nobis totaliter commiserit vices suas, vt eiusdem cõmunis publico instrumento euidentius continetur.Vel sic, Cùm nobis suis literis commiserit vices suas, tibi,qua fungimur authoritate,mandamus , quatenus octauo die.&c.vt suprá,

Literæ quibus mandatur contumax excommunicari.

PHilippus Bono.archi,executor literarum do.Papę,discreto viro archiepi.plebis de Pastino , salutem in domino. Cùm authoritate nobis à do.Papa commissa, Cor. de tali loco coram nobis literis nostris citari fecimus,idem Cor.mandato nostro deducto penitus in contemptu,certo termino asignato sibi, venire neglexerit,propter quod ipsum contumacem eius exigente malitia,reputantes , decreuimus eum excommunicationi sententiæ subiacere . Quocirca idẽ Cor. incommodum de sua contumacia reportet . Quia nihil humanitas prodesse videretur humilibus , si contemptus contumacibus non obesset.Discretioni tuæ,qua fungitur authoritate,sub excommunicationis pœna præcipiendo mandamus,quatenus ipsum Corra.singulis diebus Dominicis & festiuis,campanis pulsatis,& candelis extinctis, denunties coram populo excommunicationis vinculo innodatum,donec suæ culpæ inobedientiam recognoscat . Et de prædicta contumacia satisfecerit,vt tenetur.Si autem mandatum nostrũ neglexeris,quod non credimus,adimplere, te in scriptis excommunicationis vinculo innodamus,

Literæ

Literæ commissionis factæ à delegato in subdelegatum.

HEnricus miseratione diuina Imolensis Episcopus, discreto viro domino Philip. archi. Bon. salutem in domino: Noueritis nos à domino Papa recepisse literas sub hac forma, Alexander, &c. Cùm igitur variis & diuersis negotiis impediti, cognitioni & decisioni ipsius causæ intendere non possumus, de tua prudentia & solicitudine plurimum confidentes, super ipsius causæ cognitione ac decisione tenore præsentium tibi integraliter committimus vices nostras. In cuius testimonium præsentes literas nostri appensione sigilli fecimus roborari. Et nota, quòd aliquando cõmittitur sola causæ cognitione vsque ad diffinitiuam sententiã, quã delegatus sibi reseruat. Et tunc dices super ipsius causæ cognitione vsque ad diffinitiuam sententiam, tenore præsentium tibi committimus vices nostras, eadem nobis diffinitiua sententia reseruata. Item nota, quòd huiusmodi cõmissio vel subdelegatio aliquando fit per publicum instrumentum, quòd ex forma prædicta satis leuiter sumi potest.

Literæ dimissoria, quæ appellantur apostolicæ.

SAnctissimo patri & domino Alexandro sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Summo Pontifici, Phi. Bo. archie. seipsum ad pedum oscula beatorum sanctitate tua recepi literas in hunc modum: Alexander, &c. Cùm igitur ad executionem mãdati vestri humiliter & deuotè procedens, partes easdem coram me legitimè fecerim euocari, idem Ant. in causę processu sub hac forma ad vestram audientiam appellauit corã vobis domine Philippe, &c. ponendo appellationis formam. Verùm sanctissime Pater, communicato consilio Sapientũ ipsi appellationi, non duxi aliquatenus deferendũ, nec ipsum Ant. ab examine mei iudicij reuocaui, pręcepi tamen eidem vt vsque ad xl. dies cum his literis vestro se conspectui præsentaret. In cuius rei testimonium præsentes literas proprij sigilli munimine roboraui.

Literæ ad extraneum iudicem, vt faciat aliquem de sua iurisdictione recipere sacramentum calumniæ.

NObili & prudenti viro domino Phi. Potestati Mediolanensi, R. de villa pote. Bo. salutem, & synceræ dilectionis

nis affectum. Andræas procurator Antonij ciuis nostri super libello, quem præsentibus remittimus interclusum, cũ Corr. ciue nostro est litem sub domini Petri iudicis nostri examine cõtestatus. Verùm quia, vt lis sine suspitione procedat, necessarium est principalem personam præstare iuramentũ calumniæ: Dilectionem tuã amicabiliter requirimus, & rogamus, quatenus ab ipso Ant. super ipso libello secundũ ordinẽ iuris iuramentũ calumniæ recipi facientes, receptionem eandem in publicã formã fidelis Tabellionis manu redactam, nobis, si complaceat, per latorem præsentium transmittatis.

Litera vt dicta testium recipiantur coram iudice, de cuius iurisdictione sunt.

NObili viro domino P. Mutino, R. Potestas Bo. salutem ad votum. Inter Ant. & Corra. sub examine prudentis viri domini M. assessoris nostri agitur causa quædam, in qua eidem Ant. ad suæ intentionis probationem legitimam quosdam, vt asserit vestræ iurisdictioni subiectos testes habet. Igitur, ne iuris executio probationum defectu vel occultatione pereat veritatis, prudentiam tuam intenta prece rogamus, quatenus citatis his, quos ipse Ant. vel eius procurator tibi duxerit nominando, iusiurandum eos subire cogas, ac super intentione præsentibus interclusa ipsius iuramenti fide veritati testimonium perhibere, ipsorum testimonia per fidelem Tabellionem recepta, & in publicam formam redacta, nulli úsque partium cognitioni prodita, nobis sub vestri sigilli secreto quàm citius transmittentes.

Litera responsiua ad prædictas duas.

MIliti probatæ virtutis domino Ro. Potestati Bonon. Potestas Mutinensis sui regiminis felicem progressum, & exitum cum salute. Precibus vestris hilari & grato intendentes affectu eos, quos Anto. ciuis vester producere voluit ad nostram citatos præsentiam, inferendo testimonium super intentione transmissa, subire coëgimus iusiurandum. Et ecce ipsorum attestationes, & dicta per fidelem recepta notarium, in forma publica, sub nostri impensione sigilli, prudentiæ tuæ per ipsum Antonium latorem præsentium destinamus.

Literæ

Litera requisitionis ab aliquo communi, vt satisfaciat de prædato suo ciui.

MAgnæ nobilitatis & prudentiæ viro domino Petro Potesta, consilioque & communi Rauanensi R. Potestas Bononiæ salutem & votiuorum successuum vbertatem potenti & charo ciui nostro do. Anto. nuper tuta fiducia per iurisdictionem vestram, vbi non amplius, quàm in nostra, suspicabatur insidias, trãseunti occurrerũt ei latrones in faciẽ, qui equa, pecunia, & rebus aliis, quas habebat, fuerunt prout ipsius amaræ querelæ narratione didicimus, depredati. Cùm igitur enormitas hæc in eo loco contigerit, qui sub manus vestræ cura est, regẽdus, dignum est, vt de manu vestra ipsius enormitatis condigna satisfactio requiratur. Itaque dilectionẽ vestram amicabiliter requirimus, & instanti prece rogamus, quatenus eidem ciui nostro sic ablata, si complaceat, expeditè ac integrè restitui faciatis, ita quòd ipse digna restitutione sit contentus: si de casu doluit, de recuperatione lætetur: & nos vobis semper ad gratias & gratiarum merita obligemur. Scientes pro certo, quòd si preces nostræ paterentur defectum, & quod non credimus, in hac parte repulsa, licet inuitè coacti, tamen ex speciali nostri regiminis iuramento prouidebimus contra vestrates indẽnitatibus ciuis nostri.

Vel de singulari requisitione, sed super alio casu. Salutatione omissa.

VEnerat in ciuitatem vestram indubitabili fiducia cum mercationibus suis & rebus dominus Anto. potens & charissimus noster ciuis: sed vos, prout ipsius narratione didicimus, cuiusdam vestri conciuis petitionem, qui aduersus nos & nostros repressaliarum licentiam contulistis, mercationes & res ipsas authoritate fecistis propria sequestrari. Verùm cùm virtutis & gratiæ sit amicitiam sibi fidelem acquirere, graue tamen habitam conseruare, sed grauissimum recuperare amissam, & corruptam: & ex huiusmodi repressaliis etiam inter communia vna dilectione coniuncta sæpe charitas refrigescit, & consurgit aliquando scintilla, quæ causam pullulat amaritudinis & rancoris. Quare dilectionem vestram instanter requirimus, & rogamus, quatenus licentia contra nos ciui vestro exhibita non obstante, quam manifestè credimus obtentam fuisse, tacita veritate velitis mercationes

tiones & res ipsas ipsi domino Antonio liberè relaxare, ne propterea ea via simul contra vestros ciues insurgere compellamur: quod ex speciali vinculo sacramenti obtinere non possemus.

Item de alia requisitione, vt fiat expedita iustitia.

VIr prudens dominus Anto. lator præsentium, ciuis noster, quosdam habet ciues vestros, vt ex publicis documentis apparet, in quadam summa pecuniæ debitores, qui post solutionis dudum elapsum terminum & requisitionem instantem contra promissionis & pacti fidem vsque huc soluere contempserunt. Cùm igitur rigori iuris plerunque sit æquitas præferenda, nec dicatur iustitiæ præiudicium fieri: si aliquando stricto iuris ordine prætermisso, dummodo veritas facti nō excedat in reddendo vnicuique quod suum est, cursu celeri prouideatur: Prudentiam vestram multis precibus exoramus, quatenus eosdem dicti ciuis nostri debitores sic expedito processu eidem satisfacere compellatis, ne ipse dominus Anto. ductus per prolixas litis angustias, ius petere quadam fructus desperatione resiliat; & omisso foro rei proprium sui actoris forum, quasi turbato iuris ordine, vltimo remedio petere compellatur, vbi iam non ciuilis, sed municipalis nostri iuris ordine petitio sua contra vestrates in rem iudicatam, quàm citò facultas se offerret, pertransibit; & contingeret forsitan, sicut in cōsimilibus moris est, quòd aliquis ex vestris, qui culpam non commiserit, ferret pœnam.

Responsiua, quæ generaliter fieri potest ad quamlibet prædictarum trium.

DIuina mandat authoritas, quòd proximum suum vnusquisque diligat vt seipsum, & nihil in obseruātia charitatis in homine vltrà petens. Cùm igitur ciuitas & ciues nostri ita regantur, sicut cæteri hominum legibus & statutis. Si eodem iuris & æquitatis beneficio prosequitur homines cæteros, quo nos ipsos; & si quid nobis facimus, aliis impartimur. Iam nihil est, quod diuina vel humana ratio plus requirat. Itaque vt desit vobis omnis contra nos calumniandi materia, ecce ciui vestro eodem ordine per omnia, quo regitur

vita nostra, plenitudinem offerimus rationis, queadmodum fieret vni ex potentioribus terræ nostræ. Attendentes etiam quòd quicquid humanitatis & gratiæ poterimus, iustitia tamen & honestate seruata, impartiemur eidem.

Literæ quibus aliquis iudex rogatur, vt per res & facultates condemnati sententia exequatur.

LIcet hostis humani generis nostræ semper inuideat charitati, insufflet, & suggerat quantum potest, quòd dulcedo dilectionis, qua inuicem iungimur, amarescat: Nos tamē qui eum [illegible]gnoscimus hostem talem, qui, nisi volentem vincere potest, debemus ei syncera & integra resistere voluntate, ac amorem, qui inter nos est, more solito conseruare: nempe, quia scriptum est,

Res est soliciti plena timoris amor.

Dolentes itaque quòd occasione repressaliarum quarundam videtur ad nos, & noster ad vos cōsuetus accessus, est quodammodo interdictus, ex quo mutuis priuamur obsequiis, & profectibus consuetis: Decreuimus, si prudentiæ complaceat vestræ, quòd aliqui vtriusque ciuitatis prudentes viri cōstituantur in medio, qui causas repressaliarum ipsarum ab ipsa radice discutiant, & perquirāt: & reddendo vnicuique quod suum est, omnem diffiniant quæstionem: Vt pacatis discordiis vniuersis in pristinum pacem nostram reducant statum: Itaque si hoc statueritis faciendum, communem nobis locum rescribatis, & diem, quo iidem arbitri super his simul adsint.

Literæ quibus generaliter homines ad nundinas inuitantur.

NObilibus, & potentibus rectoribus, & communibus ciuitatum, atque locorum, & ad quos præsentes literæ peruenerint, amicis, dilectísque R. potestas Bono. & commune ipsum salutem cum omni felicitate iocundam. Iuxta nostræ ciuitatis antiquā consuetudinem generalem ad introitum mensis Maij celebrare nundinas disponentes: Vniuersos ad easdem volentes mercationúm causa venire, Exceptis illis, qui non sunt digni communione fidelium, videlicet, latronibus, prædonibus, falsariis, hæreticis, & bannitis nostris, quorum nolumus admixtione fœdari, inuitandos duximus & vocan

vocandos. Omnibus & singulis inuitatis plenã in personis & rebus securitatẽ & fiduciam quindecim diebus ante principium, & totidem post finem, & toto tempore nundinarum, nullis repressaliis obstantibus, quibus silentium imponimus, quas inefficaces & irritas infra dicta tempora decernimus concedentes. Vestram igitur dilectionem instanter requirimus, & precamur, quatenus per terras vestras præconia voce hoc publicum & notorium facientes, vniuersos ad ipsas nundinas, exceptuatis, quos excepimus, inuitetis facientes de huiusmodi vocatione latori præsentium fieri & dari publicum instrumentum.

Litera quibus aliquis iudex rogatur, vt per res, & facultates bonorum cõdemnati sententiam exequatur.

PRudenti viro iurisperito do. Pe. assessori nobilis viri domini Pet. Imolæ Potestatis Bon. M. potestas & assessor salutem. Vt diffinitiuam sententiam per Anto. aduersus Corradum super actione personali latam executioni secundum iuris ordinẽ de nostri authoritate officij mandaremus, ipsius Corradi bona in iurisdictione nostra diligenter exequi fecimus, & perquiri: sed cùm nullis repertis ibidem, pro certo didicimus, in iurisdictione vestra ipsius Corradi aliqua bona fore. Cùm igitur ad vos, secundum iuris ordinem, huiusmodi sit relatio facienda, prudentiã vestram attentè rogamus, quatenus ad ipsius Antonij petitionẽ in mysterium iuris per res & facultates condemnati exequamini, sicut decet.

Litera, vt fur cum re furtiua detineatur, & mittatur.

POtens & nobilis ciuis dominus noster Corradus quendam seruiẽtem nequam habebat, qui dum exterius fidem domesticam ostentaret, gerens tamen interius latrocinij facinore corruptam, noctis silentio cuiusdã domini sui equum ferrantem furtiuè surripuit, fugiens cum ipso ad vestram, vt accepimus, ciuitatem. Verùm cùm omnes ministri iustitiæ & rectores, videlicet, ad deprimendam huiusmodi transgressorum nequitiam, sibi inuicem, quoties opus est, in decus & decorem iustitiæ mutuis subministrare auxiliis teneãtur: Prudentiam vestram instanter requirimus, & preca-

mur, quatenus ad inquirendum in iurisdictione vestra de iure prædicto latori præsentium aliquos ex vestris fideles & solicitos adiutores nostros, & omne super hoc necessariũ auxilium impendentes, furem ipsum, si reperiri contigerit, cum re furtiua captum, ad nos sub fideli custodia, si complaceret, remittatis: vt vbi deliquit, ibidem debitam secundum iuris ordinem, recipiat talionem.

Literæ quibus alicui potestati ipsius potestariæ electio nuntiatur.

Militi probatæ fidei ac eximiæ virtutis domino Alemano de la Turre, R. de villa Potest. & consilium cõmune Bon. salutem & prosperos ad vota successus. Licet in altitudine libertatis naturaliter conditio suspiret humana, quæ tamẽ vt plurimum examine rationis omisso in præcipitium peruersæ labitur voluntatis, datum est, vt vinculis disciplinæ restricta sub iugo domini obedientia collum ponat: & vt homo præferatur hominibus ad motus illicitos loris iustitiæ refrænandos. Hinc est, quòd hodie plus solitò propter corruptas affectiones hominum, & inualescentes nequitias peruersorũ, nihil potest vnicuique populo esse beatius, nihil maius, quàm bono duce præuio bene duci. Cùm igitur huius rei solicitudine multa prouiderimus nostro regimini, dignum præferre rectorem per breuium solennitatem, iuxta municipales obseruantias legis nostræ, in viros fidelissimos & prudentes electionis authoritate fortè venit, quòd virtuosos Italiæ viros, & huiusmodi dignos officio prælaturæ solicita examinatione quærentes, tandem cõsideratis virtutibus, quas in vobis affluenter adesse omnium prædicat opinio celebris, & communis, & personam vestram à Calendis Ianuarij proximè venturi ad vnum annum, nobis, & ciuitati nostræ in Potestatem, Rectorem, & Dominum electione concordi, & vnanimi præfecerunt. Quapropter cùm ex ipsa electione sit per omnem modum mirabiliter satisfactum affectionibus cordis nostri, eò quòd scimus vos adeò virum doctum, vt sciatis æqua libra ponere iudicium in pondere, ac iustitiam in mensura, & in vindictam facinorum iustitiæ vibrare gladium temporale, Prudentiam & dominationem vestram instanter & instantissimè multis precibus exoramus, quatenus regiminis nostri locum & officium, quod vobis ex cordis affectione, qua nulla maior

offeri

offerimus, si placet cum salario duorum milliũ librarum, & cum illis cõditionibus, quas tam ea, quæ vobis in publica forma per latorem præsentium mittimus, quàm alia nostri communis statuta declarant, hiláriter & liberaliter admittatis, sociati quatuor iudicibus, & duobus militibus, & duobus notariis, viris duntaxat talibus, quorum fide ac prudentia honor videtur, gloriosus appareat. Venientes itaque xv. diebus ante Calendas Ianuarij vestram & vestrorũ in ciuitate nostra præsentiam habeamus. Itaque si assentiendum duxeritis, vel non, votis nostris intra tertium diem post harũ præsentationem, responsum latori præsentium per instrumentum publicum certum detis.

Eiusdem tenoris literæ sub breuiori forma.

QVoniam de manibus cuiuscunque rectorum & ducis totius sibi commissi populi pendet salus, eò quod vniuersa membrorum cõpago ex dispositione capitis infirmatur, meritò infra cæteras solicitudines debet hoc esse, scilicet, bonum sibi preferre Rectorem in cuiuslibet communis pectore cura maior. Huius igitur desiderij feruore soliciti viri prudentes qui electionis authoritatem sortis euẽtu iuxta nostrorum statutorum continentiã acceperunt, consideratis virtutibus, quibus celebris nominis vestri, fama docente, affluitis & fulgetis: quæque vos omnium ducatum suscipere dignos reddunt, personã vestrã à Calẽdis Ianuarij proximè vẽturi ad vnũ annũ in nostrũ Potestatẽ, Rectorẽ & Dominũ consensu & voluntate vnanimi elegerunt. Quocirca ipsius nostri regiminis officiũ nobilitati vestræ cũ ea salarij quantitate, ac aliis conditionibus, quas transmissa vobis, & etiã alia cõmunis nostri statuta declarant, totis cordiũ nostrorũ affectionibus offerentes, prudentiæ vestræ instantissimè supplicamus, quatenus electionẽ oblatam gratũ officium acceptantes, termino, quo innuunt statuta prędicta, his sociatis iudicibus, militib⁹ & notariis, qui per ipsorũ actus laudabiles vos honorẽt, si cõplaceat, veniatis.

Responsiua acceptionis admissionis regiminis.

NObili & sapienti viro domino R. Potestati, & consilio, & communi Bonon. Alsemanus dela Turre salutem, & totius felicitatis augmentum. Cùm omnes homines æqua-

les natura genuerit, non naturæ vitio, sed animi defortunitate processit, quod propter affectus & actus noxios iustitiæ limitibus coërcendos, homo non hominum naturæ, sed vitiis præferatur. Veruntamen ad hoc proculdubio tam præcellens officium solus ille censetur idoneus, solus dignus, qui subiectos præire sciat merito & virtute. Illi enim regiminis locus debet regendus offerri, cuius merita loca congruant & honori, & cuius humeri sub tanti non sint falce ponderis imbecilles. Quia licet culmen regiminis adscribatur honori, habet tamen annexam oneris & periculi grauitatem. Verùm quoniam sola diuina sufficiētia facit hominem in huiusmodi officio sufficientem, & dignum, de nostra nequaquā virtute confisi, sed in solius diuinæ humanitatis auxilio spem ponentes: & considerantes etiam, quòd nobilium prudentia populi constantia, necnon omnium, sed & singulorum ciuitatis Bono. fides & merita nobis cum solicitudinis nostræ onera pertinent, & reddent ea facili obedientia leuiora. Ecce inuocato nomine Iesu Christi, de nostro & nostrorum amicorum beneplacito, & assensu regiminis vestri, nobis oblatum honorem, qui maiori totius Italiæ viro, & exaltationis, & gloriæ cederet in augmentum, iuxta vestrā continentiam literarum gaudenter & hilariter acceptamus. Itaque auxiliāte Domino termino, quò vestra nobis præfixit epistola, veniemus Regiminis vestri, vtinam læto principio, felici progressu, & fine laudabili, honores & onera subituri.

Responsiuæ excusationis & renuntiationis potestariæ & regiminis.

CVm dignitas & officium præfecturæ cæteros in hoc seculo cunctos præcellat honores, non potest genus, populus, & ciuitas alicui viro exaltationis & gloriæ plus cōferre, quàm ex propriæ voluntatis arbitrio eum intra cæteros discernere, eligere, ac sibi præponere Dominum & rectorem, & suæ se subiicere potestati. Hoc nempe signum euidens est indubitabilis confidentiæ, ac intimæ dilectionis eligentis populi ad electum: hoc etiam in perpetuum cedit decorem, & decus non solùm ipsi electo, sed etiam vniuersæ in posterum stirpi eius. Talem igitur esse collatam nobis à dominatione vestra

vestra recognoscimus,& profitemur gratiam & honorem, eò magis excellentem vbere,quo intra cætera mundi nostri regiminis locus maioris gloriæ culmen habet,de quo quidem tanto & tali beneficio,& honore,licet dignas & pares gratiarum nequaquam sufficiamus exoluere actiones,eas tamen,quas vniuersæ nostri affectus,& animi vires possunt,dominationi vestræ duximus referendas, pura & clara confessione in vestri honoris titulum, cum gaudio profitentes nos & nostros pro tanti fore beneficij debito vobis exnũc obligationis perpetuæ obnoxios debitores. Verùm quàmuis non solùm in hoc tanti honoris vestri negotio,sed etiam circa vniuersa obsequia,commoda,& beneplacita vestra,totos nos dare ac exponere,summo desiderio conamur. Quia tamen in hac parte de oblati assumptione officij vestris obedire mandatis grandis causæ obstaculo impedimur. Dominationi vestræ instantissimè supplicamus,pro dono gratiæ postulantes,quatenus nobis velitis,quòd regimen vestrum non admittimus indulgere: Certi quòd magna est excusatio,quæ affectus nostri honorem obsequiis nostris præsentialiter subtrahit,& auertit.

Literæ,quibus præcipitur alicui populo subdito, vt capitaneo sibi dato obediant,& intendant.

Richardus de villa Potest. Bono,prouidis viris,communi,& hominibus castri,& curiæ Stagni salutem. De vestro salubri statu eò maiori cura soliciti,quò vos intra cæteros nobis subditos prosequimur gratia speciali dominum Corra. virum vtique prudentem,magnanimum, & fidelem capitaneum,vobis à solicitudine nostra prouisum,ad vos pro vestri tuitione ac fideli ducatu duximus dirigendum. Cùm igitur eidem domino Corra. in nostri communis honorem, & vestrum profectum commiserimus in eodem officio gerere vices nostras,præsentium vobis authoritate ad pœnam centum librarum,& pluris,iuxta nostræ arbitrium voluntatis,districtè tradimus in mandatis,quatenus ipsi intẽdere ac fideliter obedire circa eundem officium timore ac honore debito procuretis: Scientes, quòd in imponendis bannis & mandatorũ suorum transgressoribus pœnis debitis puniendis,omnibus fideliter faciendis,quæ sibi ad commissum officium spectabunt,eidem plenam concedimus potestatem.

Literæ generales de securitate præstanda scholaribus ad studium venire volentibus.

RIchardus de villa Potest. Bonon. vniuersis iurisdictioni Bonon. subiectis præsentes literas inspecturis, &c. salutem. Nostra speciali forma, & statuti communis etiam debitum exigit æquitatis, vt eos, qui studiorum causa in nostra degerunt, vel degere, ciuitate disponunt, speciali prosequamur gratia, & fauore, ac eodem priuilegio, quo cæteros ciues nostros sub alarum nostrarum regimine protegamus. Cùm igitur prudenti viro domino Corr. de Bergamo in ciuitate nostra studere volenti cum omnibus libris & rebus suis, dum venerit, moram traxerit, & discedet per totam iurisdictionẽ nostram nullis repressaliis, vel aliis quibuscũque causis obstantibus, plenam securitatem, fiduciam, & licentiã duxerimus concedendam, præsentiũ vobis authoritate mandamus, quatenus debeatis ipsum præuenire, ac prosequi honoribus, & fauoribus studeatis.

Literæ, quibus mandatur bannitos detineri.

RIchardus de villa Pote. Bono. prouidis viris Mas. & communi Capegnani salutẽ. Ideo adducitur pœna culpæ, vt vnius afflictio multorum metus existat: & quos non attrahit amor iustitiæ, coërceat timor pœnæ. Et propterea de nostrorum statutorum forma contra bannitos nostros, & iussionũ nostrorum temerarios contemptores, pœnæ præcipuæ sunt inductæ. Igitur ex sacramenti vinculo, quo tenemur statuta eadem exequentes, præsentium vobis authoritate ad pœnam xxv. lib. districtè tradimus in mandatis, quatenus Phil. & Ant. cohabitatores vestros nostri communis bannitos pro debito quinquaginta lib. ad quod Corra. tenetur personaliter capientes, detentos, & captos ad nos sub fida custodia transmittatis: quòd si capi nequeunt, & haberi, eosdem prosequamini toto posse, ipsos in vestris finibus habitare nõ sinentes, quousque satisfecerint, vt tenentur.

Literæ quibus mandatur alicui, vt desistat, vel reuocet quod facit, vel compareat in causa sua responsurus.

RIchardus de villa pote. Bono. nobili viro domino Guidoni de Bizentio salutẽ. Mulier vidua & afflicta Maria

Ioannis coram nobis lacrymabiliter est cōquesta, q eandem super quibusdam possessionibus,& rebus suis indebitè molestatis. Cùm igitur scimus in medio cōstituti, vt violentias reprimamus,& tam potentū, quàm pauperum inordinatos affectus & actus sub iuris debito refrænemus, præsentium vobis authoritate districtè præcipiendo mandamus, quatenus decæterò ab ipsius viduæ molestia desistētes, quicquid in eius præiudicium actum est, in pristinum statum reducatis. Venientes, si quid iuris aduersus ipsam habetis, illud de manu nostra & à nostro examine petituri: Vbi leonis ferocitas, & agni mansuetudo, quantum ad effectum iustitiæ ambulant pari gradu.

Literæ, quibus suspecto iudici interdicitur processus causæ.

RIchardus de villa Pote. Bono. prouido viro domino Iaco. iudici iurisdictionis Cassi salutem. Laurentius de Vercinis super causa, quam Ioannes de Banzis coram vobis mouet, vel mouere intendit eidem, audientiā vestram suspectam asserit se habere. Cùm igitur periculosum sit,& tristes sæpe sortiantur euentus, sub iudice litigare suspecto, præsentium vobis authoritate mandamus, quatenus ab eodem Laurentio recusationis suæ recipientes libellum, ipsum respondere sub vobis in eodem litigio non cogatis, ad nostram præsentiā partem remittatis aduersam, vbi sine suspitionis anxietate in reddendo vnicuique quod est suum, non declinatur in dexteram, vel sinistram.

Literæ, quibus mandatur subiecto communi, ne iniurietur cuidam super collecta vel ratione.

RIchardus de villa Pote. Bono. prouidis viris consulibus & communi Bono. salutem. Eos, qui priuilegiati sunt beneficio septuagenariis debito & concesso, communis nostri speciale statutum à personalibus reddit factionibus liberos & exemptos: proinde est, quòd cùm Iacobus cohabitator vester lator præsentium priuilegiatus beneficio aut edicto querimoniam proposuerit corā nobis, quòd super exactione collectæ occasione cuiusdam oneris impositi contra legem sibi concessi priuilegij eum indeditè molestatis, præsentium vobis authoritate ad pœnam xxv. lib. precipiendo mādamus, quatenus ab ea exactione contra eum desistatis omnino, vel

si super hoc habere creditis iustam causam:quia merita causarum huiusmodi partium assertione panduntur. Die tali coram nobis personam,quæ vniuersitatis nostræ vicem gerat, legitimam transmittatis.

Literæ,quibus mittitur criminosus ad maiorem iudicem habentem gladij potestatem.

MAgnæ nobilitatis & industriæ viro domino B.Pote.Bono.P.& iudex,& R.not.iurisdictionis Cassi salutē,& totius felicitatis augmentum. Deprehensum nouiter in furti facinore,ac aliis multis criminibus infamatum Martinum Ioannis iuxta vobis ex officio nostro traditam potestatem, debita iuris solennitate seruata,vt ex ore ipsius proderet iudicium quæstionibus subiecimus & tormentis. Et ecce deductis omnibus in scripturam,quæ sua sponte de tormento depositus est confessus,& quæ solennem inquisitionem habere potuimus contra eum ipsum Martinum cum actibus & scripturis inquisitionis prædictæ per Bosium & Philippum nuntios nostros ad vos,qui super iurisdictionem Bonon.merum habetis imperium,& gladij potestatem,duximus transmittendum,vt exnunc officij vestri procedat authoritas, prout prudentiæ vestræ suggerit ordo iuris.

Explicit capitulum nonum, de iudicijs,& ordine iudiciorum.

INCIPIT DECIMVM capitulum, de exemplificationibus, & refectionibus scripturarum.

POstquàm tres principales tabellionatus partes sunt in nouem præcedentibus capitulis per Dei gratiam explicatæ:Iam superest,vt de doctrina exemplificationum, & refectionum scripturarum, & processus contra instrumenta suspecta, & etiam comparationes literarum hoc decimum capitulum & vltimum intentionem

nem perficiat & claudat autoris. Ideo autē huius x. capituli doctrina in loco vltimo subinfertur: quia cū nō sit de principalibus partibus artis huius, est tamē quoddā plerunq; circa omnia pręcedētia opportunū. Etenim cōtractus, & iudiciorū acta, & vltimæ volūtates, reficiuntur, & exēplantur, prout in subsequentibus ostēdetur. Verū vt huius capituli processum videas, illud esse tripartitū attēde. Primò enim agitur qualiter aliena scriptura quęlibet exēpletur, & quid in exēplatione sit opus. Secūdò, qūo scriptura propria exēpletur, & qualiter reficiatur amissa. Tertiò & vltimò, qūo cōtra suspectū ꝓcedit, & falsū arguit instrumētū, & qualiter fiat cōparatio literarū.

Quid sit exemplar, & quid exemplum, & qualiter his adhibeatur fides.

EXemplar dicitur ipsa originalis scriptura, genus, videlicet, ex quo generatur, & sumitur exēplū. Q̄d quidē exēplar appellatur etiā originale & authenticū. Exēplū verò, quod habetur inde, vel sumptum est ex scriptura exēplata generata vel sumpta ex priori siue originali scriptura. Vnde versus.

Exemplar genus est: exemplum quod trahis inde. Vel sic.

Exemplar generans: exemplum quod generatur.

Adhibetur autē fides soli publico instrumento originali, videlicet, dūmodo sine vituperatione appareat. i. sine oblatione, vel rasura, vel cancellatione: nisi probetur cōtrariū, id est, nisi is, cōtra quē profertur, probet illud falsum. Qūo verò instrumētū arguatur falsum, infrà habetur sub rub. Quibus de causis redditur instrumētū suspectū. Exēplo verò nō est adhibēda fides, vt possit quis aliquā exactionē cū ipso exēplo facere, nisi cū exemplo proferatur authenticū, vel nisi alia sufficiēs probatio adiungatur. Si quis in aliquo documento alterius documenti faciat mentionem, nulla ex hac memoria fiat exactio, nisi aliud documentū, cuius memoria in secundo est facta, proferatur, aut alia probatio quantitatis debitæ exhibeatur. Hoc tamē verū est, ꝙ exemplo nō adhibetur fides, & ꝙ ex eo nō potest fieri exactio, nisi illud cū insinuatione iudicis, & decreto, & authoritate interposita factū sit: sed si fuerit illud exēplū pręsentibus literatis testibus, Tabellionibus, videlicet se subscribentibus corā iudice authoritatē suā interponente ad authenticū auscultatum & concors inuentum, adhibetur

ipsi

ipsi exemplo si les plena, & poterit ex eo exactio fieri. Veruntamen quomodo fiat cum insinuatione, & quomodo fiat sine insinuatione, ex sequentibus apparebit.

Quomodo aliena scriptura exemplificatur.

Circa exemplandam alienam scripturam talis est consideratio faciẽda, & distinctio adhibenda, videlicet, quia scriptura illa aut extra iudiciũ aut in iudicio exemplatur. Itẽ si in iudicio, cõsiderandum est, vtrum sint acta iudiciorum, aut sit alia scriptura. De quibus omnibus per ordinem est videndum. Quando aliena scriptura extra iudicium exemplatur, duæ solent concurrere rationes, vna videlicet, vt per exẽplum habeat memoria eorũ, quæ in authentico cõtinentur: & tunc incipies hoc modo: hoc est exemplũ cuiusdã instrumẽti sic incipientis, vel cuius tenor talis est siue hoc est exẽplum, quarũdã literarũ domini Papæ, quarũ tenor talis est. Vel sic: hoc est exemplum cuiusdam scripturæ, quę reperitur in quodam quaterno actuũ scriptorum, siue quæ scriptura dicitur manu talis notarij, sic intitulata: & pones titulum totum, si habueris, quo posito dices: Cuius scripturæ tenor talis est. Et subsequẽter in eadem linea, nullo vel modico interuallo relicto, incipies, & per ordinem exemplabis, prout in authentico inuenies vsque ad vltimam literam: ponendo etiam, si instrumentum est, nomen Tabellionis illius, qui illud authenticum scripsit, licet non tenearis ponere signum eius. Demũ posito signo tuo, te subscribes hoc modo: Ego R. quondam Rodulphini Floreti imperiali authoritate not. hoc instrumẽtum ad authenticũ, scriptũ manu prædicti talis notarij, fideliter exemplaui: nihil addens vel minuens, quod sensum mutet, vel intellectũ. Vel has literas ad authenticas bulla papali plũbea pendenti munitas fideliter exẽplaui, nihil addẽs, &c. Vel prædictã scripturam ex prædicto quaterno sumpsi, & fideliter exemplaui, nihil addens, &c. Et hic modus leuis est, & in instrumẽtis nõ magni facti adhiberi solet. Sed si volueris aliquid solennitatis plus addere, poteris istã tenere viã. Incipies enim, & intitulabis exemplũ, prout superius dictũ est. Et subsequenter per ordinẽ exemplabis, prout in originali inuenies. Cùm autẽ omnia scripta erunt, & etiã nomen tabellionis originalis, præter signum eius, quod nullo modo scribere teue-

re teneris, habebis duos vel tres tabelliones, cum quibus diligenter auscultabis ipsum exemplũ cũ authentico: & si inuẽtũ fuerit cõcordare, se subscribat vnusquisq; illorũ tabellionũ, posito suo signo hoc modo: Ego I. filius quondã talis imperiali authoritate no. hoc exemplũ vnà cũ subscriptis R. & Al. no. & authenticũ scriptũ manu talis notarij prędicti fideliter & diligenter auscultaui: & quia vtrũq; cõcordare inueni, me testẽ subscripsi: & alius tabellio se subscribe[...]ita: Ego Al. imperiali autho. no. hoc exemplum vnà cũ suprascripto Ia. & infrascripto R. no. ad authenticũ scriptũ manu talis notarij diligenter, &c. vt suprà proximè dictũ est. Postremò autẽ tu tabellio, quia exẽplasti, te posito signo tuo, subscribes hoc modo: Ego Ro. imperiali authoritate notarius hoc instrumentũ ad authenticũ scriptũ manu talis notarij fideliter exemplaui. & postmodum cũ prædictis Iaco. & Al. diligenter auscultaui: & quia vtrunque concordare inueni, me testem subscripsi.

Notula.

Nota tamen, quòd prædicti duo modi non præbent exemplo plenam fidem, nec ex tali exemplo potest exactio fieri, licet ad solam memoriam fiat. Secunda ratione exemplantur scripturæ, non tantùm vt habeatur memoria eorum, quæ in authentico continentur: sed etiam vt adhibeatur plena fides exemplo, & possit ex tali exemplo exactio fieri: & tunc talis est solennitas obseruanda. Inchoabis enim, & intitulabis exẽplum secundum quod superius dictum est. Doctrinam verò prædictam intitulationis quorumlibet exemplorum semper poteris imitari, & procedẽs per ordinem vsque ad vltimum, vt supradictum est. Quo facto adhibebis quatuor vel quinq; testes tabelliones, & ab ipsis insinuabitur iudici, vt coram eo legatur & auscultetur coram ipso iudice cum tabellionibus ipsis diligenter: & si concors inuentum fuerit, iudex ipse authoritatem interponet suam, quam scribes interuallo vnius lineæ post nomen tabellionis originalis relicto hoc modo: In nomine Domini, amen. Anno, &c. hoc exemplum per me Ro. notarium subscriptum sumptum ex authentico scripto manu talis prædicti notarij domino Sca. iudici & assess. domini Ro. Potest. Bono. insinuatum fuit, & in eius præsentia per meipsum Ro. notarium, & alios subscriptos notarios diligẽter cum authentico auscultaui. Et cùm iudex cognouerit illum

illi cũ ipso authentico concordare, vt adhibeatur illi exemplo de cæterò plena fides, suam & communis Bono. authoritatẽ interposuit, & decretum. Postmodum subsequẽter vnusquisque illorum tabellionum ita se subscribat: Ego Iulianus Imperiali autho. notarius hoc exemplum vnà cum infrascriptis M. D. & Ia. & R. nota. ad authenticum instrumentũ scriptum manu talis notarij coram ipso iudice diligenter & fideliter auscultaui: & quia vtrunque concordare inueni, de ipsius iudicis mandato in eius exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi, & in eodem modo cæteri se subscribent. In fine verò tu tabellio, qui exemplum scripsisti, pones nomen tuum hoc modo: Ego R. Imperiali authorit. notarius hoc exemplum ex authentico scripto manu talis notarij prædicti fideliter scripsi, & postmodum in præsentia domini Sca. iudicis cum dictis tabellionibus Ia. M, D. & Io. diligẽter cum ipso authentico auscultaui: & quia vtrunque cõcordare inueni, de ipsius iudicis mandato, & in eiusdem exempli fidem & testimoniũ me subscripsi. Sed nota, quòd aliquando, præsertim in exemplis literarum, adhibetur authoritas domini Episcopi, vel alterius authenticæ personæ. Quæ quidem persona in testimonium & fidem ipsius exempli facit illud de suo sigillo muniri, & scribitur hoc modo: In nomine domini, Anno, &c. Hoc exemplum per me subscriptum R. notarium sumptum ex authenticis literis tali sigillo munitis fuit in præsentia venerabilis fratris Iacobi Bono. Episcopi, à me ipso R. & aliis subscriptis notariis diligenter cũ authenticis literis auscultatum. Et cùm idem venerabilis Pater viderit illud cum ipsis authenticis concordare, in ipsius exempli plenam fidem & testimonium, suam authoritatem interposuit, iubens illud sigilli sui appensione muniri.

Notula.

Cùm inter cætera hoc non sit prætermittendum, quòd rogationes seu protocolla tabellionis alicuius, qui decessent, exemplari, & in publicam formã redigi non possunt, nisi authoritate Domini, vel cõmunis illius terrę alij tabellioni hoc pręcipuè sit cõmissum. Fiet authoritatis cõmissio ista forma.

Commissio.

CVm Dominicus filius & hæres quondam Ant. concessit Pe. notario rogationes patris sui exemplandas, & in formam

mam publicam reducendas, ipso P. hoc sibi à communi Bon. committi cũ instantia postulante: dominus R. de villa Potest. Bon. de voluntate consilij specialis & generalis comunis Bo. campanarum sonitu in palatio eiusdem cõmunis Bon. more solito cõgregati, ipsi Pe. notario prædictas rogationes olim Ant. supradicti legitimè ac fideliter exemplandas, & in formam authenticã reducendas iuxta tenorẽ infrascripti sacramenti sua & communis Bo. authoritate cõmisit: qui P. corporaliter iurauit ad sancta Dei Euangelia rogationes eas, videlicet, quæ cancellatæ non erunt, quoties opus fuerit, fideliter exemplare, & in publicam formam redigere: eas solũmodo his, quorum intererit, exhibẽdo. Cancellatas verò pro cancellatis scribere, quando sic exegerit ius & casus, nihil addere, vel minuere, vel mutare, nisi quemadmodum in ipsis rogationibus scriptum inuenerit, & notatum: & in his omnibus omni dolo, & fraude remota, fidem debitam conseruare. Itaque tabellio, cui talis commissio facta fuerit, rogationes sibi commissas, quando opus fuerit, exemplabit hoc modo.

Exemplatio.

SCribet enim rogationẽ de verbo ad verbum, prout eã in quaterno inuenerit, nihil minuẽdo vel addẽdo, quo facto taliter se subscribet: Ego Pet. Imperiali authoritate notarius ex cõmissione mihi à cõmuni Bo. auth. facta, prout in rogatione cãcellata vel nõ cãcellata olim An. nõ inueni, ita fideliter per ordinẽ exẽplaui, scripsi, & in publicã formã redegi. Nota, ꝙ si nõ fuerint in rogatione illa, anni Domini, vel dies, inquirat tabellio in quaterno vel libro, si ibi fuerint antescripti, vel si fuerit in aliqua præcedẽti rogatione scriptus dies. Quod si inuenerit, posito signo, & nomine suo, & tota subscriptione prędicta, vt proximè dictũ est, addet hoc: Quã quidẽ rogationẽ ipsam exẽplaui ex quaterno, in cuius primo folio, vel secũdo, vel tertio erãt scripti anni Domini hoc modo, scribẽdo annos Domini, sicut inueni: in rogatione verò, quæ præcedebat, erat scriptus dies hoc modo: Die xv. intrãte Maio. Licet qdã in principio instrumẽti illos annos Dñi ponãt, quos proximè inueniũt precedere rogationẽ ipsam: sicut facerẽt in propriis rogationib⁹, qđ quidã facere possunt. Sed prædictus videtur mihi tutior modus, & minus posset ex eo

offendi

offendi veritas. Et hæc de ſcripturis alienis exemplandis extra iudicium dicta ſufficiant.

De alienis ſcripturis in iudicio exemplandis.

SI autem aliena ſcriptura in iudicio exemplatur, & fuerit illa ſcriptura acta publicè, id eſt, ſcriptura in iudicio facta, vt inſtrumenta procurationis, vel ſyndicatus, aut tutelæ, vel curæ, ſiue huiuſmodi, debet, & poteſt illa exemplari cum die & conſule, id eſt, cum annis Domini, & nomine tabellionis per ordinem, quæ in eadem ſcriptura continentur, præmiſſo titulo hoc modo: Hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtrumẽti ſic incipientis. Vel leuiùs, Tenor talis eſt. Quo exẽplato tabellio ſe ſubſcribat hoc modo: Ego R. Imperiali authoritate, & nunc communis Bon. notarius, prædictum inſtrumentum de mandato talis iudicis authenticum ſcriptum manu talis notarij, prout in eo inueni, per ordinẽ fideliter exemplaui. Sed ſi fuerit alia ſcriptura, quàm acta publica, vtputà, ſcriptura priuata, ſicut inſtrumentum emptionis, vel donationis, aut locationis, vel ſimile: & petet aduerſa pars in iudicio illud ſibi exẽplatũ exhiberi, exẽplabitur illud ſine die & conſule, id eſt, ſine publicationibus inſtrumẽti. Non enim debet aduerſa pars diem & conſulem exemplatum habere, niſi illud de falſis argueret. Igitur ſine die & conſule exemplabitur hoc modo: Hoc eſt exemplũ cuiuſdem inſtrumẽti, cuius die & cõſule prætermiſsis, tenor talis eſt: & omiſsis annis Domini, indictione, die, loco, teſtibus, & nomine tabellionis, exemplabitur ſolus tenor. Et in fine taliter exemplans tabellio ſe ſubſcribet: Ego R. Imperiali auth. & nunc communis Bo. not. prædictum inſtrumentum, die & conſule prætermiſſis, de mandato talis iudicis ad authenticum ſcriptum manu talis notarij fideliter exemplaui. Si autem cum die ac conſule exemplatur, dicet. Hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtrumẽti, cuius tenor talis eſt: & ſcriptis per ordinẽ omnibus à principio vſque ad finẽ, taliter ſe ſubſcribet tabellio, Ego R. Imperiali authoritate, & nũc cõmunis Bo. notarius prędictũ inſtrumentũ de mandato talis iudicis ad authenticũ ſcriptũ manu talis not. cũ die & cõſule omnibus per ordinem in eo cõtentis, fideliter exẽplaui. Nota, quòd in ſcripturis, quæ in iudicio exemplantur, ſufficit ſubſcriptio ſolius notarij exemplantis.

Quomod

Quomodo propria scriptura examplatur, & reficitur.

SI Propriam, id est, ante factam scripturam, iterum ex rogationibus tuis exẽplabis & sumes: Potes illam authoritate propria, quoties opus erit, & casus exegerit, scribere per ordinem, sicut primam, non facta de priori scriptura aliqua mentione: dummodo illi soli personæ ipsam exhibeas, ad quam spectat, & cuius interest eam habere, vtputà, priuilegia, instrumenta emptionalia, & cuiuscũque dationis rerum mobilium & immobilium testamenta, procurationes, emancipationes, tutelas, & curas, & omnes alias scripturas: illas, videlicet, de quibus, & pro quibus nullum imminet periculum, nec alicui partium præiudicium fieret: etiam si plura inuenirentur vnus & eiusdem tenoris. Hoc tamen nota, quòd si aliquis extraneus voluerit exemplar instrumenti publici & authentici à te scripti, debes ei illud dare cum voluntate eius cuius interest: & tunc eundem seruabis in exemplandò modum, qui seruãdus est in alienis scripturis èxemplandis, prout suprà docetur in præcedenti rub. Veruntamẽ si scriptura vel instrumẽtum tale fuerit, in quo contineatur debitum, siue in pecunia, siue in alia re, quæ debetur, quæ res ratione peti posset, toties, quoties instrumentum ex illa re debita appareret: vnde ex hoc debitori posset periculum imminere, eò quòd prætextu plurium instrumentorum debitum pluries peti posset, non debet illud instrumentum refici, & iterum ex rogationibus exemplari, nisi sit amissum. Et tunc debet solennitas huiusmodi obseruari: Creditor autem debet adire iudicem, & coram eo citari facere debitorem: quòd si debitor veniens confitebitur se debitorem esse, & adhuc ipsi creditori teneri in ea quantitate pecuniæ, seu parte, aut re, quæ in instrumento debiti continetur: & quòd non vult contradicere, vel se opponere refectioni illius instrumenti perditi, ipse iudex tale exigèt sacramentum ab ipso creditore: Tu iuras, quòd instrumentum hoc, quod refici petis, nulla dolositate adhibita perdidisti: & nescis vbi, & apud, vel penes quẽ sit: & ꝙ dolo, vel fraude illud habere, vel possidere non desiisti, & ꝙ illud nõ postulas refici fraudulenter, & quòd si quo tẽpore illud ad manus tuas peruenerit, vel habere poteris, restitues notario, qui illud scri-

psit, cancellatum, & annihilatũ, nec eo amplius vteris in præiudicium debitoris: quod etiam ex tunc illud cassum, & irritum, & nullius valoris esse velis. Quo facto iudex præcipiet tabellioni, qui scripsit illud instrumentum, vt reficiat ipsum, & exhibeat creditori præfato. Ex quo præcepto & toto processu prædicto ipse tabellio ad excusationem sui faciat sibi fieri publicum instrumentum per manus alterius tabellionis ibidem præsentis: quod quidem ita fiet.

Instrumentum præcepti, vel commissionis reficiendi publicum instrumentum amissum.

CVm Cor. coram domino Sca. iudice d. R. Pote. Bon. peteret sibi quoddã refici instrumentũ debiti centũ lib. Bon. ad quod Ant. tenetur eidem, scriptum manu R. notarij, eò ꝙ illud se perdidisse dicebat, ipso An. citato corã ipso iudice cõfitente se debitorẽ esse prædicti Cor. in quãtitate prædicta, & refectiõi ipsius instrumẽti cõtradicere nolle: & eodẽ Cor. iurãte, ꝙ illud verè perdidit, & in fraudẽ refici nõ petit, & quòd si illud ad manus eius peruenerit, ipsi notario restituet cãcellatum. Dictus iudex prædictus Ro. no. præcepit, vt illud instrumentũ reficiat, & exhibeat prædicto Cor. Itaque notarius, qui illud instrumẽtũ debiti scripsit, exẽplabit, & scribet ipsum de verbo ad verbũ, sicut fecit primũ, Sed in subscriptione nominis sui taliter se subscribet: Ego R. Imperiali autho. no. his omnibus interfui, & rogatus fui, & hoc instrumẽtũ, quod alia vice creditori præfato exhibui, iterũ ex rogatione cancellata de mandato talis iudicis exemplaui, & refeci, & ipsi creditori dedi, eò quòd ipso debitore citato, & se debitorẽ confitente, & refectioni instrumenti non contradicente, dictus creditor iurauit illud sine fraude amisisse, prout in scriptura publica facta manu talis notarij continetur.

Notula.

Si autem debitor legitimè citatus non cõparuerit, ipse, vel alius cõtradicere volẽs refectioni instrumẽti, præstabit creditor idẽ sacramentũ, vt suprà, hoc addito, quòd iurabit non esse sibi de dicto debito satisfactum, vel tantũ ex eo, quod recipere debet. Et post hæc fiet præceptũ notario, qui scripsit, vt suprà, hoc mutato, quòd in instrumento præcepti dicetur, ipso debitore legitimè citato non comparente: & hoc idem dicetur, quod in subscriptione not.

Oppositio.

Si debitor veniēs neget se debitorem, & refectioni instrumēti se opponat, dicēs simpliciter se soluisse, nō tamē ostendēs principale instrumentū debiti cancellatū penes se esse, statuet iudex ipsi debitori terminū, infra quē solutionē probet: quam si non probauerit, recepto sacramento prædicto à dicto creditore, præcipiet, & fiet refectio instrumenti. Si verò probauit solutionem, non fiet refectio instrumenti.

Nota.

Verùm si debitor principale instrumentū debiti cancellatū penes se esse ostendat, tunc incumbet onus probationis ei, qui affirmatiuā proponet. Quia per rerū naturam affirmantis, non autē negantis, aliqua est probatio. Si enim dicet debitor, ego habeo instrumētum debiti cancellatū, quod quidē mihi redditū est: & cū per redditionē chirographi tollatur obligatio naturalis, sum à debito liberatus: quod quidē si neget creditor, dicēs instrumentū redditū nō fuisse, Iudex imponet ipsi debitori, vt probet redditionē instrumēti. Si autem creditor dicat se perdidisse instrumentū, & illud ad debitorē suum sine causa peruenisse, imponetur probatio creditori, vt probet se perdidisse. Et idcirco in huiusmodi nō est tutum ad affirmatiuam proponere, præsertim illis, qui iustā causam fouēt, & dubitant de perfectione probationis: cū plerūque onus probationis implicitū sit, & graue. Cęterū nota, quòd siue debitor cōfiteatur, siue citatus nō veniat, siue solutionē vel redditionē nō probauerit, sine alia causa interuenerit, qua reficiatur instrumentū, semper tamē in instrumēto præcepti, quod facit iudex notario de refectione instrumēti, & etiā in subscriptione nominis notarij reficientis instrumētum, facienda est mentio, quo processu & qua causa instrumentum reficiatur.

Quibus causis redditur instrumentum suspectum, & arguitur falsum.

LIcet soli originali instrumēto publico fides adhibeatur, vt dictū est suprà in exēplificationibus, quid sit exēplar, & qd exēplū. aliquib⁹ verò causis derogatur fides instrumēti, & suspectū reddit. Prīo, ex psona producētis. i. propter eū, qui instrm produxit in cām: qui quidē cōsueu⁹ est vel aliquādo cōuictus falsa in causis aliis produxisse instrumēta. Secūdò, ex psona scribētis. i. notarij, qui illud scripsit, eò

quòd falsa cõsueuit scribere instrumenta. Tertiò suspectũ est instrumentum ex ipsa scriptura: vt quia est in eo aliqua vituperatio, id est, abolitio, vel rasura, vel cancellatio: & tunc oportet eum, qui producit, probare veritatem: quod si non fecerit, præsumetur falsarius: calumniosam enim scripturam vim obtinere non oportet. Si verò aliquis dicat se paratum esse aliquod instrumentum contra se productum falsum arguere, & proptereà illud postulet sibi exhiberi, debet prius inscriptionis paginam apud iudicem competentem deponere, id est, se obligare ad pœnam Talionis, nisi probauerit, quod intendit: licet hæc inscriptio de cõsuetudine non seruetur. Item debes iurare, quòd existimans se posse falsum arguere, postulat sibi illud exhiberi. Et hoc facto, debet iudex necessitatem exponere illi, qui produxit instrumentũ, vt iterum producat, nisi iuret se non habere illud: nec dolo malo dixisse habere: & quòd re vera ipsa charta sine dolo suo deperdita est, & quòd productio illius sibi est impossibilis: quòd si ita iurare voluerit, aliam quidem non patitur pœnam: sed instrumento vel chartulæ productæ nulla adhibetur fides. Si autem produxit instrumentum ille, contra quem apposita est exceptio de falso, & probare voluerit fidem & veritatem instrumenti, licebit ei, contra quem productum est, probare falsitatem: sed tantùm ante sententiam, vel post sententiã, pendente appellatione: quia si habita fuit quæstio falsi ante sententiã, & non est appellatum: vel si est appellatum, & postquã confirmata est post appellationem prima sententia, non licet postmodũ de falsitate proponere querelam. & ratio est: quia sententia approbauit fidem instrumẽti. Si verò ante sẽtẽtiam nõ fuerit habita quæstio de falso, licet posteà possit proponere: & si probetur falsitas, retractabitur sententia, etiã si non fuerit appellatum. Nota, quòd ad improbãdum aliquod instrumentũ publicum non sufficiunt duo vel tres testes: quia saltẽ in quolibet instrumento sunt duo testes, & tabellio, qui pro tertio teste cẽsetur: sed si quatuor, vel quinque testes bonæ opinionis dicerẽt contra publicum instrumẽtũ, magis credendũ est testibus, quàm instrumento. Sunt tamẽ quædã publica instrumẽta, cõtra quæ probationẽ in cõtrariũ nõ reperimus, scilicet, cõtra cõfessionẽ à tutore in inuẽtario publico cõscripto, & à tribus testibus subscriptio facta. Et etiã contra confessionẽ à muliere factam in publico instrumento, in quo cõfessa fuit se aliquid pro intercessione

cessione accepisse. Porrò contra priuatū instrumentum potest probari contrarium, etiam per duos testes omni exceptione maiores.

Comparatio literarum.

QVia cōparatio literarum fidem dat, & plerūque derogat instrumentis publicis & priuatis: ideo de ea videndū est, scilicet, quomodo fit, & quādo fiat, & per quos, & quid sit eius effectus. Fit autē cōparatio literarū ex publico instrumento hoc modo: Tu producis contra me instrumentū alicuius tabellionis: Ego, vt derogē fidei illius instrumenti, dico illud non esse scriptum manu illius tabellionis, cuius nomen subscriptū est in eo. Et ad hoc probandū induco aliud instrumentū, quod verè cōstat scriptum esse manu illius tabellionis, quod apparet esse dissimilis literæ & formæ: & per hoc intendo, ꝙ ille, qui scripsit istud, nō scripsit illud. Item cōtra: Ego induco aliquod instrumentū, quod quidē dicitur esse suspectū, & scriptū alterius manu, quā illius, qui subscriptus est. Ego, vt probem esse verū, induco aliud instrumentū, quod verè constat scriptū esse manu eiusdē tabellionis, qui nulli suspectus est: & est similis literæ & formæ cum illo suspecto. Vnde per hoc facio fidē, ꝙ verum est instrumentū eiusdē tabellionis. Fit autē ipsa cōparatio literarū, quando nō superest, id est, quādo non viuit, vel haberi potest ille tabellio, cuius nomē subscriptū est in instrumento: & tunc facienda est cōparatio literarū tabellionis, & signorū, vel notarū ad plenā fidē. Quādoverò tabellio superest non est facienda cōparatio literarū, quia per authorem instrumenti declaratur fides: sufficit enim, ꝙ dicat ipse se scripsisse, vel non scripsisse. Est autem cōparatio facienda ab illis, & per illos, qui bene nouerunt formas, & figuras literarū, & variationes, & debet præstari sacramentum ab eis, quod non lucri causa, non inimiciis, non gratia ipsarum cōparationē faciūt. Item debet iurare ille, qui instrumentū producit ad comparationem, quòd ideo petit fieri comparationem, quia non habens aliam idoneam probationem, & fidem, venit ad comparationem faciendam, & quòd nihil egit, vel machinatus est, per quod possit veritas abscondi. Effectus autem cōparationis est, vt ex ea semiplena colligitur fides, licet quandoque, prout iudici videtur, omnino credatur cōparationi. Et est ra-

tio, quia soli collationi, & comparationi non sit adhibenda plena fides: quia literarum dissimilitudinem sæpe quidem tempus facit: Aliter enim scribit quis iuuenis & robustus, aliter senex, & tremens, sæpe etiam languor hoc facit. Item calami, & atramenti mutatio, aufert per omnia similitudinis puritatem.

Conclusio operis, & gratiarum actio, Amen.

ECce iam quicquid ego Rolandinus minimus Notariorum minister circa Tabellionatus officium à principio huius operis in mente concepi, est ad affectatum finem de abundanti Christi misericordia & bonitate deductum. Sed quoniam multi malè vel minus bene dicta esse asserant, non ambigo, illa legens quilibet sciat mei scribentis nil inuenisse de proprio. Si quid autem in hoc opere boni est, de solius Diuinæ misericordiæ munere processisse assero. Itaque defectus & error mihi, bona verò soli bonorum omnium tribuantur authori: Cui laus, & gratiarum actio, honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

Explicit capitulum decimum, de exemplificationibus scripturarum.

SEQVVNTVR NVNC QVAEDAM alia vtilia & approbata secundæ compilationis domini Rolandini.

Forma literæ testimonialis pulchra. Rub.

CVnctis hanc literaturam spectantibus oculis pateat, & vniuersis attestamur per præsentes: notúmque facimus nos Petrus de Marcelis Ferrariæ oriundus, & ripæ comes, necnon Mutinæ districtus eiúsque potestas pro illustri, & excel. d. d. Nicolao Marchione Esten. &c. Quod Petrus bonus Bertei nomine de Maregotis, qui fuit dehinc citatione rogatus ciuis & notarius ciuitatis Mutinæ in notariorum matricula Mutinæ ciuitatis descriptus habetur, ac notarius publicus legalis reperitur & authenticus, necnon fidei legalitatísque probitate fulget. Ad ipsúmque vti approbatum communis concursus habetur.

Omni

Omnibúsque scripturis per ipsum in publicam formam redactis cōdigna adhibetur fides,& approbata. Insuper his literarū pandimus monumētis,ꝙ Iacopinus de Parma nomine, nuntius cōmunis publicus,qui domini archiepiscopi Rauennatis de mādato dictā vocauit Ninā ad iudiciū,ac notarium de ea rogauit in nuntiorū cōmunis Mutinæ cōpetitor fraternitate conscriptus,ac eius relationibus,cunctis actisque publicis per ipsum gestis indubitata fides adhibetur & veridica,qui vti nuntius probè eique rectè agit imposita,concursúsque ad eum vti nuntium fidum habetur & approbatur. In quorum omnium testimonium has præsentes fieri iussimus, nostríque sigilli impressione munimine roborari. Datum Mutinæ in palatio nostræ residentiæ. Anno domini M.cccc.xxvij. indictione quinta, die x. mensis Febru.

Concessio monasterio facta, vt possit vendere. *Rub.*

IN Christo sibi charissimæ sorori Thomasinæ Abbatissæ monasterij sororū sanctæ Claræ ciuitatis Mutinę, Frater Nicolaus de Cremona fratrum minorū prouinciæ Bo. minister,& seruus, ac reuerendissimi patris generalis in omnibus partibus Italiæ vicarius salutē & pacē in domino sempiternam. Cū mihi supplicaueris,quatenus pro monasterij tui reædificatione seu reparatione cōcedā,ꝙ aliqua ex territoriis, pratis, seu possessionibus aliis eiusdē monasterij vēdere possis: Et ego ex iniuncto mihi officio ad ea,quę monasteriis meę curę subiectis vtilia sunt,semper attēdere tenear: Idcirco, honestę petitioni tuę cōdescēdere volēs,tibi pręsentiū tenore cōcedo,quatenus pro monasterij tui bono & vtili quędā ex territoriis,possessionib⁹ vel pratis minus eidē cōmodis,vēdere, permutare,vel alienare liberè valeas,cū accessu volūtatis omniū sororū discretarū cōuētus tui,vel numeri maioris partis ipsarum. Vale in Christo Iesu,& ora pro me, datum,&c.

De alienis scripturis exemplandis. *Rub.*

EXemplari quidē debet instrumentum originale præmisso titulo hoc modo: Hoc est exēplum cuiusdā instrumēti, cuius tenor talis est. Et diligēter debet attendere diligens Tabellio exēplans, ne aliquid addat vel minuat,qđ sensum mutet, vel intellectū variet: si tamen inuenerit dictionē bis positā,& ipse bis ponat:& siue bonū, siue malū Latinum inuenerit, ita

scribat, licet dictiones longas possit breuiare & ecõtrà. Item cõsideret scripturã originalẽ, quam æstimat vtrũ sit integra & incorrupta, & sine macula, & vituperatione: ꝑ si talis non est, non debet eam exemplare, quia si originali non dabitur fides, multò magis neque exemplo dari debet. Calumniosam enim scripturam vim obtinere non oportet, vt ff. de fi. instru. l. ij. Cùm autem exemplauerit, vt debet, auscultabit eum diligenter cum alio, punctum, vel literam non prætermittendo. Ita quòd, quando posteà coram iudice debebit auscultari, nihil corrigendum inueniatur. Et sit ita magna membrana, vt spatium solennitati subscriptionum insinuationis & testium sufficiat. Assumet autem plures Tabelliones, putà, tres, vel quinque, & cum eis adhibebit iudicem, coram quo tres ex ipsis Tabellionibus aspicient in originali, & ipse cum aliis duobus tenebit exemplum, & ipse leget exemplum. Reliqui duo aspicient, quando leget, reliquis tribus in originali videntibus. Et cùm exemplum & originale inuenta fuerint concordare, ipsi Tabelliones hoc iudici insinuabunt, & dicent, quòd iudex originale inspiciet, & si apparebit integrum, & incorruptum, & sine aliqua vituperatione: quibus ita concurrentibus, ipse iudex authoritatem suam interponet ipsi exemplo, & legitima insinuatione fruatur. Cuius insinuationis forma hæc est. Anno Domini M.cccliiij. indictione tali, die sexto mensis Aprilis, præsentibus infrascriptis testibus. Hoc exemplum sumptum ex originali suo publico instrumẽto manu Pauli notarij integro, & incorrupto, & sine vituperatione aliqua apparente, insinuatum fuit D. Iacobo iudici & assessori domini Alemani de Opicis, rectoris ciuitatis Bono. & coràm eo ad Discum Anesij pro tribunali sedente per infrascriptos Tabelliones dictum originale diligenter & solenniter auscultatum referentes, & ratificantes vnum cum altero per omnia concordare. Cùm ergo iudex ipse hoc viderit, & cognouerit, vt ipsi exemplo decætero adhibeatur plena fides, & vt eodem, quo suum originale, vigore potiatur: & iure & plena insinuationis solennitate fruatur, suam & communis Bonon. authoritatem interposuit & decretum. Cùm D. Iocobus iudex, &c. præsens exemplum coram eo ad tale Discum insinuatum & auscultatum per infrascriptos Tabelliones cum exemplari suo integro & incorrupto concordare cognouerit, vt ipsi exemplo adhibea-

tur,

tur,&c.vt suprá. Cùm præsens exemplum fideliter sumptum ex originali suo publico instrumento integro & incorrupto concordare cognouerit, & sine vituperatione, & cancellatura, vel macula aliqua apparente coram domino Iacobo iudice & assessore,&c. insinuatum fuisset,& per me Paulum notarium, & alios suprascriptos Tabelliones,& testes ibidem ad dictum authenticum diligenter & solenniter auscultatum.Idem iudex illud exemplum ab exemplari in nullo quod sensum mutet,vel intellectum discordare cognoscens,vt eidem exemplo adhibeatur decæterò plena fides & legitimę insinuationis iure fruatur,& vt eodem,quo suum originale,vigore potiatur,& fidem faciat,suam,& communis Bo.authoritatem interposuit,& decretum. Actum,&c. præsentibus,&c. Igitur vnus Tabellionum, qui auscultationi præsens fuerit,posito signo suo se subscribet hoc modo: Ego Paulus Imperiali authoritate notarius, ad hoc exemplum cum originali suo integro & incorrupto legendo & auscultando cum infrascriptis Tabellionibus coram domino iudicę interfui:& quia vtrunque concordare inueni, me de ipsius iudicis mandato testem subscripsi. Ego Ioanes Imperiali authoritate notarius,& pariter mecum infrascripti P. & M. Tabelliones & suprascripti P.& B. testes, præsens exemplum ab originali suo scripto manu talis notarij integro & incorrupto coram dicto iudice legendo & auscultando in nullo,quod sensum mutet, vel intellectũ, inuenimus discordare. Et ideo de ipsius iudicis mandato, in eiusdem exempli plenam fidem me in testem subscripsi sub millesimo,&c. Et eodem modo cæteri se subscribent. In fine autem exemplaris Tabellio signum & subscriptionem apponet hoc modo: Ego Paulus Michelini de Tabulis Imperiali authoritate notarius,præsens exemplum ex originali suo publico instrumento integro, & incorrupto, & sine vituperatione, vel macula apparente scripto manu talis notarij fideliter scripsi, & exemplaui,nihil addens,vel minuens, quod sensum mutet, vel intellectum. Deinde coram dicto iudice illud ad originale suum cum suprasciptis notariis videntibus & auscultantibus fideliter legi, & cùm illud cum dicto originali suo per omnia concordare cognouerim, me testem subscripsi, necessariò præfatam in-

A 5

signationis solennitatem & iudicialem authoritatem in publicam formam redegi, sub anno domini M.cccxlv. indictione vj. die vij. Aprilis.

Forma inuentarij. *Rub.*

IN Christi nomine, Amen. Anno à natiuitate, &c. Dominus Iacobus filius quondam Petri sciens sibi delatam esse hæreditatem dicti quondam D. Petri sui patris iam præmortui, tam ex testamento ipsius scripto manu talis notarij in tali millesimo, &c. quàm etiam ab intestato, vbi testamentum prædictum minus solenniter factum reperiretur, voléńsque dictus Iacobus hæres esse dicti sui patris ex testamento prædicto, quatenus contingat ipsum testamentum valere, & solenniter processisse, & etiam ab intestato vbi dictum testamentum non valeret, seu non solenniter factum reperiretur. Verùm quia dubitat, an ipsa hæreditas posit ei esse damnosa & periculosa, nolens inconsultè, sed cum beneficio iuris & inuentarij ipsam hæreditatem apprehendere, & adire, quod inuentarium facere intendit, & vult, & ipsius beneficio vti vult secundum formam iuris: Sponte, & ex certa scientia ipsam hæreditatem adiuit, & apprehendit, & eidem se immiscuit, & animo proprio, & verbis expresis, declarauit, & dixit se velle esse hæredem dicti quondam D. P. sui patris ex testamento, quatenus valeret, & legitimè factum reperiretur, aliàs ab intestato cum beneficio tamen iuris & inuentarij, & animo adeundi & apprehendendi hæreditatem prædictam, & ipsi hæreditati se inmiscendi, & essendi hæres dicti sui patris, corporaliter apprehendit de rebus hæreditariis dicti sui patris, & specialiter claues domus infrascriptæ, in qua habitabat dictus eius pater tempore mortis suæ, & ipsius possesionem vel quasi apprehendit. Ibique immediatè dictus Iacobus vt hæres, & tanquam hæres dicti quondam sui patris, vt suprà dictum est, dubitans, vt suprà, ne dicta hæreditas sibi posit esse damnosa & periculosa, noléńsque inconsultè facere, vel fecisse prædicta, sed cum beneficio iuris & inuentarij, ne à creditoribus vel oneribus ipsius hæreditatis vltra vires hæreditarias ipsius teneatur, vel obligetur, & vt vti posit retentione Falcidiæ secundum formam iuris citatis primò creditoribus ipsius hæreditatis, legatariis,

tariis,& fideicommissariis, quibus legata & fideicommissa sunt in testameto præsenti relicta, & de quibus ad præsens notitia haberi potuit,& etiam cridis solenniter factis in cōtrata & ante domum solitæ habitationis dicti d.Petri tempore mortis suæ per illos de quibus notitia haberi potuit, quòd hodie ista hora,& in præsenti loco venire, & adesse debeant per se vel alios, si velint esse præsentes huius inuentarij confectioni, vt de ipsis citationibus,& cridis apparet in actis, & ex actis talis notarij:& tunc notarij ad Discum Aquilæ pro communi Bononiæ,& in locum ipsorum creditorum, legatariorum, & fideicommissariorum absentium, & non venientium, vel mittentium, surrogatis & adhibitis infrascriptis bonis viris de vicinantia & contrata prædicta bonæ conditionis,opinionis,& famæ, & locupletibus, & idoneam substantiam possidentibus secundum formam iuris inuentarium de bonis,rebus mobilibus,& immobilibus, iuribus, & actionibus,creditis,& debitis hæreditatis prædictæ, præmisso primò propria manu ipsius Iacobi signo venerabilis sanctæ Crucis facere inchoauit,& fecit.In primis quidem dixit se inuenisse in bonis & hæreditate prædicta, vt dicuntur esse hæreditatis prædictæ, vnam petiam terræ, &c. Item vnam domum,&c.Item dixit se inuenisse in dicta hæreditate infrascriptas res mobiles,&c.Item dixit se inuenisse dictam hæreditatem obnoxiam, & obligatam ad infrascripta debita seu legata. In primis ad dandum & soluendum ecclesiæ maiori Bononiæ viginti solidos Bononienses, &c. Et in prædictis legatis & debitis dixit se inuenisse dictam hæreditatem obnoxiam, & obligatam ex forma testamenti dicti D.Pe.scripti manu dicti notarij. Item dixit dictam hæreditatem inuenisse obnoxiam & obligatam ad restitutionē vsurarum & malè oblatorum dicti D.P.prout & sicut apparebit de iure ipsum extorsisse,ac teneri, & debere suprascripta de causa.Item dixit & protestatus fuit coram suprascripto iudice,& me notario infrascripto, se in præsenti inuentario vel alio poni,scribi,vel addi facere quicquid ad eius notitiam peruenerit de bonis,rebus, & iuribus hæreditatis prædictæ,ac etiam omne aliud,ad quod dictam hæreditatem reperiet obnoxiam & obligatam. Et quia dictus Iacobus est literarum ignarus,& scribere vel legere nescit, in sui loco surrogauit & elegit D.Paulum & talem notarium, qui pro

eo

eo scribere & subscribere se debeat huic inuẽtario, & omnia & singula faceret, quæ ipse si legere & scribere sciret, ad validationem huius inuentarij facere tenetur, eidémque iniunxit & mandauit præsentibus infrascriptis testibus, quòd faciat suprascripta. Qui Paulus surrogatus & electus ab eo, vt dictum est, incontinenti pro eo & ex mandato prædicto huic inuentario manu propria se subscripsit, & infrascriptam subscriptionem sub infrascriptis verbis fecit, vt statim eius manu subiungitur. In Christi nomine, Amen. Anno Domini, &c. Ego Paulus, &c. de mandato dicti Iac. literarum ignari, & scribere nescientis dico & assero, quòd ipse Iac. in ipsa hæreditate dicti Petri inuenit suprascripta bona, & iura, debita, & credita, vt dicuntur esse hæreditatis prædictæ. Quæ omnia posuit in infrascripto inuentario. Et quòd nulla malignitas ab eo facta vel fienda est, vel fiet, vel per eum remansit, vel remanebit: quin omnia bona, iura, debita, & credita hæreditatis prædictæ in hoc inuentario describantur, & sint descripta, & eidem addantur quęcunque alia reperientur, & statim cùm ad eius notitiam peruenerint. Et protestor & dico, quòd ad pręsens dictus Iac. nulla alia bona, iura, credita, vel debita inuenit in hæreditate prædicta. Et si quo tempore aliqua alia inueniret, vel inueniet, addet, & scribi faciet huic inuentario, & in eo vel de ipsis nouum inuentarium faciet secundum formam iuris. Acta fuerunt omnia & singula suprascripta per dictum Iacobum, & per dictum Pau. notarium surrogatum, & electum ab eo, & eius mandato, ad se subscribendum eius nomine, & pro eo huic inuentario, vt superius continetur, Bononiæ in tali loco præsente domino tali iudice, & assessore ad Discum Vrsi deputato talis D. Potestatis præsentibus P. I. & F. vicinis & de contrata sancti R. dicti hæredis viris optimæ conditionis, opinionis, & famæ, locupletibus & idoneas facultates possidentibus adhibitis & surrogatis loco dictorum creditorum, legatariorum, & fideicommissariorum absentium, asserentibus se cognoscere dictum Iacobum, & in nullo conscios se ab eo factæ vel fiendæ malignitatis circa celandas res, bona iura, credita, & debita hæreditatis prædictæ. Et quoniam omnia in dicto inuentario sunt descripta præsentibus talibus testibus, Ego talis notarius prædictis omnibus interfui, & ea omnia, excepta subscriptione D. P. notar. de mandato ipsius Iac. scripsi, & in publicam

eam formam redegi.

Forma releuationis procuratoris ab onere satisdationis, qui procurator erat absens. Rubrica.

ET volens dictus constituens dictum eius procuratorem à satisdationis onere releuare. Idcirco futuræ promissionis & obligationis, quã facturus est dictus procurator coram dicto iudice, & quocunque alio iudice, vel officiali de iudicio sisti, & iudicato soluẽdo. Volens fideiussioni accedere, promisit mihi notario infrascripto, vt publicæ personæ, vice & nomine partis aduersæ, & omnium quorum interest, & intererit, stipulanti se facturum & curaturum ita & taliter cum effectu, quòd dictus eius procurator attendet, obseruabit, & etiam adimplebit, dabit, & soluet aduersariis suis omnia & singula promittenda & conuenienda per eum, etiam ac etiam id, in quo extiterit condemnatus, nisi fuerit prouocatum. Et pro dicto suo procuratore, & eius precibus, & mandatis, se fideiussorem constituit in omnem casum futuræ promissionis & obligationis, & exnunc prout extunc sic fideiubet obseruare, promittens sub obligatione & hypotheca bonorum suorum & rerum suarum.

Forma releuationis procuratoris præsentis. Rubr.

ET volens dictus procurator à satisdationis onere releuari, promisit mihi Pe. notario infrascripto, vt publicæ personæ, stipulanti vice & nomine omnium, quorum interest, dominum defendere, dolum in defensione non committere, & quòd tempore ferendæ sententiæ in iudicio aderit, & omnia soluet, & dabit aduersariis suis quæ in sententia continebuntur, nisi fuerit prouocatum: sub hypotheca rerũ suarum. Et pro eo procuratore, & eius precibus, & mandatis, dictus constituens fideiussor extitit, Sub obligatione bonorum suorum. Renuntians beneficio de fideiussoribus & omni alij iuris auxilio. Actum &c.

Instrumentum institutionis capellani, siue vicarij. Rubrica.

Casus talis est: Quidam rector cuiusdam ecclesiæ sanctæ Luciæ committit vices suas alteri sacerdoti in dicta ecclesia,

sia, cuius instrumenti forma talis est.

VEnerabilis vir D. Polonus rector ecclesiæ sanctæ Luciæ suo proprio & principali nomine, & vice, & nomine successorum suorũ, & ipsius ecclesiæ, Religioso viro presbytero Iacobo quondam Petri in dicta, & super dicta ecclesia, & capitulo, & omnibus iuribus spectantibus ad eandem in spiritualibus duntaxat, vices suas harum authoritate hinc ad tot annos commisit, ipsúmque per dictum tempus in eadem ecclesia vicarium suum in spiritualibus constituit, & decreuit, promittens eidem presbytero, Iacobo stipul. dictam commissionem, constitutionem, & omnia suprascripta firma, &c. vsque ad terminum prelibatum. Concedens eidem presbytero Ia. pro suo patrocinio & labore quicquid eidem ecclesię & capellano peruenerit ex oblationibus, mortuorum funerationibus, & aliis ecclesiasticis sacramentis ex officio capellani in spiritualibus duntaxat: Saluo, quòd si quid laborerio ipsius ecclesiæ in aliqua vltima voluntate relinquetur, id in dictum laborerium conuertatur. Versa vice, dictus presbyter Iacobus promisit solenni stipulatione dicto D. Polono stipulanti dicto modo & nomine in ecclesia ipsa hinc ad dictum terminum continuè residere, ibique solenniter officia celebrare diuina, necnon parochianis ipsius ecclesiæ in spiritualibus, & omnibus, quæ ad dictum spectant officium debitè respondere. Et soluere pro ipsa ecclesia x. lib. ceræ in festo natiuitatis Domini, cum promissione vicissitudinaria de ratihabitione,

Instrumentum dissolutionis societatis quorundam mercatorum. Rubrica.

Casus talis est: Duo contraxerunt adinuicem societatem ad artem mercationis pannorum: posteà volentes à dicta societate discedere, & se inuicem absoluere à dicta societate, fiet instrumentum hoc modo.

IOannes ex vna parte, & Petrus ex altera vltrò & sponte in plena concordia & voluntate vnanimi existentes, volentes à societate inter ipsos inita, contracta, & habita vsq; modo in arte, & super arte, & mercatione pannorũ, & aliarum quaruncunque rerum spectantium ad dictã artem discedere, & illam

& illam penitus & totaliter annullare, reuocauerunt, & cassauerũt omnem societatem, seu societatis fœdus, pactiones, cõuentiones, & obligationes inter ipsos, & à seipsis vicissitudinarie initas, & conuentas in dicta, & super dicta arte, & mercatione pannorum, & aliarum rerum ad ipsam artem quouis modo pertinentium, siue super quacunque alia re & negotiatione dicto vel facto ex quocunq; instrumento, seu scriptura publica, vel priuata ipsorum, seu cuiusuis alterius manu scripta, ipsam, scilicet, scripturam tam publicam quàm priuatam, & instrumentũ vnum & plura irritantes in totũ, & nullius mandantes esse efficaciæ, ac valoris, & liberantes, & absoluentes se inuicem ab omnibus & singulis promissionibus, conuentionibus, & obligationibus inter se, & à seipsis factis vicissim occasione prædicta deducentes prędictas obligationes, seque inuicem liberantes, & absoluentes per Aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilationem subsequentem legitimè & immediatè interpositas. Et remittentes etiam sibi inuicem omnia iura & actiones reales & personales, vtiles & directas, & quascunque alias sibi inuicem spectantia, & spectãtes occasione supradicta, cũ promissione, &c.

Instrumentum immunitatis. Rubrica.

AMbrosius de Mediolano comparuit coram spectabili & egregio viro D. tali Potestate Mutinæ pro illustrissimo & excellentissimo D. D. Nicolao Marchione Estensi, &c. dicens quòd ipse Ambrosius nuper venit de territorio Medio. ad standum & habitandum in villa Sorbariæ districtus Muti. pro mezadro, & in domo domini Petri, humiliter instans & petens sibi & familię suæ concedi debere beneficium decẽnalis exemptionis, quæ conceditur forensibus venientibus de alio districtu ad standum & habitandũ in ciuitate, vel districtu Mutinæ. Qui Do. Potestas audito dicto Ambrosio, & delato eidem iuramento, qui iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia, manibus tactis scripturis, se nihil immobile possidere in ciuitate vel districtu Mutinę. Et ꝙ erit fidelis seruitor Illu. Domini nostri, & obediens suis & cõmunis Mutinæ officialibus, eidẽ Ambro. præsenti & recipienti pro se & sua familia tota concessit, atque dedit dictum beneficium dictæ exemptionis duraturæ per tempus x. annorum

proximè

proximè futurorum secundum formam prouisionis communis Mutinæ & literarum Illust. Domini nostri. Mandans mihi notario infrascripto, vt de his præsens conficiā documentum. Actum Mutinæ, &c. Ego talis, &c.

Instrumentum collationis rectoria. *Rub.*

NOs Thomas Dei & Apostolicæ sedis gratia Abbas monasterij Nonantulani, ac capituli, & conuentus eiusdem, dilecto nobis in Christo domino Bartholo filio quondam Nannis de Mattaleto Parmensis diœcesis, salutem in Domino. Cùm rectoria ecclesiæ sancti Martini de Situla Mutinen. diœcesis vacet ad præsens propter mortem domini Acti olim presbyteri & rectoris ecclesiæ prædictæ, & vltimi rectoris dictæ ecclesiæ. Idcirco nolentes quòd dicta ecclesia ob defectum rectoris patiatur in spiritualibus detrimentum, & in temporalibus sustineat læsionem, dictam ecclesiam sic vacantem, seu quocunque modo vacare contigerit, aut vacet ad collationem dicti monasterij pleno iure spectantem cum omnibus iuribus & pertinentiis suis vice & nomine dicti monasterij, & capituli, & conuentus eiusdem, ac tanquā Abbas prædictus, & omni modo, via, iure, & forma, quibus melius possumus, tibi do. Bar. prædicto conferimus, & te de eadem rectoria etiam prouidemus, téque præsentem, & humiliter acceptantem, per librum, quem nostris tenemus in manibus præsentialiter inuestimus, curam & administrationem ipsius & omnium bonorum spiritualiū, & temporaliū eiusdē tibi plenario iure committentes. Recepto à te prius domino B. corporali iuramento, quòd bona dictæ ecclesiæ non alienabis, & alienata pro posse tuo recuperabis: ipsam ecclesiam ad honorem & statum nostri Abbatis Nonantulani monasterij, ac capituli, & conuentus eiusdem tenebis, & iurisdictionem dicti monasterij non submittes alicui. Collectas tibi ratione dictæ ecclesiæ per nos vel successores nostros imponendas, in termino assignando persolues, dictam ecclesiam in manibus alicuius, nisi in nostris manibus, vel successorum nostrorum, non renuntiabis. Constitutiones dicti monasterij plenariè obseruabis: omniáque alia facies, quæ de iure facere, & exercere, ac obseruare debebis. Mandantes tibi decæterò de fructibus, reditibus, prouentibus, & obuentionibus vniuersis integrè

tegrè respondere. Et vt præmissa collatio suum debitum sortiatur effectum, tenore præsentium cõmittimus tali, &c. quatenus te vel procuratorem tuum in tenutam, & corporalem possessionem dictæ ecclesiæ, ac omnium bonorum, & iurium spiritualium, & temporalium ad præfatam ecclesiam spectantium, & pertinentium ponat, & inducat secundum iuris ordinem, &c. Actum Mutinæ, &c. præsentibus talibus, &c. Et in tali millesimo, &c. Ego talis, &c.

Instrumentum precariæ. *Rubrica.*

DOminus Thomas in iure Canonico Licentiatus Dei & Apostolicæ sedis gratia Abbas monasterij sancti Syluestri de Nonantula ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Mutinẽ. diœcesis pro se & suis successoribus, & vice, & nomine dicti monasterij, ac capituli, & conuentus eiusdem monasterij precario, & emphyteotico iure cõcessit, locauit, & renouauit Nanni filio quondam Marchešelli Pupi de Redato diœcesis Mutinen. ibidem præsenti, stipulanti, & recipienti pro se, & vice, & nomine Iacobi & Gerardi eius fratrum, & stipulanti & recipienti pro ipsius Nannis & dictorum Iac. & Ger. filiis & nepotibus, masculis liberis, & legitimis ex ipsis descendentibus: quos si non habuerint, vel si habuerint, & penitus defecerint, tunc deueniet in filias, & neptes eorum liberas & legitimas; quæ viros liberos & legitimos accipiant, & res patrũ possideant vsque in ipsorum Nãnis, Ia. & Ger. fratrum tertiam generationem expletam: qua expleta infrascripta petia terræ cũ omni suo melioramẽto liberè reuertatur, & dimittatur sine aliqua molestia, & contradictione personæ dicto monasterio Nonantulano, cuius est proprietas, & dominiũ vtile, & directum, prout dictus Nannes ibidem in præsenti & in præsentia dicti Do. Abbatis mei notarij, & testium infrascriptorum dixit, asseruit, ac spontè contentus, & confessus fuit, ac etiam publicè recognouit quandam petiam terræ positam in curia Nonantulæ in villa Reducti in loco dicto patella viginti bob. cum dimidia, vel quantacunque sit, confin. ab vno latere via communis, ab alio Dominicus de Apparutis, ab aliis duobus iura dicti monasterij: Ea, videlicet, ratione, & pacto,

B

quòd dictus Nannes, Iaco. & Gerar. fratres & sui filij, & nepotes, & vt superius dictum est, habeant, teneant, & possideant dictam petiam terræ: & eis liceat possessionem ipsius ingredi propria authoritate quandocunque deinceps faciendo de fructibus, & reditibus ipsius sine molestia, & contradictione personæ, cum omni suo melioramento, quicquid voluerint vsque in ipsorum Nannis, Iac. & Ger. tertiam generationem expletam, si iustè & rationabiliter petiit, Ita tamen quòd non habeant licentiam, nec potestatem ipsam petiam terræ in totum, vel in partem vendendi, alienādi, obligandi, permutandi, vel modò aliquo transferendi, nisi secundum tenorem præsentis precariæ, videlicet, in minoribus, vel coequalibus personis, non autem Comitibus, Nobilibus, Militibus, Capitaneis, Valuasoribus, Seruis, Religiosis personis, nec vllis, per quas ius dicti monasterij modo aliquo minuatur. Quod si fecerint, vel cessauerint per biennium in solutionem pensionis infrascriptæ aliqua ratione vel causa, aut non denuntiauerint venditionem, si vendiderint: aut illud, quod iuxta tenorem præsentis precariæ fecerint de dicta petia terræ infra vnius mensis spatium, extunc proximè futuri dicto Domi. Abbati, aut eius successoribus, seu eius Vicario, aut Camerario monachorum dicti monasterij, cadant penitus ab omni & toto suo iure, non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus, consuetudinibus, vel reformationibus factis vel fiendis per communia Bono. Ferrariæ, vel Mutinæ, & aliorum quorumcunque locorum, aut priuilegiis aliquibus eis concessis, vel concedendis, ac pactis, & compositionibus quæ dicuntur esse inter commune Mutinæ, & monasterium antedictum. Quibus omnibus & singulis expressè renuntiauit: & tunc & in eo casu liceat, & licitum sit dicto Do. Abbati, & cuilibet nomine dicti monasterij ex pacto, & certa scientia inter ipsas partes inito incontinenti, vel quandocunque sibi placuerit dictæ petiæ terræ sua propria authoritate ingredi possessionem, & eandem apprehēdere corporalem, & de ipsa, sicut de aliis, facere, & disponere tanquam de rebus propriis dicti monasterij, lege, statuto, vel iure aliquo non obstante. Reddant insuper, & persoluant pro omni affictu, & reditu, & prouentu dictæ petiæ terræ dicto Abbati, & suis successoribus, aut cui commissum fuerit, in dicto monasterio annuatim in festo sanctæ Mariæ de mense Martij cuiuslibet anni

pro

pro qualibet bobulca dictæ petiæ terræ duos denarios paruos Bono. currentes, & expendibiles pro tempore pro pensione, & nomine pensionis. Promittens dictus Domi. Abbas nomine, quo suprà, dicto Nanni præsenti, stipulanti, & recipienti pro se, & vice, & nomine Iacobi, & Gerar. eius fratrum: &, vt suprà dictum est, dictam petiam terræ ab omni homine, persona, communi, collegio, capitulo, & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & disbrigare in iudicio, & extrà, si iustè, & rationabiliter petiit. Et hæc omnia promiserunt dictæ partes inter se ad inuicem, & vicissim perpetuò firma, & rata habere, tenere, attendere, & obseruare, & non contrafacere, vel venire per se, vel alium aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto: Sub pœna decem lib. Muti. stipulatione promissa. Item reficere, & restituere sibi adinuicem omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis & extrá. Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis firmiter attendendis, obseruandis, & adimplendis, dictæ partes obligârunt sibi adinuicem, videlicet, dictus Dominus Abbas bona dicti monasterij, & dictus Nannes omnia sua, & dictorum Iacobi & Gerardi eius fratrum bona tam habita quàm habenda. Et voluerunt dictæ partes, & me notarium infrascriptum rogarunt, vt de prædictis duo conficerem instrumenta vnius & eiusdem tenoris: vnum, videlicet, pro vtraque partium prædictarum.

Actum, &c. Ego talis, &c.

Instrumentum renuntiationis.
Rubrica.

ANte præsentiam præfati Domi. Abbatis accesserunt Do. Giselina & Iuliana sorores, & filiæ quondam Iacobi de Spicialibus de Mutina, & spontè, & ex certa scientia per se, & suos hæredes renuntiarunt in manibus præfati Domi. Abbatis stipulan. pro se & suis successoribus, & vice, & nomine dicti monasterij Nonantulani, capituli, & conuentus omnium earum iuri, quod habebant, vel quomodolibet habere poterant, & possunt in quadam petia terræ, &c. vigore & occasione concessionnis factæ eisdem Dominabus &c. seu aliqua quaçunque ratione vel causa. Assen-

tientes ipsæ dominæ & vtraque earum, quòd ipse Dominus Abbas nomine dicti monasterij decæterò posit de ipsa petia terræ suam omnimodam facere voluntatem alteri in precariam concedendo pro se,& vice, & nomine dicti monasterij retinendo. Et omnia alia & singula faciendo, prout & sicut ei placuerit,& videbitur. Et sicut de aliis propriis facere potest. Et prædictam renuntiationem,& omnia & singula suprascripta promiserunt dictæ dominæ dicto D. Abbati præsenti, & vt suprà stipulanti perpetuò firma,& rata habere, tenere, attēdere, obseruare,& adimplere,& in nullo contrafacere, vel venire per se, vel alium aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, Sub pœna x.lib.Muti.stipu. promissa: qua soluta vel nō, rata maneant omnia,& singula suprascripta. Item reficere,& restituere omnia,& singula damna, & expensas, ac interesse litis,& extrà,&c.

Instrumentum relictæ certæ quantitatis pecuniæ nomine dotis ad voluntatem alicuius, qui augmentauit dotem. Rub.

Casus talis est: Quidam fecit testamentum,& instituit Peregrinam suam filiam sibi hæredem in mille libris, cùm nupserit, persoluendis,& in pluri, & in minori pecuniæ quantitate prædicta secundum dispositionem,& ad voluntatem Do. Pauli. Dictus verò D. Paulus volens addere doti dictæ dominæ (quia ætatis nubilis erat,) addidit libras quinque,& fit instrumentum hoc modo.

VErum est Dominum talem testamentum fecisse, scriptum manu talis notarij: In quo instituit Peregrinam eius filiam sibi in mille lib.Bon. hæredem, cùm nupserit, persoluēdis: & pluri & in minori quantitate prædicta ad voluntatem D. Pauli, videlicet, cùm ipsa domina Peregrina ætatis nubilis foret, Videns nominatus D. Paulus dictam D. Peregrinam non posse cum dicta quantitate pecuniæ sibi in dicto testamento relicta decenter & commodè iuxta honoris sui exigētiam maritari, eò quòd maiores solitò dotes dantur: & quia etiam comportare potest ipsius domini talis hæreditas, & facultas ex authoritate super his à dicto testatore sibi tradita,& concessa, laudauit, voluit,& mandauit, quòd per tales fratres ipsius Peregrinæ & hæredes dicti testatoris fiat additio

ditio quinque lib. Bo. de bonis hæreditatis prædictæ institutioni,& legato prædicto mille lib. Bon. Quæ quantitas tota debeat solui & tradi D. Martino dotis nomine, & pro dote ipsius Dominæ pro matrimonio inter eã & dictum D.M. cõtracto: ita tamen quòd ipsa D. Peregrina liberet,& absoluat,& liberare & absoluere debeat per legitimũ instrumentũ cohæredes & fratres suos à dicta institutione siue legato mille lib. Bon.& ab omni eo,quod ad eã spectaret, vel spectare posset in bonis dictorũ fratrũ cohæredum suorũ nomine & occasione dicti testamenti,& successionis dicti quondã Domini talis patris sui,seu alia quacunque de causa. Mandans,&c.

Alia forma literæ testimonialis pulchra. Rub.

VNiuersis & singulis præsentes literas inspecturis,salutẽ. Quãuis veritas per se ipsa elucescat, clariorẽ tamẽ transit in lucẽ, si testimonio præsidentiũ locorũ,quorũ interest,adiuuetur. Cùm itaque circunspectus vir Ant. noster ciuis notarius prælibatus scripserit rogatus,& publicauerit præsens instrumentũ procuratus,anno,indictione,& die prædictis,quod instrumẽtũ fortè diferretur ad partes,in quibus de notariatu dicti Anto. notitia nõ habetur. Nos igitur,&c. ipsum instrumentũ approbantes testamur,& fidem facimus,qualiter dicto tempore in ipso instrumento cõtento, & antè,& nunc dictus Anto. fuit & est publicus Imperiali authoritate notarius:& pro publico notario habetur ab omnibus notis suis, & à nobis,& quòd ipsum instrumentũ fuit scriptum, subscriptũ, & proprio signo signatũ,& solẽnizatũ manu propria ipsius Ant. eiúsque scripturis vt publici,practici,prudentisque,ac legalis notarij plena fides adhibetur. In quorum fidem præsentes literas fieri per infrascriptum no. nostrum nostríque sigilli iussimus impressione muniri. Datum,&c. Anno Domini,&c.

Forma subscriptionis, quando notarius rogatus de instrumento committit illud scribi. Rubri.

SI notarius rogatus de instrumento committit ipsum instrumentum de schedis, rogationibus, & scripturis suis publicis, & authenticis sumi & exemplari in publicam formam. Talis forma in subscribendo seruanda est. Pri-

mò notarius exemplificans se subscribit hoc modo, & his verbis, apponendo signum in principio nominis. Ego Augu. nota. &c. Suprascripta omnia & singula fideliter, & legaliter scripsi, sumpsi, & exemplaui, ex schedis, rogationibus, & scripturis publicis, & authenticis infrascripti Ser Albrigi notarij de eius iussu: quod facere potui secundum formam prouisionis communis Mutin. seu collegij artis notariorum dictæ ciuitatis Mutin. super hoc æditæ & confirmatæ per Illustr. Do. nostrum M. Signúmque meum in principio mei nominis apposui consuetum. Ego Albricus notarius, &c. Suprascriptis omnibus & singulis in dicto instrumento descriptis præsens fui, & ea rogatus scribere in scripturis, & schedis meis publicis & originalibus publicè & authenticè scripsi; eáque de ipsis scripturis & schedis leuari & exemplari feci per suprascriptum Augustinum notarium publicum: & in collegio notariorum Mutin. descriptum, quod facere potui secundum formam prouisionis, vt suprà dictum est in præcedenti subscriptione: & in fidem præmissorum hìc me subscripsi. Signúmque meum Tabellionatus in capite mei nominis apposui consuetum.

Instrumentum venditionis vnius sclauæ. *Rub.*

SEmpronius per se & suos hæredes sub iugo perpetuæ seruitutis dedit & vendidit Caio vnam eius Sclauam de genere Rubeorum ætatis annorum xiij. vel circà, vocatam Nastasiam sanam & integram de persona, & de omnibus suis membris occultis, & manifestis, & à morbo secundum vsum Venetiarum: amodò exinde cum plena potestate dictam Sclauam habendi, tenendi, dandi, donandi, vendendi, barattandi, & quicquid aliud placuerit eidem de dicta Sclaua faciendi sine contradictione mundi. Et hoc pro pretio ducatorum xl. auri: quos dictus emptor soluit, &c. Et promisit dictus venditor decæterò eidem emptori de dicta Sclaua litem, quæstionem, vel molestiam vllam non inferre, nec inferenti consentire: Imò dictam Sclauam à quacunque persona, communi, collegio, capitulo, & vniuersitate legitimè defendere, authorizare, & disbrigare omnibus suis expensis. Sub pœna, &c. Sub oblatione, &c. Refectione, &c.

Instr

Instrumentum donationis factæ inter viuos à muliere habente virum, extraneo coram iudice hoc approbante. Rub.

IN Christi nomine, Amen. Anno Circuncisionis eiusdem M.ccccxxxiij. indictione xj. die xiij. mensis Augusti. Constituta personaliter coram egregio, & sapiente Legum Doctore D.Iulio de Cæsis de Mutina honorabili vicario Domini Potestatis ciuitatis Regij pro tribunali sedente ad suum solitum banchum iuris pro iure reddendo positum in sala magna palatij noui communis Regij, honesta Do. Anto.filia nobilis viri Bonacursij de Plaude,& vxoris quondam Bonleonis de Canosa olim sui primi viri:& nunc vxor Ser Anto.de Moleto,dicti de Monzano,ciuis Regij,de vicinia sancti Thomæ:ac mater legitima & naturalis & hæres, vt dixit,& protestata fuit,ab intestato quondam spectabilis viri Ioan.de Canosa olim sui & dicti quondam Bonleonis viri sui legitimi.filij legitimi & naturalis defuncti ab intestato in præsentia,& voluntate,deliberatione,& consensu prædicti Ser Ant.viri sui præsentis & consentientis insinuauit, expressit,declarauit præfato domino Vicario, vt suprà, sedente pro tribunali, mihique notario & testibus infrascriptis, ꝙ ipsa D.Ant.heri in presentia dicti sui viri ex certa sciētia dedit,tradidit,& donauit,& titulo & ex causa donationis inter viuos cessit nobili viro Beltrando de Tintes ciui Regiensi,vicinię sancti Thomæ præsenti & recipiēti omnia & singula iura,& actiones,ac bona tam mobilia quā immobilia dicti quondā Io.de Canosa olim filij sui,& ad ipsum quomodocunque spectantia cū adhibitis substantialibus,& clausulis,& pactis,conditionibus,promissionibus,& iuramentis, de quibus omnibus,& singulis clarius, & per ordinem constat publico instrumento dictæ donationis, & cessionis iurium inde rogato & scripto per Ioan.de Bonzagnis no. Regij anno & indictione præsentibus,die verò xij. mensis Augusti. Quod quidē instrumentū ad maiorem contentorum in eo declarationem,& insinuationē præfato domino Vicario,vt suprà,sedente,& coram eo exhibuit,produxit,& præsentauit. Et ꝙ ipse dominus Vicarius,vt suprà,sedēs ad ipsius Do.Anto.& dicti Beltran.donatarij etiam ibi præsentis pe-

titionem & instantiam legit,& intellexit. Ac insuper ipsa domina Anto.donatrix antedicta ad maiorem roboris firmitatem constituta,vt suprà,coram ipso D.Vicario, vt suprà, sedente:in præsentia & voluntate dicti Ser. Anto. viri ratificantis,approbantis,emologantis, atque confirmantis,ac ad abundantem cautelam renouans, & de nouo faciens cum illismet pactis & conditionibus in dicto instrumento contentis hanc ipsam donationem,& iurium cessionem, necnon dictum instrumentũ superinde confectum, & omnia, & singula in ipso contenta eidem Beltrando præsenti & recipienti. Et ipse Beltran. cum ipsa rogauerunt ipsum D.Vicarium, vt suprà, sedentem, & me notarium: quatenus hanc donationem & cessionem, & omnia & singula in ea contenta, & suprà & infrà scripta faciat poni,& ponam ego no.in actis & inter acta banchi & tribunalis ordinarij communis Regij, & præfati Do. Vicarij & mei notarij & huiusmodi donationi coram ipso & ipsi & eius officio insinuatæ, & confirmatæ, ac renouatæ, vt suprà, suam & communis Regij authoritatem interponere dignetur,& velit, atque decretum, ad ipsius donationis, & cessionis maiorem validitatem, & roboris firmitatem. Qui Do.Vicarius, vt suprà,pro tribunali sedens, visa, audita,& intellecta suprascripta donatione,& iurium cessione,vt suprà,per dictam D.An.dicto Beltran.visóque suprascripto instrumento superinde celebrato, & omnibus,& singulis in ipso contentis, visáque ratificatione, confirmatione,& renouatione dictarum donationis,& iurium cessionis,vt suprà,coram ipso facta eidem Beltran.per dictam Do.An. Visáque petitione ipsorum dominæ An.& Beltran. de qua suprà, visísque & maturè ponderatis omnibus & singulis, quæ in præmissis, & circa præmissa videnda & examinanda fuerunt, causa legitimè cognita, & matura cum deliberatione prædictis omnibus & singulis suam & communis Regij authoritatem interposuit & decretum. Rogans me notarium, vt de prædictis omnibus & singu.publicum conficiam instrumentum ad sensum cuiuslibet sapientis, & inter acta mea publica banchi & tribunalis prædicti ponam, & habeam, &c.

Instru

Instrumentum societatis & accumulationis bonorum in bona forma facta inter minorem, & infrà. Rubrica.

NIcolaus Romanus minor annis xxv. maior tamen annis xviij. carens curatore generali & speciali, cum authoritate cuius contrahere posſit. Constitutus personaliter coram D. Scha. iudice pro tribunali sedente, &c. In quem Dominum iudicem tanquam in suum iudicem competentem idẽ Ni. consensit, & cõsentit, & iurisdictionem prorogauit, & prorogat, cum omni debita reuerentia petiit, ac petit ab ipso D. iudice, & per ipsum eius officiũ quod implorat sibi Nic. minori antedicto curatore carenti in curatorem sibi dari constituit & decerni Rolandum ibi præsentem & consentientem, specialiter, nominatim, & expresſè ad authorandũ, & consentiendũ, & suam authoritatẽ, & consensum præstandum, ac interponendũ infrascripto contractui societatis, promisſionis, & accumulationis, & bonorum obligationis, quem ipse minor incontinenti facere vult, & intendit, factis multis & diuersis consiliis, & deliberationibus, & tractatibus cum Ioanne & Martino fratribus suis: attẽto quòd virtus simul coadunata crescit. Vnde ipse Do. iudex sedens, vt suprà, visa & audita suprascripta petitione coram ipso facta per dictum Nico. spontè & ex certa scientia, annuens iustis petitionibus dicti Nic. & volens quantum sibi est posſibile prouidere indemnitati, & saluti dicti minoris & bonorum suorum cum maxima iuris cognitione omni modo, &c. Dedit, constituit, creauit, & ordinauit dictum Ro. ibi pręsentem, & præsens mandatum spontè suscipientem in curatorem, & procuratorem legitimum dicto Nic. minori. suprascriptis & infrascriptis omnibus: dicens: Esto procurator bonis dicti Nic. minoris, & vtilia ipsius facito, & inutilia prætermittito: & ipsum minorem indefensum non derelinquas. Qui Ro. postquàm datus fuit curator, vt suprà, promisit dicto Ni. minori, & dicto D. iudici, & mihi no. infrascripto, vt publicæ personæ præsenti stip. & recip. nomine & vice omnium & singulorũ, quorum intereſt, & intereſſe poteſt, aut intererit in futurũ, & etiã iurauit ad sancta Dei Euãgelia manibus tactis scripturis in manibus dicti Do. iudicis seden. vt

suprà,& dictum iuramentum præstantis,vtilia dicti minoris facere,& inutilia prætermittere,& ipsum minorem indefensum,& eius bona & indefensa non relinquere,& omne onus pro ipso minore,cùm necesse fuerit,& opportunum,& dicto R.pro vtilitate dicti minoris videbitur,& placuerit in se suscipere, & ipsum adultum,& eius res & bona saluum,saluas, & salua facere:& si quid ad eius manus peruenerit de bonis & rebus ipsius minoris,de eo eidem minori bonam reddere rationem cum reliquorum præstatione. Et pro prædictis omnibus & sing.firmiter attendendis,& obseruandis obligauit ipse curator dicto D.iudici, dictóque minori, & mihi no.infrascripto,vt publicæ personæ omnibus stip.vt suprà.se suósque hæredes,& omnia sua bona mobilia & immobilia præsentia & futura. Et renuntiauit dictus curator exceptioni non factorum & non promissorum omnium & singulorum suprascriptorum,actioni in factum & exceptioni doli mali condictioni sine causa,vel ex iniusta,ficta,falsa,seu nulla indebitè,vel per errorem,feriis quibuscunque,fori priuilegio, & omni alij suo iuri legum,statutorum,decretorum,& prouisionum auxilio,beneficio,& fauori, quo vel quibus,aut auxilio quorum contra prędicta vel aliquod prędictorum facere,vel venire posset,aut se tueri posset,nunc vel in futurum, quomodocunque,& qualitercunque.Pro quo quidem Ro.curatore & eius precibus,& mandatis,& instantia fideiussit,& fideiussor extitit An.qui se in hoc principalem constituens promisit pacto solenni stipulatione vallato se facturum & curaturum cum effectu,omni exceptione remota,quòd dictus curator attēdet,& obseruabit omnia & singula superius promissa per ipsum sui Anto.de suo attendere & obseruare promisit. Et renuntiauit omni beneficio de fideiussoribus,& mandatoribus,& epistolæ diui Adriani,& omni alij suo iuri legum, statutorum, decretorum, & prouisionum auxilio,beneficio,& fauori,quo vel quibus,aut auxilio quorum contra prædicta,vel aliquod prædictorum facere, vel venire posset,aut se tueri vellet,nunc,vel in futurum:quibus omnibus expresse renuntiauit,& renuntiat. Quibus omnibus, vt suprà,sic peractis coram suprascripto Do.iudice, ipse Do. iudex causa cognita,suam & communis Regij authoritatem interposuit,cum decreto. Mox post prædicta & incontinenti, & sine vllo interuallo dictus Nicol. minor ex

vna

vna parte in præsentia,& cum authoritate,& decreto,& consensu dicti D.iudicis,& dicti curatoris sui præsentium, authorantium,& consentientium ex vna parte, Ioan.& Mar.ex altera per se & suos hæredes purè,liberè,scienter, & ex certa scientia,ac animis deliberatis,& non vi,neque metu,ac nullo iuris vel facti errore ducti, Attendentes & considerantes puram dilectionem,pacem & amorem,quem gesserunt insimul:& considerantes, quòd omne regnũ in se diuisum desolabitur:& considerantes, quòd virtus vnita crescit, Omnes insimul deuenerunt,& deueniunt ad infrascriptá societatem generalem,vnionem,& bonorum communionem, & accumulationem toto tempore vitæ ipsorum, & cuiuslibet ipsorum duraturá,videlicet,quia communicauerunt,& communicata esse voluerunt inter se & suos hæredes omnia ipsorũ, & cuiuslibet ipsorum bona mobilia, & immobilia præsentia,& futura,iura,& actiones:ita vt amodò,quòd omnia bona,tam quæ habent ipsi,vel alter ipsorum nunc, vel in futurum habebunt vndecunque acquisita vel acquirenda,tam in lucris ipsorum,& industriarum persanarum ipsorum, & ex successionibus quibuscunque,tam ex testamento, quàm ex intestato,& sine testamento,vndecunq; eisdem,vel vni ipsorum prouenientibus,vel alio modo sint, & esse reperiantur ipsorum fratrum,& ad ipsos perueniant,& spectent & pertinent æquis portionibus ad ipsos fratres,& suos hæredes, nulla habita differentia inter ipsa. Et hoc ideo, quia sunt, & esse volunt,& intendunt in ipsis omnibus bonis vndecũque quęsitis,vel acquirẽdis,tam ex lucris personarum,quàm ex successionibus,& prospera fortuna,&, vt suprà, socij omnium bonorum. Promittentes dictę partes sibi adinuicẽ,ac mutuò, & vicissim:& versa vice solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus se gerere & haberi,ac operari fideliter, ac bona fide omni extraneo intellectu reiecto tanquam socij & participes omnium suorum bonorum,hoc etiam intellecto & habito inter ipsos fratres, quòd quidam vsusfructus cuiusdam domus cum iuribus suis relictę per Do. Agnetem dicto Ioan.in suo vltimo testamento cum certis conditionibus in ipso contentis,qui spectet,& pertineat ad ipsum Ioan. vigore dicti testamenti, & omni exceptione remota communis ipsorum fratrum,& ad ipsos spectare debeat de volũtate & consensu dicti Io.ac si vsusfructus ipsius domus:& ipsa

domus

domus legata fuisset dictis tribus fratribus. Quæ societas omnium bonorũ duret & durare debeat per pactum inter dictos fratres toto tempore vitæ ipsorum fratrum. Et si aliquis ipsorum fratrum vellet venire ad diuisionem dictorum bonorum, vel prouocaret aliũ vel alios fratres ad diuisionem, vel diceret, aut dicere vellet se habere meliora & potiora iura in bonis ipsorum fratrum vel alterius ipsorum quoquo modo, iure, ingenio, vel causa, vel aliqualiter infringere præsentem bonorum societatem, & præsentem contractum, vel aliqua in eo contenta, quòd eo casu adueniente ipso facto vel attentato. Ipse talis frater sit sua portione & iure priuatus, & quòd sua portio, & ius suum ipsum ipso facto perueniat, & spectet, ac spectare debeat ad ipsos fratres, seu ad ipsum fratrem, qui stare voluerint in societate prædicta. Et similiter si contingeret, quod Deus auertat, aliquem ipsorum fratrum velle dissipare, vel dissipare incœperit, vel abuti aliquo ipsorum bonorum, quòd ipse talis ipso facto vel tentato sit exclusus, & nullum ius habeat in dictis bonis vel altero ipsorum: quia sic actum extitit, & conuentum inter ipsas partes pacto solenni stipulatione vallato. Promittentes dictæ partes sibi adinuicem, mutuò, ac vicissim: & versa vice in præsentia, & cum authoritate, & decreto ac consensu suprascriptis solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus, litem, quæstionem, aut controuersiam aliquam sibi adinuicem non inferre, nec inferenti consentire, & diuisionem aliquam non petere. Et dictus Ni. minor restitutionem aliquam vel aliquod beneficium restitutionis in integrum contra præmissa & infrascripta, vel aliquod ipsorum non impetrare occasione minoris ætatis, vel alicuius læsionis, vel enormis damni: nec etiam occasione alicuius socij rixosi, nec aliquã diuisionem fructuum fieri petere quoquo modo solennibus stip. hincinde interuenientibus. Quæ omnia & singula suprascripta & infrascripta promiserũt, & solenniter cõuenerũt dictæ partes sibi adinuicẽ, mutuò, ac vicissim: & versa vice in præsentia & cum authoritate, & decreto, ac consensu suprascripto. Ac etiam iurauerunt ad sancta Dei Euangelia manibus tactis scripturis in manibus dicti domini iudicis differentis perpetuò firma, & rata habere, tenere, attendere, & obseruare, & nullo tempore contrafacere, vel venire per se vel aliũ, vel alios aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, sub

pœna

pœna dupli valoris,& æstimationis ipsorum bonorum, quæ pro tempore fuerit sibi adinuicem solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus in singulis capitulis præsentis contractus insolidum promissa. Quæ pœna toties committatur & exigi possit à parte prædictis, vel aliquo prædictorum contrafaciente, quoties in aliquo fuerit contrafactum:& ipsa pœna soluta vel non,rata nihilominus & firma maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta.Item reficere,& restituere sibi adinuicem, ac mutuò, & vicissim omnia & singula damna,expensas,& interesse,quæ vel quas vna pars occasione,culpa,vel defectu alterius faceret, aut pateretur in lite vel extra,de quibus stare promiserunt sibi adinuicem nudo & simplici verbo agentis absque sacramento, vel vllo alio onere probationis. Et renuntiauerunt in hoc l.si conuenerit.ff.de iu.om.iu.& l.j.& l.ij.ff.de iudi.Subiiciẽtes exnunc prout extunc,& extunc prout exnunc dictæ partes,& quælibet ipsarum virtute præsentis iuramenti. Et pro obseruatione omnium suprascriptorum iuri & iurisdictioni domini Episcopi Regien.eiúsque vicario,& cuiuslibet alterius iudicis tam ecclesiastici quàm secularis. Pro quibus omnibus & singu.firmiter attendendis,& obseruandis,damnis,pœnis,expensis,& interesse reficiendis obligauerunt dictæ partes sibi adinuicem,mutuò, & vicissim, sese, suósque hæredes,& omnia ipsorum bona mobilia & immobilia,pręsentia & futura:etiam ea,quæ non cadunt in generali obligatione:vt sunt supellectilia domus,& vestes à dorso. Quæ bona vna pars pro altera,& altera pro altera constituit nomine precario possidere vsque ad plenam & integram obseruantiam omnium prædictorum.Et renuntiauerunt dictę partes,certificatæ prius ad earũ,& cuiuslibet earum, claram intelligẽtiam de omnibus & sing.suspraſcriptis & infrascriptis iuribus & eorum effectibus sibi competentibus:sibi adinuicem,mutuò,& vicissim:& versa vice exceptioni non factæ dictæ societatis,& vnionis,& communicationis, & non factorum & non promissorum omnium, & singulorum suprascriptorum reíque non sic gestę,vel aliter vel malæ gestę, in factum actioni,& exceptioni doli mali, condictioni sine causa vel ex iniusta causa,ficta,falsa,seu nulla, feriis quibuscunq;,& fori priuilegio,& cuilibet beneficio restitutionis in integrum,& cuilibet legi de diuisionibus loquenti,& maximè

mè l.si conuenerit.ff.pro so.& l. Lucius.ff.fa.her.& l.fi.C.com diui.& omni alij eorum iuri, legum, statutorum, decretorū, & promissionum auxilio, beneficio, & fauori. Quibus omnibus sic vt suprà, solenniter factis coram dicto do. Iudice sedēte, vt suprà, ipse dominus iudex cū maxima iuris cognitione suam & communis Regij authoritatem interposuit pariter, & decretum. Actum, &c. Ego talis, &c.

Quædam alia renuntiatio sub hac forma. Rubr.

ET renuntiauerunt dictæ partes sibi vicissim, videlicet, dictus locator exceptioni non factæ dictæ locationis & concessionis affictus, & dicti conductores, & vterque ipsorum insolidū exceptioni non factæ dictæ conductionis & promissionis affictus: & ambæ partes exeptioni non factorū & non promissorum sibi vicissim omnium suprascriptorum modis, formis, & ex causis suprascriptis, & pactis & cōditionibus suprascriptis: Necnon prædicti cōductores nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio de fideiussoribus, & de duobus vel pluribus reis debendi: & omni alij eorum iuri & legum auxilio, quo vel quibus contra prędicta vel aliquod prædictorum facere, vel venire possent, &c.

Instrumentum collationis ecclesiæ habentis curam animarum. Rubrica.

IN nomine domini, Amen. Anno eiusdem M. cccc. die xv. mensis Aug. indictione x. Vacante siquidem ecclesia curata sancti Barto. ciuitatis Regij per mortē quondam domini Iac. de Populis olim vltimi rectoris dictæ ecclesiæ. Et ideo reuerendus in Christo pater Do. Do. Tebaldus de Sesso Dei & apostolicæ cedis gratia episcopus Regieñ. & princeps. Volens & intendens prout de iure tenetur, & debet indemnitati ipsius ecclesiæ vacantis totaliter prouidere, maximè ne ipsa ecclesia in spiritualibus & in temporalibus aliquibus subiaceat incommodis. Animaduertens, quòd vbi maius onus incumbit, ibi cautius est prouidendū. Cognoscens quoque, quòd circa curam rei spiritualis maximè circa salutem, prouisionem, & necessariam animarum & parochianorum ipsius ecclesiæ cum digno & idoneo ac fructuosiore rectore est

re est prouidendum. Plenissimè cōsiderans de persona, industria, prouidentia, & legalitate venerabilis viri do. Matthæi de Lanfran. de Regio presbyteri, per quem & eius solicitam curam, & diligens studium dicta ecclesia in spiritualibus & in temporalibus Deo duce felicia & salutifera suscipiet incrementa. Inuocato prius nomine altissimi Domini nostri Iesu Christi & beati Bartholo. sub cuius nomine & vocabulo ipsa ecclesia fundata est, & nominata, & omni modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis & melius potuit, & potest ipsum dominum Matthæum præsentem, & reuerenter acceptantem in rectorem, & pro rectore huiusmodi ecclesiæ vacantis, vt præfertur, elegit, & nominauit, & deputauit: ac eligit, nominat, & deputat, & ipsum in rectorem verum & indubitatum ipsius ecclesiæ & iurium suorum spiritualium, & temporalium fecit, constituit, & deputauit, ac facit, constituit, & deputat pro hac vice tantùm inuestiens ipsum domi. Matthæum præsentem, & coram eodem do. Episcopo flexis genibus humiliter existentem cum annulo aureo, quem tenebat in manibus, de huiusmodi ecclesia & iuribus suis vniuersis spiritualibus, & temporalibus, vbicunque sint, & esse reperiantur. Curam animarum ipsius ecclesiæ & reliquorum suorum bonorum spiritualium & temporalium sibi tenore præsentis contractus vel instrumenti plenariè committendo. Ita quòd decæterò idem D. Mattheus vigore & occasione præsentis deputationis, collationis, constitutionis, & inuestituræ ab omnibus habeatur & reputetur verus & legitimus rector, & administrator ecclesiæ memoratæ, & iurium huiusmodi. Qui d. Matthæus rector constitutus, prouisus, & inuestitus, vt præfertur, promisit eidem D. Episcopo præsenti, stipulanti & recipienti nomine & vice ecclesiæ prædictæ: ac iurauit ad sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis scripturis in manibus præfati D. Episcopi prædictā ecclesiā, & vniuersa sua iura tam spiritualia, quàm temporalia, bene, fideliter, ac solicitè custodire, regere, & saluare: & ipsa pro posse suo augere, & augmētare: ipsāmq; ecclesiā debitis temporibus officiare, & populū sibi cōmissum illæsum conseruare, maximè vbi salus appetit animarū: necnō inuentariū bonorū ipsius ecclesiæ spiritualium & temporaliū infra vnum mensem proximè venturū diligenter facere: & illud præfato Episcopo præsentare, & deponere: & omnia alia & singula

facere

facere,quę de iure tenetur,& debet. Vnde idem D. Episcopus receptis prius à prædicto D. Ma. rectore antedicto promissionibus & iuramento prædictis:commisit venerabilibus viris domino Tali & Tali,licet absentibus,& vtrique ipsorum in solidum:quatenus vadant,& inducant,& ponant prædictum D. Ma. in tenutam & corporalem possessionem dictæ ecclesiæ & iurium suorum bonorum omnium, tam mobilium, quàm immobilium præsentium & futurorum: remoto exinde quolibet illicito deceptore,siue occupatore. Actũ,&c.

Instrumentum locationis terrarum in bona forma,&c. Rub.

IN Christi nomine,Amen. Anno Circũcisionis eiusdem M.cccccxxxvj. indictione xiiij. die ix. mensis Maij. Commendabilis vir Nicolaus de Zachagnis filius Ioannis ciuis & habitator ciuitatis Regij in vicinia sancti Prosperi de Castello per se & suos hæredes ac successores dedit, concessit,& locauit ad laborandum ad medium hinc ad vnum annum, & abinde in antea ad voluntatem partium Zanno, qui dicitur Zanuchus,& Marti. fratribus,& filiis Oraboni de Menotio, & Peregrino & Geminiano fratribus, & filiis dicti Zanuchi in præsentia,voluntate, & consensu dicti Zanuchi eorum patris ibi præsentis,consentientis,& authorãtis omnibus & singu. infrascriptis: omnibus præsentibus & conducentibus pro sese & suis hæredibus & successoribus,ac nomine,& vice An. & Iac. fratrum filiorum dicti Zanuchi: pro quibus omnibus de rato & ratihabitione omnium & singulorũ infrascriptorum ipsi Zanuchus & Martinus fratres, & Peregri. Gemi. fratres & filij dicti Za. cum authoritate,voluntate, & consensu quibus suprà promiserunt,& promittunt sub pœna infrascripta:& sub obligatione sui & omnium suorum bonorũ vnam possessionem siue mezadriam iuris dicti Ni. locatoris & terras ipsius possessionis,siue mezadriæ, laboratiuas, pratiuas, saldas,& boschos positos in villa dela Tixa & de Caluedræ districtus Regij,quot,quales,& quantęcunque sint,& quibuscunque confinibus terminentur ad ipsam possessionem, siue mezandriam spectantes & pertinentes. Quam locationem idem Nic. locator promisit & solenniter conuenit eisdem Zanucho & Mar. fratribus,& Peregrino, & Geminiano ibi præsentib

præsentibus,& mihi no.infrascripto vti publicæ personæ stipulantibus & recipientibus nomine & vice dictorum Iacobi & An.fratrum suorúmque hæredum & successorum hinc ad vnum annum proximè futurum firmam,ratam,& gratam habere,tenere, attendere,& obseruare vsque ad dictum terminem vnius anni proximè futuri, nullámque aliam locationem,dationem,obligationem, vel contractum de & ex dicta possessione,& terris facere,cuius prætextu,vel occasione præsens locatio infringatur, Vel quo minus ipsi conductores dictam possessionem,& terras laborare,tenere,& vsufructuare, vt infrà vsque ad dictum terminum valeant,& possint, pactis tamen & conditionibus infrascriptis. Et hoc ideo,quia econuersò prædicti Za. M.fratres, & Pet.& Gemi. dicti Zanuchi filij cum authoritate, voluntate, & consensu dicti Za.eorum patris,& quilibet ipsorum principaliter & insolidum per sese,& eorum hæredes, ac etiam nomine & vice suprascriptorum Iaco. & Ant. fratrum filiorum suprascripti Za.pro quibus etiam promiserunt ipsi conductores & quilibet ipsorum insolidum de rato & ratihabitione omnium & singulorum suprascriptorum & infrascriptorum promiserunt solenniter, & promittunt dicto Nic.ibi præsenti stip.& reci.pro se & suis hæredibus,bene diligenter & solicitè temporibus debitis, & congruis arare,colere,& laborare de terris dictæ possessionis siue mezadriæ singulo anno,quoad durabit præsens locatio bobu. quadragintaquinque terræ more boni laboratoris, & mezadri,& secundum formam statutorum cõmunis Regij,& in eis terris sic bene aratis & laboratis quinto sulcu ad minus seminare de cõmunibus seminibus ipsius Nicolai locatoris & dictorum conductorum:& omnes dictas terras sic,vt suprà, laboratas,cùm in eis seminatum fuerit zapolare,& bene assulcare:& omnia alia & singula in prædictis,& circa prædicta,& quodlibet prædictorum facere,& adimplere,quæ tenentur,& debent de iure, & secundum formam statutorum prædictorum.Segetésque maturas temporibus debitis metere,colligere,triturare,mundare,anetare,& bene sasonare super area, & curtili dictæ possessionis in dicta villa de Caluedræ districtus prædicti,vites,& pergolatas, & arbores, & plantatas existentes:& quæ sunt super & in dicta possessione,seu mezadria,seu terris dictæ possessionis, vel mezadriæ temporibus debitis & congruis putare,leuare,ligare,& manutenere, ac arrũpere,&

C

retasare congruis temporibus, & omnia alia & singula facere in prædictis, ad quæ tenentur de iure, & secundum formam dictorum statutorum. Et medietatem omnium & singulorum bladorum, vuarum, pirorum, nucum, & glandium, & cæterorum fructuum, qui nascentur, percipientur, & colligentur super dicta possessione, seu terris dictæ possessionis tempore debito bona fide sine fraude conducere, & cõsignare eidem Nicolao, vel suis hæredibus ad domum suæ habitationis in ciuitate Regij omnibus & singulis ipsorum conductorũ sumptibus, laboribus, & expensis, exceptis tamen datiis portarum Regij, pro quibus idem Ni. locator soluere teneatur. Item dicti conductores promiserunt, & solenniter conuenerunt, ac promittunt, vt suprà, durante præsenti locatione cum eorum personis & tota ipsorum familia, & cum bestiis dictæ possessionis stare, habitare, & morari in domo super curtilli, & sub tezia dictæ possessionis, vt letamina fiant in stabulis, & super curtili dictæ possessionis: fossatáque necessaria fodere, reparare, & disgomberare campos dictæ possessionis, quibus magis indigebunt vsque ad numerum perticarum lx. locatore prædicto soluente medietatem expensarum dictorum fossatorum dictis conductoribus pro ipsorum mercede, & hoc singulo anno, quoad durabit præsens locatio. Item promiserunt & promittunt conductores prædicti dicto Nicol. locatori ibi præsenti & stipul. vt suprà singulo anno durante dicta locatione in terris & super terris dictæ possessionis plantare, auuidare, & alleuare vnam, vel plures plantatas de opiis seu salicibus cum vitibus suis vsque ad numerum opiorum seu salicum quinquaginta singulo anno vt suprà: & hoc facto & adimpleto per ipsos conductores dictus Nicolaus locator eisdem conductoribus dare, soluere, & numerare teneatur pro labore & mercede sua dictarum plantatarum, auuidatarum, & alleuatarum, vt suprà, omne id & totum, quod eisdem conductoribus taxabitur per duos bonos viros eligendos per partes, si & quando, & quotiescunque ipsi conductores amplius nõ laborarent prædictam possessionem, seu terras prædictas à dicto Nicolao: quia sic actum extitit inter ipsas partes per pactum expresim appositum & solenniter conuentum ante celebrationem præsentis contractus in ipsa celebratione & póst. Et pro pastura

ſtura infraſcriptorum boum, vaccarum, aliarum beſtiarum ipſe Nicolaus locator exnunc dictis conductoribus ibi præſentibus aſsignauit, & aſsignat ſua prata dictæ poſſeſsionis tam paſcua quàm nemora, & quæque ſunt aperta exiſtentia in dictis terris: & quæ alij laboratores & Mezadri dictæ poſſeſsionis conſueti fuerunt tenere, ſecare, & vſufructuare, quot, quales, & quantacunque ſint, & vbicunque reperientur in dictis villis: quæ quidem prata, & ſaldas apertas aptas ad ſecandum, dicti conductores dictis nominibus & quilibet ipſorum inſolidum, vt ſuprà, ſolenniter promiſerunt dicto locatori ſtipulanti, vt ſuprà, legitimis temporibus bene & ordinatè ſecare, & ſecata manu tenere, & fœnum colligere, exinde cuſtumare, & bene ſaſonare, & tempore debito reponere ſub tezia dictæ poſſeſsionis pro paſtura beſtiarum dictæ poſſeſsionis tantùm. Inſuper prædicti conductores & vterque ipſorum per ſe ſuóſque hæredes & ſucceſſores fuerunt confeſsi, contenti, & in concordia cum dicto Nicolao locatore ibi præſente ſtipulante & recipiente pro ſe ſuíſque hæredibus & ſucceſſoribus ſeſe ab ipſo Nicolao habuiſſe & recepiſſe ad capitale, & penes ſeſe habere vnum par boum cum iugo aredato: vnum, videlicet, cum cornibus leuatis, & alterum manzolum cum cornibus abſciſsis, æſtimatos de ipſorum communi concordia & voluntate ducatis viginti auri, & in auro & ſolidis vndeuiginti, præſentis monetæ & empt. per ipſum Nicolaum & de ſuis propriis denariis & pecunia pro dicta quantitate, prout ipſæ ambæ partes vna ad petitionem alterius, & altera alterius prædicta vera eſſe dixerunt, & confeſſæ, ac proteſtatæ fuerunt in præſentia mei notarij, & teſtium infraſcriptorum: & in alia parte habuiſſe & penes ſeſe habere ad capitale ab ipſo Nicolao vnum par vaccarum à iugo: quarum vna vocatur bionda, & altera bonella, & vnum vitulum, & vnam vitellam: quæ quatuor capita dictarum beſtiarum bouinarum æſtimata fuerunt de communi concordia ipſarum partium, vt ſuprà, duca. quatuor auri. Item etiam habuiſſe & habere penes ſeſe ab ipſo Nicolao ad capitale vnam vaccam à lacte prægnantem, quæ dicitur Sabadina, & vnam vaccam rotundam pili rubei cum vno vitulo, quæ ambæ ſunt iuuenes, & æſtimatæ fuerunt cum ipſo vitulo vſque ad quanti-

patrem duca,xiij. auri: & etiam habuisse & penes sese habere ad capitale,vt suprà,tres manziolos castratos duorum annorum circà,æstimatos de communi concordia, vt suprà,vsque ad quantitatem duc.xj. auri. quæ omnes quantitates ducatorum ascendunt ad summum duca.lviij.auri, vt suprà, & sol. xviij.præsentis monetæ.Item in alia parte habuisse, & recepisse,& penes sese habere ad capitale duas porcas à rocio cum x.temporalibus, & cum xv. lactiolis, æstimatas in totum de ipsarum partium voluntate lib.xvj. præsentis monetæ. Item in alia parte manziolos octo,æstimatos lib.xvj.præsentis monetæ.Item habuisse & recepisse in alia parte,vt suprà,pecudes xxviij.& vnum hircum magnum cum nascentibus xxiij.æstimatos,vt suprà,flo.xv.auri,& sol.xix.dictæ monetæ. Item etiã habuisse,& penes sese habere,vt suprà,vnum plaustrum ferratum,& fulcitum omnibus necessariis ,æstimatum , vt suprà, lib.xiiij.dictæ monetæ:& vnum piodum, vnam culturam, & vnum gomerium,cum vno pari corrigiarum ferratarũ, cum duobus iugis fulcitis : quæ in piodum cum omnibus aliis rebus post ipsum descriptis:& quas res cum ipso piodo liberè dimittere debeant,& teneantur dicti conductores,quales erunt, vtendo tamen durante locatione prædicta ipsis rebus arbitrio boni viri, & salua semper dictarũ rerũ substantia. Quas quidem bestias suprascriptas superius nominatas, descriptas, & qualificatas,promiserunt ipsi conductores & quilibet ipsorum principaliter & insolidum,vt suprà , sese & eorum bona obligando ipsi Nic.ibi præsenti stipul. reci. pro se & suis hæredibus diligẽter & solicitè pascere,& nutrire,guardare,& custodire,saluare,& alimẽtare omnibus ipsorũ cõductorũ laboribus et expensis:et eorũ nascentes alleuare,et pascere cũ dictis bestiis, vt suprà,ad cõmodum,et lucrum, dãnum,et incõmodum:et medietatem casei singulo mense durante dicta locatione sine fraude dare et præsentare ipsi Nic.locatori,vel suis hæredibus in ciuitate Regij ad domum habitationis suæ omnibus ipsorum conductorum sumptibus , et laboribus , et expensis,saluis datiis portarum , et gabellæ ciuitatis Regij: pro quibus idem Nic.locator soluere teneatur:et in fine præsentis locationis,seu quandocunque non laborarent,vt suprà, conducere et consignare super mercato Regij eidem locatori omnes et singulas bestias suprascriptas tunc temporis ex-

tante

stantes cum omnibus et singulis nascentibus suis: et ibi omnes bestias ipsas et nascentes in duas partes diuidere bona fide, et sine fraude, et medietatem omnium ipsarum bestiarum et nascentium sic diuisarum, vt suprà liberè dimittere, consignare, et relaxare eidem locatori, vel suis hæredibus, et eidem illico soluere, et satisfacere de medietate totius suprascripti capitalis omnium ipsarum bestiarum, quod fuit, et est in summa, vt suprà. Cum hoc, quod si dictæ bestiæ, vel nascentes: seu aliqua ipsarum diuino iudicio, vel morte naturali morerentur, seu perirent in totum vel in parte: tunc totum damnum sit vtriusque partis, videlicet, pro dimidia pro vtraque parte. Si verò perirent, morerentur, perderentur, magagnarẽtur, seu deuastarentur culpa, defectu, dolo, seu negligentia, vel mala custodia, vel malo nutrimento prædictorum conductorum, vel familiæ suæ, tunc totum damnum spectet, et pertineat insolidum ipsis conductoribus. Item prædicti conductores cum authoritate, et consensu, quibus suprà, habuerunt, et confessi fuerunt, ac protestati coram me notario, et testibus infrascriptis: ac penes sese habere plaustra xiiij. cum dimidio ad quadrellum boni fœni bene custumati, et safonati de fœno proprio dicti Nic. locatoris: quod fœnum dictus Nic. locator dictis conductoribus seu mezadris dedit et assignauit, et dat et assignat, et super curtili, et sub tezia dictæ possessionis: et quod fœnum, et plaustra xiiij. cum dimidio boni fœni et bene custumati in fine præsentis locations, vel quando: et quotiscunque ipsi mezadri non amplius laborent dictam possessionem, seu terras prædictas à dicto Nicol. locatas, dare, assignare, mensurare, et relaxare promiserunt, et promittunt conductores prædicti, et quilibet ipsorum insolidum, vt suprà, eidem Nico. locatori, vel suis hæredibus sub tezia dictæ possessionis bene custumatum & safonatum ad laudum vnius vel duorum bonorum virorum per partes eligendorum. Item promiserunt, & promittunt conductores suprascripti suprascripto Nicol. ibi præsenti & stipulanti, vt suprà, singulo anno durante præsenti locatione dare, & præsentare paria quinque pullorum ad festum sanctæ Mariæ de mense August. pro honorantia curtilis dictæ possessionis, ad festum natiuitatis Domini nostri Iesu Christi paria tria caponum grossorum & pinguium, ad festum Omnium sanctorum vnum

anserem, & ad Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi xxv. oua gallinarum. Ac insuper ipsi Zanuchus & Mar. fratres & Pere. & Ge. dicti Za. filij in præsentia cum authoritate & consensu dicti eorum patris, vt suprà, habuerunt, & receperunt, et habuisse, et recepisse sponte, et ex certa scientia confessi fuerunt à dicto Nico. locatore ibi præsente dante, et soluente de denariis propriis libras quadraginta præsentis monetæ currentis in ciuitate Regij ex causa mutui, & amore, et in auxilio melius laborandi dictã possessionem, et terras prædictas datas, traditas, solutas, & numeratas per dictum Nic. locatorem eisdem conductoribus ante hunc cõtractum factum non sub spe amplius futuræ numerationis siue traditionis, exceptioni nõ habitarum, et nõ receptarũ dictarum librarum quadraginta dictæ monetæ omnino renunciantes prædicti Zanuchus et Martin. fratres, et dicti Peregrinus et Gemi. dicti Za. filij in præsentia, & cum authoritate, quibus suprà, et quilibet ipsorum. Quas quidem libras quadraginta dictæ monetæ prædicti Zanuchus et Mart. fratres, et Peregrinus et Geminianus filij dicti Zanuchi cum authoritate, voluntate, consensu, et licentia dicti Zanuchi eorũ patris, et quilibet ipsorum principaliter et insolidum obligantes sese, et omnia, et singula sua bona promiserunt, et promittunt solenniter dicto Nic. ibi præsenti, stipulanti et recipiẽti, vt suprà, restituere, soluere, et numerare eidem Nic. vel suis hæredibus in ciuitate Regij, et alibi vbi libet ipsi vel quilibet ipsorum inuenti fuerint, et requisiti sine damnis, expẽsis, et interesse dicti Nico. suorúmque hæredum et successorum in fine præsentis locationis, vel quandocunque, et quotiescunque ipsi Mezadri non laborarent amplius dictam possessionem seu terras suprascriptas à dicto Nico. locatore: & omnia & singula prædicta non obseruarent ad omnem voluntatem & simplicem requisitionem dicti Nico. locatoris seu ipsius hæredum. Quã quidem locationem, & cõductionem, & quæ pacta, promissiones, & omnia alia & singula suprascripta & infrascripta promiserunt dictæ partes, & vtraque ipsarum sibi adinuicem solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus, videlicet, dictus Ni. eisdem Mezandris conductoribus suprascriptis ibi præsentibus, & mihi notario infrascripto vti publicæ personæ omnibus stipu. & recipientibus, vt suprà, & ipsi Zanuchus & Marti. fratres & Peregri. & Gemi.

Gemi. dicti Za. filij cum authoritate, qua suprà, & quilibet eorum principaliter, & insolidum obligando dicto Nic. ibi præsenti stip. & recipienti pro se suísque hæredibus & successoribus, & delato eisdem, et cuilibet ipsorum sacramento per me no. infrascriptum promittendo iurauerunt ad sancta Dei Euangelia manibus propriis corporaliter tactis scripturis in manibus mei notarij infrascripti sacramentum deferentis, vt suprà, sese perpetuò firmam, ratam, et gratã, ac firmas, ratas, et gratas: et firma, rata, et grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & nunquã contrafacere, vel venire per se, vel alium, vel alios aliqua ratione, vel causa, de iure vel de facto: sub pœna lib. c. sibi adinuicem et mihi notario infrascripto vt publicæ personæ stipu. et recipienti, vt suprà, solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus singulis capitulis præsentis contractus insolidum promissa: qua soluta vel non prædicta, omnia et singula firma perdurent. Item reficere et restituere sibi adinuicem omnia et singula damna, expensas, et interesse, quæ vna pars culpa, defectu, seu negligentia alterius pateretur, vel sustineret in iudicio vel extrá. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et obseruandis, ac pro pœnis, damnis, expensis, et interesse reficiendis, et restituendis obligauerunt dictæ partes sibi adinuicem et in solidum omnia ipsarum partium bona mobilia et immobilia præsentia et futura. Quæ bona dictæ partes et vtraque ipsarum sibi adinuicem sese pro altera adinuicem suísque hæredibus et successoribus et eorum adinuicem nominibus precario iure constituerunt tenere et possidere vsque ad plenam et integram obseruantiam omnium & singulorũ suprascriptorum et infrascriptorum. Et renuntiauerunt omnino et expresse dictę partes: et vtraque ipsarum sibi adinuicem exceptioni non factæ præsentis locationis et conductionis: et non factorum et non promissorum omnium et singulorum suprascriptorum et infrascriptorum: exceptioni doli mali, condictioni sine causa vel ex iniusta causa, ficta, falsa, seu nulla indebitę, vel per errorem, et actioni in factum. Et ipsi Mezadri et quilibet ipsorum insolidum exceptioni sibi non numeratæ, et non mutuo acceptæ suprascriptæ quantitatis denariorum suprascriptorum, quantitatum bestiarum, fœni, & rerum non sibi datarum, & consignatarum, vt suprà, & ma

ximè & expresè beneficiis nouarum constitutionum de pluribus reis debendi, epistolæ diui Adriani, & nouæ constitutionis de fideiussoribus, & mandatoribus, feriis quibuscunque, forique priuilegio, & omni alij & singulo suo iuri, legum, statutorum, prouisionum, & reformationum auxilio, beneficio, & fauori in prædictis omnibus & singulis. Actum, &c.

Instrumentum secundi testamenti cum reuocatione primi. Rub.

IN nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem M.ccccxl. indictione iij. die tali, &c. Quoniam mors, & vita in manu Dei sunt: & melius est metu mortis viuere, quàm spe viuendi ad mortem subitaneam peruenire. Et quia dicitur in Euangelio: Estote parati, quia nescitis diem, neque horam. Et quòd omnes stabimus in hoc seculo, siue bonum, siue malum quodcunque fuerit illud. Idcirco Io. &c. sanus corpore, mente & intellectu, ac bonæ dispositionis, & memoriæ cupiens & affectans sua bona & res taliter disponere & ordinare, ne post eius decessum aliqua lis, contentio, discordia, seu controuersia inter viuos, seu superstites posit suboriri. In Christi nomine, eiúsque gloriosissimæ virginis matris Mariæ, & totius curiæ cælestis triumphantis, nolens decedere ab intestato procurauit, & disposuit, ac facit, & disponit, condit, & ordinat hoc suum præsens testamentum nuncupatiuum, & ordinamentum, & eius vltimam voluntatem. Quod quidem testamentum dictus testator voluit, & iussit, & ordinauit: vult, iubet, & ordinat valere, & tenere debere, & quòd valeat & teneat, & roboris firmitatem obtineat perpetuò & omni tempore iure testamenti nuncupatiui, seu iure codicillorum, vel iure donationis causa mortis, vel iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, & omnibus illis, modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius valere & tenere potest & poterit. Et quòd non posit mutari, nec infringi, nisi fortè mutarentur in scriptis de voluntate dicti testatoris per manum publici legalis & authentici notarij, & Tabellionis faciendo de præsenti testamento mentionem expressam & specificam. In primis nanque dictus Io. testa

testator cassauit, irritauit, reuocauit, & annullauit, cassat, irritat, & annullat, ac reuocat, & nullius valoris, & momenti esse voluit, & iussit, vult, & iubet, testamentum vnum aliàs per dictum testatorem conditum, & ordinatum in ciuitate Bo. Rogatum & traditum per Vgolinum benzij de Benatiis not. publicum Bo. de Anno Domini curso M.ccccxxxvij. indictione xiiij. die xij. mensis Aug. Et omnia alia & singula testamenta, codicillos, legata, iudicata, & ordinaméta, vltimas voluntates, & dispositiones per ipsum testatoré, hinc retrò facta, factos, et factas, siqua, siquos, et siquas fecisse reperiantur, etiam si in eis forent apposita aliqua verba, seu aliqua clausula derogatoria, de qua oportuerit mētionem specialem fieri per hoc suum præsens testamentum nuncupatiuum, et ordinamentum, quod voluit, et iussit, ac vult, et iubet perpetuò, et omni tempore valere, et tenere illis modo, iure, et forma, quibus melius valere, et tenere potest, et poterit. Item iudicauit et legauit ecclesiæ sancti Saluatoris lib. v. Imperialium, &c. Item iudicauit, et legauit, et iure legati reliquit conuentui fratrum minorum flo. x. auri pro missis et orationibus celebrandis, et dicendis, et in remedium et pro remedio animæ ipsius testatoris, et suorum præcessorū defunctorum. Item iudicauit, et legauit, et iure legati reliquit cuilibet eius testatoris consanguineo germano, et cuilibet eius parenti et affini tam paterno quā materno sol. v. Imperialiū pro quolibet eorum, qui nihil aliud petere, nec requirere possint, neque valeant in bonis, nec super bonis dicti testatoris. Item dixit, voluit, et iussit, statuit, et ordinauit, quòd cadaueri ipsius testatoris deferatur, et deferri, et sepeliri debeat ad ecclesiam siue in cœmeterio Fratrū minorum, et eius corpus induatur, prout induuntur fratres minores ordinis sancti Frācisci. Et quòd fiat funus ipsius testatoris honorificè, si et inquantum ipse decessit in dicta ciuitate. Et si ipse decederet, vel mori cōtigerit in alia ciuitate, vel loco quā in ciuitate Regij, ꝙ simili modo cadauer ipsius deferatur, et sepeliri debeat in cœmeterio ecclesię fratrum minorū illius ciuitatis seu illius loci, in qua seu in quo decederet, seu mori cōtigerit. Itē dixit, voluit, et iussit, statuit, et ordinauit, ꝙ do. Pere. de talibus vxori ipsius testatoris post obitum dicti testatoris toto tēpore vitæ ipsius dominæ sit et esse debeat domina massaria, et vsufructuaria bonorū omniū & singulorū dicti testa-

C

toris tam mobilium quàm immobilium, vbicunque reperiantur tempore obitus dicti testatoris, ipsa domina custodiente lectum, & honoré dicti testatoris, & vitã viduale & honestam ducente. Et in casu, quo dicta domina vellet se nubere, ꝙ tunc & eo casu ipsa habeat, & habere debeat ducatos c. de bonis ipsius testatoris & mobilia, &c. quos ducatos c. & quæ mobilia dictus testator eidem dominę eo casu adueniente, vt suprà, iudicauit et legauit. Et reliqua omnia bona dicti testatoris renuntiat in infrasciptum hospitale sanctæ Mariæ virginis de la Misericordia, prout infrà declarabitur. Quod quidem hospitale ipse testator sibi hæredem vniuersalem instituit, vt infrà continetur, & pro modo & forma vt infrá. Item iudicauit, & legauit, & iure legati reliquit guardiano fratrũ minorũ, qui tẽpore obitus ipsius testatoris fuerit in conuentu fratrum minorũ ciuitatis Regij lib. xvj. de bonis ipsius testatoris pro anima sua, & pro emendo duas cappas ad hæc, vt ipse guardianus sit & esse debeat magis solicitus, et promptus in faciendo mandari executioni negotia dicti hospitalis. In omnibus autem bonis suis mobilibus, & immobilibus, actionibus, iuribus, & nominibus debitorum vbicunque sint, & esse reperiantur tẽpore dicti testatoris, sibi hæredes instituit vnũquẽque, seu quẽlibet ex liberis suis legitimis, & naturalibus tam masculum quã fœminã viriliter & in virilem, & eos sibi inuicẽ substituit, quãdocunque contingat eos, vel alter eorũ decedere sine filiis legitimis, & si filios vel filiam prædicti testatoris, siue eius liberos contigerit decedere ante mortem dicti testatoris, extunc hæredes sibi instituit suorũ liberorũ liberos tã masculos quã fœminas: & etiam posthumum & posthumos nasciturũ siue nascituros suo ore proprio nominãdo. Sed si contingat dictũ testatorem decedere sine liberis, & eo casu ipse testator sibi hæredem vniuersalem instituit hospitale, quod fieri vult, iubet, mandat, ordinat, & instituit, voluit, iussit, mandauit, ordinauit, & instituit, vt infrà, de bonis & hæreditate relinquentis per ipsum testatorẽ, tempore eius decessionis, & per personas, & modis, & forma, & sub vocabulo de quibus infrá. Cum hoc tamen, quòd voluit, iussit, instituit, & ordinauit, vult, iubet, statuit, & ordinat. Quod eo casu, quoquo modo contingat prædictum testatorem decedere sine liberis legitimis: tunc & eo casu dicta do. P. eius testatoris vxor legitima toto tempore vitæ

suæ,

suæ, sit & esse debeat domina, massaria, & vsufructuaria omnium bonorum, & rerum relinquendorum per ipsum testatorem, vt suprá. Item dixit, voluit, iussit, statuit, & ordinauit: vult, iubet, statuit, & ordinat, quòd post mortem dicti testatoris & dictæ D.P. eius vxoris legitimæ ad honorem & reuerentiam gloriosæ virginis matris Mariæ fiat, cõstruatur, & ædificetur in domo ipsius testatoris, in qua habitat de præsenti, sita in tali loco, &c. confines, &c. vnũ hospitale pro hospitio, & in quo hospitari valeant, debeant, & possint pauperes, & egenos ac egeni Domini nostri Iesu Christi per d. Gregorium An. & Petrum ipsis superuenientibus post mortem dictorum testatoris & dominæ P. & si nõ superuixerent prædicti dominus Greg. An. & Pe. sed alter eorum decesserit, seu decedat, ante mortem dicti testatoris, & prædictæ do. P. quòd tunc fiat dictũ hospitale per illum seu illos ex dictis de Talibus, & filios, & filias, seu nepotes, seu neptes eius, seu eorum, qui decesserint, seu decedat, superuenientes de fructibus, redditibus, & prouentibus terrarum, & bonorum suorum, quæ vel quas res tempore obitus sui reliquerit, de quibus redditibus, fructibus, & prouentibus debeat fulciri similiter dictum hospitale, lectis, lecteriis, & aliis necessariis pro dicto hospitali annuatim, & prout ipsi fructus, reditus, & prouentus postulabunt, & requirent. Item voluit, iussit, statuit, & ordinauit, vult, iubet, mandat, statuit, & ordinat, quòd prædicti dominus Grego. Ant. & Pet. & ex eis legitimis & legitimè descendentibus, & descendentium descendentes sint, & esse possint patroni dicti hospitalis, & eos in patronos constituit, & ordinat, & ius patronatus in eis esse vult, & intendit durare & perseuerare, & dando, & concedendo, & præstando authoritatem, potestatem, facultatem, & baliam, rectorem, & hospitalarium in dicto hospitali, & dicti hospitalis eligendi, instituendi, & ponendi, & remouendi vnum, & plures, & toties, & quoties eiusdem videbitur pro dicto hospitali, & pauperibus ibidem hospitantibus vtile seu necessarium, cum consilio, & deliberatione Guardiani fratrum minorum, quem Guardianum domi. Grego. qui pro tẽporibus illis erunt, cùm prædicta fieri contigerit, sine aliqua licentia Reuerendissimi in Christo patris & domini domini Episcopi Regij: quoniã idẽ testator noluit neq; vult, q̃ præfatus dom. Episcopus, nec eius do. Episcopi successores,

cessores, neque Vicarij aliquam potestaté confirmandi, aut ponendi, vel remouendi aliqué hospitalariú ibidé habeat: sed prædicti patroni sic, cum cõsilio & deliberatione & consensu suprascripti Guardiani fratrum minorú. Quem guardianú ipse testator fecit, & instituit, & executorem præsentis testamenti, & compulsorem ad faciendum exequi præsens testamentú, & contenta in eo per suprascriptos dominú Greg. An. & Petr. & eorum, & cuiuslibet eorum, descendentes: ita quòd nulla alia persona tam ecclesiastica quàm secularis habeat authoritatem, potestaté, & baliam super dictos do. Greg. Ant. & Petrum, & eorú descendentes pro prædictis exequendis, nisi præfatus do. Guardianus, qui pro temporibus erit. Et hoc, quoniam ita est eius testatoris voluntas, & aliter nõ iussisset, nec voluisset dictum hospitale fundari. Decernens, iubens, insuper statuens, & volés, ꝙ prędicti, quos patronos esse vult, & intendit prædicti hospitalis, nõ possint cogi, nec compelli ad aliquam rationem reddendam, nec executionem faciendam pro prædictis, nisi per prædictum Guardianum suprascriptum. Item hoc addito, quòd nullus prædictorum patronorum aliquo tempore, nec aliquo modo alienare possit, neque valeat aliquam proprietatem in toto, nec in parte bonorum immobiliú relinquendorú per ipsum testatorem, seu quæ relinqui contigerit per mortem dicti testatoris aliqua occasione vel causa: sed eas regant, custodiant, protegant, gubernent, & defendant incorrupta, & integra: quoniam dictus testator voluit, & ordinauit, vult & ordinat, quòd ipsæ proprietates sint dos & pro dote ipsius hospitalis. Et hæc est eius testatoris vltima voluntas. Et de prædictis omnibus & singulis dictus testator rogauit me Ioannem de Turris notarium infrascriptum confici debere publicum instrumentum. Actum, &c. Ego talis, &c.

Instrumentum procuræ Baptismatis. Rubr.

IN Christi nomine, Amen. Anno natiuitatis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, M.cccc.xlvj. indictione tali, die tali, &c. Tomas quondam Philippi Caprioli auidus multiplici studio nouas inire amicitias, & partas iugiter augere, & cõseruare: quia in rebus prosperis & aduersis nil preciosius amicitia reperitur: omni modo, via, iure, causa, & for-

ma,

ma, quibus melius & validius potuit ex certa scientia & animo deliberato fecit, constituit, & ordinauit Ioannē quondā Petri præsentem, & hoc mandatū sponte suscipientem, suum certū nuntium, actorem, factorem, & legitimum procuratorem, & quicquid melius & efficacius dici, nuncupari, & esse potest specialiter & nominatim vice & nomine dicti Thomę constituentis ad leuandū de sacro Fonte, & ad Baptismum sacrum tenendū filium domini Bonazuntę de quatuor fratribus, & acceptandū, firmandum, ineundū, contrahendū cōpaternitatem, & spiritualē cognationem cum præfato domino Bonazunta. Et ad acceptandū, sumendū, & suscipiēdum in filiolū filiū dicti do. Bonazuntæ: cum omnibus & singulis iuribus, iurisdictionibus, cōsuetudinibus seruādis de more, prout sacri dictant Canones, & sancta profitetur Ecclesia: & prout dominus noster Iesus Christus filius Dei patris vnigenitus baptizari voluit, ac cunctis fidelibus suis regulam apposuit & ordinauit per orbem terrarum in eius cōmemorationem & omniū saluationē seruari debere. Et generaliter ad omnia & singula dicendum, faciendum, firmandum, ineundū, procurandum, & exercendum, quæ in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorū fuerint vtilia, necessaria, & opportuna tam de iure Canonico, quàm de consuetudine sanctæ matris Ecclesiæ: & quæ in prædicto casu quoquo modo requirūtur, & fieri debent, & quæ ipsemet constituens dicere, facere, & exercere posset, si præsens esset: etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, dans, & concedens, &c.

Instrumentum nouationis debiti. Rubrica.

Constat Semproniū teneri, & obligatū esse Titio in debito, & obligatione lib. c. M. gro. mutuo, & ex causa mutui, vt de ipso debito & obligatione apparet publicum instrumentū scriptum manu mei notarij infrascripti in Millesimo, &c. & prout dicti Sempronius & Titius sponte dixerūt, & confessi fuerunt prædicta vera esse: & dictum Semproniū teneri ex causa iam dicta dicto Titio in dictis centū lib. M. Et hoc præsente infrascripto Martino audiente, intelligēte, & acceptante. Quo circa dictus Titius volens & intendens dictas centum lib. mutui prædicti transferre, & innouare in Mar. præsentem acceptantem, ac volentem, & voluntate

& consensu dicti Sempronij pręsentis volentis & consentientis in ipsam translationē & nouationem dictum Semproniū præsentem & acceptantē exemit & liberauit ab obligatione dictarum c.lib & à contentis in dicto instrumento mutui. Ex quibus liberatione & consensu prædictis, dictus Titius dictū Semp. pręsentem volentem & acceptantem in debitorem dicti Mart. in dictis c.libr. ex causa mutui sibi debitis, vt præmittitur, dedit, constituit, & decreuit: & omne ius sibi quomodolibet competens, & competiturū vigore dicti instrumenti debiti, vel mutui sine alia ratione, vel causa, quantū est pro dictis c.libris in dictum Mar. præsentem, volentē, & acceptantem, dedit, concessit atque transtulit animo nouandi, nouando dictū debitū dictarum c.librarum mutui prædicti in dictum Mar. præsentem & acceptantem, & præsente dicto Semp. & prædictis assentiente tanquā liberato à dicta prima obligatione: & se vigore nouationis dicti debiti in dictum Mar. translatæ absolutū, vocante ac confitente in præsentia & ad instantiam dicti Mar. præsentis instantis & petentis se esse verum debitorem ipsius Mar. in dictis centum libris, vt suprà, debitis dicto Titio, & successiuè ipsi Mar. ex causa liberationis & absolutionis ipsi Semp. factæ per dictum Titiū, & nouationis factæ & translatæ in ipsum Mar. de voluntate & consensu dicti Semp. præsentis, volentis, & consentientis omnibus & singulis suprascriptis & infrascriptis.

Instrumentum procuræ ad resignandum beneficium in manibus superioris, adiecto quòd inuestietur procurator de ipso, & quòd certa pensio annuatim detur resignanti. Rub.

VEnerabilis vir dominus Franciscus filius dom. Antonij de Vicedominis de Mon. Archipresbyter, & vt & tāquam Archipresbyter plebis collegiatæ de Mon. fundatæ sub vocabulo sancti Domini Parmen. diœcesis, & ibi in dicta terra Mon. episcopatus Parmæ habitator, Non vi, dolo, metu, vel errore ductus, sed animo deliberato, & ex certa scientia, vt dixit, omni meliori modo, via, iure, forma, & causa, quibus magis & melius potuit, & potest, fecit, constituit, creauit, & solenniter ordinauit, ac facit, constituit, creat, & solenniter ordinat,

ordinat, suum verum, & certum nuntium, factorem, & legitimum procuratorem: & quicquid horum melius validius & efficacius esse & dici potest: ita quòd specialitas non deroget generalitati, & econtra, nobilem & venerabilem virum dominum Ioannem Valerium filium nobilis viri Andrææ de Vicedominis fratris ipsius constituentis, ibi præsentem, & acceptantē, ac nominatim, specialiter, & expressè nomine præfati domini constituentis reassignandum & renuntiandum simpliciter in manibus sanctissimi domini nostri Papæ, & alterius cuiuscunque ecclesiasticæ personæ super hoc potestatem habentis dictum Archipresbyteratum: qui inibi principalis, & collegiata dignitas, & curata existit, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis sibi domino constituenti quomodolibet spectantibus, cum omnibus illis solennitatibus & clausulis, quę tam de iure, quàm de cōsuetudine, ac stylo Romanæ curiæ requiruntur, & in similibus obseruari consueuerunt, & debent. Reseruando tamen ipsi domino constituenti ducatos quinquaginta auri pro tertia parte pensionis super fructibus, & redditibus prædictæ plebis singulis annis sibi persoluendos: accedente consensu eius, qui dictam pensionem singulis annis persoluere habebit, & non aliter, nec alio modo. Et ad iurandum in animam ipsius constituentis, quòd in huiusmodi resignatione, & renuntiatione non interuenit, nec interueniet dolus, fraus, nec simoniaca labes, vel error, nec alia corruptela. Et generaliter ad omnia, & singula, ac quæcunque dicenda, facienda, gerenda, exercenda, & procuranda, quæ in prædictis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, & in dependentibus, cohærentibus, & connexis eisdem, & ab eisdem, & à quolibet eorundem vtilia fuerint, & necessaria videbuntur. Et quæ prædictorum omnium & singulorum merita postulant, & requirunt, etiam si maiora & grauiora essent suprà expressis, & de eis oporteret hîc mentionem fieri specialem, & specificam, & quæ ipsemet dominus constituens facere posset, si personaliter interesset. Item ad substituendum & surrogandum loco sui vnum & plures procuratores ad prædicta omnia & singula, & quodlibet prædictorum cum eadem authoritate, balia, & arbitrio, quæ sibi procuratori attributa est: substitutos reuocandos, & alios denuò sui loco ponendos, rato, & firmo

semper

semper manente præsenti mandato. Dans & concedens ipse do. constituens, dicto suo procuratori præsenti in prædictis & quodlibet prædictorum plenum, liberum, & generale, ac etiam speciale mandatum, cum plena, libera, & generali, ac etiam speciali administratione, si vbi, & quando, speciale, & specialis exigitur, & exigetur. Et volens ipse dominus dictum suum procuratorem substituendum ab omni onere satisdationis releuare, & exnunc prout extunc, etenim concedendo releuans promisit dicto procuratori & mihi notario infrascripto vti publicæ personæ stipulanti & recipienti, vice & nomine ipsius procuratoris, & omnium & singulorum, quorum interest, vel intererit, quomodolibet in futurum se firmum, ratum, & gratum perpetuò habiturum, quicquid per dictum suum procuratorem, & substituendos ab eo dictum, factum, gestum, promissum, curatum, & procuratum fuerit in prædictis omnibus & singulis, vt suprà: Sub hypotheca & obligatione omnium suorum, & dicti Archipresbyteratus bonorum præsentium & futurorum. Et prædictum mandatum fecit & facere protestatus est: ac dixit ipse dominus Franciscus Archipresbyter in præsentia mei notarij, & testium infrascriptorum animo & intentione ad finem, quòd per præfatum sanctissimum dominum Papam, aliàs aliam ecclesiasticam personam super hoc ius habentem, conferatur ipse Archipresbyteratus, & dicta plebs & cætera iura præfato domino Ioanni Valerio eius procuratori & nepoti. Protestánsque exnunc in præsentia, vt suprà, quòd casu quo ipsa plebs & dictus Archipresbyteratus non conferretur dicto domino Ioanni Valerio, & ipse dominus Ioannes Valerius de ipsa plebe & Archipresbyteratu non inuestiretur, quòd vult & intendit præsens mandatum, & procuram, & executionem exinde secuturam, & omnia & singula superinde fienda, nullum, nullam, & nulla fore, & esse, & nullius valoris, efficaciæ, vel momenti. Et prædicta o-nia, & singula irrita, vana, & cassa fore, & esse, & pro infectis haberi.

Expliciunt Additiones secundæ compilationis.

Incipi

INCIPIT TRACTATVS NOtularum, De contractibus & eorum diuisionibus.

IN principio nostri libri, Dei nomine primitus inuocato, septem sunt notabiliter attendenda. Primum est, quod est nomē istius libri, seu tractatus, siue qualiter intituletur liber iste. Secundum, quis fuerit author, compositor, seu promulgator. Tertium, quæ sit materia, seu materiale subiectum. Quartū, quæ fuit intentio domini Rolandini. Quintum, quæ vtilitas, siue finis. Sextum, quis sit modus agendi. Septimum, cui parti Philosophiæ supponatur. Ad primum, scilicet, quis sit libri titulus? & libri titulus est iste, Incipit tractatus notularum domini Rolandini: Vel, incipiūt notulæ domini Rolādini. Dicit, tractatus: quia tractare intendit, quæ incipit, quantum est de prima parte notariæ, scilicet, de contractibus & pactis. Dicit, notularum: quia ipsi sunt flores, & regale, extracti de corpore iuris, & sunt hi notarij, vel appellantur notulæ: quia debent in mēte notari, & memoriæ cōmendari. Do. Rolandinus inuenit & cōpilauit hunc tractatum, vt patet in secundo. Ad secūdum, quis fuerit author, cōpositor, seu promulgator? Author fuit ipse Deus, à quo cuncta bona descēdunt, & qui est omnium præsentiū, præteritorum, & futurorum princeps, dominus, & origo. Cōpositor seu promulgator fuit dominus Rolandinus, qui librum alium cōpilauit, qui summa generali vocabulo appellatur. Compositor fuit, inquātum dictū alterius in melius reformauit. Sed promulgator, inquantum aliquid de nouo adinuenit. vnde nota differētiam inter componere, & promulgare. Nam cōponere est dictum alterius in melius reformare. Sed promulgare est aliquid de nouo adinuenire: vt in Insti. in proœmio. §. omnes verò populi. in glo. Ad tertium, quæ est materia istius libri? materia est solùm theorica: quia iste liber, siue tractatus, est cōpositus regulis & rationibus quātum ad primam partē notariæ, scilicet, contractuum & pactorū. Et theorica est cognitio veritatis, & illuminatio intellectus. Ad quartum, scilicet, quæ fuit intentio domini Rolandini? intentio fuit suū emendare errorē: quia do. Rolan. videns quòd posuerat tantū practicè de

Titulus libri quis sit.

Quis author fuerit.

Materia huius libri.

Intentio domini rolandini.

contractibus & pactis in primis septem capitulis, ideo ipse voluit cōpilare hunc tractatum ad emendationē sui erroris, ponendo de contractibus & pactis theoricè: nam de aliis duabus partibus, scilicet, vltimarū voluntatum & iudiciorū, ipse posuerat tam practicè quàm theoricé. Sed de ista prima parte non posuerat nisi practicè, ideo voluit suum emendare errorem, Hæc intentio fuit principalis. Vnde nota, ꝙ vnicuique licitum est emendare errorē: & ideo multi habent hunc librū in principio alterius libri, antequā dicatur, Antiquis temporibus. quia iste est theorica, & ille est practica. Aliqui habent inter septimum & octauum capitulum, in fine septimi: quia dicunt, quòd dominus Rolā. voluit primò ponere, & describere practicā, quàm theoricam pro iuuenibus. Quidā habēt in fine totius libri summæ, cōiter omnes habēt hîc. Ad quintū, scilicet. quæ vtilitas est? nedū magna, sed maxima: per hoc patet, quia scito isto libro, siue tractatu perfectè intellecto, & memoriæ cōmēdato, quis deueniet in perfectissimā cognitionē quo ad primā partē no. scilicet, cōtractuū & pactorū ipsorū, habendo regulas & rationes efficaces. Ad sextū, scilicet, quis sit modus agendi? Modus est, quia primò tractat de cōtractibus, Secundò de pactis, Tertiò de instrumētis & instrumētorū fide. Primò tractat de cōtractibus, & hoc multipliciter diffiniēdo, diuendendo, ponēdo diuisionē vnā cōtractuū trimēbrū. Secūdò, ponēdo quot & quæ in contractibus exigātur, & posteà de illo prosequitur. Secundò, de pactis, & hoc multipliciter diffiniendo, diuidendo, ponendo sex pactorū diuisiones, & ponēdo quibus prosunt pro causa, & quibus nō: & quādo pœna in pactis apposita possit peti, & exigi, &c. vt infrà de pact. melius apparebit. Tertiò, de instrumētis, ponendo solū publicationes, quæ in instrumētis apponūtur; quæ sunt septem, & de consuetudine sex; vt ibi plenius edocetur. Ad septimum, scilicet, cui parti Philosophiæ supponatur liber iste? Et dico quòd supponitur Ethicè, id est, morali Philosophiæ, quæ Ethica appellatur, & de moribus tractat. & isti mores sunt contractus & pacta, quæ in isto libro theoricè reseruantur.

Vtilitas huius libri.

Modus agendi quis sit.

Incipit Proœmium.

TRactaturi de arte notariæ, Primò videamus quid sit notaria, & quid notarius, & quot nominibus nuncupetur, Secundò, quot, & quæ sunt principales partes

tes notariæ. Notaria est negotia hominum publicè & authenticè notare: quia non omnis scriptura nota. pu. authentica est, sed illa solùmmodò, quæ in publica & authentica redigitur forma. Et dicitur notaria, à noto, as: quia in notis debet redigi. Vnde in aliquibus locis rogationes appellãtur notæ: quia sunt notæ instrumentorum, quæ ideo etiam vocantur rogationes, eò quòd illas rogatur tabellio scribere, & ex illis rogatur facere instrumentum. Dicuntur etiã protocolla, à protos, primus, & collatio, id est, prima collatio: conferunt enim primò ad inuicem partes quid velint facere, & ex illa collatione fit protocollum, siue rogatio. Dicitur autẽ notarius, à notaria: & est notarius persona priuilegiata ad negotia hominum publicè & authenticè cõscribenda: qui etiam diuersis nominibus nuncupatur. Sed quantum ad subiectum & rei essentiam, vna est diffinitio quocunque nomine nuncupetur: licet in nominibus aliqualis sit differentia secundum differentes actus. Dicitur enim notarius tabellio siue tabullarius, ab hoc actu: quia notabant olim in tabulis. Dicitur scriniarius: quia scripta eorum olim, vbi iura tenebantur, reponebãtur in scrineis: vel, quia in tabellione sicut in scrinio debet esse secretum & tutũ esse quicquid eius fidei cõmittitur. Dicitur etiam seruus publicus, non quia verè sit seruus, sed quia eius officium est ad publicam vtilitatem inuentum. Dicitur librarius, quia sicut libra debet omnia ad suum officium spectantia æqua lance, & iustè, & fideliter præponderare. Et dicitur Scriba, à scribendo: semper tamen (vt dictum est) vna est diffinitio. Sunt autem tres principales partes notariæ: quia notarij officium in tribus partibus consistit. Primò, in contractibus. Secundò, in vltimis voluntatibus. Tertiò, in iudiciis. De quibus tribus partibus per ordinem est videndum. Et primò de contractibus. Sed quia contractus fiunt ex pacto inito inter partes, & ex contractibus & pactis fiunt scripturæ publicæ, quæ appellantur instrumenta. Idcirco primò videndum est quid sit contractus, & de cõtractuum diuisionibus, & quot & quæ in contractibus exigantur. Secundò, de pactis, & de pactorum diuisionibus. Tertiò, de instrumentis & de instrumentorum fide.

Notarius quot nominibus appellatur.

Tabellio

Scriniarius.

Seruus publicus.

librarius.

Scriba.

Incipit Procemium.

Visis nostri libri generalibus documentis, restat nunc videre eiusdem libri procemium, dictum à protos, quod est primum, & emio, quod est orno, vel emi verbum: vnde procemiũ, quasi primus libri ornatus, seu libri primum verbum: quod quidem procemium cõstat in duas partes esse diuisum. In prima parte Author ponit quid sit notaria, & vnde dicatur, & quid notarius, & vnde dicatur, & quot nominibus nuncupetur. In secũda parte ponit quot sunt principales partes notarij: prima pars durat vsque ad §. sunt autem tres. Ibi secunda, & durat vsque ad finem procemij. Veniamus ergo ad primã partem in qua ponit quid est notaria, &c. ad euidentiam primæ partis volo quærere. v. Primò, quid sit notaria, & vnde dicatur, & quid notarius & vnde dicatur, & quot nominibus nuncupetur. Secundò, qui possunt creari notarij, & qui non. Tertiò, qui possunt esse notarij, & qui non. Quartò, quæ debet obseruare notarius, & à quibus debet se abstinere. Quintò, quæ sit pœna notarij delinquentis, quasdã subiiciendo questiones.

Diuisio procemij.

Quid sit notaria, & vnde dicatur. Rubri.

Notaria diffinitio.

AD primũm, scilicet, quid sit notaria. Notaria est negotia hominũ publicè & authenticè notare: & ita diffinit litera. Et dicitur, negotia, scilicet legitima & vera: & illa sunt legitima & vera, quæ inducunt obligationem, non autem vana & friuola: vt si diceretur Tabellioni, scribas quomodo ego vado ad prandium cum quodam meo amico, vel quomodo ego bibi hodie vnum ciathũ vini, istud est vanum & friuolũ: quia non inducit obligationem aliquam notare, id est, notabiliter scribere, & non memoriæ cõmendare. Et per hæc reprehẽditur imperitia quorundam tabellionũ, qui volunt solùm memoriæ cõmendare, non autẽ scribere, quòd à partibus ordinatur: & isti tales pessimè agunt. Nam citò possent labi ad falsitatẽ cõmittendã. Dicitur, publicè & authenticè notare, id est, per manum publicam notarij: quia non est manus, quæ sit publica, nisi manus notarij: Vel dicitur, publicè, id est, cum publicationibus, quæ reddunt instrumentum publicũ, & fide dignũ. Et ideo nõ omnis scriptura tabellionis publica & authẽtica est: Sed solũ illa, quæ in publicã & authẽticam redigitur formã: nec omnis vox judicis est sententia: & sic omnis vox

principis non est lex, vt in Insti. de iure natur. gen. & ciui. §. sed quod principi. Et dicitur notaria à noto, tas: quia in notis & rogationibus debet redigi. Sed secundũ apparatum aliæ duæ dantur diffinitiones extra literã de officio & arte. Prima officij talis est: Officium notariæ est dignitas & authoritas ad legitimorũ hominũ negotiorũ notam de publico introducta. Dicitur, officiũ est dignitas: Nota, ꝙ istud officiũ est magnæ dignitatis, intantum ꝙ ab illo officio repelluntur infames, & turpitudine notati. Dicitur authoritas, ideo ꝙ maximã habet authoritatem notarius: quia suis scripturis fides adhibetur plenissima, solũ dicẽdo: Ego talis Imperiali auth. no. &c. quia citius creditur notario, quàm credatur Episcopo vel Cardinali, quãuis dicent: Ego talis Episcopus vel Cardinalis. Ad legitimorũ hominum negotiorũ: quæ quidem negotia sunt tria, scilicet, contractus, & pacta, vltimæ voluntates, & iudicia in quibus tribus cõsistit officium notariæ. Notã, id est, ad perpetuã memoriã, & probationem plenissimã: vel, notã, id est, ad notandum vel scribendũ negotia supradicta. De publico introducta, id est, à Romano Imperio inuenta. nã istud officiũ notariæ ab Imperiali culmine suũ extraxit principiũ. Secunda diffinitio artis talis est: Ars notariæ est super legitimis hominũ negotiis authẽticè cõscribẽdis finitũ, & ratiõabile documentũ. Dicitur, super legitimis hominũ negotiis, eò ꝙ notaria versatur super tribus hominũ negotiis. s. super cõtractibus & pactis, vltimis volũtatibus, & iudiciis, vt suprà dictũ est. Finitũ, per hoc possumus notare, ꝙ ista sciẽtia notariæ habet caput & finẽ, secũdũ qđ habẽt leges & iura: qđ nõ est in aliis sciẽtiis liberalib9, vt Gra. Hy. &c. Et etiã hæc sciẽtia est adinuẽta cũ rõne, qđ ꝑ hoc possumus notare, cũ dicit, rõnabile. Sed quid est notarius? litera satis bene ponit. Notarius est persona priuilegiata ad negotia hominũ authẽticè cõscribẽda. Dicitur, persona priuilegiata: quia notarius habet istud priuilegiũ, qđ nõ habet aliqua alia persona de mũdo: quia creditur suis scripturis publicis per totũ Romanũ imperiũ. Datur extra literã alia diffinitio: Notarius est persona priuilegiata, ad cuius fidẽ hodie plenariè recurritur, vt scribat, & rescribat, & ad perpetuã memoriã reducat ea, quæ ab hominibus fiunt. Verba diffinitionis satis sunt clara, nisi qñ dicitur, ad cuius fidẽ hodie plenariè recurritur: quare dicit, ad cui9 fidẽ? quia olim argẽtarij & cãpsores faciebãt instra, & credebatur illis. Sed hodie de cõ

Alia diffinitio artis notariæ.

N d sit. q9 d sit.

suetudine nō seruatur hoc: imò hodie recurritur ad fidem tabellionis: & dicitur notarius à notaria, sicut artifex nominatur ab arte sua: vt à pelliparia, pelliparius, & sic de aliis. Sed quot nominib⁹ nūcupatur? dico quod nūcupatur, & appellatur diuersis nominib⁹: quę quidē nomina idē īportāt, legēdo literā eorū expositio poterit inueniri. Ad secūdū. s. qui possunt creare notarios? Item possunt creare notarios siue tabelliones, Reges, Duces, Marchiones, Comites, & oēs, qui habent potestatē & priuilegiū ab Imperatore creandi tabelliones. Itē Ciuitas pōt creare in suo comitatu, vltra verò nō: & illi qui habēt potestatē à populo ciuitatis, vt est in ciuitate Bononiæ: quia iudex potestatis pōt creare notarios, eò quod habet potestatē. Item castrū vel villa in suo districtu pōt creare notarios. Itē collegiū licitū, & approbatum pōt creare not. Alij verò nō possunt creare notarios, qui nō habēt potestatē seu priuilegiū ab Imperatore, seu à summo Pōtifice, vel à ciuitate, &c. Ad tertiū. s. qui possunt esse notarij? Accipe regulā, oēs possunt esse notarij, quibus nō est expresse prohibitū à lege: quibus autē personis sit prohibitū, videamus. Prima persona est mulier: nā mulier nō pōt esse notaria: quia officiū notarię est publicū, & virile, & à publicis virilibúsque officiis mulieres repelluntur. Itē seruus: quia seruus de iure ciuili reputatur pro mortuo, & priuatur ab omni actu legitimo siue publico. Itē minor xiiij. annis nō pōt esse not. quia nō pōt iurare, eò, quod minor est propter authenticā Federici Imperatoris, etiā si sit Comes, vel alter, qui facit ipsum nota. minorē, nō valet iuramentū. Sed tamē adueniēte pubertate, illud qđ nō valuit à prin. tractu tēporis cōfirmatur. Itē infamis, & turpitudine notat⁹, nō pōt esse not. Itē hæreticus, & ille est hęreticus qui nō credit in id, qđ prędicāt quatuor sancta Euāgelia. Itē clericus: & tamē in isto distinguitur, quia aut iste est ꝓfessus, & tūc dico quod nō pōt esse no. quia professus pro mortuo habetur. Si verò nō est professus, vt quia est diaconus, vel subdiaconus, & tūc aut fuit antè nota. quā haberet ordines, & tūc in isto casu pōt exercere officiū notariæ. Si verò habuit antè ordines, & posteà fuit factus tabellio, & tūc nō pōt exercere officiū notarię, cū diuinis intēdere debeat. Et qui duob⁹ heris seruit, nemo vtiliter seruus erit. Et sic de aliis personis, quę repellūtur ab officio notarię. Ad quartū. s. quę debet obseruare notarius? & dico quod debet obseruare præcepta nostrę artis: de quibus pręceptis habemus per singulas lectiones

Notarios qui creare possunt.

Notarij qui possunt esse, vel non.

nes

nes,vt quia minor nõ possit vendere sine solẽnitatibus.Sed à quibus debet se abstinere?certè à duobus. Primò,ꝙ nõ faciat falsa instrumẽta.Secundò,quòd nõ faciat prohibita instrumẽ ta:vt si vasallus vellet vẽdere rem sibi datã in feudũ,quòd tamen nõ faciat instrumẽtũ:quia incideret in manus amputationẽ,vel in pœnã cõbustionis,si faceret sciẽter:vel si faceret instrumẽtũ,quomodo emphyteota vẽdit rem sibi datã in emphyteosim. Ad quintũ.s.videre quę sit pœna notarij delinquẽtis?distinguẽdũ est:quia aut deliquit ex certa scientia,aut ex ignorãtia.Si ex certa sciẽtia,vt quia facit falsum instrumẽ tum,& tũc incidit in manus amputationẽ,vel traditur igni, tanquã falsarius.Si verò ex ignorãtia,tunc punitur inquantũ læsit aliã partẽ:nã ignorãtia nunquã excusat:& iudex,qui malam tulit sentẽtiã,tunc punitur inquãtũ lęsit aliã partẽ,si hoc facit ex ignorãtia.Modò veniamus ad quęstiones,& prima talis est:Quidã fuit creatus tabellio legitimè,& nõ erat persona legitima:Vel si erat ꝑsona legitima,nõ fuit legitimè creatus:quia ille,qui dedit authoritatẽ,nõ poterat dare:quia non erat ꝑsona habilis ad dandũ authoritatẽ,eò ꝙ nõ habebat:& ille fecit plura instrumẽta,de quib9 vnũ productũ fuit in causa,obiicitur illi instrumẽto,ꝙ nõ valet,eò ꝙ nõ est tabellio: Quęritur vtrũ illa instrumẽta facta per eũ valeãt?& hîc sunt opin.Quidã dicũt ꝙ nõ:quia ex quo nõ fuit legitimè creatus nõ põt esse nota.Alij dicũt,quòd sic:quia cõmunis ignorãtia, siue error facit ius:vt Insti.de testamẽtis ordi.vbi talis est casus:Quidã facit testamẽtum corã septẽ testibus,secũdũ qđ debuit:& vnus illorũ testiũ erat seruus,& reputatur liber apud omnes,nũquid valebit istud testamentũ?certè sic:quia cõmunis error facit ius,vt suprà. Sed tamẽ hęc opinio nihil valet: quia tũc sequerẽtur,quòd ex ignorãtia quis habet iurisdictionem,qđ esse nõ debet. Et ille casus superi9 allegatus loquitur fauore vltimę volũtatis.Quidã distinguũt,& meli9:quia aut fuit legitimè creatus:& ille,qui dedit authoritatẽ,poterat dare. Sed tamen nõ poterat esse tabellio:quia hæreticus erat,vel habet aliud impedimentũ.& dico ꝙ illa instrumẽta facta primò per eũ bene valebũt,& datur exẽplũ in l. Barbarius.quia Barbari9 erat seruus,& discessit à dño suo,& iuit Romã,& ibi stetit magno tẽpore:iste eñ sciebat leges & iura,& erat sagax homo,& ab oĩb9 reputabatur liber,& fuit Cõsul,& fecit multas leges,& posteà inuẽtũ fuit ꝙ erat seruus:quia dñs suus in-

Notarij delinquẽtis pœna.

uenit ipsum, ita quòd fuit priuatus ab illa dignitate. Modò quæritur, vtrũ illę leges factę per eum valeant? Et respondetur ꝙ sic: quia ille fuit legitimè factus Cõsul, & ita dicas in casu nostro, aut nõ fuit legitimè creatus, vt quia ille, qui creauit eũ, nõ poterat dare authoritatem. Sed tamen poterat esse tabellio ex persona sua, & tunc dico, ꝙ illa instrumenta facta per eum non valebant: quia tunc sequeretur, quòd ille, qui nõ est factus tabellio, posset exercere officiũ notarij per ignorantiam. quod esse nõ debet. Secunda quæstio talis est: Quidam fuit creatus tabellio, obiicitur sibi, ꝙ ille qui creauit ipsum, nõ potuit creare: vel, quod ille, qui scripsit priuilegiũ, nõ erat tabellio: modò quæritur, quomodo debeat probare se esse notarium? Respondeo, ꝙ potest probare per famã: quia ille, qui fecit eũ notariũ, erat Comes, vt publicè dicitur: sicut est publica vox & fama ipsum esse de illis de palatio, qui habent authoritatem ab Imperio faciendi tabelliones: & etiam dicitur publicè, quia ille, qui fecit priuilegium, est tabellio: quia antè plura instrumenta fecerat. Sed tamen si non posset probari per famam, quia fortè ille Comes, qui te fecit, non est notarius. Ita bene datur consilium, quòd quando quis facit se creare notarium, quòd ipse habeat priuilegium illius Comitis, qui creat eum notarium insinuatum, & cum solennitatibus, vt tanta fides adhibeatur exemplo, quemadmodũ exemplari. Sunt autẽ tres partes principales. Ista est secunda pars principalis nostri procemij, in qua ponit quot sunt principales partes notariæ: quia sunt tres, scilicet, contractus & pacta, & vltimæ voluntates, & iudicia. Dicit litera, de quibus tribus partibus per ordinem est videndum. Et hîc reprehẽditur Author: quia ibi dixit mendacium: nam intendit tractare, nec tractat, nisi de prima parte notarię, scilicet, de contractibus, & pactis, & de instrumẽtis. Sed de vltimis volũtatibus & iudiciis nihil dixit: quia de illis duabus partibus notariæ alibi pertractatur.

Quid sit contractus & de contractuum diuisionibus.

COntractus est propriè, vnde vltrò citróque, id est, hincinde oritur obligatio. Ideo dicitur, propriè: quia contractus aliquando sumitur propriè, & hoc secundum diffinitionem dictam, aliquando impropriè, aliquando magis impropriè. Propriè dicitur contractus, quando vltrò citróque

que, id est, hincinde oritur obligatio, vt emptio & venditio, locatio & conductio. Venditor enim obligatur emptori ad rem tradendam, & emptor obligatur venditori ad pretium soluendum. Item locator obligatur conductori, vt sinat eum vti re locata: & conductor obligatur locatori ad mercedẽ soluendã. Et generaliter propriè dicitur contractus, vbi multæ promissiones & obligationes interueniunt hincinde, vt est cõtractus arrharum primus, videlicet, libri nostri. Impropriè dicitur contractus, quoniã solùm vna pars alteri obligatur, & non econuersò: quia licet non oriatur obligatio hincinde, contractus tamen dicitur impropriè, & abusiua significatione. Magis impropriè dicitur contractus, quãdo ex nulla parte oritur obligatio, sed liberatio: vt est in transactione, ex qua non oritur obligatio, imò facta dissoluitur. Contractuum alij sunt nominati, alij innominati, & alij magis innominati. Nominati sunt, emptio, vẽditio, locatio, conductio, cõmodatũ, depositũ, mandatum, societas, pignus: Qui ideo nominati dicuntur, eò quòd vnumquodque dictorum vocabulorũ alteri significationẽ suam attribuere nõ potest. Et quia nomen suũ ita propriè & strictè attributũ est, vt illud alteri cõtractui accõmodari nõ possit. Vnde emptio & venditio nõ potest dici locatio, vel cõmodatũ, & econuersò. Innominati cõtractus sunt: Do, vt des: facio, vt facias: do vt facias: & facio, vt des. De primo contractu innominato, scilicet, do vt des, est exemplũ in permutatione: do enim tibi domũ meã, vt tu des mihi vineã tuam. De secundo, scilicet, facio vt facias, potest poni exemplũ: vt promitto tibi scribere librum eo quòd tu promittis mihi ędificare domũ. De tertio, scilicet, do vt facias, est exemplum, vt do tibi equum eò quòd promittis mihi scribere librum. De quarto, scilicet, facio vt des, est exemplum: vt promitto te docere artem pelliparíæ, & tu promittis mihi dare decem corbes frumenti: Qui ideo dicũtur innominati contractus, eò quòd nomina eorum sunt ita varia, quòd aliis nominatis contractibus possunt accommodari: vt do vt des, potest accõmodari emptioni & vẽditioni. Venditor enim dat rem, vt emptor det pretiũ. Item, do vt facias, potest accõmodari locationi & conductioni: quia conductor dat mercedẽ, vel pensionem, eò ꝙ locator faciat, id est, præstet sibi patientiam vtendi. Magis innominati contractus dicuntur pacta: Quę ideo dicũtur magis innominati, eò ꝙ accom-

modari possunt nominatis & innominatis cõtractibus. Vnde emptio & venditio est pactũ, vt do vt des, & cæteri innominati cõtractus sunt pactũ: quia pactũ est adeo generale nomen, quòd omnibus cõtractibus potest accõmodari. Et quia omnia cõtinet sub se, quæ fiunt causa obligationis contrahendæ vel tollendæ. Visis igitur diffinitionibus & diuisionibus contractuũ, restat videre quot & quæ in cõtractibus exigãtur, & ex quibus constent. Sed quoniã cõtractus cõstat ex tribus. s. ex personis, rebus, & obligationibus, ideo de vnoquoque videndum est: & primò de personis, & earum diuisionibus: & quæ personæ se obligare possunt, quæve contractum reddunt inutilem.

De contractibus proprijs & magis improprijs. Rub.

IN isto præsenti titulo Author ponit de contractibus diffiniendo, & de contractuũ diuisionibus, & quot, & quę in cõtractibus exigantur. Vnde potest continuari titulus iste ad præcedentia ista forma. Nos suprà vidimus in procemio §. fi. quòd iste liber fuit diuisus in partes tres. Nam in prima parte ponitur de contractibus. In secunda de pactis. In tertia de instrumẽtis. Sed quia cõtractus sunt digniores, & à dignioribus est inchoandũ: vt in Insti. de iure naturali gen. & ci. §. omne autẽ ius. ideo de cõtractibus hic videamus: hoc est, quod dicit Rubrica, cũ dicit, quid sit contractus. Et diuiditur iste titulus in partes tres. Nam in prima parte ponit de contractibus diffiniendo, dicendo quòd contractus sumitur propriè, impropriè, & magis impropriè. In secunda parte ponit de contractibus diuidendo, ponendo vnã diuisionem contractuum trimembrem. In tertia ponit quot & quæ in contractibus exigantur. Prima pars durat vsque ad §. Cõtractuum alij sunt nominati, alij innominati. Ibi secunda, & durat vsque ad §. Visis igitur diffinitionibus & diuisionibus contractuum. Ibi tertia, & durat vsque ad finem tituli. Veniamus ergo ad primam partem, ad cuius euidentiam volo quærere tria. Primò, de contractibus propriis, & circa primum volo quærere duo, & de aliis duobus præsentibus. Primò, quid est contractus proprius diffiniendo. Secundò, ponere exempla de contractibus propriis. De primo, quid est contractus proprius? certè contractus proprius est, vnde vltrò citróque

Diuisio præsentis tituli.

Cõtractus proprius quid sit.

id est,

id est, hincinde oritur obligatio. Per hoc, quod dicitur propriè, intelligitur quòd hîc diffinitur contractus proprius. vnde vltrò citróque, id est, ex parte tua: que, pro, & citro, id est, ex parte mea: hinc, id est, ex parte mea: & inde, id est, ex parte tua: & hæc verba sunt declarata in diffinitione, oritur obligatio: nã ex contractu oritur obligatio, & ex obligatione oritur actio. De secundo, dare exempla. Primũ exemplũ est in emptione & venditione. Nã venditor obligatur emptori ad rem tradendã: & emptor venditori ad pretium soluendum. Secũdũ exemplũ datur in locatione & cõductione. Nã in isto cõtractu oritur obligatio, & ex ista obligatio oritur actio: & actio ista est duplex, scilicet, directa & contraria. Directa datur locatori & conductori ad mercedẽ soluẽdã. Contraria datur conductori cõtra locatorẽ, vt sinat eũ vti re locata, nec potest alteri locare, nec cõductor aliã rem conducere, nisi esset de cõmuni cõcordia ipsorũ. Item datur exemplũ in cõtractu arrharũ primò, videlicet, libri nostri, qui est contractus proprius: & in quo ambæ partes obligantur, secundũ quod tenet dominus Accursius, & dominus Rolandinus author noster: & sic de cõtractibus propriis. Tu dicis, quòd ille est cõtractus proprius, in quo ambæ partes obligãtur: cõtrà in cõmodato & deposito, in quibus obligatur tãtũ vna pars, & sic sunt proprij: quòd sint proprij, patet: quia si ego cõmodaui tibi librũ meũ, ego, qui cõmodaui librum, nõ obligor. Sed tu, qui acceperis librum, es obligatus ad librum restituendum. Idem in deposito dicas, ergo sunt improprij, cùm in impropriis non obligetur nisi vna pars. Respondeo, quòd sunt cõtractus proprij: quia licet non videatur prima facie nisi vna pars alteri obligari, & non econtrà, tamen posset obligari in futurum. Nam ille est contractus proprius, in quo ambæ partes obligantur: adde, & possent se in futurum obligare. Nam si ille, qui commodatum recipit, facit magnas expensas in re commodata, ipse, qui commodauit, ad restituendum expensas in re commodata factas tenetur: ergo & ille contractus sit habilis de sui natura, vt ambæ partes obligari dicerentur proprius. Tertium exemplum potest dari in deposito: nam si depositarius facit magnas expensas in re deposita, ille, qui deponit rem, tenebitur sibi ad expensas restituendas in illa re factas. Quartum exemplum potest dari in pignore: nam si ille, cui pignoraui rem meam, fecit impensas, tenebor illi in

illis

illis impensis, quas in re mea fecerit. Quintum exemplum est in gestore negotiorum: Nam gestor negotiorum tenetur mihi reddere rationem suæ administrationis negotiorum meorum: ego autem sum obligatus ei ad impensas in meis negotiis factas. Sed quia dixit, in negotiis, & positi exempli gratia: quia de casu non tractatur ad præsens: quoniam suprà in prin. huius libri habuisti in primo instrumento venditionis. Vnde tamen scias de hac venditione ad præsens, scilicet, quòd si emptor agit contra venditorem ad rem tradendam, primò debet pretium soluere: & si venditor agit ad pretium soluendum, tunc primò habet rem tradere: nam qui agit, primò tenetur adimplere contractum. Sed quid in libello peti debeat, an interesse, an res, an vtrunque, scilicet res & interesse? dicit dominus Accursius, quòd ego petam, sicut in libello peto, vt talem rem tradas: & si rem tradis, peto interesse: quod tutius sibi videtur. Sed pone præcisè quòd ille vult rẽ tradere, & non vult interesse præstare, nunquid peti potest? hîc fuerunt multæ opiniones. Quidam dicebant, quòd nõ: Dominus autem Accursius distinguit in hunc modum: quia aut venditor habet rem penes eum, & tunc tenetur rem tradere, & non liberatur interesse præstando. Aut non habet rẽ penes eum, & tunc subdistingue: quia aut dixit habere suo dolo malo, putà, vt ille emptor non haberet rem, tunc tenetur interesse præstare. Aut dixit non habere suo dolo, sed casu fortuito, & non tenetur ad rem tradendam, nec ad interesse præstandum. Et nota, quòd obligatio oritur ex contractu: & sic cõtractus est pater, & obligatio filia, & actio filia ipsius obligationis: neptis verò ipsius contractus, id est, è contractu oritur obligatio, & ex his internascitur actio. Contractus improprij sunt illi, in quibus vna pars alteri obligatur, & dantur exempla. Primum exemplum est in mutuo: nam si mutuo tibi centum, tu es mihi obligatus ad mutuum restituendum: ego, qui mutuo, ad nihil sum obligatus. Secundum exemplum est in stipulatione: Nam stipulor à te mihi dari centum: tu es mihi obligatus ad id, quod mihi promisisti: Ego autem ad nihil tibi sum obligatus. Tertium exemplum est in donatione: Nam si promittis mihi donare, teneris ad id, quod mihi promisisti: Ego autem nõ sum tibi obligatus, nisi ad antidora. Magis impropriè contractus sunt illi, in quibus nulla pars alteri obligatur, vt in transactione. Nam si

Contractus improprij.

Contractus magis improprij.

debeb

debebas mihi centum,deuenimus ad concordiam vt debeas dare quinquaginta,& illas dico transigere,id est, in actus trāsire. Nam nulla oritur obligatio:ideo si facta est, dissoluitur:ideo potius posset dici distractus,quàm contractus magis improprius,& obligationes factæ dissoluuntur:Sed ideo fit, eò q; partes tractant diuersis modis,& vnū idem constituunt. Et nota quod dicitur,transegi tecum pro decem,quas das:secus si diceretur promitto tibi dare:nam esset contractus improprius stipulationis,& non transactionis. Et transactio est de re dubia,lite incerta nondum finita,nō gratuita facta pactio. Et nota quòd trāsactio habet fieri aliquo dato, remisso, retento,promisso,vel obmisso:de qua transactione multa essent dicenda,sed suis locis proponemus:quia se hîc non ingerit materia specialis. Item scias,quòd si transegi tecū pro quinquaginta quas conuenisti mihi dare, non es propterea mihi obligatus:vnde non possum te cōuenire ad quinquaginta dandas mihi,quas conuenisti mihi dare vsq; ad certū terminum ex causa transactionis:Sed quia ex trāsactione nulla oritur actio,vel obligatio,agam pristina actione ad totū debitum,quod debebas. Nā si debebas mihi ex causa venditionis,agam actione ex vendito,& sic de singulis actionibus.

Illi,qui primò transigunt,soluūt:sed illi cū quibus trāsegi, bene cōpetit actio,si transactionem factam nolo habere ratā: vtputà,si debebā tibi dare centū,& transegisti mecū ad illas centū,vt darem tibi decem,& dedi:posteà non obstante trāsactione facta,vis petere à me centū quas primò debebā tibi, tunc cōpetit mihi actio ob causam ad repetendum decē,quas dedi pro transactione,quam fecisti mecum:& si non soluis, repetens potest agere & excipere de transactione facta à te sibi,scilicet,repetere quod solui,& excipere de transactione facta non possum,nisi actum fuerit per pactum, quòd si cōtra transactionem factā veneris,possem repetere quod solui,rato manente pacto transactionis. Demū scias,quòd si quis iurat non venire contra transactionem,& contrauenit,quòd efficitur infamis:& qui infamis est,repelletur à dignitatibus, & à testimonio repellitur. De infamia facti nota duos effectus. Primò,quia repellitur à dignitatibus, & testimonio ferēdo. Secundò,quia fratre instituente turpem personam sibi hæredem,Prætorem consulens alter frater exhæredatus,rūpit testamentū per querelā;quod aliàs non faceret,si esset persona famata

famata. Infamia autem iuris habet duos effectus, & plures alios. Primò nãque infamatus ex infamia iuris efficitur intestabilis. Sed nunquid qui periurus est, efficitur infamis? distinguendũ est: quia aut ipse iurat de præsenti rem suam esse, aut de præterito. Si de præterito iurat rem fuisse suam, & tunc non est infamis, & est ratio: quia iuramentum de præterito, quæritur an sit iuratum, vt videtur in insti. de except. §. æquè. Aut super iuramento de præsenti, & tunc efficitur infamis, vtputà, iuraui hodie non comedere carnes, quia sacramentũ interpositum intercidit delictum: & hoc est verum, & ideo bene punitur, nisi veniat contra iuramentum tantùm, & non contra factum: quia tunc efficitur infamis, vt quia iuraui hodie comedere carnes, & comedi, vel econtrá. Sed nunquid qui periurus est, repellitur à testimonio? dico quòd sic, etiam si pœnitentiam egerit de periurio: quia tantum permittitur sine pœna periurio, putà, quia iurauerat accipere vxorem, nec patitur pœnam periurij, siue quocunque alio modo iurauerit contra leges.

De contractibus nominatis. Rubrica.

Circa præsentem §. est continuandũ ad superiora isto modo: Nos suprà vidimus qualiter iste titulus fuit diuisus in partes tres. In prima parte dictum fuit, quid sit diffinitio huius contractus siue tractatus. In secunda parte fuit dictũ de diuisione cõtractus. Sed viso de prima parte, restat nũc videre de secũda, hoc est, quod dicit §. cũ dicit, Contractuũ alij nominati, alij innominati, alij magis innominati. Circa quẽ §. tria sunt videnda. Primò, de contractibus nominatis. Secũdò, de contractibus innominatis. Tertiò, de contractibus magis innominatis. Circa primum, scilicet, circa contractus nominatos volo quærere tria. Primò, qui sunt contractus nominati. Secundò, quare sic appellantur. Tertiò, quot sunt necessaria, ad hoc vt contractus dicantur innominati. Ad primũ. qui sunt cõtractus nominati? Cõtractus nominati sunt, quibus hẽt nomina ita à lege attributa, quòd aliis cõtractibus accõmodari nõ possunt: & possent dari multa exempla. Primũ exemplum est in emptione & venditione. Nam olim dicebant, vis tu mihi dare summam tuam, & ego dabo tibi centum? non habebant proprium nomen à lege atributum, sed superuenit

nit ius ciuile,& propriè nominauit sub isto nomine,emptio, & venditio:ex isto cōtractu oritur duplex actio,scilicet,actio ex empto,& actio ex vendito. Actio ex vendito competit venditori contra emptorem,vt pretium soluat. Actio ex empto, competit emptori contra venditorem, vt sibi rem tradat. Secundum exemplum est in locatione & conductione, ex qua oritur duplex actio, scilicet, actio locati, & actio conducti. Actio locati competit locatori contra conductorem, vt soluat mercedem. Actio conducti competit conductori contra locatorem,vt sinat eum vti re locata. Tertium exemplum est in societate,in qua datur actio pro socio directa vni contra alium,vt reddat rationem gestionis. Quartum exemplum datur in mandato,ex quo oritur duplex actio, scilicet, directa, & contraria. Actio directa mandati competit contra mandatarium,vt reddat rationem administrationis bonorum suorum. Actio contraria competit mandatario contra mandantem,vt ipse teneatur ei, si quid expedit in gerendo, vel si se obligauit in negotiis gerendis,vel si rem suam:ideo pignorauit. Quintum exemplum datur in deposito, in quo oritur duplex actio,scilicet,directa,& contraria. Actio directa competit deponenti contra depositarium,vt rem restituat ei. Actio contraria competit depositario contra deponentem, vt sibi restituat impensas in re deposita factas.

Actio mandati.

Actio depositi.

Vnum tamen scias,quòd in deposito præiudicat terminus appositus,quia quandocunque posset illud depositum reuocari. Pono casum,veni ad te Cor.& dico, Cor. depono penes te istam rem eo pacto,vt non mihi restituas hinc ad vnum annũ,posteà volo mihi eam restitui ante annum,non possum nisi in solo casu,quando depositum fit gratia depositarij, tamen non factũ est. Sextum exemplum est in pignore, ex quo oritur duplex actio,scilicet,pignoratitia directa, & contraria. Actio directa competit mihi pignorāti rem meā, vt eam mihi restituat,& sibi integrè de sua pecunia satisfactā. Contraria actio cōpetit ei,cui pignoraui rem meā,vt eā mihi nō restituat,nisi sit prius ei integrè satisfactũ. Itē possum agere, vt mihi soluat,si res amittitur. Septimũ exemplũ est in stipulatione pura. Quædam Berta accepit quendam maritum, & dat sibi dotes stipula.ipsa soluit marito: Nam oritur actio ex stipulatu ex ipsa stipulatione. Sed quādo oritur? sunt opiniones. Quidā dicũt,quòd oritur soluto matrimonio. Alij dicũt, & mel

Actio pignoratitia.

Actio ex stipulatu.

& melius,quòd statim oritur. Sed demum soluto matrimonio intentatur.Idem dico de actione tutelæ,quæ statim oritur,sed intẽtatur demum finita tutela:& idem de actione ex stipulatu,quæ datur vxori contra maritum ad dotem restituendam.& idẽ de actione pignoratitia dico,ꝙ nascitur demum soluta pecunia.Sed contraria statim inito contractu. Sed tamen scias,ꝙ actioni tutelæ oritur prestatio solũmodò finita tutela vsque ad xxx.ann.ꝙ amplius ipsa cõtra me intentari nõ potest. Et idem dicas de omnibus in actione negotiorum gestorum,quę datur adulto contra curatorem:& eodem modo datur,ꝙ si vxor post solutum matrimonium agat contra maritũ,ante xxx.an.agere nõ potest contra eũ:quia ex stipula.pręscribitur cursus xxx.an. Actio autẽ pignoratitia directa præscribi non potest spatio illo, quo actio ex stipulatu tutelæ præscribitur,& actio offerendi præscribitur. Idem est si debitor nõ obtulerit creditori pecuniam, quam debet ante xxx.ann.tunc posteà si vellet offerre,non posset,& amisit tunc pignoratitiã,& res est facta ipsius creditoris. Et propter istam rationem tenebãt antiqui Doctores,ꝙ actio ex stipulatu,quæ datur vxori contra maritum, nascatur demum soluto matrimonio,& stante matrimonio ipso vergente ad inopiam.Item tenent,ꝙ actio tutelæ nascatur demũ finita tutela. Item quòd actio pignoratitia nascitur demũ soluta pecunia à debitore: quod secus est in contraria,quia illa statim oritur inito contractu. Ad secundum,scilicet, quare dicuntur contractus nominati?& dicũtur quia in eis est proprium nomẽ attributum à lege, intantum quòd aliis contractibus accommodari non possunt: vnde emptio & venditio aliis contractibus accommodari non possunt, & idem de aliis contractibus est dicendum. Ad tertiũ,scilicet,quæ sunt necessaria ad hoc, vt cõtractus dicantur nominati. Nã quatuor sunt necessaria. Primò, ꝙ in eis sit nomen ita propriũ,& intantũ speciale, ꝙ aliis cõtractibus accõmodari non possit. Secundò,quòd in eis statim oriatur obligatio. Tertiò quòd in eis oriatur specialis actio. Quartò,ꝙ in eis non sit locus pœnitentiæ,id est,ꝙ cõtrahentes non possint discedere à contractu. Nã si eos pœniteret,tũc esset contractus innominatus. Sed fallit in quibusdam casibus,in quibus est locus pœnitentiæ:& tamen sunt contractus nominati. Primus casus est in deposito:nam depositor,quãdo vult,pœnitere potest. Secundus casus est in societate,scilicet,

Contractus nominati quare sic dicuntur.

re non

re non existente integra, id est, quòd aliquis eorum nondum inceperit societatem. Tertius casus est in mandato, si mandatarius non incipit negotia mandatoris agere. Quartus casus est in venditione in scriptis nondum redacta.

De contractibus innominatis. Rubri.

Contractuum alij sunt nominati, alij innominati, alij magis innominati. Circa cõtractus innominatos volo quærere quatuor. Sed volo primò cõtinuare §. ad superiora ista forma. Nos suprà vidimus qualiter titulus iste fuit diuisus in partes tres. Sed viso de prima parte, restat nunc videre de secũda, scilicet, de contractibus innominatis: hoc est quod innuit §. cùm dicit contractum &c. Et ideo ad euidentiam istius §. volo quærere quatuor. Primò, qui sint contractus innominati. Secundò, quare sic appellentur. Tertiò, in quo differant contractus innominati à contractibus nominatis. Quartò, qualiter cognoscatur contractus, facio vt des, à contractu, do vt facias. *Cõtinuatio præsentis tituli.* Ad primũ, scilicet, qui sint contractus innominati? certè sunt illi, qui nõ habent nomen propriũ attributũ & determinatũ à lege. Et dantur quatuor exempla. s. do vt des: facio, vt facias: facio, vt des: do, vt facias. De primo, scilicet, do vt des, vt conuenio tibi dare decem corbes frumẽti, vt tu des mihi equum tuum: & ex isto contractu conuenio, non autem per stipulationem promitto: quia esset contractus nominatus stipulationis. *Cõtractus innominati qui dicantur.* Item nota, quòd si conuenio de dando speciem pro specie, non autem speciem pro pecunia: quia tunc esset cõtractus nominatus emptionis & venditionis. De secundo, scilicet, facio vt facias: putà, conuenio tibi ædificare domũ, vt mihi scribas librum: & oretenus dico, conuenio, non autem per stipulationem promitto. Item nota, quòd dico faciendo conuenio factum facere pro facto, non de faciendo factum pro pecunia, vel econtrà: quia tunc esset cõtractus nominatus. De tertio, scilicet, facio, vt des, putà, conuenio de scribendo librum, vt tu des mihi decem corbes frumenti, & eodem modo nota, quod notasti in aliis duobus exemplis. De quarto & vltimo exemplo, si do vt facias: pono casum, putà, conuenio tibi de dando decem corbes frumenti, & tu cõuenis mihi scribere librum: & eadẽ duo notantur, quæ notasti in aliis duobus exemplis. *Cõtractus innominati quare sic dicuntur.* Ad secũdũ, scilicet, quare dicũtur cõtractus innominati? quia non habẽt propriũ nomẽ attributũ & determinatũ à lege. Itẽ

E

quia aliis cõtractibus accõmodari possunt:quia cõtractus, do vt des,potest assimilari contractui emptionis & venditionis. Et contractus,facio vt des,potest assimilari cõtractui locationis & cõductionis. Ad tertium,scilicet, in quo differant contractus innominati à contractibus nominatis? & differunt in quatuor. Primò,quia in cõtractibus nominatis est proprium nomen attributũ & determinatum à lege, innominatis autẽ non.Secundò differunt,quia in cõtractibus nominatis statim oritur obligatio,in innominatis autem non, nisi re interueniente ab altera partiũ:nam ille,qui tradit rem potest vti cõdictione ob causam repetendi quod dedit:quia ideo ille rem suam dedit,vt ille rem suam tradat: sed si ille non tradit, ei competit cõdictio ob causam:quare ideo rem suam dedit, vt ille traderet suam rem:sed ille non facit,potest agere condictione ob causam ad repetendũ suam rem:quia non sequitur causam,ob quã dedit. Quod secus esset,si factum esset adimpletum:quia ille qui facit factũ,nõ potest agere condictione ob causam ad repetendũ,quia facta non repetuntur:sed omni casu potest agere actione præscriptis verbis,siue rem tradiderit,siue factum fecerit. Nam actio præscriptis verbis cõpetit, vt cõtractus adimpleatur ab vtraque partiũ re tradita, vel ab vna partiũ factũ adimpleatur,vel ab alterutra. Tertiò,differũt contractus nominati ab innominatis:quia in cõtractibus innominatis datur generalis actio,scilicet, præscriptis verbis, scilicet,vt contractus adimpleatur. Sed in contractibus nominatis datur actio specialis. Quartò,differunt:quia in cõtractibus nominatis non est locus pœnitentiæ,nisi in casibus, vt suprà dixi:sed in contractibus innominatis est locus pœnitẽtię, vt cõtractus ab alterutra partiũ sit perfectus p traditionẽ rei, vel facti ab alterutra partiũ interuen. Quartò & vltimò,quomodo debemus cognoscere contractus innominatos,do vt facias à cõtractu,facio vt des? & dico quòd potest cognosci per verba,putà,si præmittatur verbum,do,verbo facias, fit cõtractus,do vt facias. Et si præmittatur verbum,facio, verbo des, fit contractus, facio vt des:& in hoc prodest multũ scire.quòd si est innominatus,facio vt des,cõpetit actio de dolo:& in aliis cõtractibus innominatis datur actio prę̨scriptis verbis. Sed dicemus sic in instrumento permutationis,licet de hac ratione diuersitatis fuerint magnæ opiniones inter Doctores: Domini Accursij tamẽ fuit opinio, quòd actio de dolo,quæ competit in

Differentia inter cõtractus nominatos & innominatos.

tit in cõtractu, facio vt des, habet locum in isto casu vel simili solummodò, quando facienti abest, vel quod dare debet, non abest: vt est quando quis manumittit seruum, vt aliquid sibi detur: & ille, cui dare conueniat, dare non vult: extra verò istū casum locum habent istæ actiones, facio vt des: quia habent locum in aliis contractibus innominatis.

De contractibus magis nominatis. Rubri.

POtest continuari §. iste ad præcedentia ista forma: Nos suprà vidimus, quòd iste titulus fuit diuisus in partes tres. Sed viso de duabus, restat nunc videre de tertia: hoc est, quod dicit Rubrica, cùm dicit magis innominati cõtractus, &c. Circa quos cõtractus magis innominatos volo quærere vnū, scilicet, qui sint contractus magis innominati? Et dico quòd sunt pacta & cõuentiones: vnde largè loquēdo, si vis scire, emptio & vēditio quis cõtractus est, potest dici quòd est cõtractus magis innominatus, quia est pactū. Sed diceres tu, aliquid nominatus vel innominatus? dicas quòd est nominatus, vt suprà dixi de cõtractibus nominatis: & idē posses dicere de permutatione, & cæteris nominatis & innominatis. Itē nō solū pactū est generale ad ea, quæ obligationem inducunt, sed ad ea quæ obligationē dissoluunt. Et dicuntur magis innominati contractus, eò quòd possunt accõmodari nominatis & innominatis cõtractibus. Visis igitur diffinitionibus cõtractuū & diuisionibus, restat nunc videre quot, & quæ in cõtractibus exigātur, & ex quibus cõstent. Sed quoniā contractus cõstant ex tribus, scilicet, ex personis, rebus, & obliga. & ideo de omnibus est videndū. Et primò de personis, quia personæ sunt digniores, & à dignioribus est inchoandum: vt Insti. de iure naturali gentiū & ciuili. & Insti. de rerum diuisione. §. singulorum.

De personis, & personarum diuisionibus. Rubri.

EX personis sex diuisiones fiunt. Prima diuisio est talis: Omnes homines aut sunt masculi, aut fœminæ, aut Hermaphroditi. Masculi sunt, qui agūt, & gignūt. Fœminæ, q̄ patiūtur, & cōcipiūt, & pariūt. Hermaphroditi, qui habēt vtrūq; sexū, mascu. videlicet & fœmininū: sed si magis īcalescet, & prçualet fœmineus, cēsetur sexus fœmine᷑. Si verò præualet mas. sexus

censetur mascul. Secunda diuisio est: Quia personæ aliæ sunt natæ, aliæ nasciturae. Natæ sunt, quæ ab vtero matris separatæ sunt, & prodierunt in lucem. Nasciturae, quæ conceptæ adhuc in vtero matris sunt, & hæ pro iam natis habentur. Tertia diuisio est: Omnis homo aut est liber, aut est seruus. Seruus est ille, qui nascitur de ancilla, vel qui capitur de hostiũ potestate, qui serui & mancipia dicuntur, id est, manucapta. Item seruus est etiam maior xx. annis, qui ad pretium participandum patitur se vænundari, vel alieno iusto titulo alienari alicuius lucri vel cõmoditatis causa, non ignarus suæ conditionis. Si emptor vel acceptor illius conditionem ignoret, & venditus in veritate pretium participet. Sed etiam seruorũ multæ conditiones sunt seu diuisiones, de quibus nihil ad præsens. Liberi dicuntur nati de liberis parentibus, vel saltẽ de libera matre: quia liberi sequuntur conditionem matris, & non patris. Liberorum alij sunt ingenui, alij libertini. Ingenui sunt, qui statim, vt nati sunt, liberi sunt, siue nascantur ex duobus ingenuis, siue ex duobus libertinis, siue ex altero ingenuo, & altero libertino. Sed & si quis nascatur ex matre libera, & patre seruo, ingenuus & liber est. Libertini dicuntur, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Quarta diuisio est, quia personæ aliæ sunt sui iuris, aliæ iuris alieni. Sui iuris sunt liberæ personæ, scilicet patres, & matresfamiliàs, siue factæ sunt sui iuris morte parentũ, vel per emãcipationem, vel alio legitimo modo. Alieni iuris sunt serui. Item filijfamilias, qui ex iustis nuptiis procreati sunt, siue obtineãt primũ locũ filiorũ, scilicet, quòd sint nati ex nobis & vxoribus nostris: siue vlteriorẽ locum, vt nepotes, & pronepotes, & deinceps, cæteri ex masculino sexu descendentes. Item quorum omnes homines sint vel fuerint filij. Fit quinta diuisio: quia filiorum alij sunt legitimi & naturales, alij legitimi tantùm, alij naturales tantùm, alij nec legitimi nec naturales. Legitimi & naturales sunt, qui procreãtur ex legitimo matrimonio. Legitimi tantùm sunt adoptiui. Naturales tantũ, qui nati sunt ex concubina, vnico & indubitato affectu cõiuncta. Nec legitimi nec naturales sunt spurij, ex incestuoso coitu nati. Itẽ fit sexta diuisio: quia omnes personæ aut sunt legitimæ ætatis, aut non legitimæ. Legitima ætas est à xxv. an. suprà: & huius ætatis homines dicuntur maiores. Non legitima ætas est à xxv. an. infrà: & dicuntur minores, & non legitimæ ætatis. Horum minorũ alij dicuntur Puberes, alij

alij Impuberes:puberes sunt à xiiij. an. suprà masculi:& à xij. annis suprà fœminæ:& hi dicuntur adulti,& odolescẽtes. Impuberes verò sunt infrà:& dicũtur pueri & puellæ:Si patrẽ nõ habent,vocantur pupilli & pupillæ. Horũ impuberũ:alij sunt infantes,& hi sunt à die natiuitatis masculi & fœminæ vsque ad septimum annũ. Alij sunt proximi infantiæ,& hi sunt,à septimo anno suprà vsque ad nonũ & dimidiũ,fœminæ:vsque ad decẽ & dimidiũ,masculi. Abinde verò vsque ad xiiij.masculi, & vsque ad xij.fœminæ dicuntur proximi pubertati. Et hæc de personarum diuisionibus dicta sufficiant. Igitur vidẽdum est,quæ personæ contractum reddant inutilem.

De diuisionibus personarum. Rubri.

HIc titulus ponit de personis diuidendo,vndé potest continuari ad superiora ista forma:Nos suprà vidimus in præcedenti titulo §.fi. quòd cõtractus cõstat ex tribus,scilicet, ex personis, rebus,&obligationibus. Sed quia personæ sunt digniores,& earũ gratia omne ius est adinuẽtũ:vt Insti. de iure naturali gẽ.& ci.§.omne aũt ius.merito in pñti titu.de psonis ponẽdo diuisiões psonarũ,in sequẽti de psonis ponẽdo effectus est vidẽdũ.hoc est,qđ dicit rubrica,cũ dicit, de psonis & personarũ diuisiõibus. Sed quia diuisio ad tria operatur, vt notatur in Instit.in procemio.§.igitur. postquã animũ legẽtis incitat, mentẽ intelligẽtis præparat,& memoriã artificiosè reformat. Idcirco volo diuidere nostrũ titulũ in sex partes. Nam in prima parte Author ponit primã diuisionẽ, quæ respicit sexum. In secunda ponit secundã diuisionẽ, quæ respicit cõceptũ. In tertia ponit tertiã diuisionẽ,quæ respicit conditionẽ,scilicet, seruitutẽ & libertatem. In quarta ponit quartam diuisionem, quæ respicit potestatem. In quinta ponit quintã diuisionem, quæ respicit filiationem. In sexta ponit sextam diuisionem, quæ respicit ætatem. Prima durat vsque ad §. Secunda diuisio. Ibi secunda,& durat vsque ad §.Tertia diuisio. Ibi tertia, & durat vsque ad §.Quarta diuisio. Ibi quarta,& durat vsque ad §.Item cùm omnes homines sint vel fuerint filij,fit quinta diuisio. Ibi quinta,& durat vsque ad §.Itẽ fit sexta diuisio. Ibi sexta,& durat vsque ad finem tituli. Veniamus ergo ad primam partẽ,quæ dicit,quòd ex personis sex fiũt diuisiones,&c. Prima diuisio est,quòd omnes homines,aut sunt masculi, aut

Diuisio præsentis tituli.

fœminæ:aut hermaphroditi,vel hermaphroditæ. Vnde sic ponitur casus:Accessit iuuenis ad dominum Rolandinum,& coram eo sic proposuit Domine Rolandine,dicatis mihi,vos posuistis Rub.de personis,&c.sed sine aliqua diuisione personarum,&c. Respondet dominus Rolan.quòd ex personis sex fiunt diuisiones. Prima est,quòd omnes homines aut sunt masculi,&c. Secundò quæsiuit iuuenis. Sed qui sunt masculi? Respondet dominus Rolan.quòd masculi sunt illi,qui agũt, & gignũt. Tertiò quæsiuit iuuenis:Sed quæ sunt fœminę? Respondet dominus Roland.quòd sunt illæ,quæ concipiunt,patiuntur,& pariunt. Quartò quæsiuit iuuenis. Sed qui sunt hermaphroditi? Respondet D.Rolan.quòd sunt illi,qui habent vtrunque instrumentum siue sexum,scilicet,masculinum & fœmininum,&c. Et sic in ista prima parte examinantur quatuor,&c.vt suprà. Masculi sunt,qui agunt & gignunt: Nam virorum proprium est agere & gignere,& mulierum proprium est pati,concipere,& parere. Vnde versus.

Fœmina sola parit, vir generat, gignit vterque.

Et fœmina ante partum appellatur onerosa,in partu dolorosa,& post partum laboriosa. Hermaphroditi sunt illi,qui habent vtrunque sexũ.s.masculinũ & fœmininum. Et in istis talibus talis datur regula: Quia aut magis incalescunt in fœminino sexu,& tunc censentur fœminæ: aut magis incalescunt in masculino,& tunc censentur masculi. Et sic ista diuisio trimembris potest reduci ad bimẽbrẽ:quia si magis incalescunt in masculino sexu,sunt in primo mẽbro: si magis incalescunt in fœminino sunt in secundo. Sed quidã quantũ ad hoc,quos recitãt ibi aliquos versus,quãuis nõ faciant multum ad factũ,ideo volo recitare,& sic dicunt. Versus.

Hermaphroditi qui sunt.

Sex in lacte dies, tres sunt in sanguine terni:
Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

Sed prodest scire ista carmina,ad sciendum quando mulier est prægnans,vtrum habeat ventrem viuum,vel non. Nam si quis percuteret mulierem prægnantẽ,quæ haberet viuum in ventre:& propter percussionẽ ille viuus,qui est in ventre,deficeret,debet habere duo banna,vnũ pro muliere,aliud pro viuo in ventre quæsito:dicunt isti,quòd istud semen seu sperma,quod ponit homo in ventre seu matrice mulieris, quòd stat per sex dies in modũ lactis,& posteà in nouẽ efficitur sanguis,posteà in xij.efficitur caro,posteà in xviij.illa caro habet mem

mẽbra:& sic in xlv.diebus homo in vtero mulieris est formatus oĩbus suis mẽbris.Sed hoc propriè nõ spectat ad nos notarios.ideo nõ dico:quia hęc scire,propriũ est Phisicorũ,seu medicorũ.Sed quę fuit intentio Authoris ad ponendũ istã diuisionem hic,ꝙ oẽs homines aut sunt masculi aut fœminę,&c? Respondeo,ad denotandũ legales & cõuenientes personarũ diuisiones:quia masculus & fœmina regulariter parificãtur inter se.Nã sicut masculus põt cõtrahere,ita & mulier: & sicut vir põt facere testamẽtũ,ita & mulier.Et sicut põt stare in iudicio se defendẽdo,ita & mulier:tamẽ dicitur regulariter, quia fallit in quibusdã casib',in quib' masculus est melioris cõditionis,quã sit fœmina:& in quibusdã,in quibus fœmina est melioris cõditionis,quã sit masculus.Videamus primò casus,in quib' masculus est melioris cõditiõis,quã sit fœmina. Primus casus est:quia masculus põt esse not.fœmina verò nõ: quia officiũ notarij est publicũ,& virile:& à publicis & virilibus officiis mulieres repellũtur.Itẽ masculus esse põt iudex, fœmina autẽ nõ,ratione supradicta.Itẽ masculus põt esse procurator,tã ad lites,quã ad negotia,mulier autẽ nõ,nisi ad negotia.Itẽ masculus põt esse aduocatus,fœmina verò nõ:vnde extraxit edictũ originẽ à Calphurnia mulierũ improbissima quę inuerecũdè postulãs,& magistratũ inquietãs,causam dedit edicto.Nã erat quedã mulier,quę vocabatur Calphurnia in ciuitate Ro.& ista sciebat optimè leges & iura,& erat pulcherrima mulierũ.Si habebat iustã cãm,bene fouebat ꝑter leges & iura.Si nõ fouebat iustã cãm,ipsa magistratũ.i.iudicẽ gaudio multiplici ĩfestabat,ita ꝙ multoties iudex ipsi' amore cõmotus,multorũ iura penit' subuertebat:ita ꝙ ob hãc cãm lex q̃dã fuit à Senatorib' cõstituta,vt mulier nũquã possit pro aliis aduocare.Itẽ mascul' põt esse tutor testamẽtarius,legitimus,& datiuus,mulier verò nõ,nisi sit mater,vel auia filiorũ, & nepotũ,vel neptũ,& in his tamẽ salua grad' prærogatiua. Itẽ mascul' põt esse arbiter,vt cognoscat de iure & facto,mulier aũt nõ.Sed bene põt esse arbitrix,&amicabilis cõpositrix vt de facto cognoscat,& amicabiliter inter ꝑtes cõponat. Itẽ mascul' põt esse curator,fœmina verò nõ.Itẽ mascul' põt esse actor,fœmina aũt nõ.Itẽ mascul' põt esse assessor,fœmina verò nõ.Itẽ mascul' põt esse arbiter,fœmina aũt nõ de iure,sed de facto sic.Itẽ mascul' põt admitti ĩ publicũ officiũ,fœmina autẽ nõ.Itẽ masculus põt aliquẽ accusare de aliquo publico

Collige bene sequentia.

crimine, fœmina autem non. Item masculus potest habere filios in potestate, fœmina autē nō. Item masculus potest esse testis in testamento, fœmina autem nō: licet in codicillis, donationibus causa mortis, cōtractibus, & instrumētis sit. Item masculus præfertur mulieri in depositione instrumētorū. Itē masculus potest adoptare, fœmina autē nō. Itē masculus pōt esse sacerdos, fœmina autē non. Sunt autē casus, in quibus mulier est melioris cōditionis, quā homo, quia fœmina pōt esse testis in xij. anno, masculus nō nisi in xiiij. an. Itē fœmina potest testari in xij. an. masculus autē nō, nisi in xiiij. ann. Itē fœmina pōt contrahere matrimoniū in xij. an. masculus autem nō, nisi in xiiij. Itē fœminę restituūtur de dāno & ignorātia: quia eis est licitū ignorare iura, masculo autem nō. Item fœmina iuuatur beneficio Velleiani, masculus autē nō. Itē si fœmina renūtiat beneficiis sibi cōuenientibus, debet certificari, aliàs nō valet, masculus autē non. Itē fœmina pōt impetrare veniam ætatis in xviij. anno, masculus autē nō, nisi in xx. an. Itē quia mulier pōt impetrare præscriptionē, & vti procur. masculus autē nō. Item liberi sequuntur cōditionē matris & nō patris quantū ad libertatē. Vltimò scias, ꝙ masculus & fœmina parificātur inter se: nā si masculus vult cōtrahere, testari, & litigare, vel nō, ita mulier. Itē quia sicut mulier potest legare, & hæredes instituere, substituere, & de tutore prouidere, & sic masculus, &c. Et quia de istis parificationibus in iure facile non esset dicere, ideo omitto.

De secunda diuisione. Rub.

CIrca secundam diuisionem volo primò ipsam continuare ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus qualiter iste titulus fuit diuisus in partes sex. Sed viso de prima parte, quæ respicit sexum, restat nunc videre de secunda, quæ respicit conceptū: hoc est, quod innuit §. cùm dicit, personæ aliæ sunt, &c. Circa quē §. videamus primò, qui nati sint, & qui nascituri. Nati sunt, qui ex vtero matris separati sunt, & iā prodierunt in lucē. Nascituri sunt illi, qui in vtero matris cōcepti sunt, & nondum prodierunt in lucem. Et debemus scire, quòd ista diuisio ponitur hîc ad denotandum, quòd nati & nascituri sunt hæredes instituendi: & si nascituri non essent instituti, rumperent testamentum, nisi in duobus casibus. Pri

mus

mus est,quando nascitur mortuus.Seccundus est,quando natus tendit ad monstrũ,vel prodigiũ,putà,quãdo habet caput porcinũ vel caprinũ,& sic non est ad formã hominis;quod secus est,si esset monoculus,vel haberet tantũ vnã manum,vel vnũ pedem tantũ:nã istis casibus rumperet testamentum.Sed pone,ꝙ quidã nascitur,siue posthumus nascitur,cũ vna manu,quæ dissimulatur,nũquid institutus rumpet testamentũ? & dico ꝙ si est institutus,institutio valet,& tenet:si nõ est institutus,non ideo rumpet testamentũ.Et nota,quòd filius nasciturus pro nato habetur,quotiescũque tractatur de eius vtilitate.Item habetur pro nascituro,quãdo tractatur de incommodo matris,vtputà,quædam mulier erat prægnans,& commisit delictũ,propter quod mulier debet iudicari:quia tunc ipsa mulier iudicari non debet,nisi pepererit filiũ,& interim debet in carceribus detineri:& cùm eum pepererit,debet iudicari:ante verò partũ non.Item pro nato habetur,quãdo seruus est,& dominus vult eum manumittere,qui in vtero est: nam potest pro iam nato haberi,etiam ex voluntate domini.

De tertia diuisione. Rubrica.

CIrca præsentem diuisionem volo primò continuare ipsam ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus qualiter iste titulus fuit diuisus in partes sex.Sed viso de duabus,restat nunc videre de tertia,quæ respicit conditionem: hoc innuit §.noster,&c.Circa quã diuisionẽ volo quęrere duo. Primò de seruis. Secundò de liberis. Circa primũ.s.circa seruos volo quęrere duo.Primò,quid sit seruitus,& à quo iure fuerit introducta.Secũdò,qui sint serui.Ad primũ.s.quid sit seruitus. Et seruitus est cõstitutio iurisgẽtiũ,qua quis domino alieno cõtra naturã subiicitur:vt Insti.de iure person.§.seruitus.Modò exponamus verba diffinitionis.Et primò,dicit,seruit⁹ est cõstitutio iurisgẽtiũ,id est,vnũ de statutis iurisgen.Qua quis domino.i.potestati alienæ cõtra naturã subiicitur.i.cõtra ius naturale:quia iure naturali primo modo homines erãt liberi,& oẽs liberi nascebãtur.& sic patet,ꝙ ista seruitus est cõtra ius naturale:& est seruitus introducta à iuregẽtiũ,vt in ipsius diffinitione patet.Ad secũdũ,qui sunt serui?& serui sunt,qui manui & potestati domini subiecti sunt.Et scias,ꝙ quis efficitur seruus multis modis.Primo modo per natiuitatẽ.s.quãdo

Seruitus quid sit.

Serui qui sunt & qualiter efficiuntur.

quis nascitur ex ancilla, siue ex nobis, siue ex alia: quia semper seruus & filij quo ad libertatẽ & seruitutẽ sequuntur conditionẽ matris, & nõ patris. Secũdo modo per captiuitatẽ, vt si quis capitur ab hostibus. Et hostes dicũtur illi, qui induxerũt bellũ populo Rom. vel quibus populus Romanus bellũ indixit. Tertio modo per venditionẽ: si quinque interuenissẽt, quæ de iure ciuili debent interuenire. Primò ꝙ sit maior xx. ann. Secundò, ꝙ patiatur se venũdari ad pretiũ participandũ. Tertiò, ꝙ pretiũ de rei veritate sit participãdũ. Quartò, ꝙ credat se esse liberum. Quintò, quòd ille, qui emit credat ipsum esse seruũ: quia si sciret ipsum esse liberũ, nõ valeret vẽditio: Quia liberi homines nõ venduntur, & eis prohibita est emptio & venditio. Quarto modo pro ingratitudine, putà, seruus manumissus est ingratus: imò reuocatur manumissio, quia ingratitudo est maximũ vitiũ, desiccans fontem pietatis. Quinto modo per iudicis sententiam, vtputà, dicebam quem esse meũ seruum, feci ipsum citari, iudex tulit sententiã: putà feci quendam citari ad iudiciũ, nõ comparuit, & sic efficitur contumax: stetit per duos menses, & sic efficitur seruus propter suã contumaciã: & ius, quod habebat dominus in seruũ erat maximũ: Nã olim habebat potestatẽ vitæ & necis, sed hodie nõ: habẽt tantum ius dominij, nõ ꝙ possint seruos interficere sine iusta causa: & ideo si dominus interficeret seruũ suũ, puniretur, quẽadmodũ si interficeret seruũ alienũ, vel liberũ hominẽ: & ideo nõ potest seruũ, nisi sit iusta causa interficere, nec acriter verberare. Sed habẽt domini in seruos maximum ius: quia quicquid acquirit seruus, acquirit domino: quia ius acquirendi habet seruus & stipulãdi ex domini persona. Sed si plures habet dños seruus, eis acquirit, sed qualiter? distingue: quia aut stipuletur per verba propria, aut per verba appellatiua, aut per verba propria & appellatiua simul. Si per verba propria, & tũc acquirit eis pro portione virili, id est, tantũ vni, quãtũ alteri. Si autẽ stipulatur p verba appellatiua, & tũc acquirit eis pro dominica portione, id est, si vnus dominus habet medietatẽ serui, pro medietate acquirit ei: si habet tertiã partẽ in seruo, acquiritur sibi pro parte tertia. Si autem stipulatur per verba propria & appellatiua simul: & tũc, si præmittit propria, & postponit appellatiua, eis acquirit, pro virili portione. Si autẽ præmittit appellatiua, & postponit propria, tũc acquirit pro dominica portione, nõ autẽ pro virili

Ius quod domini habent in seruos.

Item

Itẽ possunt domini modicè corrigere seruos. Sed pone quòd quidã maior viginti annis patitur se venũdari, his quinq; interuenientibus, quæ de iure debẽt interuenire, posteà vult petere restitutionẽ, dicẽs se enormiter deceptũ, nunquid potest restitui? Dico quòd nõ auditur: quia tanta solẽnitas iuris, quæ fuit obseruata solenniter, vno tẽporis momẽto mutari nõ debet. Et idẽ dico, si vxor voluerit recuperare, volens talẽ rũpere seruitutẽ, dicẽs quod Deus asseruit: Quos Deus coniũxit, homo nõ separet: quia nõ potest ratione supradicta. Idẽ dico, si pater vel mater vellet eũ reuẽdicare ratiõe patrię potestatis: & ideo dicit, si cõiũcti vellent rũpere talẽ seruitutẽ, dicẽtes ꝙ ipse fecit ab ignominia ipsorũ: qa nõ possunt ratione supradicta. Vnũ tamẽ scias, quòd si pater antequã vẽdatur, voluerit ꝓhibere, põt: vẽditione autẽ facta, nõ põt: qa qui prohibere põt, nõ prohibet, in nõ cõtradicẽdo his, quę fiũt, assentire videtur.

De liberis & ingenuis. Rubrica.

Viso de seruis, restat nunc videre de liberis: sed quia liberorum alij sunt ingenui, alij liberi. Et ingenui sunt, qui statim, vt nati sunt, liberi sunt, siue nascantur ex duobus ingenuis, siue ex duobus libertinis, siue ex altero ingenuo & ex altero libertino: Sed pone, quod quędam, cùm concepit, libera erat: quando verò peperit, erat serua: dico quòd liber & ingenuus est, qui nascitur: quia solùm qui in ventre est, si tetigit de libertate aliquo tẽpore, liber & ingenuus est, & hoc fauore libertatis. Nam lex multùm fauet libertati. Sed liberi sunt illi qui nascuntur ex liberis parentibus, vel saltem ex libera matre: quia filij sequuntur conditionem matris, & non patris: quia sumus magis certi de qua quàm de quo.

De libertinis. Rubrica.

Viso de liberis, restat nunc videre de libertinis. Et libertini sint, qui ex iusta seruitute manumissi sunt: vnde si habebã seruũ, & manumisi ipsum, ipse à domino est libertinus, sed non ingenuus. Nam ille, qui est seruus, nõ potest dictã ingenuitatẽ recuperare, nisi in vno casu, quãdo dominus recepit à volũtario pecuniã, qua emit ipsam, & vt illã recipiat, cõpelli nõ potest, nisi hoc agere voluerit propria volũtete. Sed nũquid isti libertini habẽtur pro ingenuis? & dico ꝙ sic,

ſic,niſi ad patronos ſuos,ſcilicet, ad illos, qui manumiſerunt eos:quia eis tenentur quo ad quædã facienda,& quo ad quædam non facienda, ſed ad omne aliud de mundo habentur pro ingenuis:vide ſuprà in ſententia . Sed pone,quidam tractat aliquem tanquam ſeruum,& verè eſt liber:poſteà manumittit ipſum,nunquid erit libertus?dico quòd non:quia manumiſſus eſt de facto, & manumiſsio de facto non facit quem deſinere ingenuum & libertinum eſſe.

Qui ſunt ſui vel alieni iuris. Rubr.

AD euidentiã huius diuiſionis volo primò continuare §.ad præcedentia iſta forma : Nos ſuprà vidimus, ꝙ iſte titulus fuit diuiſus in partes ſex.Sed viſis de tribus partibus,reſtat nũc videre de quarta,quæ tractat,qui ſunt ſui vel alieni iuris,&c.Circa quam diuiſionem volo quærere duo . Primò, qui ſunt ſui iuris.Secundò,qui ſunt iuris alieni. Ad primũ.ſ. qui ſunt ſui iuris?& dico quòd ſunt patres & matresfa.etiam domini:& poteſt quis liberari à poteſtate patris multis modis.Primo modo morte naturali.ſ.ſi pater eius moriatur.Sed nũquid eſt ſui iuris morte aui?diſtingue:aut quis eſt recaſurus in poteſtate patris,& morte aui nõ efficitur proptereà ſui iuris:aut nõ eſt recaſurus in poteſtate patris,& tũc morte aui efficitur ſui iuris.Secundo modo morte ciuili.ſ.per deportationẽ in inſulã.Tertio modo per dignitatẽ,vt quia ſit Epiſcopus,vel Cõſul,vel Vicarius Imperatoris. Quarto modo per emancipationẽ.Quinto modo per adoptionẽ, vt ſi pater naturalis dederit ipſum in adoptionẽ auo paterno.Sexto modo efficitur ſui iuris per captiuitatẽ,vt ſi ab hoſtibus pater capiatur. Ad ſecundũ.ſ.qui ſunt alieni iuris?& dico quòd alieni iuris ſunt filiifa.& ſerui:& ſerui ſunt,qui in poteſtate dominorũ ſunt ſubiecti.Sed quod ius habet dominus in ſeruo ſuprà habuiſtis.Filiifa.ſunt,qui habẽt patrẽ,auũ,vel proauũ, & ſunt in eorũ poteſtate.Et ſic duo ſunt neceſſaria ad hoc,vt dicatur filiusfa.Primò eſt neceſſariũ,vt habeat patrẽ,auũ, vel proauũ paternũ.Secundò eſt neceſſariũ,quòd ſit in eorũ poteſtate. Sed quæ iura habet pater in filiofa?dico quòd multa.Primò,quòd inter patrẽ & filiũ nõ cadit lis,ſiue ciuilis obligatio: naturalis autẽ ſic.Secundò,quia nõ poteſt filius vocare patrẽ in ius, niſi venia petita,vel conceſſa.Tertiò nõ poteſt iudicio intereſſe

Qui ſui iuris ſunt.

Alieni iuris qui ſunt.

esse cũ patre, nisi in causa alimentorũ, si pater nolebat prę̃stare filio. Quartò, quia filius nõ potest iudicio interesse, suo vel alieno nomine sine patris voluntate. Vnũ tamẽ scias, ꝙ cõsensum generalẽ potest pater filiofa. dare, vt iudicio intersit, suo vel alieno nomine. Quintò, quia quicquid acquirit filius, acquirit patri quoad vsumfructũ, sibi autẽ quoad nudã proprietatem: & hoc ex causa aduentitia. Item scias quòd ex causa profectitia acquirit patri quoad vsumfructum & quoad proprietatem. In castrensi autẽ & quasi castrẽsi sibi aquirit, & non patri. Sextò, quia filiusfa. testari nõ potest, etiã cũ consensu patris. Septimò, quia pater bona aduentitia administrat eo inuito. Octauò, quia pater vendicat filiũ suum ab aliquo detentum siue volens, siue inuitus detineatur. Nonò, quòd pater potest vendere filium necessitatis causa.

De legitimis & naturalibus simul. *Rubr.*

AD euidẽtiam huius diuisionis, volo ipsam primò continuare ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus qualiter noster titulus fuit diuisus in partes sex. In quarũ prima tractat sexũ, aliàs cõceptũ, aliàs conditionem, &c. Sed visis de quatuor primis partibus, restat nunc videre de quinta, in qua dicitur, quòd filiorum alij sunt legitimi, alij naturales, alij legitimi & naturales, alij nec legitimi nec naturales. Circa legitimos & naturales tria sunt videnda. Primò, qui sunt legitimi & naturales. Secundò, quare sic appellantur. Tertiò, quod ius seruatur in eis. Ad primum, scilicet, qui sint legitimi & naturales? Et dico sunt illi qui nascuntur ex iustis nuptiis: & ad hoc, vt dicantur iustæ nuptiæ, tria sunt necessaria. Primò, est necesse quòd contrahentes matrimonium siue nuptias sint legitimæ ætatis. Secundò, est necesse quòd sint ciues Romani, id est, homines liberi, non autem serui: nã serui non contrahũt matrimoniũ, sed potius contubernium. Tertiò, est necesse quòd cõtrahãt matrimoniũ secundũ iuris præcepta, scilicet, illã accipiat in vxorẽ, quæ possit esse vxor: & illum in virũ, qui possit esse eius maritus. Olim erat necessariũ quartũ, scilicet, cõsensus paternus, hodie autẽ nõ, nisi de honestate. Ad secundũ. s. quare dicantur legitimi & naturales? dicuntur legitimi, & hoc triplici iure permissi, scilicet, diuino, canonico, & humano. Vnde nota matrimoniũ à triplici iure muẽ-

tum

rum.s.à iure naturali,gentiũ,& ciuili.Iure naturali, inuẽtione: iure gentiũ,receptione:& iure ciuili, confirmatione. Dicuntur enim naturales,eò quòd natura cooperatur in eis. Ad tertiũ.s.quod ius seruetur in eis?& dico quòd istud ius seruatur:nam pater debet,& tenetur alere filiũ,nisi in his casibus. Primus casus est,quando filius est minor triennio: quia tunc tenetur mater,nisi sit sterilis,vel illustris. Secundus casus est, quando habet artẽ,ex qua arte debet, & potest lucrari, & se alere. Tertius casus est,quando habet possessiones,vnde possit se alere,& percipere alimenta. Quartus casus est, quando cõmisit aliquã causam,propter quã poterat exhæredari: quia maleficus,& cũ maleficis conuersatur. Habent secundũ ius, quia patre veniente ab intestato,id est,quia pater veniens ad testandũ,cogitur hos legitimos & naturales in sua legitima portione, & tenetur restituere. Sed quæ est legitima portio ipsorum,in his versibus continetur.vnde versus.

Quatuor aut infra dant natis iura trientem,
Semissem verò dant natis quinque vel vltra.
Arbitrium sequitur cætera substantia patris.

De naturalibus tantùm Rubrica.

VIso de legitimis & naturalibus,restat nũc videre de naturalibus tãtũ. Circa quos tria sunt videnda.Primò,qui sunt naturales tantũ. Secundò,quare sic appellantur. Tertiò, quod ius seruetur in eis. Ad primũ.s.qui sunt naturales tantũ? Naturales tantũ sunt illi,qui nati sunt ex vero cõcubinatu. Et ad hoc,vt dicatur vera & legitima cõcubina, multa sunt necessaria. Primò,quòd nõ sit honestè viuẽs. Secũdò,quòd nõ sit vidua honestè viuẽs. Tertiò,ꝙ nõ sit monacha vel spõsa Christi. Quartò,quòd nõ sit ligata,hoc est, quòd non habeat maritũ,nec ipse sit ligatus,hoc est,ꝙ nõ habeat vxorẽ. Quintò,quòd habeat vnã cõcubinã tantũ,& nõ plures. Sextò,quòd eã teneat palã,& nõ clã. Septimũ est necessariũ,vt dicatur vera cõcubina,hoc est,quòd si talis vellet eã despõsare,quòd posset,id est,quòd nõ sint affines. Ad secundũ. s.quare dicũtur naturales tantũ? Et dicuntur naturales tantũ,quia natura cooperãte in eis nati sunt,nõ secundũ leges canonũ,licet ius ciuile hoc nõ prohibeat. Ad tertiũ.s.quod ius seruatur in eis?& dico quòd tale ius seruatur:Primò quòd pater nõ tenetur aliquid ei dare,

Qui sunt naturales tantũ.

Naturales quare dicantur.

Ius quod seruetur in naturalibus.

ei dare,si nō vult.Sed si vult dare,bene potest:sed quantū? distingue:aut habet descendētes legitimos & naturales,& tunc nō potest dare nisi vnā vnciā:aut habeat ascendentes tantū, & tunc potest eos instituere in vniuerso,prӕterquā in legitima,quӕ ascendētibus debetur:Si autē nō habet ascendentes, potest eos in totū instituere. Sed nunquid naturales succedūt ab intestato?distingue:quia aut extant legitimi & naturales descendentes,vel legitima vxor,& tunc nō habent isti naturales de bonis paternis,nisi alimenta:aut non extant descendentes,sed ascendentes:& tunc succedunt in duas partes patrimonij.Si autem non extant ascendentes nec descendentes, sed collaterales,& tunc succedunt in duas vncias,& sunt alēdi in bonis paternis,& dico tantùm non est differentia, & idem econtrà mater in bonis filiorum.Vnū tamē scias, quòd si quis habet filiū naturalē tantùm,quod potest legitimari filius ille duobus modis.Vno modo per desponsationem concubinӕ dotalibus conditis instrumentis. Alio modo per traditionem curiӕ Imperatoris seruiendum, vel per Papalem postulationem de ipsius absolutione.

De legitimis tantùm. Rubrica.

VIso de naturalibus tantū,restat nunc videre de legitimis tantū.Circa quos tria sunt videnda. Primò,qui sunt legitimi tantū.Secundò,quare sic appellātur.Tertiò,quod ius seruatur in eis. Ad primū,scilicet,qui sunt legitimi tantū? certè sunt filij adoptiui & arrogati.Sed in quo differunt adoptio & arrogatio?dico quòd differunt in multis.Primò,quia adoptio fit de filiofamiliàs,arrogatio verò de patrefamiliàs, & de homine sui iuris.Secundò,quia arrogatio fit coram Imperatore vel eius Vicario,adoptio autem fit coram quocúnque iudice.Differunt etiam,quia arrogati tantū transeunt in potestatem patris arrogantis, sed adoptiui non nisi in casibus, scilicet,quādo auus adoptat filium ex filio vel ex filia: de qua adoptione vel arrogatione suprà habuimus in principio septimi capituli. Ad secundum,scilicet,quare sic appellātur?& dico quòd appellātur legitimi:hoc est,à lege permissi,nō autem natura cooperāte in eis.Ad tertium & vltimum,scilicet, quod ius seruatur in eis?Et dico quòd istud ius seruatur quādiu sunt in arrogāti familia,qđ seruat̄ in legitimis etnaturalibus:

Legitimi tantùm qui sunt.

Legitimi tantùm quare sic dicantur.

libus:sed emancipatione non facta de his, omnia iustè acquisita per arrogationem tolluntur. In adoptatis illud ius seruatur: quia quando adoptati transeunt in potestatem patris adoptantis: vtputà auus adoptauit filiũ ex filio vel ex filia: & tunc idem ius seruatur in eis, quod in legitimis & naturalibus. Si autem adoptiui non transeunt in potestatem patris adoptantis, & tunc nullum ius acquiritur eis in bonis patris adoptantis, nisi ab intestato.

De nec legitimis, nec naturalibus. *Rub.*

Visso de legitimis & naturalibus tantùm, necnon & de legitimis tantùm, restat nunc videre de nec legitimis nec naturalibus. Circa quos tria sunt videnda. Primò, qui sunt nec legitimi nec naturales. Secundò, quare sic appellantur. Tertiò, quod ius seruatur in eis. Ad primum, scilicet, qui sunt nec legitimi nec naturales? Et dico quòd sunt illi, qui nascuntur ex incestuoso coitu. Ad secũdum, scilicet, quare sic appellantur? & appellantur nec legitimi nec naturales: quia nati sunt contra leges, non autem secundum leges. Item dicuntur nec legitimi nec naturales: quia lex intantum odit eos, quòd ipsa præsumit quòd natura non cooperata est in eis. Ad tertiũ, scilicet, quod ius seruatur in eis? Et dico quòd istud ius seruatur: nam nihil possunt habere de bonis paternis: & si pater eis aliquid relinquit, legitimi & naturales debẽt auferre ab eis tanquã ab indignis infra duos menses: & si hoc non facerent, & tunc fiscus habet apprehendere omnia eorũ bona. Vnum tamen scias, quòd si isti nec legitimi nec naturales nõ possunt legitimari per aliquod Imperiale rescriptũ, nisi dicat princeps, non obstante lege, quæ dicit istos non esse legitimos nec naturales, volo quòd sint legitimi: vt arguitur ff. de le.iij.l.si quis.in principio test. quia Iustinianus nõ potuit imponere legẽ aliis imperatoribus: quia par in parem nõ habet imperiũ, vt ff. de ar.l.nã.& C. de leg.& cõstit.prin.l.digna, &c.

De illis, qui sunt legitimæ ætatis. *Rubr.*

Ad euidentiam istius diuisionis, volo ipsam primò continuare ad superiora ista forma: Nos supra vidimus qualiter iste titulus fuit diuisus in partes sex: cũ dictũ sit de quinque partibus, restat nũc videre de sexta: in qua tractat qui sunt legitimæ

legitimæ ætatis. Circa quam diuisionem volo quærere duo. Primò, quæ sit legitima ætas. Secundò, quæ sit non legitima. Ad primum, scilicet, quæ sit legitima ætas. Legitima ætas est à xxv. an. suprà, vsque ad infinitum: & huius ętatis homines dicuntur maiores. Ad secundum, scilicet, quæ sit non legitima ætas. Nã nõ legitima ętas est à xxv. an. infrà, & huius ætatis homines dicuntur minores. Et istorũ minorũ quatuor sunt species: Nam alij sunt infantes, alij proximi infantiæ, alij proximi pubertati, & alij puberes: de quibus omnibus breuiter est videndum. Et extra literam volo quærere, quot modis legitima ætas sumatur in iure? Et dico ꝙ sex modis sumitur legitima ætas. Nã qñq; in xij. an. quandoq; in xiiij. an. qñque in xvij. quãdoque in xviij. quãdoque in xx. quãdoq; in xxv. an. Primò dicitur in xij. an. & hoc in muliere. nam ætas matura mulieris sumitur in xij. an. Secũdò dicitur legitima ætas in xiiij. ann. & tunc quis potest contrahere in tali ætate. Item potest testari. Item matrimonium cõtrahere: & quo ad omnia ista dicitur legitimæ ætatis: dũtamẽ non habeat aliud iuris impedimẽtũ. Tertio modo dicitur legitima ætas in xvij. an. & hoc in eo, qui vult aduocare, desideriũ suũ corã iudice postulare: & quo ad hoc dicitur quis legitimę ętatis: dũmodo nõ habeat aliud iuris impedimentum, sed debet attingere de xviij. an. Quarto dicitur legitima ætas in xviij. an. & hoc in muliere, quæ vult impetrare veniam ætatis: dũmodo sit mulier honestè viuens. Quinto modo dicitur legitima ætas in xx. an. & hoc in masculo, qui vult impetrare veniam ætatis, & in isto Imperator quærit de sagacitate ipsius. Sexto modo dicitur legitima ætas in xxv. an. & hoc regulariter. Et nota, quòd prodest scire, quæ sit legitima ætas, & quæ nõ legitima. Nam homines legitimæ ætatis possunt cõtrahere, & de bonis suis alienare sine solennitatibus. Item nota, ꝙ quãdoque sufficit tetigisse primam diẽ anni, vt est in eo, qui dicitur legitimæ ætatis: nam sufficit tetigisse primam diem xxv. annorũ. Quandoque sufficit tetigisse vltimã diem anni quo ad dignitates habendas: sed quo ad onera sustinenda debet esse legitimæ ætatis totius integræ, scilicet, vigintiquinq; an. Sed vt possit esse tutor, sufficit tetigisse vltimã diẽ anni, vt testari possit, & alia facere, quæ nullus facere potest. Quandoque non sufficit tetigisse vltimã diẽ anni, imò oportet ꝙ tangat saltem primã diem sequẽtis anni: vt est in eo, qui vult postulare, & pro aliis

aduocare. Nam nõ sufficit tetigisse vltimam diẽ xvij. ann. sed oportet, quòd tangat de xviij. an. Quãdoque fit cõputatio de momẽto ad momentũ, & de hora ad horã, vt in præscriptione. Quãdoque est necesse tangere vltimã diem, & vltimã horã. Nam dies & hora debet finiri, in qua incœpit, aliter nõ diceretur præscriptio perfecta. Idẽ est in restitutione minorũ: nã vsque ad illam horã, & illud tẽpus quod restitui potest: & restituitur vsque ad illam horã, & illud tẽpus, in quo deceptus fuit. Poterat in fine restitui, id est, restitutionem impetrare, & audiendus est, & ei competit restitutio in integrum.

De contractibus inutilibus ratione personarum. Rubrica.

COlligi possunt ex vniuerso tredecim personæ, quarum occasione cõtractus ab eis initus regulariter vitiatur, & inutilis redditur: ideo regulariter dictum est: quia aliquæ ex eis, in quibus se possunt casibus obligare, vt inferius apparebit, sunt autem ex illis quædam, quæ contractũ vitiant ratione ætatis, vt infans, & maior infante, & proximus pubertati, & pubes. Quędã ratione cõditionis, vt filiusfa. & seruus. Quædam ratione morbi, vt furiosus, & mutus, & surdus. Quædã ratione delicti, vt prodigus, hæreticus, apostata, & cõmittentes crimen læsæ maiestatis: de quibus omnibus per ordinem est videndum. Infans, id est, minor septem annis, nec naturaliter nec ciuiliter obligatur, nec alium sibi obligare potest. Sed maior infante tenetur solùm de sponsalitiis cõtractibus. & non de aliis. Proximus pubertati, aut habet tutorẽ, aut nõ: si habet tutorẽ, & contrahit cum ipso tutore, nec naturaliter nec ciuiliter astringitur: si verò contrahit cũ extraneo cũ authoritate tutoris, obligatur ciuiliter & naturaliter: licet, si deceptus fuerit, possit restitui: sed si careat tutore, obligatur naturaliter tantùm, & non ciuiliter: & sola naturalis obligatio est inefficax ad agendum: Exceptis duobus casibus, in quibus naturaliter & ciuiliter obligatur: quãdo tutore caret, scilicet, ex contractu, de quo factus est locupletior, & quando dolum cõmisit, quia ratione doli tenetur insolidum. Pubes, id est, maior xiiij. an. masculus, vel xij. fœmina, sed vterque minor xxv. siue sit paterfa. siue filiusfa. fuerit, tenetur de omni contractu inito à prædecessore suo, & ex contractu à tutore facto cũ de-

creto,

creto, nisi in duobus casibus, scilicet, si grande damnum passus sit, id est, minus dimidia iusti pretij, vel fraudis consilium intercessit, id est, quòd dolo deceptus sit à tutore. De quibus duobus casibus non tenetur de cõtractu inito à tutore. De his autem, quæ gesta sunt cum ipso pubere siue adulto distinguet: quia aut habet curatorem, aut nõ. Si curatorem habet, nõ obligatur sine curatoris authoritate. Sed si non habet curatorem, obligatur ipse adultus ciuiliter & naturaliter. Veruntamen si deceptus est etiam pro modico damno, id est, minori dimidia iusti pretij, dummodo non sit ita minima, quæ præiudicet maiori rei summæ, restitutionem in integrum potest petere toto tempore minoris ætatis: & ea finita infra quadriennium continuum. Et hanc restitutionẽ petere potest de his, quæ amisit, hoc est, de re, quam dedit: & de his, quæ non acquisiuit, siue de lucris omissis, hoc est, si delatam sibi hæreditatẽ repudiauit. Item de eo, quòd alicuius oneri se implicuit, hoc est, pro altero fideiussit. Et ad hoc vt restituatur, debet probare se minorem, & se deceptũ: quia non eo ipso quòd minor est, deceptus intelligitur. Sed fallit in quinque casibus, in quibus minor de contractu ab eo inito non restituitur, etiam si probet se deceptum. Primus casus est, si mutauit statum vendendo se, vel aliter alienando, ad pretium vel lucrum participandum, quia in hoc non restituitur. Secũdus casus est si maiori rei, vel summæ præiudiciũ generetur, id est, si petit restitui pro minima parte, in qua dicat se deceptum: quia melius est quòd dãnum recipiat in illa minima parte, quàm totus contractus infringatur. Tertius casus est, si minor sit vsus iure communi, vt quia adiit hæreditatẽ, vel emit seruũ necessarium, & posteà nactæ res casu perierunt, vel seruus mortuus est, nõ enim tunc restituitur: quia non videtur esse deceptus, si vsus est iure cõmuni. Nam nõ euentus dãni, sed incõsulta facilitas præbet restitutionem. Quartus casus est, si dolum cõmisit: quia deceptis, & non decipientibus iura subueniũt. Quintus casus est, si corporaliter iurauerit se nõ venturũ contrà occasione minoris ætatis: quia sacramenta puberum spontè facta super cõtractibus rerum suarum præcipimus inuiolabiliter custodiri. Sed si iurauit per Deum viuũ verbotenus se maiorem, non restituitur, nisi probet per argumẽta in scriptis inserta, id est, per instrumẽta publica facta de die natiuitatis suæ, ꝙ quãdo verbotenus iurauit, quòd nõ habebat xxv. annos. Sed si hoc velit pro-

Casus, in quibus minor nõ restituitur.

bare per testes, non auditur. Filiusfa. qui subiectus est potestati patris, vel aui, vel proaui, cũ ipso patre, vel auo, vel proauo non obligatur: quia iuris interpretatione eadẽ est persona patris & filij, nisi de castrensi vel quasi castrensi peculio: quia de his cum patre contrahere potest, eò ꝙ in castrensi vel quasi castrensi tanquã paterfa. habetur. sed si cum alio quocũque modo contrahit, naturaliter & ciuiliter obligatur: non tamen ei rem patris permittitur obligare sine suo cõsensu. Verũtamen fallit in voto & in mutuo, de quibus non obligatur: quia si vouet aliquid reipub. se daturũ, non tenetur: secus tamẽ si vouet Deo, vtputà, si monasteriũ sit ingressurus: quia ad hoc astringitur etiã patre non consentiente. In mutuo verò licet naturaliter & ciuiliter obligetur, defenditur tamen per exceptionem Macedoniani senatuscõsulti: quę quidẽ est odiosa, inuenta, scilicet, in odiũ fœneratorũ. Et propterea non potest filiusfa. eam remittere, nec ipsi exceptioni renuntiare: quia non in sui fauorem, sed in odiũ fœneratorum inuenta est. Vnde si pecuniã verè & non fictè, & eo tempore, quo erat filiusfamilias, acceperit mutuo, non tenetur ad eam reddendã ipse vel pater eius. Fallit tamẽ in his sequentibus casibus, in quibus ipse vel pater de mutuo contracto à filio tenetur. Primus, si filiusfa. se paterfa. per mendaciũ dicat. Secundus casus est ratione publicæ ignorantiæ, vt quia publicè paterfa. plerũque sic agebat, sic contrahebat, sic publicis muneribus fungebatur. Tertius est, si pupillus sine tutoris authoritate, vel adultus sine curatoris authoritate mutuauit filiofa. Quartus, si mutuũ in rem patris verterit: vt quia dotauit sororem, vel familiã patris nutriuerit: vel quia soluerit creditori patris, quia tunc tenetur pater ad illam pecuniã reddendã. Quintus, si mutuũ accepit vsque ad illam quantitatẽ, quam pater nõ deberet recusare ei dare, quando alibi degebat causa legationis, vel causa studiorum. Sextus, si pater consensit, quãdo mutuũ accepit, vel præsens nõ contradixit: vel si filius destinauit patri literas, quòd mutuum acceperit, & pater non improbauit actum filij: & intellige de patre, qui habet filium in potestate. Filius enim familiàs filio suo consentiendo, qui est in aui potestate, non facit vt esset exceptio Macedoniani. Septimus casus est, si mutuũ accepit, vt se liberet ab alio creditore, quem non poterat remouere. Et nota quòd licet appellatione pecuniæ largo modo sumpta, cõtineatur quicquid est in numero, pondere, & mensura: hic tamen

Nota casus sequẽtes.

men strictè sumitur solùm pro illa pecunia, quæ est in numero. & hoc est, quod suprà dicitur, filiumfamilias nō teneri de mutuata pecunia, scilicet, de illa, quæ consistit in numero. Secus si acceperit aliquid, quod consistat in pondere, vel mensura: quia tunc tenebitur, nisi fraus adhibita sit à creditore. vtputà, quia dedit filiofa. frumentum vel oleum, vt de his distractis vtatur pecunia.

Nota.

Item nota, quòd exceptio Macedoniani datur non solùm filiofamilias, sed eius hæredi, & eius fideiussori: & vnde eadē exceptione defenditur fideiussor.

Nota.

Item nota, quòd quando filiusfa. habet castrense vel quasi castrense peculiū, tunc cessat Macedonianū vsque ad quātitatem peculij. Seruus cū domino suo ciuiliter nō obligatur, sed cū extraneo pacisci potest domino acquirendo: nam ex persona domini habet ius stipulandi. Alij verò efficaciter nō obligatur, cū pro mortuo reputetur: sed ex eius cōtractu dominus conuenitur de peculio serui, vel de eo, quod in rem, id est, in vtilitatē domini versum est, vel quod iussu, id est, de contractu facto ab eo iussu domini. Fallit tamē in tribus casibus, in quibus dominus de peculio serui nō tenetur, scilicet, cū seruus donat, vel vouet, vel fideiubet extra causam peculiarē. Sed licet seruus ciuiliter extraneo non obligetur: Dominus tamen suis de promissionibus eius in casibus tenetur. Furiosus, vel mente captus tempore furoris contrahere nō potest, eo quòd contractus fieri non possunt sine consensu, ipse enim expressim vel tacitè consentire non potest. Verumtamen si contrahit mente recepta, vel si habet dilucida interualla, cōtractus tunc ab illo initus valet. Mutus & surdus, qui ipsis morbis naturaliter laborant, contrahere non possunt: quia stipulatio per interrogationē & responsionem habet fieri: & is, qui stipulatur, verba promittentis, & econuerso, promittens verba stipulantis, audire, & intelligere debet: quod prædicti facere nequeūt: & hæc intelliguntur de ipsis muto & surdo, qui tempore contractus prædicto morbo laborant. Prodigus, cui bonis est interdictum non obligatur, Hæreticus, apostata, cōmittētes crimen læsæ maiestatis, non possunt contrahere: quia his personis interdictum est, lege contrahendi commercium: & ideo

Furiosus vel mente captus an cōtr[...]t.

Prodigus an obligetur ex suo cōtractu.

contractus cum eis initi inutiles sunt. Cæterùm licet mulier non sit de prædictis xiij. personis, quæ se obligare nõ possunt: & licet mulier se suo nomine obligare possit: quia tamen in fideiussione regulariter adiuuatur beneficio Velleiani senatusconsulti, videndũ est, quãdo in fideiussione obligatur, & quando non: & quando se iuuare potest hoc beneficio, & quãdo non. Igitur si mulier fideiubet pro alio, vel si præbet fideiussionem pro alterius obligatione, aut si pro alio se constituit debitricem, aut si rem suam pro alio pignori obligauit, non tenetur ipsa, nec eius fideiussor, nec res sua pignori pro alio obligata, etiam si sit vir, vel filius, pro quibus hoc fecerit. Sunt tamen sex speciales casus, in quibus mulier fideiubendo tenetur, & hoc beneficio non iuuatur. Primus est, si mulier fideiussit pro pecunia illa, quæ est data vel promissa alicui domino manumittendi pro pretio manumissionis serui fauore. Secundus, si intercessit pro dote alicuius mulieris. Tertius, si mulier renuntiauit beneficio Velleiani senatusconsulti, quod suo fauore indultum est: & ideo valet renuntiatio, si certioretur de iure ipsius beneficij. Quartus, si accipit pretium, vel aliquid loco pretij pro intercessione, non iuuatur Velleiano. Quintus, si voluit decipere creditorẽ, sciens se tutam hoc senatusconsulto, cùm creditor ignoret: Fragilitati enim, nõ calliditati, subuenitur. Sextus casus est, si intercessit, aut pignus vel fideiussorem dedit, & post biennium à prima cautione numerandum, iterum ad idem se obligauit, vel pignus, vel fideiussorem dedit. Sibi enim debet imputari, si vltrò firmauit, quod sępius potuit cogitare & euitare. Videtur enim ex tali prolixitate temporis, non pro aliena stipulatione, sed pro sua se obligare: & ex secunda cautione se obnoxiam facere. Intra biennium autem, si iterum ad idem se obliget, non sibi præiudicat: quia ex consequentia suæ fragilitatis in secundam videtur incidisse iacturam. Vnde versus de dictis sex casibus.

Casus, quibus mulier nõ iuuatur Velleiano.

Casibus in senis mulier spondendo tenetur,
Pro libertate, pro dote renuntiet, & si
Decipiat, pretium capiat, caueátque secundo.

Item nota, quòd mulier fideiubere, vel se obligare non potest pro viro: etiam qualitercunque renuntiet, quia videtur donare viro: & inter virum & vxorem prohibita est donatio, nisi propter nuptias, vel causa mortis: non tamen est prohiben

hibendum virum non posse obligari pro vxore, vbi processit in commodum mulieris. Et nota, quòd vbicunque non est fideiussio mulieris, cessat beneficium Velleiani. Igitur viso de personis, quæ contractum reddunt inutilem: quia non solùm ratione personarum, imò etiam ratione rerum contractus vitiatur. Videndum est de rebus, super quibus, & de quibus contrahi non potest.

De personarum qualitate & conditione, quæ contractum reddunt inutilem. Rub.

PRæsens titulus potest continuari ad superiora ista forma. Nos suprà vidimus qualiter contractus constat ex tribus, scilicet, ex personis, rebus, & obligationibus. Et primò de personis est agendum. Sed vidimus suprà in titulo præcedenti de diuisionibus personarum. Et personarum quędam reddunt contractum inutilem, quædam quæ contrahere possunt. Et primò videndum est, quæ personæ contractum reddunt inutilẽ: à contrario sensu apertè patebit, quæ cõtractum vitiant: quia cõtrariorũ eadem est disciplina. Nunc vidimus, quæ personæ contractũ vitiant. Et hoc innuit rubrica nostra, cùm dicit, de contractibus inutilibus ratione personarum. Visa ergo continuatione huius tituli, restat nunc videre de ipsis personis. Et ad euidentiam huius tituli debemus scire quot & quæ sint illa, quæ impediant contractũ: quia quatuor, scilicet, minor ætas, conditio, morbus, & delictum. Item xiij. sunt personæ, quæ contrahere impediuntur: quarũ minor ratione minoris ætatis, vt est infans, proximus infantiæ, proximus pubertati, & pubes: duæ rationes conditionis, scilicet, filiusfamiliàs, & seruus. Tres ratione morbi. s. furiosus, mentecaptus, mutus, & surdus. Quatuor ratione delicti, vt prodigus, hæreticus, apostata, & cõmittens crimen lesæ maiestatis: de quibus omnibus est videndũ, & primò de infante. Circa infantẽ quęrã duo. Primò, quis sit infans, & quare sic appellatur. Secundò nũquid infans possit contrahere. De primo, quis est infans? dico ꝙ infans est à die natiuitatis suæ vsquæ ad septimum annum, tam masculus, quàm fœmina: & appellatur infans, quasi nil fari valens. De secundo, nunquid infans possit contrahere? dico quòd non, nec alteri se obligando, nec alium sibi obligando. Nam propter carentiam mentis

& cerebri ignorat quid agit,& contrahit:& in contractu requiritur ſenſus,& conſonans intellectus.Sed iſte nõ habet intellectũ,ergo nõ poteſt contrahere:& ſi vellet contrahere cũ tutoris authoritate,& tutor conſentiret,etiã non poſſet:& ſi neceſſe eſſet,vt aliqua res venderetur,tutor habet vendere tutoris nomine ipſius infantis:& ſi vellet dare fideiuſſorẽ, non poſſet:& ſi daretur,de facto nõ obligatur fideiuſſor,nec naturaliter,nec ciuiliter:quia ipſe infans non poteſt obligari aliquo iure. Et vbi non poteſt eſſe principalis obligatio,nec acceſſoria eſſe poteſt. Fallit tamen in ſtipulatione:nã infans habet ſtipulari perſonã ſuã,bona ſua ſalua fore:& ſi ipſe neſcit loqui,tũc ſeruus eius habet ſtipulari:& ſi nõ habet ſeruũ,debet emi ſeruus:& ſi nõ eſt vnde ematur,tũc notarius,qui nunquã deficit,habet ſtipulari. Sed hoc,quod dicitur,ꝙ infans nõ põt ſe obligare,nec aliũ ſibi obligari,dico ꝙ hoc eſt verũ expreſsè:ſed tacitè bene obligatur,vtputà,Quidã fecit teſtamẽtum,& inſtituit quẽdã infantem,& quendã aliũ ſibi hæredẽ: modo iſte alter inſtitutus facit impenſas in hæreditatẽ,tunc infans obligatur pro impenſis factis ab alio inſtituto.

De proximo infantiæ. Rub.

Circa præſentẽ §.volo quærere duo. Primò,quis ſit proximus infantiæ,& quare ſic appellatur. Secundò, nunquid proximus infantiæ poſsit contrahere. De primo,quis eſt proximus infantiæ? Et dico quòd eſt à ſeptem an.vſque ad decem cum dimidio maſculus:fœmina verò à ſeptimo vſque ad nouem cum dimidio:& ideo dicitur proximus infantiæ: quia magis reſpicit ad infantiã,quã ad pubertatẽ in tali ætate. De ſecundo,nunquid proximus infantiæ poſsit cõtrahere? diſtingue:quia aut vult cõtrahere aliũ ſibi obligãdo,aut ſe alteri obligãdo. Si vult cõtrahere,aliũ ſibi obligãdo,& tunc bene poteſt: Quia vnicuique licitũ eſt conditionẽ ſuam facere meliorem. Si vult contrahere ſe alteri obligãdo,& tũc ſubdiſtingue:quia aut habet tutorem,aut nõ. Si nõ habet tutorem, non poteſt contrahere:& ſi contrahit,nullo modo obligatur, niſi naturaliter,nõ autem ciuiliter:& iſta naturalis obligatio eſt inefficax ad agendũ. Fallit tamẽ in duobus caſibus,in quibus tenetur,aliàs obligatur naturaliter & ciuiliter,quãtumcunque non habeat tutorem obligatur. Primus caſus eſt in ſpon

sponsalitiis contractibus: quia si promisit accipere aliquã in vxorem, obligatur naturaliter & ciuiliter, & tenetur cum effectu: tamen debet expectare legitimum tempus ætatis, scilicet xiiij. an. masculus, & fœmina xij. tamen posteà adimpleto tempore, si volunt consentire, possunt: & si nolunt, non coguntur: Quia expedit vt masculus sit pubes, & fœmina viripotens. Secundus casus est in contractu, de quo factus est locupletior. Si autem habet tutorem, & tunc subdistingue: quia aut vult contrahere cum ipso tutore, aut cum extraneo. Si cum tutore, & tũc bene potest, nisi habeat plures tutores: quia si vellet contrahere cum vno de consensu aliorum, tunc potest: cùm non posset habere tantum ab alio tempore, quod ab ipso habere potest. Si cum extraneo, & appello omnem extraneum præterquam tutorem: & tunc subdistingue, quia aut vult contrahere cum authoritate sui tutoris, & tunc obligatur naturaliter & ciuiliter: tamen si deceptus est, restituitur, vel potest restitui in integrum. Si autem sine tutoris authoritate, tunc obligatur naturaliter tantùm: in quodam non obligatur nec naturaliter nec ciuiliter. Sed quid prodest hoc scire, scilicet, quòd naturalis obligatio est inefficax ad agendũ, & obligatur naturaliter tantùm, quia, scilicet, nullo iure tenetur? Dico quòd prodest, quia si est naturaliter obligatus, potest dare fideiussorem, qui naturaliter & ciuiliter obligabitur, quod aliter nõ posset: sed si daret, nullo modo obligatur. Item prodest: quia si ille, qui obligatus est, soluit, non potest repetere quod solutũ est, duntamen sit obligatus naturaliter: sed si nullo modo erat obligatus, potest repetere quod soluit. Item, quia si obligatur naturaliter, appellatur debitor: & non poterit accusare illum, qui ipsum debitorem appellauit: sed si nullo modo est obligatus, & appellaret ipsum debitorem, bene poterit ipsum accusare, tanquam si committat iniuria. Sed quot sunt solennitates, quæ de necessitate interuenire debent? dico quòd sunt quatuor, scilicet, causa legitima, iudicis decretum, tutoris authoritas, & subhastatio: & hoc in rebus, quæ seruari possunt. Sed in rebus, quæ seruari non possunt, potest pupillus contrahere cum sola tutoris authoritate: potest etiam ipse tutor sine aliqua solennitate. Et nedum potest, sed tenetur propter Authenticam, quæ dicit: O vos tutores & curatores, quæ in bona pupillorum, &c.

De proximo pubertati. Rub.

Circa præsentem §. multa essent vidẽda, scilicet, de proximo pubertati, sed de ipsis non repeto: quia ea, quę dicta fuerũt de proximo infantiæ, eadẽ sunt intelligenda de proximo pubertati in omnibus & per omnia, nisi in vno casu. Nã suprà dixi ꝙ pupillus proximus infantiæ nõ habens tutorem obligatur naturaliter tantũ: nisi in duobus casibus. s. in sponsalitiis contractibus, & in cõtractu de quo factus est locupletior. Sed proximus pubertati tenetur in alio casu. s. de dolo: quia de omni delicto tenetur, præterquã de delicto carnis: vt si quis vellet dicere quẽdã proximum pubertati violasse quãdam virginẽ, nõ auditur. Sed nunquid impubes poterit vẽdere bona aduentitia cũ consensu patris? dico ꝙ nõ: quia impubes authoritate quidẽ pręstita nõ obligatur. Sed quę est ratio, ꝙ si pupillus impubes cõtrahit cũ tutoris authoritate, obligatur naturaliter & ciuiliter: & sic cõtrahit cũ cõsensu patris, nõ obligatur? hæc est ratio, quia tutoris authoritas est data ad authorizandũ. Sed patria potestas est data ad gubernãdũ. Secunda est ratio, quia si tutor malè authoratur, finita tutela tenetur de mala administratione. Sed pater, si malè interponit authoritatem suã, non tenetur. Et proximus pubertati dicitur à x. an. cũ dimidio vsque ad xiiij. an. masculus: & fœmina à nouẽ cũ dimidio vsque ad xij. an. Et dicitur proximus pubertati, quia magis respicit pubertatẽ, quã infantiã in tali ætate.

De pubere. Rub.

Præsens §. potest continuari ad superiora ista forma. Nos suprà vidimus, ꝙ quatuor sunt personæ, quæ cõtrahere impediuntur, ratione minoris ætatis. Sed viso de tribus, scilicet, de infante, proximo infantiæ, & de proximo pubertati, restat nunc videre de quarta & vltima, scilicet, de pubere. hoc innuit §. noster, cùm dicitur, pubes, id est, maior xiiij. ann. masculus, & xij. fœmina. Circa quem volo quærere quatuor. Primò, quis sit pubes, & quare sic appellatur. Secundò, nunquid pubes teneatur de contractibus initis à quodam suo prædecessore. Tertiò, nunquid teneatur de contractibus factis à quondam suo tutore. Quartò, nunquid teneatur de contractibus factis à seipso. De primo,

mo,quis est pubes? pubes est masculus maior xiiij.an. & fœmina maior xij.ann.minores tamē xv. Et dicitur pubes,quia in tali ætate incipit habere barbā. Et nuncupatur multis nominibus:appellatur enim pubes,adultus,adolescens,& viripotens. De secūdo,nūquid pubes teneatur de cōtractibus factis à quodā suo prædecessore? & circa idē quærā sex. Primò, quis sit prædecessor,& quare sic appellatur. Secūdò,nūquid pubes teneatur de cōtractibus à suo prædecessore initis. Tertiò, nūquid pubes posit petere restitutionē de cōtractibus factis à suo prædecessore. Quartò,infra quæ tempora datur restitutio. Quintò,de quo dāno. Sextò,de quibus contractibus. De primo,quis est prædecessor? Prædecessor est ille, vel illa, de cuius bonis aliquid ad me peruenit titulo particulari vel vniuersali. Expone verba diffinitionis. Et primò dicit,prędecessor est ille vel illa:nam siue sit masculus,siue sit fœmina,non refert de cuius bonis aliquid ad me peruenit:nā nō curo quis sit ille vel illa,an attinens an extraneus,dūmodo de bonis aliquid ad me perueniat titulo particulari vel vniuersali. Per hoc no.ꝙ triplex est titulus succedēdi.s.vniuersalis, particularis,& singularis. Vniuersalis est,quādo hæres institutus est in totū ab aliquo. Particularis est, quando quis est ab aliquo in aliqua parte institutus,siue in tertia, siue in quarta parte. Singularis est,quādo quis est in aliqua re institutus. Et prodest hoc scire:quia sicut aliquis successor particularis vel vniuersalis alicuius habet sustinere onera & cōmoda hæreditatis pro ea parte,in qua sunt hęredes instituti. Si autē quis esset successor singularis,nō sustinet cōmoda vel incōmoda hæreditatis,licet illa res,quæ fuit sibi legata, valeret plus quā singula bona quæ superextant. Et dicitur prædecessor à præcedo,is:& componitur ex præ,& cedo,is,id est,antè cedo. De secundo,vtrū pubes teneatur de contractibus factis siue initis à prædecessore? Et tunc distingue:quia aut prædecessor tenebatur,& tunc eius successor tenetur:aut prædecessor non tenebatur,& tūc eius successor nō tenetur. Et potest esse ꝙ prędecessor erat impubes,& nō tenebatur ratione solēnitatis omissę:quia fortè sine solēnitatibus cōtraxerat. Itē potest esse, ꝙ prædecessor erat pubes,& nō tenebatur ratione prædicta. Itē potest esse,ꝙ prædecessor erat pubes,id est,maior, & non tenebatur:quia promiserat vi vel metu:& omnibus istis casibus non tenetur successor eius. De tertio,vtrum successor posit

Pubes quis dicatur.

Pubes an teneatur de cōtractibus factis à suo prædecessore.

Quaestio an success. petat restitutionē de cōtractib. sui praedecessoris.

possit petere restitutionem de contractibus initis à suo praedecessore? Et tūc distingue, aut prędecessor poterat petere restitutionē,& tunc eius successor poterit petere: aut praedecessor nō poterat petere, etiam nec eius successor. Sed quomodo potest esse, quòd praedecessor possit petere restitutionē? dico ꝙ hoc potest esse: quia fortè minor erat,& in cōtractu fuit lęsus & deceptus,& non petierat restitutionē infra tēpus suę legitimae aetatis,& adhuc durabat sua legitima aetas per quadrienniū cōtinuū, postquàm fuerat deceptus de enormi damno. Et potest esse, ꝙ prędecessor etiā non petierat restitutionē: & quia fortè non fuerat deceptus, vel fortè erat transactum tempus petendi restitutionem. De quarto, scilicet, infra quę tempora successor possit petere restitutionē? Et tunc distingue: quia aut maior succedit maiori,& tūc habet tēpus quod restabat defuncto, si quod restabat. Sed quod tēpus habet minor deceptus ad petendū restitutionē? dico quòd habet quadrienniū continuū. Aut minor succedit minori,& tunc habet tempus suae minoris aetatis:& ea finita habet quadrienniū cōtinuū. Aut maior succedit minori,& tunc habet quadrienniū continuū. Aut minor succedit maiori,& tūc habet totū tempus suae legitimae aetatis,& tempus, quod restabat defuncto. Et illud tēpus, quod habet defunctus, dormit quādiu durat legitima aetas: & ea finita, incipit currere: & hîc verò nō, quia est terminus legalis, secus si esset terminus conuentionalis: quia statim currit etiā durāte legitima aetate,& ponitur tale exemplū. Quidam vendidit vnam domum eo pacto, ꝙ sibi liceret eā reluere hinc ad quatuor an. posteà ipse stetit duobus vel tribus annis,& non reluit, decessit,& ei successit quidam minor xxv. an.& stetit tribus annis,& non reluit domum,& perfecta est legitima aetas. Iste successor factus est maior, vadit ad emptorem,& dicit ꝙ vult domū reluere: dicit emptor, tu non poteris: quia transactū est tempus reluēdi: dicit successor, nō est: quia praedecessor habebat vnū annū ad reluendū,& ita ego, qui sum eius successor, habeo vnū annū: dicit emptor, sunt bene tres anni, ex quibus ipse decessit, ergo non potes petere restitutionē: dicit successor, ego fui minor,& minori non currit tempus etiam durāte minori aetate: dicit emptor, verū est, ꝙ tempus legale nō currit minori in minori aetate, sed tempus conuentionale, vt est illud bene currit: & verum dicit,& sic nota, quòd differt tempus legale à conuentionali.

Tēpora restitutionis petendae.

De quinto.s.de quo damno datur restitutio?& dico q de illo, quod dabatur prædecessori suo:vnde si predecessor poterat petere restitutioně de modico & enormi, & tűc eius successor de modico & enormi. Si de modico tantű,& eius successor de modico tantű. Si de enormi tantű,& eius successor de enormi tătű:& iste successor solű de enormi poterit petere,putà, quia prædecessor erat maior. Vnde nota q triplex est damnű,scilicet,enorme,modicű,& minimű. Enorme est illud,quod excedit dimidiű iusti pretij. Modicum est illud,quòd in se modicam cőtinet læsioně. Minimű est illud,quod in se minimam cőtinet læsioně. De sexto.s.ex quibus cőtractibus petatur restitutio?& dico q de contractibus,qui valuerunt,& tenuerűt de iure:& in his,in quibus prædecessor deceptus fuit: sed in illis,qui de iure nő valuerűt,& tenuerűt,nő pőt petere restitutioně:quia ipso iure nullus est cőtractus. Et frustra precibus imploratur,quod de iure cőmuni cőceditur. Et ideo petit cőtractű annullari,& nő debet petere restitutioně, nec se restitui. Ad secundű principale membrű.s.an pubes teneatur de contractibus factis à quodă suo tutore?& circa istud secűdum quærã quinque. Primò,an pubes teneatur de contractibus factis à quodă suo tutore. Secundò,an de eis possit petere restitutionem. Tertiò,de quo damno. Quartò, infra quæ tempora. Quintò,ex quibus cőtractibus. De primo,vtrű pubes teneatur de contractibus factis à quodă suo tutore? Et tűc distingue:quia aut tutor contraxit super rebus, quæ diu seruando seruari nő possunt:aut super rebus,quæ seruando seruari possunt. Si contraxit super rebus, quæ seruando seruari non possunt:& tunc tenetur pubes,nisi in tribus casibus. Primus casus est,si deceptus fuit in enormi damno, putà, quia tutor vendidit frumentum pro minori pretio dimidiò iusti pretij. Secundus casus est,si fraudis consiliű interuenit. Tertius casus est,si fecit euidentem vtilitatem amicis suis, putà, quia tutor vendidit frumentum pro minori pretio,quàm valeret,amicis suis. Si autem cőtraxit super rebus,quæ seruando seruari possunt:& tunc aut ipse tutor contraxit cum solěnitatibus,aut sine. Si cű solennitatibus,& tunc pubes tenetur. Si sine solennitatibus,& tunc non tenetur. De secundo, nunquid pubes possit de eis petere restitutioně?& dico quòd sic: quia siue per se,siue per alium contrahat, dűmodo deceptus sit,petit restitutioně. De tertio.s.de quo dăno possit petere restitution

Restitutio pro quo dăno detur.

Restitutio ex quibus contractibus petatur.

Pubes an teneatur de cőtractibus sui tutoris.

stitutionē?& dico ꝙ si tutor fuit deceptus de modico & enormi damno:& pubes de modico & enormi potest restitutionē petere. Si fuit deceptus de enormi tantū,& pubes poterit petere de enormi tantū. De minimo autem nulli datur restitutio:quia melius est,quòd minor minimum damnū patiatur, quàm totus contractus infringatur. De quarto,scilicet,infra quæ tempora posit petere restitutionem?& dico quòd potest petere toto tēpore suæ minoris ætatis: & ea finita infra quadrienniū cōtinuū. Olim habebat annū vtilem, vt infrà patebit. De quinto,scilicet,ex quibus contractibus posit petere restitutionem?dico ꝙ petit de contractibus, qui de iure valuerūt,& tenuerunt:de illis autē,qui de iure non valuerunt, nec tenuerūt,nō poterit petere restitutionē: sed petet contractū annulari,qui à principio nō valuit:& frustra precibus imploratur,quod de iure cōmuni conceditur. De tertio princi. membro,scilicet,vtrū pubes teneatur de contractibus initis à seipso. Et circa idem volo quærere quinq;. Primò,vtrū pubes teneatur de cōtractibus initis à se ipso. Secundò,an pubes de contractibus à seipso initis posit petere restitutionē. Tertiò,de quo dāno posit petere restitutionē. Quartò,infra quę tempora. Quintò,ex quibus cōtractibus datur restitutio. Ad primū,scilicet,vtrum pubes teneatur de contractibus factis à seipso?& sic distingue:quia aut habet curatorem : & tunc si vult contrahere super rebus,quę seruādo seruari nō possunt: & tunc potest sola curatoris authoritate, & cogitur habere ratum,nisi esset deceptus vltra dimidiam iusti pretij, id est in enormi dāno. Si autem vult cōtrahere super rebus,quę seruando seruari possunt,& tunc subdistingue:quia aut cōtraxit cū solennitatibus,an sine. Si cū solennitatibus, & tūc tenetur habere ratū:sed si fuerit deceptus,semper potest petere restitutionē. Si sine solennitatibus,& tunc nō tenetur:quia ipso iure nullus est contractus. Si autē habet curatorē, & tūc subdistingue:quia aut vult contrahære super rebus,quæ seruando seruari non possunt:& tūc potest sola curatoris authoritate, aliàs nō valeret cōtractus:quia postquā habet curatorē, nihil debet facere sine ipsius authoritate. Si autē vult cōtrahere cū solennitatibus super rebus,quæ seruando seruari possunt. Et tūc solēnitates sunt quatuor, scilicet,causa legitima,decretū Iudicis,& tutoris authoritas & subhastatio:& tūc tenetur. Et si fuerit deceptus,semper restituitur,nisi iurauerit in contractu.

An pubes teneatur de suis cōtractibus

ctu. Si autẽ vult contrahere sine istis quatuor solennitatibus, & tunc ipso iure cõtractus est nullus. Ad secundum, scilicet, an pubes possit petere restitutionem de contractibus initis à seipso? & tunc subdistingue: quia aut cõtraxit solenniter, aut non. Si contraxit solenniter, tunc optimè poterit petere restitutionem, si deceptus est. Nam siue per se, siue per alium contrahat, semper restituitur. Si sine solennitatibus, id est, minus solenniter contraxit: & tunc non petit restitutionem, imò petit contractum annulari, quia ipso iure nullus est contractus: & quia frustra precibus, &c. Ad tertium, scilicet, de quo dãno datur restitutio? & dico quòd de modico & de enormi, de minimo autem non: quia melius est, quòd illud minimum damnum patiatur, quàm totus contractus infringatur. De quarto, scilicet, infra quæ tempora petatur restitutio? & dico quòd petitur infra tempus suæ minoris ætatis: & ea finita infra quadriennium continuum, & sic vsque ad xxix. annos potest petere restitutionem. Ad quintum, scilicet, ex quibus contractibus petatur restitutio? Et dico quòd petitur restitutio de contractibus, qui de iure valuerunt, & tenuerunt: sed de contractibus, qui non valuerunt, nec tenuerunt, non petitur restitutio, imò petitur contractum annulari, & non rem restitui: quia frustra precibus imploratur, &c. Sed petitur restitutio ex contractibus, qui de iure valuerunt & tenuerunt.

Pubes an petat restitutionẽ aduersus suos contractus.

Pro quo dãno petatur restitutio.

De restitutione. Rubrica.

PRæsens §. potest continuari ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus de minoribus. Sed quia vbicunque minores decipiuntur, sunt restituendi: ideo de ipsa restitutione loco præsenti est videndum. declarat hoc §. noster, cùm dicit, Verumtamẽ, &c. Circa præsentem §. volo quærere nouẽ. Primò, quid sit restitutio. Secundò, per quos, & à quibus petatur restitutio. Tertiò, de quo dãno petatur restitutio. Quartò, infra quæ tempora petatur restitutio. Quintò, de quibus rebus, & caussis patatur restitutio. Sextò, quot habet probare minor, qui dicit se læsum & deceptum. Septimò, quo iure petatur restitutio. Octauò, formare libellum super restitutione. Nonò, videre casus, in quibus minori denegatur restitutio. De primo, quid est restitutio? Dico quòd restitutio est prioris rei status reintegratio. Et dicitur, restitutio est

Restitutio quid est.

prioris

prioris rei status: quia ille, qui petit restitutionem, petit contractum reintegrari, scilicet, rem restitui, & vult pretiũ restituere. Sed pone, quòd minor petit restitutionẽ. s. vt sibi restituatur res, nũquid debet pretiũ restituere? distinguendũ est. Quia aut habet pretium saluum, vel de eo est factus locupletior, & tunc cogitur restituere: quia nemo debet cũ aliena iactura locupletari. Aut nõ habet pretium saluum, vt quia consumpsit, & tunc nõ tenetur soluere pretiũ, sed emptor cogitur sibi restituere rem. Sed ego probo, quòd ista non sit bona diffinitio: Nam illa non est bona diffinitio, quæ non conuertitur cum suo diffinito. Sed ista est huiusmodi, ergo, &c. Et sic probo, quoniã tu dicis, ꝙ est reintegratio prioris status. Sed si vult emptor, potest addere iustũ pretium: ergo nõ reintegratur cõtractus. Sed dic quòd est bona diffinitio. Nam qui petit restitutionem, petit alterũ duorũ, vel rem sibi restitui, vel iustum pretium addi: ergo ista est bona diffinitio. De secũdo, scilicet, per quos, & à quibus petatur restitutio? & dico ꝙ petitur per læsos & deceptos, per tutores nomine pupillorum, per curatores nomine adultorũ, & per procuratores habẽtes speciale mandatũ ad hoc. Et nota quòd dico habentes speciale mandatum: nã si haberet generale mandatũ, non propterea posset petere restitutionẽ, licet dicatur, quòd generalis procurator omnia potest, quæ dominus: tamen exigitur hic speciale mandatum. Ad tertiũ, scilicet, de quo damno petatur restitutio? & dico ꝙ ad huius euidentiã debemus scire, ꝙ triplex est dãnũ, scilicet, minimum, modicũ & enorme. Et enorme damnũ est illud, quod excedit dimidiã iusti pretij, vt putà, emptor emit rem minus, quàm valeret: quia res valebat xx. & emit pro decem: ideo si rès est vendita minus dimidio iusti pretij, quia viginti valebat, & fuit data pro decem: de isto damno petit minor & maior restitutionem. Modicum damnum est illud, quod modicam in se continet læsionem, sed relinquitur iudicis arbitrio iudicantis: & de isto modico damno non datur restitutio, nisi minoribus, per priuilegium speciale. Minimum damnum est illud, quod in se minimam continet læsionem: & de isto nõ datur restitutio minoribus nec maioribus.

A quibus & per quos petatur restitutio.

Pro quo dãno petatur restitutio.

Infra quæ tẽpora petatur restitutio.

Ad quartum, scilicet infra quæ tempora petatur restitutio? & dico quòd minor de modico, & de enormi habet totũ tempus suæ minoris ætatis: & ea finita, infra quadrienniũ continuum. Et olim habebat annũ vtilem, qui annus vtilis continet

continet in se trecentos sexaginta dies iuridicos, id est, habiles ad iudiciũ. Et ad hoc, vt dicatur iuridicus, tria sunt necessaria. Primò, quòd sit actor qui agat. Secundò, reus qui se defendat. Tertiò, iudex qui de causa cognoscat. Sed loco illius anni vtilis, minor & maior habent quadriennium continuũ, scilicet, maior à die celebrati cõtractus. De quinto, scilicet, de quibus rebus, & causis petatur restitutio? Et dico quòd petitur restitutio de his, in quibus contraxit, si deceptus fuit, & nõ aliter: quia non eo ipso, ꝙ contraxit, videtur deceptus, nec restituendus est. Item petitur restitutio de lucris omissis, putà, si repudiauit hæreditatem locupletem, credens ipsam fore dãnosam. Item petitur restitutio contra cõpromissum, si in aliquo compromisit, & deceptus fuit. Item petitur restitutio cõtra sententiã iudicis. Sed diceres tu, non potest petere restitutionem, imò appellationẽ. Sed dic quòd potius debet petere restitutionem, quàm appellationem, duabus rationibus. Prima ratio est, quia per restitutionem rescinditur sententia in totum, sed per appellationem suspenditur pronũtiatum: vnde dicitur esse bene appellatum, & malè sententiatum: vel bene pronũtiatum, & malè appellatum. Secunda ratio est, quia fortè transactum est tempus appellandi, scilicet, decem dierum. Sed tempus restitutionis non est transactum: quia habet quadriennium continuum post legitimam ætatem. Sed posses tu dicere, non potest esse, quòd sit transactum tempus appellãdi: quia minori non currit tempus in minori ætate. Et est sciendum, quòd triplex est tempus, scilicet, legale, iudiciale, & conuentionale. Legale non currit minori in sua legitima ætate. Sed iudiciale & conuentionale sic: & illud est tempus iudiciale, ergo currit minori in sua minori ætate. Sed nũquid potest minor petere restitutionẽ in delictis? Et tunc distingnendum est: quia aut est infans, vel proximus infantiæ, & tunc non tenetur de delicto. Aut est proximus pubertati, siue doli capax: & tunc subdistingue: quia aut deliquit ex delicto: quia ex animo peruenit pensato, hominem interfecit, & tunc tenetur de delicto. Aut deliquit ex sui simplicitate, ludendo cum sociis hominem interfecit, & tunc non tenetur, & est restituendus. De sexto, scilicet, quot habet probare minor, qui dicit se læsum & deceptum? dico ꝙ habet probare quandoque vnũ, quãdoque duo, quãdoque nihil. Quandoque habet probare duo, & hoc, quãdo ex respectu corporis videtur maior, & nõ appa-

Pro quibus rebus petatur restitutio.

minor an petat restitutionem aduersus delictum.

ret læsus,nec deceptus:quia tunc habet probare se minorē,& se læsum & deceptū. Quādoq; habet probare vnū:& hoc,quādo ex aspectu corporis videtur minor,& nō apparet læsus nec deceptus,vel ecōtrà, non videtur minor,sed videtur læsus & deceptus:quia fideiussit, & fideiubēdo minor videtur semper decipi:nā tūc habet probare se minorē esse. Quādoque habet probare nihil,scilicet,quādo videtur minor,& quādo videtur læsus & deceptus:quia tūc nihil habet probare. Sed quis habet hoc probare,an ille,qui dicit,se minorē vel maiorē,an ille,qui dicit eū maiorē? Distingue:quia aut vterque dicit, affirmādo, aut vterque negādo:aut vnus affirmādo, & alter negando. Si ambo dicūt affirmādo,putà,quia vnus dicit,ego sum minor, aduersa verò pars dicit:Domine,ipse est maior:& tūc iudex ex aspectu habet deferre probationē. Nā si videretur minor, tūc deferat onus probandi ei,qui dicit ipsum esse maiorē:& si videtur maior,tunc debet deferre onus probādi ei,qui dicit, se esse minorē. Si autē vterque dicit negando,putà, vnus dicit, Domine,ego nego me minorem : alter dicit, Domine,nego ipsum esse maiorē,quis tūc habet probare? Quidā dicūt ꝙ minor habet probare:quia qđ olim fuit, hodie præsumitur esse: sed dic, ꝙ istud hodie nō habet locum hîc,nec in his, quæ per cursum tēporis mutantur. Nā per cursum tēporis homo quotidie mutat ætatē. Sed dic vt suprà, ꝙ iudex habet ex aspectu deferre illi,cui magis videtur æquum. Si autē vnus proponit affirmatiuam,& alter negatiuā: & tunc affirmanti incumbit onus probandi:quia affirmanti,& non neganti, incūbit onus probationis. Nam per rerum naturā affirmanti,& nō negāti incūbit onus probandi:& ideo caue tibi,ne affirmes,nec affirmādo proponas in iudicio aliquid. Nam tibi incūbetur onus probandi,quod quādoq; difficillimū est. De septimo,scilicet, quo iure petatur restitutio? & dico quòd petitur de modico dāno per iudicis officiū,illius misericordiam implorādo. De enormi dāno datur restitutio per actionē descendentē ex illo cōtractu, ex quo contraxit, & deceptus fuit:nam si emit,aget actione ex empto:si locauit,aget ex actione locati:& sic de singulis actionibus,& aget contra decipientē,& nō cōtra possessorem. Fallit tamē in tribus casibus,in quibus agit cōtra possessorem actione prætoria,rescissoria ad rescindēdū cōtractūs & posteà aget actione rei vendicationis , & nō directa contra decipientē. Primus casus est,si deceptus nō est soluēdo. Secundus

Restitutio quo iure petatur.

dus casus est, si expedit potius habere rē, quā iustū pretiū, vel æstimationē. Tertius casus est, quādo sciēter emit rem ab illo, quē sciebat minorē decepisse: & agit per restitutionē toto tēpore suæ minoris ætatis: & ea finita intra quadriēniū cōtinuū, & in isto quadriēnio debet inchoari, mediari, & finiri, aliàs post quadrienniū nō agit, licet lis in quadriēnio sit cōtestata, quāuis aliàs omnis actio per litis cōtestationē ad triginta annos perpetuò tenet. Restitutio autē minorū vel maiorum nō perpetuatur ad triginta annos, ideo nō potest vltra quadriennium lis intētari, quātūcunque lis in quadriēnio sit cōtestata. De octauo, scilicet, formare libellū: & qnque cōcipitur in personā pupilli cū authoritate tutoris: Quādoq; in personā adulti cū authoritate curatoris: Qnq; ī psonā tutoris pro pupillo: Qnq; in psonā curatoris, pro adulto: Qnq; ī psonā procur. pro domino. Et si cōcipitur in psonā pupilli, sic dicas: Corā vobis do. Paulo iudice & assessore do. R. de villa Potest. Bo. agit Iac. filius talis de talibus pupill' cū cōsensu Petri sui tutoris ibidē pñtis & cōsentiētis cōtra Corradū de tali loco, cui dicit se vēdidisse domū vnā positā in tali loco, infra tales cōfines. Itē dicit q dedit sibi centū lib. Bon. Itē dicit q dicta domus cōi æstimatione valebat centū quinquaginta: quare cū deceptus sit in modico dāno, petit se vestro officio restitui. Et expensas factas petit, & de faciēdis, & hæc omnia petit vestro officio, vel omni alio iure, quo melius videtur, & potest. Et si esset adultus, eodē modo dicas. sed hic adultus est, cū cōsensu sui curatoris faciat: & si esset deceptus de enormi dāno, dic qualiter petit se restitui per actionē descēdentem ex illo cōtractu. De nono & vltimo, scilicet, videre casus, in quibus minori denegatur restitutio: & casus sunt in textu. Primus casus est, si passus est se vænūdari iusto pretio: quia tanta solēnitas iuris, quæ fuit obseruata solēniter, vno momēto tēporis nō est maiori. Secūdus casus est, si mutanda rei vel summæ præiudiciū generetur, vtputà, vēdidit frumentū, vinū, oleū: & vēdidit frumētū & vinū iusto pretio, & in oleo fuit deceptus: nā tūc nō est danda restitutio sibi: quia melius est, q istud minimum damnū patiatur, quā totus cōtractus infringatur. Tertius casus est, quādo vsus est iure cōmuni: quia illud fecit, quòd quilibet sapiētissimus fecisset. Expone illū textū, qui dicit: Nam nō euentus damni, sed inconsulta facilitas præbet restitutionem. Expone nunc euentus damni, subaudi, diuino iudicio veniente. Sed euentus

Casus, in quibus minor nō restituitur.

alterius damni bene præbet restitutionẽ:ideo propter dãnum petit minor restitutionem. Quartus casus est,si dolum cõmisit: Nam deceptis,& non decipientibus iura subueniũt. & sic no.quòd mendacium punitur à lege. Quintus casus est, si iurauit corporaliter.

De sacramento à minore præstito. Rubri.

Circa præsentẽ §.volo quærere sex. Primò,quot sunt species sacramentorũ,& de quo sacramento loquatur hîc,& quid sit sacramentũ secundũ modũ nostrũ acceptũ.Secũdò,quot sunt species minorum,& de quo minore loquatur hîc. Tertiò,ad quid operatur sacramentũ à minore præstitũ.Quartò, si minor iurauit in contractu non venire contrà,an possit cõtrauenire,non obstante sacramẽto. Quintò,exponere Authẽticam Federici Imperatoris. Sextò,formare aliquas quæstiones,& videre casus,in quibus sacramentũ non nocet,nec præiudicat minori. De primo,quot sunt species sacramentorũ? Et dico,ꝙ sunt multæ. Nam quoddam est sacramentum de veritate dicendã:& istud est,quod præstat quilibet testis in iudicio:& quilibet clericus in iudicio spirituali. Nã clericus, vel alius regularis canonicus non iurant de calũnia. Aliud est sacramentum,quod appellatur calũniæ:& istud est quod præstat actor,& reus in iudicio. Aliud est sacramentum, quod appellatur iudiciale: & istud est duplex, scilicet, voluntarium, & necessarium. Voluntarium est illud, quod præstat pars parti in iudicio. Necessarium est illud,quod iudex alicui parti defert,vtputà,quidam dicit tali, quòd debet sibi centũ,ipse dicit se non debere: Iudex dicit,Iura,quod tu nihil sibi debes: modò istud sacramentũ est iudiciale necessarium. Aliud est, quod appellatur de pecunia fideliter erogata:& istud est,quod præstant cõmissarij. Aliud est sacramentum fidelitatis:& istud est,quod facit quilibet officialis in sui officij principio,suum officium fideliter exercere. Aliud est sacramentũ cõscientiæ, & istud præstatur religiosis. Aliud est sacramentum obseruationis,& istud præstatur omnibus,& de isto loquimur hîc, & sic diffinitur. Sacramentum est rei affirmatio, vel negatio: quia ille,qui iurat,affirmando vel negando iurat,adhibita religione: quia religiosa & sacra continentur in sacramento. Nam dicit iudex,Iura ad sancta Dei Euangelia,quod sacrum est &

Sacramẽtorum species quot sunt.

est & religiosum. Et ideo qui deierat, negat quatuor sancta Dei Euangelia, & dicit Deum non esse Deum. De secundo prin. membro, scilicet, quot sint species minorũ? Et dico quòd sunt quatuor, scilicet, infans, proximus infantiæ, proximus pubertati, & pubes. Sed de quo minore loquimur? certè de pubere, propter authẽticam Federici Imperatoris, quæ dicit. Sacramenta puberum, &c. quia impubes non potest iurare. De tertio scilicet ad quid operatur sacramentum à minore præstitum? Et dico quòd operatur ad tria. Primò, facit valere contractum, qui de iure non valeret. Secundò, repræsentat minorem esse maiorem. Tertiò, priuat minorem restitutione. Sed de quo damno priuatur minor restitutione propter sacramẽtum? Dico quòd sacramentum potest esse taliter dictatũ, quòd priuat ipsum de modico dãno: & potest esse taliter dictatũ, ꝙ priuat ipsum de enormi. Et ista sunt verba, quę priuant ipsum restitutione modici dãni, scilicet, ratione minoris ætatis. Et ista sunt verba, quæ priuant ipsum restitutione enormis dãni, scilicet, ratione minoris ætatis, & ratione minoris pretij, quod cõpetit de iure Canonico. De quarto, scilicet, si minor iurauit in contractu nõ venire contrà, an possit venire cõtrà, nõ obstante sacramẽto? Et tunc sic distiugue: quia aut iurat se non venturum contra contractum, aut iurat se maiorem esse, aut dicit verbotenus se maiorem. Si iurat se non venturum contra contractum, tunc subdistingue: quia aut iurauit corporaliter, aut verbotenus. Si corporaliter iurat se nõ venturũ contra cõtractum ratione minoris ætatis, & tunc non potest contrauenire. Si autem iurat verbotenus non venire contra contractum, & tunc non obstante iuramento potest contrauenire de iure ciuili, secus de iure Canonico. Nam de iure Canonico tenetur quandocunque iuret, siue corporaliter, siue verbotenus: & ideo clericus, qui iurat verbotenus, bene tenetur in forma spirituali. Si autem iurat se maiorem, & tunc subdistingue: quia aut iurat se maiorem dolo aduersarij, aut sponte. Si autem iurat se maiorem dolo aduersarij: quia dum minor ibat ad contrahendum, dixit ille, cum quo contrahere volebat: Ego volo iurare te esse maiorem, vt tenearis mihi, aliter ego nolo contrahere tecum: dicit ille minor, ego iurabo, nunquid potest dicere se minorem esse? certè sic: quia dolo aduersarij iurauit se maiorem esse: & multò magis posset se dicere minorem, si dolo aduersarij dixerit se maiorem.

Minorũ species quot sunt

Sacramentum minoris quid operatur.

Minor an possit venire cõtra cõtra ctum iuratum.

Si autem iurauit spontè, & tunc subdistingue: quia aut iurauit corporaliter, aut verbotenus. Si corporaliter iurauit, id est, tacto aliquo corpore, vel aliqua alia re corporaliter, & tūc non potest dicere se minorem, si millies vellet iurare, vel se minorem probare. Si autem iurauit verbotenus se maiorem, & tunc non potest dicere se minorē, nisi probaret per instrumenta à die natiuitatis in scriptis, non autem per testes. Et sic nota casum, in quo probatio testium non est necessaria, licet aliàs parem vim habeat probatio testium & instrumentorū. Si autem simplicibus verbis dixit se maiorem, & tunc subdistingue: quia aut bona fide, aut mala fide, aut dubitatur. Si bona fide dixit se maiorem, putà, quia credebat se maiorē esse, posteà sciuit se esse minorem, & tunc potest dicere se minorem esse. Si autem mala fide dixit se maiorem, & bene sciebat se minorem, & tunc non potest dicere se minorem, quantumcunque hoc velit probare. Si autem dubitatur, an dixerit bona fide, vel mala, & tunc in dubio non potest dicere se minorem esse, quia sibimet contrarius esset: & qui contraria dicit, non auditur. Ad quintum principale membrum, scilicet, exponere Authenticam Federici Imperatoris, quæ sic dicit: Sacramenta puberū spontè facta super contractibus rerum suarum non retractandis, præcipimus inuiolabiliter custodiri. Et si per vim aut iustum metū etiam à maioribus præstita, nullius momenti esse iubemus. Dicit, sacramētum, id est, corporaliter præstita, vel sunt dicta sacramenta, ita sunt obseruanda: Dicit, puberū, non autem impuberum, nam impubes non tenetur de sacramento de iure ciuili, sed de iure canonico tenetur spontè facto. Dicit, sponte, non autem coactè quia iuramentum coactè factum non valet. Dicit, super contractibus: quidam exponunt, scilicet, super propriis: alij tamē dicunt, super omni contractu, scilicet, proprio, improprio, & magis improprio. Sed nunquid est ita in iudiciis? quidam dicunt, ꝙ non: quia trahitur inuitus ad iudiciū captis pignoribus, mulcta, & vindicta. Et Authentica loquitur, si sacramentum fiat spontè. Sed hîc fit coactè, ergo tenere nō debet sacramentum. Sed alij dicunt ꝙ hîc notarius probatur, & ꝙ tunc quis videtur quasi contrahere. Sed nunquid tenetur ex his, videlicet, si iurauit nō venire cōtra compromissum? & dicas ꝙ sic, secūdum omnes opiniones, quæ de voluntate cōpromissa procedunt, sicut arbitratoria, & si cōtractus: & habeas in memoria,

Expositio authēticæ Federici.

moria,vt semper facias minorem compromittentem iurare non venire cõtra compromissum,nec etiam contra arbitriũ, vel laudum ferendum. Nam amodò contra cõpromissum venire non poterit,si iurauit. Sed pone,quòd iurauit non venire contra aliquẽ contractum,quẽ facit,nunquid in omnibus aliis vim obtinet?certè nõ:quia pacta paciscentibus prodesse, & non nocere debẽt,nõ tamen extraneis personis. Item quia generalis renũtiatio nõ tenet,& sic est in promissione generali. Dicit,rerũ suarũ,non autẽ aliarũ:& ideo sunt quidã,qui dicunt,ꝙ si minor fideiubet pro aliquo,& iurat:vel si mulier renuntiat venditioni factæ à marito suo,nõ tenetur. Sed tamen dicas,ꝙ tenetur:quia si minor pro aliquo fideiubet,promittit se soluturũ,si principalis nõ solueret:& sic videtur super rebus suis contrahere. Itẽ si mulier remittit ius suũ,& sic super iure suo cõtrahit:& ideo expone,super cõtractibus rerum suarũ,id est,super promissionibus à se factis. Vel,super cõtractibus,id est,in his,in quib⁹ habet ius,qui renũtiat: Præcipimus inuiolabiliter custodiri. Expone quo ad exceptionẽ dandã,& quo ad actionẽ,& quo ad exceptionẽ. Nã minor vẽdidit,& iurauit:posteà vult repetere rem suã,nõ potest: quia exciperet cõtra ipsum ad actionem, vt posit emptor agere actione ex empto,vt sibi rem tradat. Et si per vim aut iustũ metum à maioribus præstitũ,nullius mométi esse iubemus. Nam si minor iuraret per vim vel metum,non valeret iuramentum,siue inferat metus per maiorẽ siue per minorem:& obligatio ipso iure est nulla. Ad sextum,scilicet,formare aliquas quæstiones,& prima talis est: Quidã minor adultus vendidit sine decreto iudicis,& iurauit in cõtractu,nunquid valet venditio? videtur ꝙ nõ:quia ista vẽditio est facta cõtra legem:& quod fit cõtra legẽ,pro infecto debet haberi,& omne id,quod sequitur ex eo,vel ob id. Tamen dic ꝙ valet propter sacramentũ,qđ operatur ad tria,quia repræsentat minorẽ esse maiorẽ:& si maior est,nõ est necessaria solennitas. Itẽ sacramentũ operatur in cõtractu,quia facit valere contractũ,qui aliàs nõ valeret,si esset minor. Itẽ quia priuat minorẽ restitutione modici & enormis dãni:& si maior est,priuat ipsum de enormi tantũ:quia maior nõ petit restitutionem de modico dãno,sed de enormi sic.& est ratio,quia maior debet ita se regere,& facta sua,vt non sinat se decipere. Venditio facta per minorẽ de ratihabitione valet,si minor est sui iuris,& suarũ

rerum negotij gestor. Maximè si emptor ab eo exposcat corporale sacramentum cum iuris renuntiationibus, aliàs venditio est in dubio. Secunda quæstio talis est: Quidam pubes vendidit sine tutoris authoritate, & iurauit in contractu, nunquid valet venditio? & potest dici quòd non: quia postquàm habet curatorem, omnia debet agere de curatoris authoritate. Item alia ratione: quia quandocunque aliquid debet fieri cum aliqua solennitate, solennitate omissa, non valet quod agitur. Sed ista est huiusmodi, ergo. &c. Sed tamen dico quòd valet multis rationibus. Prima ratio est: quia sacramentum facit ipsum fore maiorem: & si maior est, non est necessaria talis solennitas: & non est necessarium habere curatorẽ, nisi autẽ furiosus sit. Quidã dicunt, ꝙ repræsentatur maior, quando non habet curatorem: si habet, contrahit cum eius authoritate. Item quia Authentica dicit, puberum, non autem impuberum, &c. Et dicit ꝙ sacramentum facit valere contractum, qui aliàs non valeret. Nam si contractus non valet, ad nihil operatur sacramẽtum. Sed qualiter? Respondemus illi, qui dicit, quòd venditio facta contra legẽ non valet: quia venditio fieri non potest à pubere sine tutoris authoritate cum iuramento, vel sine decreto iudicis. Respon. ꝙ non est contra legem, propter Authenticam Federici. Item venditio valet: quia si nõ valeret, iam primò esset author periurij, quod esse nõ debet, vt l. j. C. si aduers. vend. Tertia quæstio est talis: Quæritur, si minor vendidit prædium vnũ, & iurare voluit, & remissum fuit ei iuramentum à iudice, nunquid habetur pro iurato? Dicunt quidam quòd sic. Nam sufficit bona volũtas. Nam voluntatem habuit iurandi. Tamen dicas, quòd nõ ita est. Nam vbi factum requiritur, bona volũtas nõ sufficit. Sed secus est in iuramẽto iudiciali. Nam si quidam est accusatus, quòd hominẽ vulnerauit: & non est verũ, dicit iudex, noli iurare: modò perinde est, ac si iurasset: quod secus est in sacramento in contractibus præstito, vt suprà dixi de minore. Quarta quæstio talis est: Quæritur, nunquid aliquis de mandato minoris posit iurare super eius anima, & an valeat iuramentũ? & dico quòd sic. Sed tamen est concipiendũ in personam illius, qui mãdauit iurare hoc modo: Iuro, ꝙ talis minor obseruabit talem contractũ, & nõ contraueniet: sic Deus ipsum adiuuet, ad sancta Dei euãgelia, & valet. Nam qui per alium facit, per seipsum facere videtur.

De

De filiofamiliâs, & seruo. Rub.

Iste §. potest continuari ad superiora, ista forma de quatuor personis, quæ impropriè impediuntur contrahere ratione minoris ætatis, in superioribus est dictum: modò conueniens est, vt videamus de duobus, qui impediuntur contrahere ratione conditionis: vt est filiusfamiliâs & seruus. Et primò de filiofa. hoc est, quod innuit §. noster, cùm dicit, filiusfa. &c. Circa quem §. volo quærere tria. Primò, quid sit filiusfa. Secundò, quotuplex sit filiusfa. Tertiò, an filiusfa. possit contrahere. De primò, scilicet, quis sit filiusfamiliâs? & dico quòd filiusfa. est ille, qui habet patrē, auum, vel proauum paternū, & est in eorū potestate. Et ad hoc vt dicatur filiusfa. duo sunt necessaria. Primum, quòd habeat patrem, auum, vel proauum paternū. Secundū, quòd sit in eorum potestate. De secundo, scilicet, quotuplex sit filiusfamiliâs? Et dico, ꝙ triplex, scilicet, Impubes, Pubes, & Maior. Impubes est minor xiiij. anno. & iste nihil potest etiam cum consensu patris, nec cōtrahere, nec pacisci, nec testari, nec codicillari, nec iudicio interesse, nec causa mortis donare: & est ratio, quia impubes authore quidem patre non obligatur. Pubes est maior xiiij. an. vsque ad xxv. an. & iste potest contrahere, & causa mortis donare: sed non potest testari, nec codicillari, nec iudicio interesse. Maior est ille, qui est maior xxv. an. & iste potest contrahere, causa mortis donare, & iudicio interesse, siue suo nomine, siue nomine alieno cum consensu: non autem testari, nec codicillari: Nam testamentum ex libero testantis arbitrio procedere debet. De tertio, scilicet, an filiusfa. posit contrahere? & sic distingue: quia aut vult contrahere cum patre, auo, vel proauo paterno, in cuius potestate est, aut cum extraneo. Si vult cōtrahere cum patre, auo, vel proauo, & tunc non potest: quia iuris fictione vna & eadem est persona patris & filij: & si contrahit, obligatur naturaliter tantùm. Sed huic naturali obligationi potest accidere fideiussor, qui obligatur naturaliter & ciuiliter. Sed si est emancipatus, optimè potest contrahere secum, & obligatur naturaliter & ciuiliter: quia ciuilis obligatio, quæ impeditur propter patriam potestatem, caderet inter patrem & filium, sublata est per emancipationem, quæ tollitur de iure ciuili. Sed hoc, quod dico,

Filiusfa. quis sit.

Filiusfa. quotuplex sit.

quòd filiusfa.contrahendo cum patre,auo,vel proauo obligatur naturaliter tantùm. Fallit tamen in castrensi, & quasi castrẽsi peculio. Adduntur etiam duo alij casus,in quibus pater potest contrahere cum filio. Primus casus est,quando filiusfa.factus est sui iuris aliter quàm per emancipationem. Secundus casus est,quando vult contrahere nomine alieno, vtputà,tutoris nomine. Et ad huius euidentiam est sciendũ, quòd quicquid acquirit filius,dum est sui iuris,appellatur patrimonium. Sed id,quod acquirit,dum est filiusfa.appellatur peculium. Et istud peculium est quadruplex,scilicet,profectitium,aduentitium,castrense,& quasi castrense. Profectitium est illud,quod à patre prouenit,vel ex rebus patris,vel patris amore,vel per aliquẽ descendentẽ ex linea paterna: & de isto peculio omnia ad patrẽ pertinent,& quoad proprietatem,& quoad vsumfructũ:& nõ potest filius cum patre contrahere aliquo modo. Aduentitium est illud, quod obuenit aliunde,quã à patre,vel ex rebus paternis,vel patris amore, vtputà,à matre,vel ex rebus maternis,vel per lineam maternam:& in isto pater habet vsumfructum,filius verò nudã habet proprietatẽ:in isto nõ potest etiã filius contrahere cũ patre:& si contrahit,obligatur naturaliter,nõ autem ciuiliter. Castrense est illud,quod filiifa.milites acquirunt militando ad castra:& de isto potest filiusfa.contrahere,tam cum patre suo,quã cum extraneo,& obligatur naturaliter & ciuiliter: quia in eo reputatur paterfa.idẽ dico in quasi castrẽsi. Et quasi castrense est illud,quod acquirunt quinque genera filiorum, scilicet,assessores,aduocati,iudices,magistri liberalium artium,& clerici præbẽdati:& de isto potest filiusfa.cum patre suo contrahere,& obligatur naturaliter & ciuiliter,sicut cũ extraneo. Nã in his filiusfa.reputatur paterfa. Si autem vult contrahere cum extraneo:& hìc appello omnem extraneum, præter patrem,auum,vel proauum paternum,in quorum potestate est. Et tunc talis datur regula: Filiusfamalias regulariter omnem contractum facere potest,& obligatur naturaliter & ciuiliter: & potest conueniri insolidum durante patria potestate,& ea finita ipse obligatur,& non pater: nec bona patris obligare potest. Per hoc,quod dico, quòd obligatur,& tenetur soluere intantum, inquantum potest: & si non soluit,potest detrudi in carceribus. Fallit tamen in sex casibus,in quibus nõ tenetur,nisi intantum,inquantũ facere

Peculium quotuplex est.

potest

potest,& non vltrà,habita ratione,ne egeat.Primus est quãdo fuit emancipatus à patre,& statim post emancipationem factam vult cõpellere ad soluendũ insolidũ:& iste dicit,se nolle teneri,nisi intantũ inquantũ facere potest,habito respectu, ne egeat:modò est audiendus in isto casu. Secundus casus est, quãdo fuit exhæredatus à patre suo ex causa legitimè approbata. Tertius casus est,quãdo fuit institutus in vna parte:quia solũ in sua legitima. Quartus casus est, quando se abstinuit ab hęreditate paterna,credens ipsam fore damnosam. Quintus casus est,quando factus est sui iuris per dignitatem,putà, quia factus est princeps,vel Senator. Sextus casus est, quando dedit ipsum in adoptionem alij patri:& pater naturalis decessit,qui potest reuocari ad successiouem paternam. Nam non potest reuocari,nisi inquantum facere potest, habita ratione,ne egeat:& hoc,quando caput deminutum est. Et licet ipse filiusfami.teneatur,pater tamen eius nõ tenetur,nisi cõsentiat. Nam si consentit optimè tenetur pater. Et ideo si contrahis cum filiofamiliâs,fac quòd pater eius consentiat:nam si non consentit,regulariter non tenetur. Sed tamen fallit in casibus,in quibus pater tenetur,quãuis non consentiat. Primus casus est in actione de peculio. Nã si filius contrahit, & pater habet peculium filij,optimè tenetur de peculio,inquãtum durat peculium,& non vltrá. Sed nunquid tenetur pater pro delicto filij de peculio? Dico ꝙ si locupletatum est peculium,ꝙ tenetur,inquantum locupletatum est peculium, & nõ vltrá. Secundus casus est in actione,de quo iussu:& non refert cui iubebat,an filio,an illi,cum quo contrahit,putà,quia iussit filio,vt acciperet pecuniã mutuo:vel fortè iussit Martino,si filius meus veniret ad te,mutua sibi centũ quia nõ refert,an iubeat filio,an Martino. Tertius casus est in actione de in rẽ verso, vtputà, quia pecunia est versa in vtilitatẽ patris:quia fortè maritauit sororem, vel emit frumentum necessarium pro familia. Quartus casus est in actione exercitoria,putà,quia pater ipsum exercitorem nauis instituit: & est exercitor,ad quem quotidianus nauis quæstus peruenit, siue pertinet. Nam pater tenebitur de omni cõtractu, quem fecit filius ob nauem exercendam. Quintus casus est in actione institoria,putà,quia pater apponit filium ad aliquam stationem: & sic tenetur, sicut quando fecit ipsum exercitorem nauis. Sextus casus est in actione tributoria, quæ competit,

Nota casus sequẽtes.

Casus, in quibus pater tenetur pro filio citra cõsensum.

tit,vt pater diuidat creditoribus merces peculiares:& ista solùm datur ad diuidendũ ea,quę in mercibus peculiaribus reperiuntur.Sed super omnes dantur ad soluendum contra patrem. Et quod dixi,ꝙ filiusfamiliàs contrahendo cum extraneo regulariter,obligatur naturaliter & ciuiliter.Ideo dico, regulariter:quia fallit in voto & mutuo:quibus casibus nõ tenetur,licet obligetur.Sed ad huius euidentiam sic distingue de voto:quia aut quis vouet Deo,aut reipublicæ.Si vouet reipub.quia dixit, Voueo reficere pontem Rheni,vel talem clusam:quia tunc non tenetur,nisi incœpisset,quia tunc teneretur.Si autem vouet Deo:& tunc aut illud votum est reale,aut personale.Si est votum reale,& tunc non tenetur de tali voto,putà,quia dixit, Voueo beato Dominico dare vnum bouem:modò fratres non possunt agere contra istum,quia non tenetur quoad mundum,sed quoad Deum bene tenetur. Si autem illud votum est personale,putà, quia ingreditur monasterium,& facit professionem,vouet Deo & sanctæ Marię, obseruare dictum ordinem, & ibi perpetuò manere: modò de isto voto tenetur.Sed nunquid tenetur filiusfamiliàs de mutuo? dico quòd naturaliter & ciuiliter obligatur,sed non tenetur efficaciter propter Macedonianum senatusconsultum,quod vult quòd filiusfamiliàs non teneatur.

De beneficio Macedoniani senatusconsulti. *Rubr.*

Circa quod Macedonianũ volo quærere quinque.Primò,quid sit Macedonianum,quare fuit adinuentum,per quos,vbi,& in quo loco. Secundò, quibus competit, contra quos, & ad quid.Tertiò,quot sunt necessaria, vt competat Macedonianum.Quartò, an ei posit renuntiari. Quintò, videre casus,in quibus cessat Macedonianum, & non habet locum. De primo,quid est Macedonianum? certè Macedonianum est quoddam beneficium à Senatoribus inuentũ in odium fœneratorum.Sed quãdo habet locum istud beneficium?quando filiusfamiliàs accepit pecuniam mutuo, vel aliquam aliam rem,vt ea distracta vtatur.Sed quare fuit adinuentũ?certè vt filiifamiliàs non teneantur de pecunia mutuata.Sed per quos fuit inuẽtum?per Senatores Romanæ vrbis.Sed vbi fuit inuentum?in Roma.In quo loco?vbi ius reddebatur. Etiã appellatur Macedonianum ab illo Macedone.

Macedonianum quid est.

Dicitur

Dicitur,senatus:quia fuit lex facta à Senatoribus.Dicitur,cõsultum:quia inter eos est factum contra Macedonem fœneratorem pessimũ,qui mutuabat pecuniam filiisfamiliâs, & persuadebat de morte parentũ,dicens:Fac ꝙ sis citò tui iuris.

De secundo,scilicet,quibus competat istud beneficiũ, cõtra quos,& ad quid? Et dico ꝙ competit filiofamiliâs pecuniam mutuo accipienti,competit etiam eius hæredibus: competit etiam eius nepoti,vel pronepoti: cõpetit etiam eius fideiussori,competit etiã hæredibus fideiussoris:quia qua exceptione defenditur principalis,eadẽ defenditur fideiussor:vt Insti. de exceptionibus. Sed contra quos competit Macedonianũ? competit contra creditores,qui mutuauerũt pecuniam filiofa.contra eius hæredes, contra omnem volentem nomine ipsius creditoris agere.Sed ad quid competit Macedonianũ? competit,vt filiusfa.de pecunia mutuata non teneatur. *Macedonianũ cui competat.*

Ad tertium,scilicet,quot sunt necessaria, vt competat Macedonianũ?& dico ꝙ multa.Primũ est necessarium, vt sit filiusfa. non autem paterfami.Secundũ est necessarium,quòd sit in pecunia mutuata,vel in alia re,vt ea distracta vtatur pecunia. non autem in alia re:quia tũc nõ cõpeteret Macedonianum, nisi illa res fuisset data in fraudem.Tertium est necessarium, quòd sit ex causa mutui concepta,nõ autẽ ex alia causa.Quartum est necessariũ,quòd sit filiusfa. tam tempore promissionis, quã tempore numerationis. Quintũ,quòd sit in casibus à lege permissis.Sextũ,quòd nõ sit ei renuntiatum.

Ad quartum,scilicet,an huic beneficio possit renũtiari?& dico, quòd non: quia est inuentum in odium fœneratorum, & beneficiis odiosis renuntiari non potest. *Macedoniano an possit renuntiari.*

De quinto. s. videre casus, in quibus cessat Macedonianum,& non habeat locum. Primus casus est,quando per mendaciũ dixit se patremfa.& erat filiusfami.modò nõ cõpetit beneficiũ Macedoniani propter mendacium:quia mendaciũ punitur à lege,vt Insti.de fideicom.hæred. §.prætereà. Secundus casus est quãdo sic agebat, sic contrahebat, & sic cunctis muneribus fungebatur: quia ignorantia facit ius,& cõmunis error quẽm excusat:vt ff. ad Macedonianũ.l.si quis patrẽ. Tertius casus est,si pupillus mutuauit pecuniã filiofa.sine tutoris authoritate:quia tũc cessat Macedonianũ senatuscõsultũ.Sed ad huius euidẽtiã sic distingue:quia aut minor mutuauit minori,aut maior maiori,aut minor maiori,aut maior minori.Si minor mutuauit mino-

ri,& tunc aut ipse minor consumpsit pecuniã,& tunc non tenetur ad pecuniam illã reddendã:quia in pari causa priuilegij,melior est conditio consumentis. Si autẽ habet pecuniã saluã,de ea pecunia est locupletatus,& tunt tenetur : quia nemini licet locupletari cũ aliena iactura:vt Insti.de iure naturali gentium & ciui.Si autẽ maior mutuauit maiori, & tũc aut ambo sunt patresfamil.& tũc tenetur,qui mutuũ recepit: aut vnus est paterfamiliàs,& alter filiusfamiliàs: & qui mutuauit,est paterfamiliàs:& qui mutuũ recipit,est filiiusfam. & tunc ideo tenetur propter Macedonianũ. Si autẽ qui mutuauit est filiusfamiliàs, & qui recepit est paterfamiliàs, & tunc tenetur qui mutuum recepit. Si autem minor mutuauit maiori,tũc tenetur,qui mutuum recepit.Si autem maior mutuauit minori,& tunc aut minor est filiusfamiliàs, & tũc non tenetur:aut est paterfamiliàs,& tenetur si pecuniã habet saluã:quia nemini licet locupletari cũ aliena iactura:vt Insti. de iure natu.& gen.& ciuili.Si autẽ consumpsit pecuniã sibi mutuatam,& tunc non tenetur:quia sibi imputari debet,qui minori pecuniã mutuauit.Et damnũ quod quis sua culpa sentit sibi imputare debet,& nõ alteri:vt Insti. de societate.circa finẽ.Quartus casus est,si mutuũ vertitur in rem patris vtilẽ vel necessariam:secus si volũtariè expendisset mutuũ in rem patris,quia tunc pater de tali mutuo non tenetur.Nota,quòd quandoq; pater tenetur in totũ de contractu seu mutuo inito à filio:& hoc,si mutuũ est versum in vtilitatem patris,& quãdoque tenetur solùm in parte:& hoc,quando mutuũ est versum in vtilitatem patris in partem,quia tunc tenetur solùm pater in illa parte.Quintus casus est,quando filiusfa. accepit pecuniã vsque ad illam quantitatem,quã pater non potuisset ei denegare:vt ff.ad Macedonianũ.in l.quod debet. Casus est talis.Quidam filiusfami.cùm esset in studio, contraxit mutuũ,quæritur tunc vtrũ pater teneatur? & dico quòd pater tenetur vsque ad illam quantitatem, quam erat sibi consuetus mittere. Sed si non erat sibi consuetus mittere pecuniã : quia fortè erat primus annus,& tunc debet fieri cõputatio secundũ scientiam,in qua studet:quia si studet in grammatica minus debet habere,quàm si studeret in medicina:si studeret in medicina,minus debet habere,quã si studeret in Legibus. & hæc omnia sunt vera,si est in studio cũ patris volũtate.Sed ponamus ꝙ filius est in studio cõtra patris voluntatem, & contraxit

traxit mutuũ, nunquid pater tenebitur? hîc sunt multæ opiniones. Quidã dicunt cũ distinctione: aut qui mutuauit, sciebat ipsum stare in studio cõtra patris volũtatem, & tunc non tenetur pater, nisi ad illas expensas, quas fecisset domi. Si autem, qui mutuauit, ignorabat ipsum stare in studio contra patris voluntatem, & tunc tenebitur eius pater. Alij dicunt cum distinctione: aut filius studet bene, & tunc tenetur: quia scientia filij lętificat patrẽ. Si autẽ malè studet, & tunc non tenebitur eius pater, nisi ad illam quantitatem, quam expendisset domi: vt ff. ad Macedonianũ. l. si filius. Sextus casus est, quando mutuum accepit in præsentia patris, & cũ consensu eius mutuatur, & habuit ratum & firmum. Septimus casus est, quando mutuũ contraxit, vt satisfaceret illi creditori, quem non poterat remouere per aliquam exceptionem: vt ff. ad Macedonianum. l. sed Iulianus. §. pe. Octauus casus est quando filiusfamiliâs habet peculium castrense: quia pater tenetur, quatenus est in peculio actione de peculio. Et quod dixi, ꝙ Macedonianum cõpetit filiofami. est verũ, si pecuniam mutuo accipit. Nam si aliã rem acciperet, nõ competeret Macedonianũ: licet appellatione pecuniæ omnis res cõtinetur, quę cõsistit in pondere, numero, vel mensura, largo modo sumẽdo. Nonus casus est, quando filiusfa. accepit pecuniã mutuo, patre ibidẽ præsente, & tunc aut pater consensit, aut non. Si consensit, vel præsens non contradixit, & tunc tenetur pater: quia qui tacet, confirmare videtur in contractibus bonæfidei: vel altiter, filius destinauit literam patri, & tunc aut pater improbat, aut approbat. Si pater non improbat actum filij, quia non contradicit literæ, & tunc videtur approbare omnia: quia qui non improbat, approbat, & sic videtur consentire. Si improbat actum filij, & tunc non videtur consentire. Decimus casus est, quando filiusfami. contraxit mutuum cũ alio, vt liberaretur ab alio creditore suo: nam tunc tenetur filiusfa. de tali mutuo: & omnes isti sunt casus, in quibus filiusfami. non potest allegare Macedonianũ senatusconsultum.

De seruis, & vnde dicantur serui. Rubrica.

CIrca præsentem §. volo quærere duo. Primò, quis sit seruus, & quare sic appellatur. Secundò, vtrum seruus posſit contrahere, vel non. Ad primum, scilicet, quis sit seruus? Et seruus est *Seruus quis sit.*

ille,

ille, qui capitur de hostium potestate, vel qui nascitur de ancilla, vel qui fit quinque interuenientibus. Et dicitur seruus, à seruando, non autem ab occidendo: quia debet seruari, non autem occidi: vt not. Institu. de iure personarum. §. serui autem. Ad secundum, scilicet, vtrum seruus possit contrahere? & tunc distingue: quia aut vult cõtrahere cũ domino suo, aut cũ extraneo. Si vult contrahere cum domino suo, non potest: & si cõtrahit, obligatur naturaliter tantùm, non autem ciuiliter: sed illa naturalis obligatio prodest: quia ei potest accidere fideiussor, qui obligatur naturaliter & ciuiliter. Sed dominus obligatur etiam seruo naturaliter tantũ, nõ autem ciuiliter, & nõ potest dare fideiussorem seruo: quia fideiuberet pro eodẽ, & cõtra eundẽ, quod esse nõ potest, quia fideiuberet pro domino. Item apud dominum quicquid acquirit seruus, acquirit domino suo: nã ex persona domini seruus habet ius stipulandi: vt no. Insti. de stipu. ser. circa princi. Si autem vult contrahere cum extraneo: & hîc appello omnem extraneum, præter dominum suum: & tunc distingue, quia aut vult contrahere alium sibi obligando, aut se alteri obligando. Si autem vult contrahere aliũ sibi obligando, & tunc potest acquirendo domino suo. Nam seruus ex persona domini habet ius stipulandi: vt no. Instit. de stipulatione seruorum. circa prin. Sed ponamus, quòd seruus habet plures dominos, cui dominorum acquirit? distingue: quia aut stipulatur per verba propria, aut per verba appellatiua, aut per verba propria, & appellatiua simul. Si stipulatur per verba propria, & tunc eis acquiritur per virilem portionem, id est, tantum vni, quantũ alii. Si autẽ stipulatur per varba appellatiua, & tũc eis acquiritur pro dominica portione, id est, pro ea parte, quã dominus habet in seruo. Si autẽ stipulatur per verba propria & appellatiua simul, & tunc aut præponit verba propria, & postponit appellatiua, vtputà, quia dixit, Promittis tu mihi, dare Iacobo & Martino dominis meis centũ, & tũc eis acquiritur pro virili portione. Si autem præponit verba appellatiua, & postponit verba propria, vtputà, quia dixit, Promittis tu mihi dare dominis meis Iacobo & Martino centũ. & tũc eis acquiritur pro dominica portione, vt no. Institu. de stipulatione seruorũ. circa finẽ tituli. Si autẽ vult contrahere cũ extraneo se alteri obligãdo, & tũc nõ potest: quia nõ obligatur, nec etiam eius dominus: quia dominus ex contractu serui nõ obligatur:

Fallit

Fallit tamen in casibus,in quibus dominus obligatur ex contractu serui sui. Primus casus est in actione,de quo iussu,quãdo dominus præcepit seruo suo,vt pecuniã mutuo acciperet: nam tunc tenetur eius dominus de illo mutuo. Secundus casus est in actione de in rem verso,scilicet, quando mutuum à seruo contractum est versum in vtilitatem domini sui: nam tunc tenetur dominus eius ad illud mutuũ contractũ.Tertius casus est in actione institoria,scilicet, quando dominus instituit seruũ suũ in caupona,vt emeret vinum,& cõtraheret: nã si mutuũ cõtraheret,dominus tenetur ad illud mutuũ à seruo contractum. Quartus casus est in actione tributoria, scilicet, quando dominus nõ tribuit creditoribus habere debentibus, & seruus cõtrahet mutuũ causa tribuẽdi creditoribus habere debentibus,quia tũc tenetur eius dominus. Quintus casus est in actione exercitoria,scilicet,quando dominus misit seruum suum,vt exerceret nauem:modò si seruus cõtraxit mutuũ,dominus eius tenetur ad illud mutuũ à seruo contractũ. Sextus casus est in actione de peculio,de quibus actionibus no.in Institu. in titul. de actionibns §.cum eo quoque. & per totũ titulum.

De furioso & mentecapto. Rubri.

PRæsens §.continuatur ad superiora ista forma: Viso de personis,quæ cõtrahere impediũtur ratione cõditionis, videamus de illis quæ cõtrahere impediuntur ratione morbi: vt est furiosus,mentecaptus, mutus & surdus. Et circa furiosum,& mẽtecaptũ volo quærere duo. Primò,quis sit furiosus,& quis mentecaptus.Secundò,an istæ personæ posfint contrahere. De primo,scilicet,quis sit furiosus?& furiosus est ille,qui vadit furendo per ciuitatẽ,& percutit se, & alios:& appellatur furiosus à furere,quia furit.Sed mentecaptus est ille, qui alienatus est mente:& appellatur mentecaptus,quasi mente carens. De secundo,scilicet, an istæ personæ possunt cõtrahere?& dico quòd non:quia non habent sensum nec consonantem intellectum, vt not. in Institut.de inuti. stipulationibus.§.pupillus. furiosus nullum negotium rectè gerit: & hoc est intelligendum, durante furore, nisi habeant dilucida interualla: quia tunc optimè possunt contrahere, aliàs non.

H

De muto & surdo. Rubrica.

VIso de furioso & mentecapto, videamus nunc de muto & surdo. Et circa mutum & surdũ volo quęrere duo. Primò, quis sit mutus & surdus? Sed mutus est ille, qui nullo modo loquitur. Et surdus est ille, qui nullo modo audit. Secundò, nunquid mutus & surdus possint contrahere? & dico ꝙ mutus & surdus à natura non possunt contrahere: sed ex accidenti bene possunt omnem cõtractũ celebrare, præter cõtractum stipulationis: quia cõtractũ stipulatiõis celebrare nõ possunt, quia in cõtractu stipulationis requiruntur verba, & mutus & surdus nõ possunt habere verba: vt notatur in Insti. de inuti. stipul. §. mutũ. quod secus est in surdastro & tardè loquente: nam optimè possunt cõtrahere, & omnẽ cõtractũ facere. Tamẽ aliqui dicũt, ꝙ si mutus & surdus de cõtractu faciẽdo aliqua præbeant veritatis signa, vtputà, apprehendãt manũ notarij insinuando, vt scribat, vel pecuniã numerando, ostendendo quod vult tantum vendere, valet venditio. Et notarius debet in cõtractu de signis mentionem facere.

De prodigo. Rubrica.

VIso de muto & surdo, videamus de prodigo: & circa prodigũ volo quærere duo. Primò, quis sit prodigus, & quotuplex. Secundò, nunquid prodigus possit cõtrahere. De primò, scilicet, quis sit prodigus? Et dico ꝙ triplex est prodigus, scilicet, prodigus iuris, prodigus facti, & prodigus iuris & facti simul. Prodigus iuris est ille, cui interdicta est bonorũ administratio à iudice, vel à lege. Prodigus facti est ille, qui expendit expendenda, & non expendenda: & non est sibi interdicta bonorum administratio. Sed prodigus iuris & facti simul est ille, qui expendit expendenda & nõ expendenda, & est sibi interdicta bonorũ administratio à iudice, vel à lege, vñ versus.

Largus dat danda, sed prodigus, qui dat vtrunque;
Parcus seruanda seruat, sed auarus seruat vtrunque.

Ad secundum, scilicet, nunquid prodigus possit contrahere? Respondeo cum distinctione: quia aut nos quærimus de prodigo iuris, aut de prodigo facti, aut de prodigo iuris & facti. Si quærimus de prodigo iuris, & tunc dico ꝙ non potest cõtrahere, nec aliquem cõtractũ facere, nisi aliũ sibi obligando.

Sed

Sed prodigus facti, bene potest contrahere, & omnem contractum facere. Sed prodigus iuris & facti, nulllo modo potest contrahere, nec aliquem contractum facere.

De hæretico. Rubrica.

Viso de prodigo, videamus de hæretico: & circa hæreticum duo videamus. Primò, quis sit hæreticus. Secundò, nũquid hæreticus posit cõtrahere. Ad primum, scilicet, quis sit hæreticus? Et hæreticus est ille, qui non credit, quod prædicant quatuor sancta Euangelia, & qui non credit in fidem catholicam: & appellatur hæreticus, quia errat in fide. Ad secundum, scilicet, nunquid hæreticus posit contrahere? & dico quòd non, nec aliquem contractum facere.

De apostata. Rubrica.

Viso de hæretico, videamus nunc de apostata: & circa apostatam volo videre duo. Primò, quis sit apostata. Secundò, nunquid posit contrahere. De primo, scilicet, quis sit apostata? & apostata est duplex. Quidam est apostata, qui apostat fidem, qui erat Christianus, & factus est Sarracenus, & sic negauit fidem. Alius est apostata, qui apostat religionẽ, id est, quia intrauit monasterium, & fecit professionem, & posteà exiuit: modò dicitur apostata, & quia apostauit religionem. De secundo, scilicet, nunquid apostata posit contrahere? distingue: quia aut tu quæris de apostata, qui apostauit fidẽ, aut de apostata, qui apostauit religionem. Si quæris de apostata, qui apostauit fidem: tunc dico, quòd nullo modò potest cõtrahere. Si de apostata, qui apostauit religionẽ: & tunc dico, quòd potest cõtrahere, monasterio acquirendo, non autẽ sibi: quod secus est, si exiret manasterium ante annum: nam tunc posset omnem contractum facere, non obstante tali ingressu: quia appellatur annus experientiæ: vt faciunt multi iuuenes, qui intrant monasterium, & exeunt ante annum completum.

De committente crimen læsæ maiestatis. Rub.

Viso de apostata, videamus de committente crimen læsæ maiestatis: circa quem volo quærere duo. Primò, quis sit committens crimen læsæ maiestatis. Secundò, an posit contrahere. Ad primum,

ſcilicet, quis ſit cõmittens crimen læſæ maieſtatis. Et eſt ille, qui vadit contra Imperatores, vel qui facit proditionem de domino ſuo, vel de ciuitate ſua: modò iſte dicitur cõmittens crimen læſæ maieſtatis. De ſecũdo, an ipſe poſsit contrahere? Et dico quòd non, nec aliquem contractum facere.

De muliere, quæ aliquando impeditur contrahere. Rubri.

Viſo de perſonis, quæ contrahere impediuntur, ſcilicet, quædã ratione minoris ætatis, quędam ratione conditionis, quædam ratione morbi, & quædam ratione delicti. Nunc reſtat videre de alia perſona, quæ aliquando impeditur contrahere, & aliquando non; ſicut eſt mulier: circa quã volo quærere vnum ſolum, ſcilicet, vtrum mulier poſsit cõtrahere? Et ad hoc ſciendum ſic diſtingue: quia aut vult contrahere cum marito ſuo, aut cum extraneo. Si vult contrahere cũ marito, & tunc aut vult cõtrahere cũ marito donando, aut fideiubendo; aut in vno & eodem cõtractu ſe obligando, aut alios contractus faciendo. Si vult cõtrahere cũ marito donando, & tũc non poteſt: quia prohibita eſt donatio inter virum & vxorẽ: & ratio eſt, ne nimio amore adinuicem ſpolientur. Et quia hic tractatur de donatione; Circa donationẽ ego quærã quinque. Primò, quot ſint ſpecies donationum, & de qua donatione loquamur. Secundò, quæ ſit donatio ſecundum noſtrũ modum accepta. Tertiò, inter quas perſonas prohibetur iſta donatio. Quartò, qualiter, & quomodo cõfirmatur & reuocatur. Quintò & vltimò, videre caſus, in quibus permittitur donatio inter virum & vxorem. Ad primum, ſcilicet, quot ſunt ſpecies donationum? Et dico, quod ſunt multæ. Nam quædam eſt ſpecies donationis, quæ appellatur dos, quã facit vxor marito. Quædam eſt ſpecies donationis, quæ appellatur ſponſalitia largitas, quã facit ſponſus ſponſæ, vel ſponſa ſponſo. Quædam eſt ſpecies donationis, quæ appellatur donatio propter nuptias, quam facit maritus vxori in contrariũ dotis. Quædã eſt ſpecies donationis, quæ appellatur legatum, quam facit defunctus tempore mortis. Quædam eſt ſpecies donationis, quæ appellatur donatio cauſa mortis, quam facit filiusfa. & de nulla iſtarum donationũ loquimur, quia ſuprà tractauimus. Sed eſt & alia donatio, quę appellatur donatio ſimplex, & inter viuos, & de

Species donationum quot ſunt

& de ista loquimur: quia ille, qui donat, efficitur pauperior: & ille, cui donatur, efficitur ditior. Ad secundũ, scilicet, quæ sit donatio secundũ nostrũ modũ accepta? Et donatio est, quædã mera liberalitas à dante in accipientẽ collata, quæ nullo iure cogente cõceditur: & verba satis patent. De tertiò, scilicet, inter quas personas sit prohibita ista donatio? dic ꝙ inter multas personas. Et primò, prohibetur inter virũ & vxorẽ, ne nimio amore adinuicẽ spoliẽtur. Et etiã est prohibita inter socerum & generũ, inter socerũ & nurũ, inter nouercã & priuignum: quia esset aduẽtitiũ peculiũ: & in aduẽtitio peculio potest habere vsumfructũ: & ideo isto modo nouerca non potest donare priuigno quo ad vsumfructũ, sed quo ad proprietatẽ bene potest donare: quia pater in proprietate nõ habet vsumfructũ. De quarto, scilicet, qualiter cõfirmatur donatio? Et dico ꝙ cõfirmatur duobus modis, scilicet, tacitè & expressẽ. Cõfirmatur tacitè, qñ maritus decessit, & nõ reuocauit donationem, secus per mortẽ vxoris: nã tunc non cõfirmatur donatio ista. Cõfirmatur expressè, quãdo maritus veniẽs ad mortẽ con firmauit donationẽ factã vxori, quæ nõ valebat de iure. Et reuocatur similiter duobus modis, scilicet, tacitè & expressè. Re uocatur tacitè talis donatio, quãdo maritus alienauit rẽ donatam: nã tunc videtur donationẽ tacitè reuocare. Reuocatur talis donatio expressè, quãdo donatorẽ pœnituit donationis, & talẽ donationẽ reuocauit. De quinto & vltimo, scilicet, vidẽre casus in quibus permittitur donatio inter virum & vxorẽ. Et primũs casus est, quãdo maritus vult donare vestes suas vxori, quia tũc potest. Secũdus casus est, quãdo maritus vult donare vxori denarios ad vnguẽta emẽda, vt ipsa efficiatur cõpta. Tertius casus est, qñ mulier vult donare marito militãti ad castra. Quartus casus est, quãdo mulier vult donare marito naufragiũ passo, vel ecõuerso. Quintus casus est, si maritus vult donare vxori cõmodũ posse vel econuerso. Sextus casus est, quando maritus vult donare vxori modicã quantitatẽ. Si autẽ mulier vult cõtrahere cũ marito suo fideiubendo, & tunc non potest: quia plerũque patietur magnũ dãnum. Si autẽ vult contrahere in vno & eodẽ cõtractu se obligãdo, & tunc etiã nõ potest, quia videtur & mulier fideiubẽdo semper decipi, & nõ tenetur. Si autẽ vult cõtrahere, aliàs faciẽdo cõtractus: & tunc optimè potest, quẽadmodũ quilibet alter qui possit cõtrahere. Si autẽ ipsa vult contrahere cũ alio extraneo, & tũc potest omnẽ con-

Donatio an sit permissa inter virum & vxorẽ.

tractum celebrare, præter contractum fideiussionis: nam mu lier fideiubendo nõ tenetur, quia iuuatur beneficio Velleiani senatuscõsulti. Circa qđ Velleianũ quæri quinque in ordine fore notãda. Primò, quãdo habet locũ Velleianũ senatuscõsul tũ, quare fuit adinuentũ, vbi, & in quo loco, & quare sic appel letur. Secũdò, quot sunt necessaria, vt cõpetat Velleianũ senatuscõnsultũ. Tertiò, cui cõpetat Velleianũ senatuscons. contra quẽ, & ad quid. Quartò, an huic beneficio possit renuntiari. Quintò & vltimò, videre casus, in quibus cessat Velleianũ, & nõ habet locũ. De primo, quãdo habet locũ Velleianũ senatusconsc? & dico quòd habet locũ, quãdo mulier fideiubet pro alio, vel quãdo se principalẽ debitricẽ cõstituit, vel alium ad preces suas in facto suo obligauit, vel rẽ suam pro alio pignorauit: quia tunc habet locũ Velleia. senatusc. Et fuit inuentũ siue introductũ in fauorem mulierũ, ne fragilitas sexus mulieris in perniciẽ substantiæ earũ conuerteretur. Et fuit inuẽtum in ciuitate Romana, vbi ius reddebatur. Et appellatum fuit Velleianũ ab illo Velleiano. Et appellatum fuit senatus: quia fuit lex inuẽta à Senatoribus. Et appellatũ fuit cõsultũ, quia ita cõsultũ fuit à Senatus. De secundo. s. quot sunt necessaria, vt cõpetat Velleianũ? dic quòd quatuor. Primũ est necessariũ, quòd si mulier, quæ allegat Velleianũ. Secũdũ est necessariũ, quòd fideiubeat, nõ autẽ aliũ contractũ faciat. Tertiũ est necessariũ, ꝙ huic beneficio non sit renũtiatũ. Quartũ est necessariũ, ꝙ nõ sit in casibus à lege permissis. De tertio. s. cui competit, cõtra quẽ, & ad quid? & dico quòd cõpetit mulieri fideiubẽti: Competit vnicuique principaliter pro muliere se obligãti: Cõpetit pignoranti rem suã pro muliere: Competit etiã ei, quẽ mulier obligauit ad preces suas: Cõpetit etiã omnibus eorũ hæredibus & successoribus Velleianũ senatuscõs. Cõpetit Velleianũ cõtra creditorẽ, quãdo mulier pro aliquo se principalẽ cõstituit debitricem: Cõpetit contra eius hæredes, & contra quẽlibet, qui ageret nomine creditoris contra mulierẽ. Sed ad quid competit Velleianũ? competit ad hoc, vt mulier, quę fideiussit pro alio, vel rem suã pignorauit, nõ teneatur. De quarto. s. an huic beneficio possit renũtiari? & certè sic, & valet renuntiatio, quia est beneficiũ fauorabile: & beneficiis fauorabilibus renũtiari põt. De quinto. s. videre casus, in quibus cessat Vellianũ. Et primus casus est, quãdo fideiussit mulier pro seruo facto libero: ratio est, fauore libertatis

Velleianũ quãdo cõpetit.

Cui & cõtra quem competat Velleianũ

Velleiano an possit renũtiari.

tene

tenetur mulier. Secundus casus est, quando fideiussit pro dote alicuius mulieris, nã fauore matrimonij obligatur mulier, ne odium oriatur inter virũ & vxorem. Tertius casus est, quãdo renuntiauit Velleiano: nã renuntiantibus iuri suo non est dandus fauorẽ vel auxiliũ: & hoc est verũ, si mulier certificata est per notariũ de beneficio sibi cõpetenti. Nam licitũ est mulieribus ignorare iura. Quartus casus est, quãdo accepit pretiũ, vel aliquid loco pretij: nã tunc videtur vendere ius, quod habet. Quintus casus est, quãdo voluit decipere creditorem, sciens se tutam esse isto beneficio: nã tunc tenetur ratione doli. Nam deceptis, & non decipientibus iura subueniunt. Sed tamen ad eius euidentiam sic distingue: quia aut ambo sciebant istud beneficiũ cõpetere mulieri. s. mulier & creditor, & tunc iuuatur beneficio Velleiani: aut ambo ignorabãt, & tũc etiã iuuatur per beneficium Velleiani: aut creditor sciebat, & mulier ignorabat, & tunc etiã iuuatur per beneficiũ Velleiani senatuscũsulti: aut creditor ignorabat, & mulier sciebat, & tunc nõ iuuatur mulier tali beneficio. Sextus casus est, quãdo fideiussit, & stetit obligata per bienniũ, & elapso biennio iterum fideiussit in eadẽ re: nam vbi cõcurrunt ista tria, scilicet, ꝙ fideiusserit, & steterit obligata vsque ad bienniũ, & elapso biennio iterũ fideiubeat, & in eadẽ re tunc cessat beneficium Velleiani senatuscõsulti. Et omnibus istis casibus supradictis non iuuatur mulier tali beneficio, qui continẽtur in istis versibus: vnde versus. *Distinctio.*

Casibus in senis mulier spondendo tenetur.
Pro libertate pro dote renuntiat, & si
Decipiat, pretium capiat, caueátque secundo.

Sed extra literam adduntur duo alij casus. Primus casus est quando fideiussit in re sua. Secundus casus est quando successit ei, pro quo fideiussit. vnde versus.

Istis adde duos proprios si gesserat actus:
Et succedit ei, pro quo fideiusserat ipsa.

De inutilibus contractibus ratione rerum.

RES quædam sunt, super quibus iure prohibente, & quadam natura inhibente contrahi non potest. Iure prohibita est alienatio prædij minoris, id est, impuberis, & omnium rerum

ipsius minoris, quæ seruando seruari possunt, vt auri, argenti, pretiosarum vestium, & omnium illarum rerum, quæ prolixitate temporis non pereunt: nisi illa interueniant, quæ in huiusmodi alienationis solennitate de iure interuenire debent. Quæ quidẽ sunt ista, videlicet, Primò, vt si fiat alienatio ob æs alienũ, id est, vt immineat debitum, quod sibi solui vrgeat creditor, vel ex quo idẽ minor vsurarũ onere prægrauetur. Secundò, quòd fiat cum authoritate tutoris. Tertiò, vt iudicis decretum interueniat: quod decretũ cum multa iudicis deliberatione interponi debet. Quibus autem discussionibus & deliberationibus iudex in his procedere debeat, non nostrũ est, sed iudicis officium. Contingit tamen, quòd prædium minoris aliquando sine decreto alienari potest: quando, videlicet, defunctus, ex cuius bonis prædium istud peruenit ad minorem, hoc in vltima voluntate iussit: vel si minor hoc à principe impetrauit. Aliæ verò res minoris, quæ seruando seruari nõ possunt, vt sunt vestes vsu detritę, vel corruptæ: & fructus, vt poma, vinum, oleũ, frumentũ, & animalia superuacua vendi possunt à tutoribus sine decreto. Cæterùm nota, quòd appellatione prædij intelliguntur vrbana & rustica prædia. Item prohibita est alienatio filiofami. de rebus paternis sine iussu patris. Patri verò familias prohibita est alienatio rerum, quę obuenerunt filio ex aduentitio peculio. Et dicitur aduentitiũ peculium, quod filiofa. aduenit ex successione matris, vel ex alicuius sibi cõiuncti per lineam maternam, vel ex eius prospera fortuna, & non ex substantia patris, vel eius contemplatione: quod aduentitiũ etiam à filio alienari nõ potest, nisi cũ consensu patris cum ipsius peculij proprietas sit filij, & vsusfructus patris. Interdũ tamẽ, scilicet, quãdo imminet filio æs alienũ, potest pater aduentitium alienare. Primò, mobilia. Secundò, immobilia, ne filius vsurarũ onere prægrauetur. De profectitio verò peculio nõ potest filiusfamiliàs contrahere: cũ nihil ad eũ, sed totũ ad patrẽ pertineat pleno iure. Et dicitur profectitiũ, quod obuenit filio ex substantia, vel rebus patris. De castrensi autẽ, & quasi castrensi peculio potest filiusfamiliàs, tam cũ patre, quã cũ alio quocunque contrahere, & pacisci: quia in his vt paterfami. habetur: & totum. s. proprietas & vsusfructus ad filium spectat, & nihil ad patrem. Et dicitur castrense peculiũ, id est, militare illud, videlicet, quod filijfam. acquirunt in castris tantùm. Quasi castrense dicitur, id est,

Prædij appellatione & cõtinetur Peculiũ aduentitium.

Peculium profectitium.

Peculium castrense.

Peculiũ quasi castrense.

id est, quasi militare, quod acquirunt filiifa. aduocati, & magistri liberaliū artium, & medici ipsorū officiis. Itē prohibita est alienatio fundi dotalis. s. inæstimati dati in dotē: quia si æstimatus est, nō dicitur dotalis, sed emptitius: hîc fundus dotalis vēdi, aut donari, aut alio modo alienari non pōt, neque ab vxore, neque à viro, etiam cōsentiēte & iurāte vxore: quia hoc prohibet lex: Et id qđ fit cōtra legē, pro infecto habetur, vel haberi debet. Itē est in fundo quasi dotali: & dicitur fundus quasi dotalis ille, qui legatus est seruo inæstimato in dotē dato. Verūtamē, licet fundus dotalis volūtariè alienari nō possit, permittitur tamē ipsius alienatio, si ex necessitate contingat. s. quādo mulier dedit in dotē portionē fundi pro indiuiso inæstimatā, & maritus prouocatus est ad diuisionē à socio fundi: tūc enim ex necessitate videtur alienari, quādo prouocatus est: sed secus, quādo prouocat: quia tūc esset voluntaria alienatio. Itē est necessaria alienatio, quādo maritus voluit cauere vicino suo de damno infecto: cui dotale prædiū minabatur ruinam: & ob hoc vicinus missus est in possessionē ex primo & secundo decreto. Vnde hæc alienatio non est voluntaria, sed necessaria. Quādo etiā fit fundi dotalis alienatio, vt putà, si mulieri expediat, q̄ fundus cōuertatur in pecuniā: vt quia vxor illū vēdat pro redimēdo viro: filia, pro alēdo patre: & soror, pro alēdo fratre laborātibus inopia. Itē fit etiā alienatio fundi dotalis, quādo loco ipsius alium fundum accipit maritus in dotem. Item prohibita est alienatio illius rei, quā testator in sua vltima voluntate prohibuit alienari: si ipse expressit causam, qua noluerit eam alienari: vel si persona appareat, cuius occasione prohibita est alienatio. Itē prohibita est alienatio rei litigiosæ: Dicitur litigiosa res, de cuius dominio causa mouetur inter petitorē & possessorē. Fit autē res litigiosa incōtinēti, oblato libello: hui⁹ litigiosæ rei prohibita est alienatio, adeò vt magnæ impositæ sint pœnę danti & accipienti litigiosam rem. Etenim ille, qui accipit emptionis vel donationis titulo, vel alio quocūque cōtractu, rē litigiosam: si quidē sciebat rem litigiosam esse, cogitur reddere rem, & nihilominus priuatur pretio ille, qui alienauit, & ipsum pretium, quod recipit, cogitur præstare fisco, & tantūdē de suo. Si autē ille, qui accepit, ignorabat litigiosam rē esse, rē omnino reddere debet: sed pretiū sibi restituetur à vēditore: qui vēditor tātundē de suo dabit emptori, & fisco. s. emptori, tertiam

De fundo dotali.

partem,scilicet,quia eũ decepit:debuit enim sibi dicere rem esse litigiosam. Reliquas verò duas partes dabit fisco:& hæc pœna etiam locũ habet in donatione rei litigiosæ, vt facta vera æstimatione in ea priuatur vterque,vt dictum est in pretio. In casibus tamen permittit lex rem litigiosam alienari, scilicet,ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, vel transactionis,vel diuisionis. Itẽ inutilis est contractus,si quis rem suã purè stipuletur,vel emat:secus verò,si sub cõditione emat:quia in euẽtũ cõditionis valebit emptio,vtputà,si emat res,& desineret esse sua:quia tũc aduenieẽte ipsa cõditione tenetur rẽ emere,& dare ei:alioquin daret æstimationẽ rei. Itẽ etiã valet emptio rei propriæ ratione possessionis prioris, quã ipse nõ habebat emptor:vel ratione alterius iuris, quod deficiebat emptori in re sua. Emptio tamẽ rei alienę permissa est:Quia rem alienã vẽdere quẽ posse nulla dubitatio est: sed hoc permissum est in pręiudiciũ vẽdẽtis,& nõ in pręiudiciũ veri domini:quia cũ vẽditor rẽ tradere debeat,& sic rem alienã tradere nõ posit,eius erit pręiudiciũ:quia tenetur de euictione,si recepit pretiũ. Et nota hîc, ꝙ vẽditor debet tradere.i.facere, ꝙ emptor habeat vacuã possessionẽ,hoc est dicere, ꝙ emptor potior sit in ea possessiõe,ita quòd de iure ab eo nõ posit auocari:nam si quis auocauerit eam,perinde est,ac si non esset tradita,& si non sit auocata:sed si potest auocari, nõ videtur esse tradita:Hæc autẽ traditio facit emptorẽ dominum,si vẽditor erat domini:si nõ erat,obligatur nomine euictionis,si pretiũ sit solutũ,vel eo nomine satisfactũ. Sed distingue hîc de euictione: Aut emptor sciebat rem alienã esse,aut ignorabat:Si sciebat rem alienã,& emit,iterũ distingue:quia aut fuit sibi cautum de euictione,aut nõ:si nõ sit sibi cautum, nõ aget de euictione cõtra venditorẽ:imò pretium, quod ei dedit,perdet. Sed si fuit sibi cautũ per promissionem stipulatione vallatam,tunc tenebitur venditor ad pretij restitutionem,& ad omne id,quod promissum erit per stipulationem, siue illud sit duplũ,siue triplũ,& etiam ad interesse. Si autem ignorans emit rem alienã,& fuit sibi cautum per stipulationem & promissionem,idem iuris est. Si verò nõ fuit sibi cautum,aget ad pretium & ad interesse,non ad duplam, sed ad simplam:& hoc ex natura contractus. Item nota,quòd rei alienæ prohibita est obligatio,& pignoratio sine cõsensu & volũtate illius,cuius est:& creditor,qui alienã rẽ accipit in pignore,

Distinctio.

re,

re, non habet in ea ius pignoris vel hypothecæ: quia debitor ius pignoris vel hypothecæ in aliena re constituere non potest, eò quòd nemo potest plus iuris in alium transferre, quã ipse habeat. Dicitur autem pignus propriè res mobilis, quæ obligatur, & creditori datur: vnde res pignorata, quasi pugno tradita. Vbi autem non transit possessio in creditorem, dicitur hypotheca, vel obligatio. Vnde simplici appellatione obligationis bonorum, continentur mobilia & immobilia, præsentia & futura. In pignore tamen nota, quòd si inter debitorem & creditorem interueniat pactum: vt si debitum non fuerit solutum ad terminum, liceat creditori pignus distrahere: poterit creditor ex ipso pacto pignus distrahere, transacto termino: Si quid vltra id, quod sibi debetur ex pignore, accepit, tenetur id debitori restituere: Si verò minus, debitor ad supplementum tenetur. Si autem nullum pactum in pignore distrahendo interueniat, tunc elapso solutionis debiti termino, debet creditor denuntiare debitori, vt luat pignus: quod si non fecerit, extunc elapsis duobus annis poterit creditor illud distrahere. Item nota, quòd si fuit pactum inter eos, quòd nisi dabitor ad terminum soluat, pignus fiet creditoris, hoc pactum omnino non valet: quia contra bonos mores est, & ideo prohibitum à lege. Sed si fiat pactũ, vt si intra certum tempus non sit soluta pecunia, iure emptionis possideat creditorem pignoratam, iusto pretio æstimandum, tenet pactum: quia est quædam conditionalis venditio. Item inutilis est contractus super rebus, quæ in rerum natura non sunt, nec fuerunt: vt si stipuletur quis Hippocentaurum, vel Chimeram. Item si quis stipuletur res, quas impossibile est dari, vt Lunam, vel Solem, aut aureos montes. Item si quis stipuletur rem, quæ licet fuerit, tamen modo nõ est, vt si stipuletur Stichũ mortuum stipulari nõ valet stipulatio, nisi mora præcesserit mortẽ: vt quia aliquis promisit dare Stichũ, & nõ dedit die cõstituta: sed fuit in mora, & posteà mortuus est Stichus, tenetur in æstimatione Stichi, quia fuit in mora. Item si quis stipuletur Stichũ ab eo, qui furatus est, vel rapuit Stichũ, valet: quia tenetur in æstimatione Stichi. Verũtamen si quis stipuletur rem, quæ non est, sed futura speratur: ratione spei valet stipulatio, vtputà, si stipuletur quis futurum partum ancillæ, vel futuros fructus: vel si emit iactum rhetis, quia inest conditio, vt si quid capiatur, illud debeatur. Itẽ prohibita est alienatio

Pignus quid sit.

alienatio mancipij Christiani in Iudæũ:quia nõ licet Iudæo possidere mancipiũ Christiãnũ. Itẽ prohibetur alienatio illarum rerũ,quæ à cõmercio hominũ sunt exẽptæ,vt sunt res sacræ,sanctæ,publicæ,religiosæ,& liber homo. Sunt autem res sacræ,quæ publicè,& non priuatim,per Pontifices sunt dedicatæ,vt ecclesiæ: Religiosæ verò sunt sepulchra,in quibus homines mortui inferũtur. Sanctæ sunt portæ & muri ciuitatũ, & municipiorum:ideo quia pœna capitis imponitur violatoribus earum rerum:si quis,videlicet,ingreditur ciuitatem, vel municipiũ alibi,quã per portas. Publica sunt flumina, & portus,& quę dedita sunt vsibus populi,vt forum & stadium. Est igitur inutilis contractus initus inter aliquos de supradictis rebus:& hoc,si emptor & vẽditor scierint res tales esse: imò emptor,qui scienter huiusmodi rem accepit,perdet pretium & rem. Sed si emptor ignorans à venditore sciente cõparauit,tenetur sibi venditor in id quod sua interest se deceptũ esse. Verũtamen fallit in superfluis vasis ecclesiæ:quę, vbi debitũ immineat,vendi possunt integra aliis venerabilibus locis,vel cõflata priuatis personis. Itẽ fallit in libero homine qui vendi potest,& alio modo alienari,si interueniant ea,quę in alienatione liberi hominis interuenire debent:vt notatũ est suprà,in rubrica,de diuisionibus personarũ. Cęteræ autem res ecclesiastice sunt prohibitæ alienari,nisi vrgeat debitum, quòd ex mobilibus solui non possit:quia tũc res ecclesiæ immobiles dari possunt,primò in pignore creditori,vt ipse creditor tandiu teneat eã,ꝙ de fructibus sibi sit pro sorte & vsuris satisfactũ:& si non inuenitur,qui pignori velit accipere, tunc Rector domus corã Episcopo debet iurare pręsente maiori parte illi deseruientiũ,quod debitũ vrget,& ꝙ illi de mobilibus solui non potest. Et hoc facto debet res subhastari, & stare vænalis xviij. diebus,vt plus offerenti detur: & tunc demũ debet plus offerenti cũ authoritate Episcopi, & cũ cõsensu ibidẽ seruientiũ,vel maioris partis facta mentione de prędictis omnibus solennitatibus:& hoc secundũ leges,sed secũdũ iura Canonũ valet venditio rei immobilis ecclesiæ,etiam si solũ interueniãt illæ solennitates,quæ interueniũt in emphyteoticis cõcessionibus. s. ꝙ interueniat authoritas Episcopi,& consensus capituli,& assignetur vtilis causa,ꝙ si nõ inuenitur emptor,debet dari insolutũ creditori adiecta decima in pretio vniuersæ æstimationis:hoc est,si valet res x. debet

Res sacræ quæ sunt.

bet dari pro xj. Itē venditur prædiū ecclesiæ inutile propter onus fiscalium, id est, propter onus euitandū tributorum debendorum hoc iurante prælato, scilicet, quod ex hac causa vēdit, & non ex alia. Sed in quibusdā casibus omnino prohibetur alienatio rei ecclesiæ, scilicet, alienatio monasterij, vel ecclesiæ, quæ fit adhoc, vt redeat in antiquū & secularē statum. Itē illius rei, quæ data est ecclesiæ eo pacto, ne alienetur. Itē prohibetur alienatio rei ecclesiasticæ in hæreticū. Et hæc de inutilibus cōtractibus ratione rerū dicta sufficiant. Restat ergo videre quibus modis nobis rerum dominium acquiratur.

De rebus reddentibus contractus inutiles. Rubr.

ISte titulus potest continuari ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus, quod cōtractus cōstat ex tribus. s. ex personis, rebus, & obligationibus. Sed viso de personis, Nunc restat videre de rebus, demonstrat hoc rubrica, cū dixit de inutilibus contractibus ratione rerum, &c. Et rerū aliæ sunt, quę contractū reddūt inutilem: aliæ, quæ contractū reddūt vtilē. Et primò, de rebus, quæ cōtractū reddūt inutilē, est agendum. Nā viso de his, quæ cōtractū reddūt inutilē, à contrario sensu patebit, quæ res faciant contractū vtilē. Nam contrariorum eadē est disciplina: Et vno cōtrariorū cognito reliquū cognoscitur, vt no. in Insti. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, circa principiū. & de tutelis, circa principiū. Et prima res, quæ cōtractū reddit inutilem, est res minoris: & circa ipsam rem minoris volo quærere vnū, scilicet, vtrū ipsa res minoris possit alienari? nā de ipso minore non est videndū; quia dictū fuit suprà in titulo de inutilibus contractibus ratione personarū. *Distinctio, an res minoris possit alienari.* Sed potest res minoris alienari. Et ad huius plenam euidentiā sic distingue: quia aut quæritur de rebus, quæ seruādo seruari possunt: aut quæritur de rebus, quæ seruando seruari nō possunt. Si quæritur de rebus, quæ seruando seruari possunt, vt sunt rustica, & vrbana prædia, & tunc debēt alienari cùm solennitatibus quæ sunt quatuor. s. causa legitima, decretū iudicis, & tutoris authoritas, & subhastatio. Et prima solennitas est causa legitima. Et ista causa legitima est quadruplex. s. ob æs alienū. Et istud æs alienū est quadruplex. Nam quoddā est æs alienum, à quo minor grauatur ipso iure: quia forte habebat pecuniā sub vsuris, sed non vrgebatur creditoris

toris facto: quia creditor non pecuniā instabat sibi solui, sed vsuræ currebant: modò isto casu permittitur alienatio propter causam legitimā. Aut est æs alienū, ad quod minor vrgetur facto creditoris: sed nō vrgetur ipso iure, vtputà, quia creditor instabat pecuniā sibi solui, sed vsuræ nō currebant: modò etiā isto casu permittitur alienatio rei minoris ob istam causam. Aut est æs alienū, ad quod minor vrgetur ipso iure, & facto creditoris: vt quia minor habebat pecuniā sub vsuris, & creditor instabat pecuniā sibi solui: modò isto casu etiam permittitur alienatio rei minoris. Aut est æs alienū, ad quod minor nō vrgetur ipso iure, nec facto creditoris: vtputà, quia minor non habebat pecuniam sub vsuris, nec creditor instabat pecuniā sibi solui: modò isto casu non permittitur alienatio rei ipsius minoris. Causa legitima est etiam ob dotē constituendam, quā de necessitate habet constituere. Causa legitima est etiam ob donationem propter nuptias constituendā vxori in contrarium dotis. Causa legitima est etiam, ob famis necessitatem sui vel coniunctarū personarum. Secunda solennitas est tutoris authoritas, circa quā volo quærere vnū solū, scilicet quando interponēda est tutoris authoritas, quia statim & non ex interuallo interponi debet, nisi esset modicū interuallū tēporis vel naturæ: nā istud duplex interuallū non impedit: quia fortè volebat bibere vnū ciatū vini, antequàm interponeret authoritatē: modò istud dicitur modicū interuallum. Aliud est interualum naturę: quia fortè volebat spuere, antequā interponeret authoritatem, vel fortè causa tussis non potuit ita citò interponere authoritatem suam. Sed loquitur de magno interuallo, propter quod partes deuertātur ad alia negotia exercenda. Sed in quibus contractibus est interponenda tutoris authoritas? dico ꝙ in cōtractibus, in quibus vult se alteri obligare: nam in cōtractibus, in quibus vult alium sibi obligare, nō est necessaria tutoris authoritas: quia vnicuique licitum est conditionem suam facere meliorem: vt not. in Insti. de autho. tuto. circa princ. Sed in contractibus, in quibus vult se alteri obligare, est necessaria tutoris authoritas, ad hoc, vt pupillus obligetur: aliâs non efficaciter obligatur pupillus. Sed in contractibus, in quibus mutuæ sunt obligationes, aliâs nascuntur obligationes, si pupillus contrahit sine tutoris authoritate, non obligatur: sed illos, cum quibus contrahit, benè sibi obligat: vt not. Instit. de authoritate

tate tutorum,circa principium. Sed qualiter interponenda est tutoris authoritas? dico quòd interponenda est in præsentia pupilli,& nõ curatur de præsentia contrahentium: vnde si tutor vellet interponere authoritatem suam per literas,nõ posset.Item si in præsentia contrahentium vellet authoritatẽ suam interponere,non posset,nisi pupillus sit præsens.Debet etiam interponere authoritatem suam sponte, non autem coactè,nam si coactè authoretur,non valet authoritas: vt notatur in Institut.de authorit.tutorum. §.tutor autem statim. Tertia solennitas est iudicis decretum: quod quidem decretum interuenire debet cum maxima deliberatione. Nam habet iudex insurgere contra tutorem irato animo, tamen remittitur arbitrio iudicis. Quarta & vltima solennitas est subhastatio,vt res ipsius pupilli subhastetur, & stet vænalis xx.diebus,& plus offerenti detur,& præconizari debet in cõtrata ipsius pupilli:& dico ꝙ necesse est, ꝙ quatuor interueniant in alienatione rei minoris.Fallit tamen in casibus, in quibus res minoris vendi potest sine istis solennitatibus.Primus casus est,si testator hoc iussit,vt vendi possit res pupilli sine istis solennitatibus.Nam tunc sine istis solen.optimè potest vendi.Nam disponit testator quicquid vult: quoniã eius voluntas in testando pro lege seruatur,vt no.in Instit.de testamentis ordinandis,circa prin.Secundus casus est, quando impetrauit veniam ab Imperatore: sed si tu diceres, minor non potest impetrare veniam,nisi in xx.an.dico quòd hoc est verum ad omnia gerenda negotia:sed si vallet impetrare veniam solùm ad vnam causam tantùm optimè potest,dũtamẽ nõ sit infans.Tertius casus est,quando voluit perficere cõtractum à defuncto inchoatũ,tunc etiã potest sine istis quatuor solennitatibus.Si autẽ quæritur de rebus, quæ seruando seruari non possunt,vt vinum,oleum,vel frumentum, & tunc possunt alienari à pupillo cũ sola tutoris authoritate, & etiã à tutore sine aliqua solẽnitate,imò tenetur tutor à seipso propter legẽ,quæ dicit:O vos tutores & curatores negotia pupillorum & adultorũ gerẽtes,eorũ bona,quæ seruari nõ possunt congruis & debitis tẽporibus distrahatis:alioquin, si perirẽt, vestro perirent periculo.Sed de quo habemus facere mentionem in instrumento de tutore,an de pupillo? tunc distingue: quia aut pupillus est infans:& tũc habemus facere mentionẽ, quomodo tutor vẽdit tutorio nomine pupilli:quia infans nil

fari

fari valet, etiam de consensu tutoris sui. Si autem non est infans: & tunc habemus facere mentionem, quomodo pupillus vendit cũ tutoris authoritate: & sic patet, quomodo pupillus erat infans in casu nostri instrumẽti vẽditiõis factę à tutore.

Si pater potest vendere res filij, vel econtrá. Rub.

Circa istum §. volo primò quærere, vtrum filius posit alienare de bonis paternis. Secundò, vtrũ pater posit alienare de bonis filij sui. De primo, scilicet, vtrũ filius posit alienare de bonis paternis: & dico ꝙ vendere bene potest propter iuris regulã, quæ dicit: Rem alienã vendere quẽ posse nulla dubitatio est. Sed alienare non potest sine consensu patris tacito vel expresso: vt quia pater iusit filio, quòd venderet, vel in venditione cõsensit filio, quia præsens erat, & dixit emptori, Emas securè: modo perinde est, ac si ipsemet vendidisset. Consensu tacito, quia pater ratificauit venditionem à filio factam: quia ratihabitio retro trahitur, & mãdato comparatur. Sed ratio dubitationis est, quia patre vẽdente filius reputatur dominus (iuris ciuilis fictione) bonorũ patris: secus de rei veritate: & ideo alienare non potest. De secundo, scilicet, videre, vtrũ pater posit alienare de bonis filij sui? Et ad huius euidẽtiam illud, quod acquirit filius, ipso existente sui iuris, appellatur patrimonium: & ipso existente in patris potestate, appellatur peculium: & istud peculium est quadruplex, scilicet, peculium aduentitium, profectitium, castrense, & quasi castrẽse: de quibus omnibus per ordinẽ est videndũ. Et primò de peculio aduentitio. Circa aduentitiũ peculiũ volo quærere quatuor. Primò, quid sit aduentitiũ, quare sic appelletur, & quomodo acquiratur. Secũdò, cuius sit aduẽtitiũ peculiũ, ponendo quandã iuris regulã. Tertiò, videre casus exceptuatos à regula. Quartò & vltimò, formare quasdã quæstiones. De primo, scilicet quid sit aduentitiũ peculiũ? Et aduentitiũ peculiũ est illud, quod acquirit filiusfa. aliunde quàm à patre, vel rebus patris, vel patris amore: & appellatur aduentitium peculiũ aliunde profectum, quàm à patre, vel rebus patris, vel patris amore. Et acquiritur multis modis. Primo modo, per successionem maternam. Secundo modo, per successionem alicuius coniuncti per lineam maternam. Tertio modo, per successionem vxoris. Quarto modo, per successionem alicuius

Pater an posit alienare de bonis filij.

Peculiũ aduentitium.

Non potest quoque notarius instrumenta conficere, neque acta extra territorium illius domini vel principis, à quo notarius est creatus, sed solùm in loco suæ creationis: quoniam vnus non debet vsurpare officium alterius: vt l. repetita. C. de episcopis & clericis. & l. consulta diualia. C. de testamen. Item quia notarius eius nititur authoritate, qui eum creauit: vt in authen. de tabellionibus. circa medium iiij. collat. Sed dominus vel princeps extra suum territorium iurisdictionem exercere non potest. l. fina. ff. de iurisdictione omnium iudi. c. vt animarum. extrà de constitutionibus. lib. vj. ergo nec notarius. Alioquin sequeretur, quòd quis posset plus iuris in alium transferre, quàm in se haberet: quod est contra regulam, de qua in l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. ff. iudi. sol. l. j. §. si tutor. ff. de administratio. tut. l. si duo. l. pro hoc in authen. de admini. offic. §. j. collat. iij. & C. de proximis sacro. scrinio. l. hac parte. in fine, libro xij. Quinimò habens certum officium, si vltra ipsum suas vires extendit, iure punitur: vt C. de decu. l. Doctitij viri. & l. memoriæ. lib. x. C. de nume. & adiu. l. in prouinciis. lib. xij. & videtur esse glo. singularis secundum Rapha. Ful. in l. quicũque. C. de execut. & exce. lib. duodecimo. non obest, quòd ea, quæ voluntariæ sunt iurisdictionis, extra territorium exerceri possunt: vt l. secunda. ff. de offic. Proconsul. & leg. & l. emancipati. ff. de adop. l. quæro. ff. de solutio. quoniam loquuntur in eo, qui habet aliquam iurisdictionem, sed notarius nullam habet, sed tantum officium: vt l. adoptio non tabulis. C. de adop. & l. instar. C. de iure fisci. lib. x. & ista fuit opi. Guliel. de Cu. in l. repetita. C. de episco. & cleri. quam sequitur ibi Bald. & Rapha. quia non est compertum in iure, quòd tabellionis officium valeat prorogari: bene facit quod not. Barto. in l. cunctos populos. C. de sum. Trinita. & fide catho. & l. non enim. ff. de adoptio. & quod not. Bald. in l. si non speciali. C. de testamen. plusculum quoque superaddidit Rapha. quòd notarius deputatus ad scribẽdum acta vnius officij, non poterit scribere acta pertinentia ad aliud officium per iura prædicta, imò erunt ipso iure nulla. Quod etiam sequitur Ange. consil. suo xcvj. Eadem ratione conficitur, quòd tabellio laicus, seu constitutus, à domino temporali, non poterit conficere documentum de rebus spiritualibus, neque notarius clericus de rebus ad seculum pertinentibus: vt not. Innocen. & Hostien. in c. sicut. ne

Z

cle.vel mona.argumen.c.tuæ.de deci.c.decernimus. extrà de iudiciis.c.contingit.de arbi.c.cùm laicis.de reb.eccle.nõ alienan. bene facit iiij.distinctio,statuimus.ij.q.ij.laicos.& in authen.de sanctissi. Episco.§. omnibus autem laicis. col.ix. Et ita testatur Hostien.de facto seruari,maiore prærogatiua notariis clericis reseruata, quòd instrumenta sua etiam de temporalibus rebus confecta non vitientur:argu.c. quoniam contra.de proba.& xxvij.q.ij,multorum. Quo fit, vt cassetur electio Episcopi,cuius sciniarius fuerit secularis:vt no.in c.Massana.de elect.& c.quia propter.eod.tit.& habetur in Specu. de instrumen.edit.§. restat.versicu.quid de constituto à domino temporali. Nec secus quidam censendum putant de logographis creatis à Papa,vel eius vicariis:vt in causis spiritualibus & terris Imperij scribere nõ debeant, aut principe Romano, suisque Comitibus factos,nõ posse de rebus spiritualibus attestare,quando quidem asserant iurisdictiones esse discretas: cum quã opinione transit Angelus suo consi. xciij. quod incipit, Visis. De qua quæstione suprà nos disputasse sufficiat, cùm de causa efficiente discuteretur. Placétque nobis vtrunque principem habere ius per vniuersum orbem notarios constituendi,quãdo quidem sic eos vti promiscuè videamus: nec absit à ratione ambos dicti iuris incorporalis habere possessionem:sicut gratiæ apud plures sunt officij habendi promerendique eum,qui gratiam habet,gratiam reddidisse nullus inficietur. Et sicut testimonij fides solennitatem recepit à citatione,quæ iuris est naturalis:vt l.de vno quoque, de re iudi.l.nam ita diuus.ff.de adop.not.Barto.in l.ad reprimendam in verbo,citatione. Et aliam solennitatem iurisiurandi à iure diuino:vt l.iurisiurã.C.de testibus.& c.in nomine Domini.extrà de iureiur. Ita quoque tabellionis assertio , quo testis habet insignia:vt l.Domitius,ff.de testa,debet posse mutuari authoritatem à iure Cæsareo atque Apostolico : altero tamen ipsorum sibi sufficientissimè suffragante,in quo diuini & humani iuris suprema potestas est collocata: nec video,cur amplior simplici testi fides concedatur sit super rebus humanis atque diuinis,& eadem solenniori testimonio tabularij denegetur. Quòd si rationes præscriptæ non militant, attamen cõmunis error publicáque vtilitas subsunt,in hócque versantur quàm maximé. Et ideo gesta per tales valere non dubitamus:argumen.l. Barbarius. ff. de officio prætorum. & l,j,C, de test.

de test.nisi cum periculo sacrilegij vtriusque principis velimus in angustum potestatem limitare:argu.l. ne quis sine sacrilegij.de crimine sacrilegij.Non potest etiam Scriba publicus instrumentum, aliámue scripturā completam, publicatam sub arbitrio irritam facere,& vbi constiterit subscribendo annotare cancellam:quia per errorem hoc scripseram:vitiatur enim potius,quā vitiet illa subscriptio:vt probatur per locum à speciali.l.prima.ff. de his qui in testamen. delentur. quæ ponens hoc speciale priuilegiū in testatore, ꝙ possit hoc facere,videtur etiam id omnibus aliis prohibere : sicut econtrariò,partes asserentes errasse,nequeunt cōpletum documentum iuribus vacuare.Et ipsum per alium perfici facere no.per gl.& But.in c.cum P.tabellio.de fide instr.& per Bal. in l.Imperator.ff.de statu ho.Quod si de publicatione,aut cōpletione,non plenè constaret,haud dubito talem subscriptionē rem in dubiū reuocare,pro ipsaque præsumendū:vt C.de edi.diui Adri.tollen.l.[illegible]nus,& l.ambiguitatē.C.de testa.& ibi Bal.per notata in d.l.Imperator.& l.si librarius.ff.de reg.iur. Is quoq; tabel.nō potest recipere instrumēta litigātiū, vel iuramēta testium,aut alia genera probationū,nisi sit sibi cōmissum à iudice:vt no.gl.& Bal.in l.hac consultissima.§.si quis autē.C.de testa.& l.eos.§.super his.C.de appel. Quod si à iudice id sibi cōmissum fuerit,nō valebit ipsemet sibi factā scribere cōmissionem:vt no.Bar.in l.ex sentētia.ff.de test.tute.& Hostiē.in c. quoniā cōtra.in fine primæ col.de proba.Io.And.in regula,cū quis.in Mercu.de reg.iur.li.vj.facit quod no.in l.iudices.C.de fide instr.& qđ no.in l.j.C.de mād.prin. & l.missi opinatores. C.de iure fisc.li.x.& Ang.in cōsi.xcviij.qđ incipit, Ex themate,ꝙ si tabularius alteri fuerit stipulatus,illa quidē stipulatio se nō extēdet,nisi quatenus se illius extendet officium, cuius ipse notarius fuerit:vt no.Bal.in l.j.§.huius studij.ff. de iust.& iure.Quāquàm si alteri fuerit stipulatus,qui acceptare nō velit,nec sibi quæratur,cùm sibi quærere noluit:vt l.quisquis.ff. de lega.ij.& ff.de adimen. leg.l. filio.§. inter.& ff. ad Trebellia.l. Lucius.§. filio. Si verò notarius scripserit instrumentum, de instrumenti tenore testimonium perhibere non poterit: sicut Moder. notant, in capit. Abbate. de verborum significatio. Neque illius verbo credetur, si scripsit in publico documento venditionem, & in sua imbreuiatura permutationem:neque sibi potestas permissa est vnum cōfirmā-

di,aliud infirmandi:vt l.si Barbarius.ff. de reg.iur. Sed potius stabitur naturæ ipsius rei secundum conditionem actus contractúsque tum gesti:vt ff.de præscriptis verbis.l.si insulam.& l.si tam angusti.ff.de serui.& no.Bal.in l.j.C. de re. permu. Si autem res ardua sit,vni soli tabellioni credi non solet, sed plures adhibendi sunt,vt vnus per alium caueat nil mali cōmittere:vt l.hac consultissima.C. qui testa. facere possunt. Expeditque,vt pro se cōpleant instrumēta,nec possunt vnū à se inceptum per alium perficere,aut perfici facere:vt no.gl.&Bu. in c.cùm P.tabellio.extrà de fide instru.Quid dicemus,si scriniarius vni magis,quàm alteri amicatur, vel alterius partis sit inimicus?Bal.sententiam Nicol.de Matarel.super l.instrumenta.C.de proba.amplectandam putat,qui non æstimat notarium idoneum censeri,vt sicut nec testem,vt casu simili iudicamus:vt no.Ioan.And.in addi.super rub. Spec.de instr.edi. arg.l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdi.om.iud. nisi fortè de contracto cōmuni rogatus ab vtraque parte fecerit instrumentū: quoniam nō est tam ita domesticus,ꝙ sibi valeat imperari.l. si vxor.ff.de fal.& facit l.Lucius Titius.de testamēto militis.

De prærogatiuis,emolumentis,& priuilegiis notariorum.

POstquàm competenter ostendimus , quibus pœnis & damnis notarius obstrictus esset, non erit alienum prærogatiuas, & emolumenta,cum priuilegiis annectere, quo munere oblectati alacrius ad officia sua exequenda perdurēt. Ex quibus,quę digniora visa fuerint,quàm breuius fieri poterit,exponere. Primum quidem est,vt faciliter multísque modis,si negentur esse notarij,cōprobare se tabelliones possint. quod vel exhibitione libri, quem matriculā vocant, liquere poterit:in eo enim sufficiens videtur fides existere,vt dicit gl. quæ allegatur pro singulari,in l.ij.C.de offi.mili.ad quod benefaciunt no.per Bar.in l.ex eo.ff.de test. mil.& l. aut facta.§. tempus.ff.de pœnis.& quod no.Ioan.And.in addi.Spec.de fide instrumen.§.restat.versic.& scias. Vel comprobabunt se tabularios,afferēdo priuilegium suæ creationis, vel literas eius sigillo communitas, qui eos tabelliones antè creauerat:vt l. si qua per calumniam.C. de episco.& cleri.capitu. dilecta. de excessibus præla.capit.inter dilectos.de fide instrumen. & capitu.post cessionem.de probatio.Sufficiet quoque scriniarios

ostend

ostendere sui quasi possessionem officij, videlicet, quod tanquam rogati tabelliones instrumenta, contractúsque faciebant, & in formam publicam redigebant, iuxta notata in l. non nudis. & l. non epistolæ. C. de proba. Suffragatur eis quoque, si probent se communi opinione tabelliones esse, ac pro tabellionibus reputari, iudicaríque: non tantum si vera, sed etiam si erronea esset opinio: quoniam error cõmunis in hac re ius efficit. l. Barbarius. ff. de officio præto. l. j. C. de test. l. ij. C. de senten. & interlocu. Quam opinionẽ tenuit glo. in authen. de tabellioni. §. si verò. coll. iiij. Pe. & Cy. in dicta l. Barbarius. & in l. comparationes. C. de fide instrumen. asserens ibi sic tenuisse Azonem in Summa, reliquósque doctores. Eandémque secutus est Bart. in lectura dictę l. Barbarius. & Inno. in c. j. de fide instru. quod ibi sequitur Card. Flo. dicens valde iniquum fortè aliter existimare: quoniam aliter instrumenta sustentari non possent: & addit se consulendo idem tenuisse, mouetúrque præcipuè per tria iura prædicta, licet alia multa cumelentur impèrtinenter. Sed tamen hæc opinio vera nõ videtur: quoniã error cõmunis non sufficit ad probandum aliquẽ tabellionẽ, vt tenuit Gulielmus de Cu. in sępe dicta l. Barbarius. cuius opinionẽ secutus est Bar. in repetitione antedictæ legis, & in l. Herennius. ff. de decurionibus. vbi cum Dy. eandem secutus est opinionem. Idémque tenuere Bald. Ange. & Pau. de Cast. in dicta l. Barbarius. & l. j. C. de testa. Quod ibi Sali. dicit se fuisse secutum consulendo in ciuitate Pisauri. Quod etiam tenuerunt & Canonistę moderniores, videlicet, Butrius, Abbas Sicu. atque Prosdoci. freti etiam Specu. authoritate de instrumen. edi. §. restat. versicu. & scias. & versicu. quid si is, qui. & §. quid si instrumentum. versicu. quid si tabellio. & in Spec. de probatio. §. primo. Similitérque Ioan. And. in addi. Specu. de instrumen. edi. §. restat. versicu. & scias. & versic. postremo. vbi refert disputationem Mart. Filumanti, qui hoc publicè tenuit: eorum rationes, & iura sunt in maxima copia. Sed hæc videntur esse præcipua. Nam primum, qui non est notarius, gerítque se pro notario, committit falsum: vt l. eos. §. qui se. ff. de falsis. igitur nec sua instrumenta valere censenda: argumen. l. qui se. C. de suscep. & arc. libro vndecimo. Item officium non præsumitur, nisi cum literis approbetur: quoniam in hoc videtur esse data certa forma probandi à iure per instrumentum tabellionatus: ergo probatio erroris, vel

quasi possessionis,non videtur esse sufficiens,vt l.j.C.de manda.prin.l.decernimus.C.de sacrosanc.eccle.& l.probatorias.C.de diuersis officiis.Item,quia qui nunquam fuit tabellio, videtur fuisse in mala fide possessionéque clandestina & vitiosa,quę tãquã iniusta patrocinari nõ debet in his,quæ iuris esse censeantur:vt notat Inno.in c.nihil.extrà de elect. Item, quia solus princeps,vel habens causam ab eo,cõfert tabellionatus priuilegiũ:vt not.per Inno.in c.cum P.tabellio.de fide instr. Et dixi suprà circa causam efficiẽtem. Ergo alius ercã non debet id posse conferre. Et ita dicit Bald.tenuisse Azonẽ in summa,de instru.cautela & fide,& esse apud Modernos cõmunẽ opinionẽ Raphaël. Fulg.dubitãs,dicit se seruaturum opinionem glo.Pe.Cynique cõsulendo,sed disputando se credere opinionẽ contrariã esse veriorẽ.Qui tamen posteà mutuauit opinionem,in l.j.C.de testa.dicẽdo,quod glo.quæ allegatur,non loquitur de putatiuo,sed de vero tabellione,receditque ab opinione Inno.transitque cũ opinione cõmuni:quam ibi sequitur præceptor meus dominus Franciscus Capolista. Non obstat autem primò l.Barbarius.antescripta,quoniam debet intelligi,quãdo tria eueniunt copulatiuè,scilicet,communis error,publica vtilitas,& consensus habentis potestatẽ conferendi talem dignitatẽ.Et ita intellexit Bal.& Ange.in authen.de tabellioni.§.fi.col.iiij.Vel secundum Specu.Paulúmque de Cast.lex illa intelligitur,quando error publicus habet iustum aliquod fundamentũ,licet de iure verũ non foret:verbi causa,quia creatus esset tabellio clericus,qui creari non posset,vel ab aliquo Comite,qui comes non foret:quoniam non est in totum falsum,quod gaudet primordio veritatis:vt l.cùm filius.§.hæres.ff.de lega.ij.Nec obstat l.j.C.de testa.& Insti.eo.titu.§.sed cùm aliquis.quoniã Imperator ibi dicit se illud in teste propria liberalitate seu priuilegio concedere,quo fit vt in contrariũ sit ius cõmune:arg.l.ius singulare.ff.de legi.& l.j.§.penult.ff.ad municip.quod placet Rapha.Ful.quia iste casus posset frequentius in teste,quã tabellione contingere.Idémque sentit Ioan.Fa.d.§.sed.cũ aliquis.quoniam Imperator dicens quòd id certa ex causa concedit, quasi sentiat quòd non idem in aliis faceret:argu.c.nonne,de præsump.& l.maritus.C.de procu.Item quia dicendo, quòd ex liberalitate concedit,in ea id debet præcipuum obseruari:quoniam liberalitas ad damnum alterius extendi non debet:

béat:argu.l.nec damnosa.C.de precibus Impera.offerén.& l. nec auus.C.de emancip.libero. minus quoque obstat l.ij.C. de senten.quoniam illa loquitur de liberto,qui poterat dignitatem habere,secundum glo.& Sali.ibi:quod verum est, si contra notarium viuentem agitur:vt not.Innoc.qui sic declarat seipsum in c.veniens.de verb.signi. Quam quidē communem opinionem quatuor modis arbitror limitandam & temperandam. Nam error communis,famáque publica, probat aliquem esse notarium. Primò,quando instrumentū in publicam formā produceretur de regionibus prouinciisque lōginquis. Et ita intelligitur Cy.Gulielmúsque de Cun. in l.cōparationes.C.de fide instr.Bal.in l.Barbarius.de offic. præto.& Abbas Sicu.atque Prosdocimus in c.j.de fide instru. Secundò,non procedit cōmunis conclusio,quando notarius aliquis foret nondū depositus,sed deponendus:vel si depositus erat,nondū tamen notum erat & publicū:atque tūc error cōmunis proficit ad sua instrumenta validè cōseruanda,quādo quidē quasi possessio sua nō est adhuc clandestina,vel violenta,neque ipse in totū falsus est existimādus:& ita intelligitur textus cum glo.authen.de tabellio.§.si verò.in iiij.col.Et sequitur Bal.Sali.& Capolista in d.l.j.C.de testi. Tertiò, non procedit conclusio cōmunis,quādo aliquis exercuit officium notariæ sciente patientéque illo,qui potuisset eū ab initio notariū facere ac creare,secundū Butrig.in c.j.de fide instr.vel etiam scientibus ac patiētibus correctoribus,& his,qui eum poterant prohibere:argumēto c.cōsultationibus.extrà de iure patronatus.Et iste videtur error tolerabilis,ex quo causatus est à titulo verisimiliter præsumpto:argumēto l.filius.cū ibi nota.C.de petitio.hære.& videtur quasi casus in authen. de tabel.§.j.quo casu licet videatur esse superioris dissimulatio potius quā cōfirmatio,vt Prosdoci.ait,per c.cùm iam dudum.de præbendis& dignit.tum quo ad partium commodū, quæ iustam habuerunt ignorantiam,id nocere non debet, licet obesse possit,quo ad ipsum exercentem grauiter puniendum. Quartò ac vltimò toleratur, quando logographus diu longóque tempore exercuisset officium, quo ad x. annorum spatium arbitror referendum: vt l. si cum fidei.§. Aristo.ff.qui & à quibus. Eáque rei eius est ratio,quòd in tāti temporis spatio in quasi possessione tabellionatus videtur extitisse:ar.l.filius.& l.quæ.cùm de in rem verso.ff.de vsu-

ris.& l.si certis annis.C.de pactis. Et ita Sali.limitat Bart.in l.j.C.de test.putátque sic posse intelligi,quæ dixit Bart.in lectura l.Barbari⁹.ff.de officio præto. Et hæc sunt,quæ de isto articulo,& primò prærogatiua tabellionũ arbitror obseruáda. Secunda ipsorum sequitur prærogatiua.Postquã se comprobauit esse notarium,ꝙ ipsemet suum potest scribere testamẽtum,& ipsum publicare,sicut & seruus,qui est persona priuata,potest domini sui scribere testamentum. Et sicut testator ipsemet suum potest scribere testamentum illud sigillari,& subscribi facere,dummodo testes inscribat:vt l.seruum.ff.de testamen.quod firmat ibi Bar.Paulúsque de Castro:quoniam nihil repugnat,quominus id agere valeat:allegat autem l.si cõsul.ff.de adoptio.& l.apud.ff.de manumiss.vindicta.vbi quis apud seipsum potest manumittere.Idẽ quoque sequitur Bart. in l.seruus communis.ff.de stipula.seruorum,ea præcipua ratione:quia cùm de suo facto tractetur,& nemini damnũ inferatur,regulariter,id est,cõcedendum:vt l.j.§.sed si fossa.& §. idem aiunt.ff.de aqua plu.arcen.allegat quoque Bart.casum in l.quoties.§.j.ff.de hęredi.instituen.vbi scribit ipse testator: tantúmque valet, quantum si aliis scribendum dictauisset. Idémque Bal.sentit in l.si cõsul.ff.de adoptio.per l.non putauit.§.si quis manu sua.ff.de cõtratabu.quanquã nonnulli allegent glo.quam ordinariam asserunt,minus tamen quã periitè,in l.j.in prin.ff.quemad.test.aperian.nam ibi nihil de notario dicitur vel testatore.In contrariũ tamen inducitur glo. in l.si seruus.ff.de testa.quæ hoc non dicit à sensu directo,sed potius cõtrario & tacito,qui sumi non debet ad iurium correctionem,quæ suprà induxi:vt not.in l.ij.C.de conditio.insertis.& l.conuenticulam.C.de episc.& cler. Item quia lucrũ tantùm aufert hoc venientibus ab intestato,& eis nocet. Sed hoc non est inconueniens,& ex quo si constat de voluntate testantis,qui potest eos priuare,& quem vult instituere:vt l.j. C.de sacrosan.eccle.Potest etiam idem ipse notarius instrumentum mandati,quo ipse aliũ constituit procuratorẽ,propria manu cõscribere:sicut ipsemet dominus per literas proprias valet hoc facere,dummodo literæ sint approbatæ:vt l.si procuratorem absentem.ff.de procu.taléque instrumentum fidem faciet contra scribentem,sicut contra argentariũ suus liber solet efficere : vt l.quidam.§.nummularius.ff.de eden. Idque approbat Bart.in d.l.seruus.ff.de testam.& l.ij.ff.de stipul.

pul.seruo.& l.impuberem.in fi.ff.de falsis.quoniam contra se-ipsum voluntati scribentis est assentiendum:vt l.publici.in fi.ff.depositi. Quo fit, vt Bart.placeat.in d.l.impuberem.ff.de falsis.quod si tabellio partim pro suo fauore verbi causa,quòd Titius spoponderit sibi bene diligentérque sua negotia tractare:partim in damno,quod ipse Titio omnia sua negotia cõmittere,illi ad damnum,non ad fauorem fides adhibebitur:vt l. vxori.§.j.ff.de falsis.& l.non putauit.§.si quis sua manu.ff.de contra tab.Bar.consonat Bald.in l.si consul.ff.de adoptio.huiúsque sentẽtiæ noua subiicitur ratio:quoniam hi duo actus, videlicet,scribentis,vt personæ priuatæ:& vt publici tabularij,aduersi ac repugnãtes sibi inuicem non sunt,quinimò cohærentes ac consentanei,quoniam primus est simpliciter facientis,alius confirmantis,ac reprobantis.Sic etiam Episcopus tanquam canonicus & prælatus potest in eodẽ capitulo fungi vice canonici eligentis,& prælati comprobantis:vt l.j. §.solet.ff.quando appellandum sit.l.tribunus.§.fin.ff.de testa. mil.sic intelligitur l.consul.ff.de adoptio.l.accipientis.ff. de authoritate tuto.l.fistulas.§.j.ff.de cõtrahenda emptione. Iura enim consecutiua non prohibentur in eiusdẽ persona concurrere.Cõstitutúsque à tabellione se sic poterit probare procuratorem:eodémque modo probari poterit per illum,cõtra quem ipse cõstitutus est procurator. Id tamen documentum ipsi constituenti non videbitur sufficere,si voluerit per id probare Titium procuratorem ab se fuisse constitutũ.Ibi enim de suo tantum commodo quæritur:ar.l.vxori.§.j.cũ ibi not. ff.de fal.& l.de eo.cum l.sequenti.ff.eo.tit.nisi forsan ostenderet prius instrumento illi fidem impositam:vt l.fin.C.de fide instru. Nec comprobabit tale instrumentum à se notario stipulationem fuisse legitimè interpositam:per quam procurator ipse releuetur ab onere satisdandi , vt dicitur in §.sed si quis.Institu.de satisdati.quia inter stipulantem debet esse diuersitas,sicut in aliis actibus relatiuis de directóque contrariis:arg.l.ij.ff.de stipula.seruorum.l.pupillus.§.j.ff.de autho. tuto.l.licet.§.si plures.ff. de procu.facit c.debitum.extrà de baptis.de institu.c.fin.de iure patrona.c.per nostras. Et non ineptè:quoniam repugnat rationi,quòd quis proprij negotij sit actor,& testis : vt l. omnibus.C.de testib.ipse verò notarius,sicut pars est:ita loco testis accipitur:vt l. Bonitatis.ff.de testamen.& in §.nos autem.in authent. de tabell.iiij. colla-

tione. Quod si videretur id cuiquam forsitan impossibile: quoniam exigitur ad documenti substantiam, quòd notarius sit rogatus à parte: quod tamen notarius non videtur posse facere de seipso: cùm inter rogatum & inter rogantem debeat esse diuersitas. Respondet Bart. illud sibi videri verum, vbi partium diuersitas subest: at vbi nulla pars subest, sat est quòd scribat propria voluntate: sic etiam dicimus, quòd iudex debet officium suum petitus concedere, licet nullo petente ad sui commodum interponat: vt d. l. si consul. ff. de adoptio. Nobis quoque videtur vera hæc Bar. sententia, nec arbitramur quòd quis seipsum roget, hortetur, ac reprehendat: sicut in multis locis legisse me memini. Scribere quoque tabellio potest instrumentum in emancipati vel militis filij causa quo ad sua vel bona castrensia. Idque Dynus & Bar. confirmant in l. si pater. ff. de fal. argu. l. j. §. author. ff. de authoritate tuto. & l. quod dicimus. §. fi. & l. pupillus. §. fina. eodem titu. facit l. puberem. §. si ei filio. & l. diuus. §. j. ff. de falsis. Idque ad filiumfamiliàs, qui in eiusdem patris est potestate, nituntur extendere: quoniam esse tabellionem, publicum officium dicitur: vt l. generali. C. de tabu. lib. x. quantumque ad id attinet, patria potestas pro nihilo æstimatur. l. nam quod. ff. de Treb. l. & in priuatis. ff. de iudi. dummodo pater affirmet se nolle, vt ex eo actu sibi vsusfructus acquiratur. Neque conquerendum existimant, quòd tabellio, qui testis vicem obtinet, vt proximè diximus, pro filio quodammodo perhibeat testimonium contra l. parentes. C. de testib. consensus enim partium ad eum tabularium prouenientium, eúmque rogantium, hanc minuit admirationem: sicut etiam in patrem alicuius possent alij consentire, vt eorum arbiter fiat: vt l. quinetiam. ff. de arbitris. Contrà autem, filius poterit instrumentum in patris causa conficere, præsertim si in eius non est potestate. l. de eo. ff. de falsis. Si enim emolumentum illius actus redundet in patrem, non videtur eius idoneum esse testimonium: vt l. omnibus. C. de test. Quod Dyn. & Bartol. placuit in l. quod dicimus. ff. de autho. tuto. & Guli. in Specu. de inst. edi. §. postremò. versi. item quòd est domesticus. Sed tamen in causa matris publicus Scriba potest nulla distinctione adhibita conficere documenta. Quòd Barto. & Dynus affirmant in sæpe dicta l. si pater. Eadémque tenenda

da persuadent de auo suisque nepotibus, quæ de filiis, patre, matréque diximus. Nec secus putat, si vir pro vxore instrumentum vel testamentum ascribat, licet vna caro esse videantur: vt l. vxori. ff. de falsis. Scribere potest etiam notarius instrumentum de proprio rogitu, & attestari quemadmodum de instrumento, quod scripsit, fuit rogatus à partibus: vt in auth. de tabell. §. nos autem. iiij. colla. Idque inueterata & generalis approbat consuetudo. Sed an de commissione sibi facta per iudicem ad testes examinandos, deferendũ iuramentum, vel alia etiam sibi commissa, simile credi debeat, non improbabiliter dubitat Bart. in l. ex sententia. ff. de testa. tut. videtur sibi fore credendum: hoc enim rogationi, de qua diximus, videtur esse persimile, quo fit vt idem existimetur. Nec obest, quòd in sua causa quis iudex vel testis esse non debeat: vt l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. om. iudi. l. j. C. ne quis in sua causa iud. quia id in genere, sed non in specie: quoniam in vna causa particulari pronuntiare potest se iudicem cõpetentem: vt l. j. in prin. ff. si quis in ius vo. non ierit. Sic etiã tutor, licet sibi tutelam ascribere non possit, poterit tamen rationum librum conficere: & sic de rebus particularibus tutelæ sibi fides habebitur: vt l. Nesennius. ff. de neg. gest. tutius tamen fore idem Bart. existimauit, quòd per alium talia conscribantur, iuxta doctrinam Inno. ac Ioan. And. in c. quoniam contra. de proba. aut saltem, quod per alium tabellionem in vnam consonantiam talia conscribantur. Bal. tamen in l. iudices. C. de fide instru. æquius existimauit, cõmissiones vnius potius per alium quàm per seipsum annotari, ratione prædicta. Item, quia eadem ratio est de parte, quæ de toto consistit: vt l. quæ de tota. ff. de rei ven. Nec obstat, quod de rogitu scripsimus: quoniam illa executio, vel opus, est res, quæ facti potius est, quàm iuris. Ista verò commissio iuris videtur quam sibi nequit ascribere, sicut neque mandatum sibimet factum: vt d. c. quoniam contra. de prob. Sed reprehensio Bal. non placuit Sali. in auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instr. saltẽ in notario actorum eiusdem causæ: quia cùm sit sibi facta cõmissio, vt acta causæ conscribat: non subest ratio, cur etiam hæc acta conscribere nequeat, quę inchoatæ cõmissionis sunt executio. Item potest notarius instrumentum conficere de stipulatione pro se facta illius, cuius nomine fuerat stipulatus: vt no. in l. seruũ. ff. rem pup. saluã fo. & l. nec enim. ff. de adoptio.

ptio.nisi volens acquirere sibi soli per fraudem nomina & personam coniunctam, vel amicam, vt de persona ad personam contractum faceret simulatum: quoniam tunc minimè valere conceditur: vt l.si per impressioné. C. quod metus causa. & l. Sulpitius. ff. de dona. inter vi. & vxo. Item, si notarius sit iudex, quod esse posset, gl. in l. j. ff. de iud. asseruit & non ineptè: quoniam officia hæc nõ aduersantur inuicem imò conueniunt, poterit acta, quæ fecerit ipse, conscribere, sicque annotare admonitiones, citationes, examinationésque testiũ, reliquáque similia, modo sint iurisdictionis voluntariæ, non autem disceptatiuæ: vt l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de sacrosan. eccl. Nam quæ cõtentiosæ iurisdictionis sunt, ab eisdẽ conscripta robur non obtinebunt, nisi sint in causis breuioribus: vt l. curent. C. de testi. & auth. nisi breuiores. C. de senten. ex breuilo. reci. Quod æquè probandũ censeo, cùm notarius electus ad acta scribenda, obstrictus non sit testes inscribere, cùm multitudo testium adesse loco illo præsumatur: vt not. glo. & doctores in l. donationibus. C. de donationibus. & Innocen. & Ioan. And. in c. quoniam contra. de probat. & c. post cessionem. eodem titu.

Tertia prærogatiua tabellionum est circa fidem, quæ suis scripturis adhibetur. Nam primò si sit scriptura instrumenti publicam habens formam, ipsa quidẽ duobus æquiualet testibus, secùndum gl. & doct. in l. j. exercendis. C. de fide instru. nonnunquã & pluribus: nam æquiualet tot testimoniis, quot sunt in instrumento descripta: vt not. Bar. in l. hęredes palàm in princip. ff. de testamentis. & Innoc. in c. cùm Ioannes. de fide instrum. Albericus in l. cùm precibus. C. de probation. & Guliel. in Spec. de instrumen. edit. §. restat. ver. quæro. & ver. sequen. Sed tamen id impugnatur nonnunquam à pluribus, nonnunquam à paucioribus: vt no. Cyn. d. l. in exercendis. & Bart. in l. j. in princ. ff. si quis omissa causa testa. Secùndò, quomodo adhibetur fides plena notarij protocollo, si coram iudice producatur, quoniam censetur originale: vt sentit Guli. in Spec. de instru. edit. §. videndum. versi & no. vbi dicit eũ teneri, cùm necesse fuerit ad producendum. Idémque sensit Accur. in l. argentarius. in prin. ff. de eden. ídque probabat Iacobus de Arena in l. contractus. C. de fide instru. euenit quoque, vt mortuo tabellione, qui de contractu rogatus antè fuerat, per aliũ tabellionem de iudicis mandato, inde aliud in-

strumen

strumentum releuetur:vt c.cùm P.tabel.de fide instru. Et ita doctores aiunt communem tenere obseruationem:protocollum enim,seu rogatio,vel imbreuiatura,omnes habet solennitates,quas continet instrumentum,atque per plures. Estq; fons & origo.vnde sumitur instrumentum:vt indicat Bar.in l.si librarius.ff.de reg.iur.bene facit ix.dist.vt veterum. cum ibidem annotatis.& lxxvij.dist.ieiuniũ.ij.C.de dolo.l.pe.Nicolaus autẽ de Matare,& Cy.in l.contractus.C.de fide instr. & Io.An.in addi.Spe.super dicto versi.creduntur talem scripturam non comprobare:quoniam in re indiuidua, qui totum non facit,nihil effecisse iudicatur:qui enim partem testamenti,vel partem sententiæ fecerit,cùm aliud agendum supersit,nihil egisse iudicandus est.l. furiosum.C.qui testa. fa. pos.l.si is.& l.testium.§.si quis.ff.de test.l.j.C.de senten.ex breuiculo recitãd.l.cùm Syllanianũ.in fi.C.ad Syllania.Sed protocollũ non videtur esse instrumentum perfectum, cùm desit signum,atque subscriptio:igitur ipsum valere non debet. Accedit ad confirmationem opi.l.contractus.C.de fid. instru. vbi contractus in scriptis non videtur aliàs valere, nisi prius in mundum redactus extiterit:ergo neq; protocollum, quod ad formam publicã non videtur fuisse redactum. Et cui substantialia contractus videntur pro parte deficere.Et in eodem similitudo videtur esse,ac veritas rationis:vt C.de cõsti. pec. l.fi.& de confirmatione vtili vel inuti.c.cùm dilecta. Item actus agentium non debent operari vltra eorum intentionẽ. l.non omnis.ff.si cert.pet.Sed notarius facit protocollum ad memoriam sui tantùm,igitur probationem non operabitur. Nec obstat,quòd alij tabelliones releuant instrumẽta ex abbreuiaturis vel rogationibus mortui tabularij:quoniam hoc fit authoritate consuetudinis,quę tantam & maiorem authoritatem valet impendere:argu.l.j.ff.de offi.consu. & l. mortuo.ff.de iud.Sali.verò in d.l.comparationes.ait protocollum probare ita demum,si habet annum, diem, indictionem, & Consulem,subscriptionémque,ac signum.Aliàs verò credit, quòd vires non obtineat.Quo fit,vt si reperiatur instrumentum tali protocollo contrariũ, vt præualeat protocollũ tanquam originale.Quod confirmat Bar.in l.Sempronius. ff. de lega.ij.licet Bal.in pace Constantiæ tangens quæstionem in verbo,præsentia,nihil tandem affirmet.Ego verò signum & subscriptionem inter substantialia computari puto: Et ob

eam

eam rem sine ipsis non probabit protocollum, nisi consuetudo contrarium in locum dispofuisset. Sicque contrarias opiniones arbitror concordandas. Tertio quoque modo adhibebitur fides scripturæ tabellionis, quando priuatam scripturá ipse subscripsit: nam si scriptura priuata ex se semiplenam facit probationem, vt l. nuda ratio. ff. de dona. & no. in l. comparationes. de fide instru. ergo notarij scriptura superaddita æquiualebit alteri dimidiæ probationi: cùm, si perficietur, complebitúrque integra plenáque probatio, licet illa priuata scriptura notarij nondum sit publicata: pro quo allegatur authoritas Inno. super c. Albericus. in glo. in verbo, publicare. versi. nec credimus. extrà de testi. Quarto adhibetur plena fides scripturæ tabellionis, quam in actis composuit: videtur enim tunc hominis electa persona, & multitudo personarum adesse præsumitur: vt no. glo. in l. in donationibus. C. de donationibus. & Inno. & Ioan. And. in cap. quoniam contra falsam. de probationibus. & in cap. à nobis. extrà de testib. Accedit quoque authoritas iudicis, qui cum tabellione concurrit, & numerum duarum videtur perficere personarum: vt habetur in Spec. de instrumen. edi. §. restat. versi. sed cum literis episcoporum. Ego quoque, si plures socij ad eadem acta scribenda concurrant, vnum arbitror testimonium alteri perhibere: argu. §. cogitandum. in authen. de mona. coll. iij. Et ita seruat consuetudo in ciuitate Patauij. Vnde inferri solet, quòd si nuntius dixerit aliter retulisse, quàm tabellionis scriptura contineat, quòd magis tabellionis scripturę, quàm nuntij verbo fides habebitur: nisi dignior nuntij, quàm tabellionis indigni persona fuerit: vt no. Cy. in l. si quis decurio. C. de fal. & Spe. cum Ioan. And. in addit. titu. de instrumen. edi. §. restat. versi. quid si vnus. Et eodem modo credetur magis tabellioni, qui testificationem ascripsit, quàm ipsi testi asserenti testimonium aliter præbuisse: sicut Sal. in d. l. si quis decurio. & Specu. in supradicto versi. affirmannt. & Inn. in c. ad audientiam. de præscript. benefacit l. iij. §. duæ. versi. finge. ff. de Carbo. edict. Quod ego indubitanter verum esse crediderim, si cum tabellione scribente iudex affuerit: argumen. eorum, quæ not. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edend. & in Spe. de teste. §. j. versi. pone ecce iudex. Interdum creditur notario absque scriptura, eiusdem verbali solius statur testificationi. Nam si dubitatur an instrumentum sit sua manu

con:crip

conſcriptum, licet aliæ ſcripturæ ipſius diſsimiles videantur ſibi aſſerenti ſcripturam fore ſua manu conſcriptam, plena fides habebitur: vt l. ſi quis decurio. cum gloſſa ſua communiter approbata. C. de falſis. Cùm enim fides inſtrumenti non reuocetur in dubium, adsitque ſolennitas, cur de facto ſuo illi credi non debet? Accur. literarum variatio, quæ contingit ex tempore, fidem illi poteſt abrogare, cuius perſeuerat notata fidelitas: vt volunt Gulielmus & Salyc. in l. comparationes. C. de fide inſtrumentorum. Quod ſi productum in iudicio fuerit inſtrumentum, quod ipſe neget ſua manu conſcriptum, licet ſolennitatum omnium habeat inſignia, tamen ipſum faciet vacillare: vt l. prima. §. primo. ff. quemadmo. teſtamen. aper. ſicut enim dictum eius, ſi probet, fidem imponit, vt diximus: ita ſi neget, fidem minuit. At neceſſe eſt, nec ſecus inualidum fieri poſſe inſtrumentum doctores putant, ſi notarius ſcripturam ſua manu ſcriptam dicat, ſed ſe contractui non fuiſſe præſentem: vt in auth. de tabell. §. primo. colla. iiij. Eſt tamen inter præſcriptos caſus differentia: quoniam ipſo aſſerente de ſua manu factam eſſe ſcripturam, eo viuente nulla exigitur comparatio, cùm aliter quis ſcribat ſenex, quàm recens, & iuuenis: vt l. nemo eſt, qui neſciat. ff. de duobus reis. l. inter artifices. ff. de ſolut. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictione indeb. quoniam iura tunc volunt notarium, vel miniſtros, fidem imponere: quòd ſi negetur ſcriptura, iura non vetant fieri poſſe comparationem. Quinimò etiam in duobus caſibus poterit notario affirmante ſcripturam ſe feciſſe, fieri comparatio. Primùm, ſi pars velit ſigna comparari: quoniam de his comparandis nulla iuris eſt prohibitio. Secundùm, ſi tabellio bannitus aut deportatus poſt ſcripturam extiterit, aut furere cœperit, nec in primo ſtatu permanſerit, quoniam talis ciuiliter mortuus eſſe cenſetur: vt l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. l. j. §. ſi filium. ff. de bo. poſ. contra tabulas. & in auth. de inſtrum. cautela & fide. §. ſi verò moriatur, & l. bonorū. ff. rem ratam hab. idē quoque tabularius, qui errauit, diem, locúmue non verum apponendo, poterit authoritate propria diem illam vel locum abradere, emendandóque alium diem vel locum apponere: vt l. ſi vnus. & l. errore. C. de teſtamentis. Idémque ſi errauit in annis Domini, vel indictionis, ſeu aliis ſolennitatibus ad notarium pertinentibus: quoniam iſtæ ſolennitates ab ipſo

appon

apponuntur, ad eúmque solùm pertinent, vt res potius valeat quā æstimatur: vt l. quoties. ff. de verb. obl. & l. quoties. ff. de rebus dubiis. & in c. Abbate. de verb. sig. & no. Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iur. Quod tamē duobus modis est tēperandum: primo, vt procedat, si tabellionis persona careat suspitione: nā cùm ratione iuramēti multū fidei sibi tribuatur, vt c. illud. de præsump. cap. ad audientiā. de præscrip. debet ipse quoque se talem exhibere, vt suspectus nō sit: nam tunc ista facultas ipsi perhibetur: vt l. si quis ex argētariis. ff. de edendo. Secundum quoque exigitur, vt de ipso errore cōstet, quod tribus exēplis ostenditur euidenter: nam si notarius ex abbreuiaturis alterius eduxerit instrumentū, quis originali conspecto de vitio nō perpēdet? vt l. ij. C. de errore aduoca. & l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsi. aut si prius tabellio matricem seruauerat. Et extenderat in protocollo: quia de vitio facilè cōprehendetur, vt in authen. de tabellio. §. penul. iiij. collat. vel quia Domini annos posuerat cum annis indictionis, qui prorsus discordare videbātur. Nam errasse in indictione potius quā annis Domini credēdus est: quoniā annos Domini absque culpa lata ignorasse non potuisset, cùm omnes eos sciant: vt l. latæ culpæ. ff. de verb. signi. sed indictionis annos omnes nō sciunt: ideo præsumendū in dubio pro minore culpa, vt no. gl. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. & l. pen. ff. de rebus dubiis: in quā sententiā Dynus consuluit Bartolúsque sequitur in l. si librarius ff. de regu. iur. & Bal. in l. Imperator. ff. de sta. homi. reiecta gl. in ca. inter dilectos. de fide instrumen. dūmodo indictio apposita fuerit. Quòd si error grauis subesset, tūc sine iudicis iussu & authoritate, tabellio immutare nō posset: vt no. Bal. in §. fi. cta. in fi. de pace Constantiæ. coll. x. Facilius etiā error poterit amoueri per tabulariū, si malū Latinū fecerit, vel errauerit in Grammatica: quoniā talis error ad ipsum tabellionē spectat, & ab eodem solo poterit amoueri: vt l. Imperator. ff. de statu hominū. & l. actorū verba. ff. de re iudi. multóque magis poterit amouere, si error sit in litera vel syllaba, qui minimus esse censetur: vt c. ex parte. de fide instrum. & l. qui habebat seruū. ff. de manumis. testamen. Nec secus censendum erit si sit erratum in partibus non substantialibus, qualia enuntiatiua seu narratiua verba nos esse credidimus, vel in nominibus, aut confinibus possessionū: quoniā error paruus esse censetur atque notarius, partísque nō interest: vt capi. ex literis.

extra

cuius coniuncti per lineam vxoris. Quinto modo, per successionem alicuius coniuncti per lineam paternam, sed non patris amore. Sexto modo, ex suis propriis roboribus. Septimo modo, ex arte sua, quam filiusfa. habet. Octauo modo, acquiritur ex sua prospera fortuna: modò omnibus istis modis acquiritur aduentitium peculium. De secundo, scilicet, cuius fit aduentitium peculium? & dico ꝙ regula talis est: In aduentitio peculio pater habet vsumfructũ, filius verò habet nudã proprietatem. Sed quandoque pater habet mediũ vsumfructum, scilicet, quando emancipauit filium: nam in præmium emancipationis filius habet medium vsumfructũ. Quãdoque pater nihil habet de vsufructu, & hoc in casibus. Quãdoq; habet virilem portionem vsusfructus: vt quia moritur mater, & filius succedit, & apprehendit bona materna: & tunc pater habet solum partem sibi contingentẽ vsusfructus, nõ autem habet proprietatem. De tertio, scilicet, videre casus, in quibus pater nullum habet vsumfructum. Et primus casus est, quando pater remisit per pactum filio vsumfruc. Secundus casus est, quãdo filius adiuit hæreditatem locupletem patre inuito. Tertius casus est, quando filius præmoritur patri: nam frater eiũs debet succedere: Quia est tristis & luctuosa successio, quã pater habet de morte filij, quod non dicitur velle. Quartus casus est, quãdo filius succedit matri, quã pater tenebat extra domum, & tenebat in cõcubinã. Quintus casus est, quãdo vsusfructus fuit solùm relictus filio: nam seruitus seruitutem non debet. Sextus casus est, quando relictus fuit filio, eo pacto, vt vsusfructus ad patrem nõ perueniat. Septimus casus est, quando seruus fuit relictus filio, vt eum remittat seu manumittat. Octauus casus est, quando Imperator vel Imperatrix donauit filio: Nam videtur semper liberè donare velle. Quartò & vltimò, formare quasdam quæstiones. Quæritur, nunquid pater vendere possit de bonis aduentitiis filij sui? & dico ꝙ nõ, nisi vrgeat debitum vsurarum. Nam tunc debet primò vendere mobilia, deinde immobilia, ne vsurarum onere prægrauetur. Secunda quæstio talis est: quia si mota est lis, vel quæstio quis debeat ire ad iudicium, an pater, an filius? Et dico, quòd pater debet de consensu filij propter legem, in agentibus & fugientibus pater quidem moneat & suscipiat actionem, duntamen interueniat legitimus filiorum consensus, nisi infantes sint, vel longè absint: nam infans ob carentia mentis & cerebri

Peculium aduentitiũ cuius fit.

Pater in certis casibus nullum habet vsumfructum.

ignorat, quid agat: & ideo non potest consentire: & si filius abest, vel longè distat, non potest consentire. Sed pater, tanquàm defensor habet iudicio interesse. & hæc omnia vera sunt, si pater habet vsumfructum, & filius habet nudam proprietatem: aliàs si filius haberet vsumfructum, & pater nudam proprietatem, filius tunc deberet iudicio interesse cum consensu patris: quia agenti & fugienti pater quidem filio consentire debet. Tertia quæstio talis est: Quæritur, quibus sumptibus pater debeat ire ad iudicium? & dico quòd suis sumptibus, quando habet vsumfructum: quia qui sentit commodum, debet sentire incommodum: vt not. Instit. de legitima patro. tutela. circa finem. Sed si filius haberet vsumfructum, tunc debet ire suis sumptibus ad iudicium. Quarta questio talis est: quæritur, vtrum filius possit alienare de aduentitiis? & dico quòd non sine patris consensu in aduentitio peculio. Sed secundum quosdam cum consensu patris alienare non potest: quia filius debet habere alimenta à patre: nam pater debet sibi omnia necessaria administrare. Et ideo melius est iuueniles coarctare calores, quàm post dispersum eorum patrimoniũ durum, vel tristem eorum exitum, ad inopiam expectare: & eo ipso quòd vendere vult, videtur suum dissipare patrimonium. Alij autem dicunt, aut pater est integræ famæ & bonæ opinionis, & tunc potest vendere cum consensu patris: aut pater est infamata persona, & tunc etiam poterit sine consensu patris. Alij dicunt quòd potest sine aliqua distinctione cum consensu patris: & omnia sunt vera in pubere filiofa. nam si esset impubes filiusfami. non posset alienare, etiam cum consensu patris: quia impubes authore quidem patre non obligatur: vt not. Instit. de emptio. & venditio. circa princ. Quinta quæstio talis est: plures sunt fratres, & vnus illorum habet aduentitium peculium: veniunt ad diuisionem fratres isti, & dicunt istud aduentitium peculium esse profectitium, & ipse dicit esse aduentitium: modò quæritur, quid iuris? hic sunt multæ opiniones, Quidam dicunt prima facie, quòd veniat diuidendum, nam præsumitur profectitium peculium, nam illud quod acquirit mulier durante matrimonio, præsumitur de bonis mariti: & sic quod acquirit filius durante patria potestate, præsumitur de bonis patris. Quidam dicunt, aut pater erat diues, vel bonus artifex: & tunc præsumitur profectitiũ: aut pater erat pauper: & tunc præsumitur aduentitium, & non diuiden

diuidendum. Quidam dicunt, aut ipse affirmat peculium esse aduentitium, & illi negant: & tunc ipse debet probare, quia affirmanti, & non neganti, incũbit onus probationis: aut vterque proponit affirmatiuam, aut vterque negatiuã: & tũc danda est ei probatio: qui magis videtur dicere veritatem, secundum diffinitionem præmissam suprá. Sexta quæstio est talis: Quæritur, nunquid possit vendicare profectitiũ peculium à patre alienatum? distinguo: aut ipse filius est hæres institutus à patre, aut non: si est hæres institutus à patre suo, non poterit vendicare: quia ex qua persona lucrum sentio, eius factum ratum habere debeo. Prætereà quem de euictione tenet actio, eum agentem repellit exceptio: nam si res fuerit euicta ab emptore, ipse emptor ageret contra hæredem defuncti venditoris, quia tenetur de euictione: erga multò magis si vellet reuendicare ab emptore, emptor posset excipere, dicendo: Tu teneris mihi de euictione, si res foret mihi euicta ab aliquo. Si autem non fuit hæres patris, & tunc poterit vendicare, & venire contra factum patris, & recuperare alienationem à patre factam.

De profectitio peculio. Rubrica.

Circa profectitium peculium volo videre, quid sit profectitium peculium, & quare sic appellatur, & cuius sit. Et profectitium est illud, quod obuenit ex rebus patris, vel patris amore, vel patris contemplatione, vel alicuius coniuncti per lineam paternam: & appellatur profectitium à patre profectum, & ad patrem redire debet: & istud profectitium peculium est patris quo ad vsumfructum, & nudam proprietatẽ, & nihil habet filius in tali peculio: vnde, quæ est inuidia filij, quòd patris occasione profectus ad patrem reuertitur? quasi dicat, nullam esse inuidiam filij.

De castrensi peculio. Rubri.

Circa castrense peculium volo videre duo. Primò, quid sit castrense peculium, & quare sic appellatur. Secundò, cuius sit castrense peculium. De primo, quid sit castrense peculium? est illud, quod acquirit filiusfamiliàs militando ad castra: & dico de militibus armatæ militiæ: & multa sunt necessaria, vt dicatur miles armatę militiæ. Primũ est ne-

cessarium, quòd apponantur sibi quædam stigmata militaria. Secundum, quòd cingatur sibi ensis. Tertium, quòd sit de nobili progenie. Quartum, quòd iuret se non vitare mortē pro salute Romani Imperij. Quintum, quòd examinetur vtrum sit dignus tali militia, vnde versus.

Stigma, mucro, stirpis genus, sacramenta, examen.

Et hæc, quæ dixi solent in milite quæri.

Secundò, cuius sit castrēse peculium? & est filij quo ad vsumfructum & nudam proprietatē, & potest contrahere cum patre suo: quia in ipso castrense peculio reputatur tanquā pater fa. & homo sui iuris, quātum ad castrense peculiū acquisitum.

De quasi castrense. Rubrica.

Circa quasi castrense peculium volo videre duo. Primò, quid sit quasi castrense peculiū, & quare sic appellatur. Secundò, cuius sit quasi castrēse peculium, an patris, an filij. De primo, quid sit quasi castrense peculium? & certè est illud, quod acquirunt quinque genera filiorum, scilicet, assessores, aduocati, medici, clerici, & magistri liberalium artium: & appellatur quasi castrense peculium, quod filij acquirunt in literata militia, sicut milites filiifa. acquirunt in armata militia: nam militia literata similis est armatæ militiæ. Secundò, cuius sit quasi castrense peculium? est filij quo ad vsumfructum & nudā proprietatē cū de isto potest cū patre suo cōtrahere, quia reputatur in ipso paterfa. & homo sui iuris.

De fundo dotali, & quasi dotali. Rubrica.

Circa præsentem §. volo videre sex. Primò, quid sit fundus dotalis, & quare sic appellatur. Secūdò, quid sit fundus quasi dotalis. Tertiò, ponere vnam regulā, & ipsam exponere. Quartò, quid iuris, si fundi dotalis alienatiò fiat contra legē Iuliā. Quintò, formare aliquas quæstiones. Sextò, videre casus, in quibus permittitur alienatio fundi dotalis. De primo, quid sit fundus dotalis? est res immobilis inæstimata data in dote ab vxore marito ob matrimonium de iure contractum. Expositio istorum verborum. Dicitur, fundus dotalis est res immobilis, non autem mobilis: nam si esset mobilis, non esset fundus dotalis: imò dos dicitur inæstimata; nam si esset æstimata,

Fundus dotalis quid est.

mata, esset fundus emptitius, non autem dotalis. Fallit tamen in duobus casibus, in quibus & quantumcunque detur æstimatum, est fundus dotalis. Primus casus est, quando mulier dedit ipsum æstimatum, vt dissoluto matrimonio possit habere regressum ad rem, vel ad æstimationem. Secundus casus est, quando mulier dedit ipsum æstimatum, vt dissoluto matrimonio sciatur quanti plurimi res valuerit. Et multum prodest scire, scilicet, quando sit fundus dotalis nõ potest alienari, nec in contractum deduci. Nam maritus videtur emisse pro illa æstimatione: nam non est debitor rei, imò æstimationis & æstimationem præstando liberatur, si fundum alienet. Dicitur data in dote: nam ideo datur iste fundus marito ob dotem constituendam: & iste fundus est mariti quo ad dominium vsusfructus, vt fructus percipiat pro oneribus matrimonij sustinendi: non autem est suus, vt possit ipsum alienare: nam semper remanet mulieris iste fundus, non quo ad dominium: quia dominium est mariti quo ad proprietatem vsusfructus. Tamen, vt non posset alienare ea volente, remanet vxori. Dicitur ab vxore marito: secus si esset concubina non posset fundum dotalem constituere. Dicitur, ob matrimonium de iure contractum: nam si ex alia causa daretur, non diceretur fundus dotalis: & vt matrimonium dicatur de iure contractum, tria sunt necessaria. Primum est necessarium, quòd masculi sint puberes, id est, maiores quatuordecim anni. Secundum est necessarium, quòd sint ciues Romani, id est, homines verè liberi, & non serui. nam serui non contrahunt matrimonium, sed potius contrahunt connubium. Tertium est necessarium, quòd faciant secundum præcepta legum, id est, quòd accipiant talem maritum, quòd possit esse maritus. Et vt fundus dicatur esse dotalis, quatuor sunt necessaria. Primum est necessarium, quòd sit res immobilis, non autem mobilis. Secundum, quòd sit inæstimata, non autem æstimata: quia si esset æstimata, esset fundus emptitius, nisi in duobus casibus: vt suprà dixi. Tertium est necessarium, quod tradatur ab vxore marito. Quartum est necessarium, quòd tradatur ob matrimonium de iure contractum: quia fundus dotalis est res data in dotem ab vxore marito. De secundo, quid sit fundus quasi dotalis? & est res legata seruo inæstimata in dotem, vt fundus dotalis: secus si fuisset æstimatus seruus dotalis cuius est

Necessaria vt fundus sit dotalis.

Fundus quasi dotalis.

iste fundus, quasi dotalis. Ad cuius plenam euidentiam distinguo: aut legatum fuit factum contemplatione mariti, & illius mariti erit legatum factum: aut est legatum factum contemplatione mulieris, & mulieri legatum factum erit: aut dubitatur cuius contemplatione legatum factum sit, an contemplatione mariti, an contemplatione mulieris: & tunc præsumitur factum contemplatione mulieris, per quam sua inæstimatam dederat in dotem, & tunc est verum, quòd fundus est quasi dotalis, quando legatum est factum contemplatione mulieris, vel quando dubitatur, aliàs, si legatum esset factum contemplatione mariti, non esset fundus quasi dotalis, sed simpliciter legatum esset marito factum. Quidam accepit quandam pupillam in sponsam filij sui: & secum contraxit sponsalia per verba de futuro, & occupauit omnia bona istius pupillæ: modò iste est fundus quasi dotalis, quia adhuc non est matrimonium verum, quia non sunt legitimæ ætatis: & contractus potest esse dotalis, vel quasi dotalis: quia si verè esset fundus dotalis, datur ob matrimonium contractum ab vxore marito: ille erit ergo fundus dotalis, qui datur ob sponsalia contracta. De tertio, quod ius seruatur circa fundum quasi dotalem, & dotalem? & à iure datur regula, Fundi dotalis & quasi dotalis prohibita est alienatio: & sumitur alienatio largo modo, non solùm in venditione & aliis contractibus, sed etiam in aliis actibus, in quorum pignoratione etiam prohibetur alienatio fundi dotalis & quasi dotalis, etiam ista vxore contentante, volente, consentiente & iurante non contrauenire. Sed quomodo respondemus illi legi, cuius ratione licitum est renuntiare iuri suo, & postea non est licitum contrauenire: quia renuntiantibus iuri suo non est dandum auxilium, vel fauor? Sed hoc est speciale duabus rationibus. Prima ratio est consensus mulieris, ne in propria substantia eorum committeretur: vt no. Instit. qui. alie. li. vel non. circa princip. Secunda ratio est, non valet consensus mulieris: quia esset damnum reipub. vtilitati: cùm mulieres deceat fore dotatas, vt nubant: & nubant, vt ciuitas liberis repleatur. & quod dico, quantumcunque mulier renuntiet, & iuret, est verum de iure ciuili. De iure canonico bene tenetur, si iuret. De quarto, quid iuris si fiat, contra regulam, alienatio? & dico quòd duo sunt specialia. Primum est speciale, quòd maritus poterit reuendicare rem à se alienatam:

Ius, quod seruatur circa fundum quasi dotalē.

Quid si ne facto fundus dotalis alienetur.

natam: & sic veniret contra factum suum proprium, quod esse non debet. Est aliud speciale: nam mulier dissoluto matrimonio poterit reuendicare fundum alienatum per maritum suum, quantumcunque ipsa consenserit: licet aliàs dicatur, renuntiantibus iuri suo non est amplius dandum auxilium. Fallit tamen in duobus casibus, in quibus mulier non potest vendicare fundum alienatum per maritum suum. Primus casus est, quando mulier succedit marito suo, & fuit hæres mariti sui: quia ex qua persona lucrũ sentio, ei' factũ ratũ habere debeo: & quando est hæres mariti, ipsius sumit onus. Et etiam tenetur de euictione ipsa mulier: quia quem de euictione tenet actio, eũ agentẽ excludit exceptio. Secundus casus est, quãdo morte mariti remisit omne ius in re vẽdita, vel per pactũ promisit non auocare fundũ alienatũ per maritum suũ: nã tunc, si vellet vẽdicare fundũ alienatũ, emptor exciperet de remissione sibi facta à muliere, & nõ posset ipsa mulier contrauenire: quia ratihabitio retrotrahitur, & ex mandato operatur. Quarto. s. formare quasdã quæstiones, quarũ prima talis est: Quæritur, nunquid ille, qui vendidit fundũ dotalẽ, teneatur de euictione? quidã dicũt ꝙ non: quia quotiescũque aliquid fit contra legẽ, pro infecto debet haberi, & omne id, quod sequitur ex eo, vel ob id. Sed venditio ista fuit facta contra legẽ Iul. quæ vetat fundũ dotalem alienari, & sic nõ valet, & nõ tenebitur de euictione. Quidam alij distinguunt: aut emptor emit fundum dotalem scienter, aut ignoranter. Si scienter, & tunc nõ tenetur de euictione: imò perdit pretium ad similitudinẽ illius, qui rem sacrã emit sciẽter: nã videtur illud pretiũ velle donare. Si ergo ignorãter, & tunc aut fuit promissum de euictione, & tunc tenetur virtute pretij & promissionis: aut nõ fuit promissum de euictione, & nõ tenebitur de euictione, & tunc poterit venditor vendicare fundum dotalem, & emptor pretium suum. Secunda quæstio talis est: Quæritur, nunquid fideiussor datus teneatur? Quidam dicunt quòd tenetur ad similitudinem fideiussoris dati à minore: licet minor non teneatur, tenetur tamen eius fideiussor. Quidã alij dicunt, ꝙ nõ tenetur: quia vẽditio fuit facta cõtrã legẽ, & nõ valuit, nec tenetur fideiussor: quia si nõ valet principale, nec accessoriũ valere debet. Quidã alij distinguũt: quia aut emptor emit sciẽter fundũ dotalẽ, & nõ valet datio fideiussoris, imò perdit pretiũ: aut emptor emit ignoranter fun-

dum dotalem, & tunc valet datio fideiussoris, & tenet. Tertia questio talis est: Quidã emit fundũ dotalem, & tenuit ipsum spatio triginta vel quadraginta annorum, & venditor nõ vendicauit ipsum, dissoluto matrimonio mulier vult vendicare fundum dotalem alienatum per maritum, & emptor allegat vsucapionem, vel præscriptionem: Modò quæritur, vtrum iste poterit sibi defendere personam in vsucapionem? & dico quòd non: quia durante matrimonio mulieri non currit vsucapio vel præscriptio, sicut minori in sua minori ætate non currit vsucapio vel præscriptio durante minori ætate. Quarta quæstio est, vtrum mulier possit dare rem mobilem inæstimatam marito in dotem, vt sit fundus dotalis? dico quòd nõ: quia vt sit fundus dotalis, necessarium est vt sit res immobilis. Sed pone quòd mulier dedit marito in dotem rem immobilem inæstimatam, nunquid maritus possit vendere rem istam mobilem inęstimatam datam in dotem? dico quòd sic, dummodo maritus sit soluendo, id est, dummodo tantum habeat in bonis, quòd ipsa bona sint sufficientia pro valore dotis, vt non remaneat indotata. Quinta quæstio est: Quidã accepit à quodam cẽtum mutuo & obligauit omnia sua bona, posteà post mortẽ suã ille, qui mutuauit, vult habere regressum ad bona sua, & nihil inuenitur, nisi fundus dotalis, ipse vult petere fundũ dotalem ob illam generalẽ obligationem: modò quæritur an possit? dico quòd non: quia fundus dotalis nõ continetur in generali obligatione bonorum. De sexto & vltimo videre casus, quibus permittitur alienatio fundi dotalis. Primus casus est, quando maritus habuerit in dotẽ fundũ dotalem ab vxore pro indiuiso cũ fratre vxoris suæ: prouocatus est ad diuisionem à fratre vxoris suæ, cũ diuisit: modò in casu isto permittitur alienatio necessaria. Sed si alter ad diuisionem prouocasset, voluntaria esset alienatio. Si ille frater vxoris vellet diuidere, qui nõ cogitur diuidere, si nõ vult, sed bene potest frater vxoris alium prouocare, vt diuidat maritus, qui secum habet fundum dotalem communem, &c. Secundus casus est, quo quis potest prouocari ad diuisionẽ, sed non potest alium prouocare ad diuisionem, scilicet, in eo, qui rem communem cũ minore habet: nam potest pro minore ad diuisionem prouocare. Sed non debet ab ipso prouocari: quia tunc esset voluntaria alienatio rei minoris, quod esse nõ debet: nam nõ debet alienari res minoris, nisi ex necessitate.

Casus in quibus alienatur fundus dotalis.

Sed

Sed si iste frater minor haberet fratrem maiorem, qui consumit, licet non posit petere diuisionem bonorum communiũ, tamen potest petere quòd omnes reditus, diuidantur: & cogitur iste frater maior ipsos fructus diuidere se inuito, & sic nõ partẽ consumere fructuum minoris. Tertius casus est in ecclesia, quæ rem cõmunẽ cũ aliquo habet: nam potest ad diuisionem prouocari, & cogitur diuidere, sed nõ potest aliũ ad diuisionẽ prouocare: quia tunc procederet alienatio ex voluntate, & non ex necessitate: quod esse nõ debet. Quartus casus est in cõmuni, id est, in fisco, qui habet aliquã rem communẽ cũ aliquo: nã prouocari põt ad diuisionẽ, si vult: sed nõ potest aliũ prouocare ad diuisionẽ: Nam cõmune se habet ad instar ecclesię. Quintus casus est in his, qui triginta annis steterunt in cõmunione: nã vnus nõ potest aliũ prouocare ad diuisionẽ contra regulã dicentẽ, Nemo cogitur in cõmunione stare inuitus. De secundo, tertio, & quarto expreßè ponũtur in litera nostræ summæ, nisi quia in secundo casu quãdo quis ponitur in possessionẽ expreßè: secundò quãdo cõtingit alienatio inuito marito. Sed in aliis duobus casibus alteris contingit alienatio ex volũtate mariti, nõ eo inuito: quia si vult, potest consentire alienationi, sed non cogitur, scilicet, quãdo alienatur, vt maritus redimat patrem: vel quando alienatur, vt aliũ fundum habeat fertiliorem.

Vtrum prohibitio facta à testatore valeat, & alienari possit. *Rub.*

CIrca præsentem §. volo quærere duo. Primò, an prohibitio facta à testatore valeat. Secundò formabo aliquas quæstiones. De primo, vtrũ prohibitio facta à testatore posit alienari, & an res prohibita, alienari posit non obstante tali prohibitione: & distinguo: aut prohibitio est nuda, aut prohibitio est vestita. Si est vestita, id est, facta cũ causa: aut est vestita vestimento pœnæ, aut vestimento causæ. Si est vestita vestimento pœnæ, & tunc dictũ est, cui pœna debeat applicari: & tunc valet prohibitio facta à testatore, & tenet: sed tenetur ad pœnam appositam in instrumento. Si autem est vestita vestimento causæ, & tunc aut illa causa est legitima, & à legibus comprobata, & tunc valet prohibitio à testatore facta, putà, testator dixit, Nolo tale palatium alienari: quia volo ipsum

deuenire in posteros meos, & tunc non potest alienari res ista. Si autē causa est vana & friuola, & tunc potest alienari nō obstante tali prohibitione facta à testatore, putà testator dixit, Nolo tale palatiū alienari: putà, quia dixit, timeo ne pecuniam ludant, modò nō obstante tali prohibitione facta à testatore potest alienari. Si autē prohibitio facta à testatore est nuda, id est, facta sine causa, & tunc potest alienari nō obstante tali prohibitione: nā perinde est ac si nō fuisset facta, id est, apposita. Secundò, scilicet, formare aliquas quæstiones, quarū prima talis est. Quæritur, quidā fecit testamentū, & in testamento suo prohibuit aliquā rem alinari, hæres suas alienauit non obstante tali prohibitione, nunquid descendentes istius, qui alienauit, poterunt recuperare? & tunc distinguo: aut sunt sui hæredes, & tunc non poterunt vēdicare rem alienatam per prædecessorem suum: quia per quā personam lucrum sentio, eius factū ratum habere debeo: & quem de euictione tenet actio, eum agentem excludit exceptio. Si autem non sunt hæredes, & tunc poterunt vendicare rem alienatam per prædecessorem. Secunda quæstio talis est: Quidā instituit filium suum in sua legitima portione, & in residuo instituit extraneum; nunquid poterit iste filius vendicare ab illo extraneo? & tunc distinguo: aut fuit institutus in sua legitima in vna re tantum, & tunc potest in totum omnia vendicare, quia in loco legatarij reputatur: aut fuit institutus in quarta parte hæreditatis, putà, testator dixit, Talem filium meum mihi hæredem instituo in tertia vel in quarta parte hæreditatis, & tunc potest vendicare eam partem, quæ superest à sua legitima suprà: & non pro sua legitima potest vendicare, postquàm à patre habuit eam legitimam: & hoc intellige, quòd non potest vendicare nisi in eo, quod superest in sua legitima: Hoc verum est, quòd non potest vendicare ab emptore ipso, sed ab hæredibus extraneis institutis in eo, quod à sua legitima superest, in qua fuit à patre institutus, bene potest vendicare: quia sibi videtur fore euicta sua legitima in eo, quod non ponitur, & potuit pro parte sua legitimè rem vendicare: & sic videtur priuatus sua legitima, nisi posset agere contra hæredes extraneos institutos: quia non potest vendicare rem alienatam pro ea parte, in qua fuit hæres institutus, hoc est, in sua legitima: & tunc potest agere contra hæredes extraneos,

pro

pro eo quod non auocauit ab emptore occasione suæ legitimæ, in qua institutus fuerat. Tertia quæstio talis est: Quidam plures filios habet, vnum exhæredauit, modò si vult vendicare rem alienatam contra prohibitionem testatoris, nunquid potest? certè sic: sed an in totum, an in parte? Quidam dicunt, quòd in totũ, eò quòd alienatio facta fuit, & non valuit. Quidam alij dicunt, quòd poterit vendicare solùm in parte sibi contingente: quia in aliis partibus nõ habet ius. Quarta quęstio talis est: Quæritur, nunquid res prohibita alienari à testatore possit necessitatis causa alienari, putà, famis, vel redemptionis? & certè sic: quia necessitas non habet legem. Quinta quæstio est: Plures sunt fratres habentes rem cõmunem, prohibitam alienari à testatore, vnus vendidit suã partem alij, non alij fratres, an poterunt vendicare partem fratris? & tunc distinguo: aut ipsi vendiderunt partes suas, vel venditioni consenserunt, & tunc non poterunt vendicare partem fratris: Si autem ipsi non vendiderunt partes suas, vel venditioni non consenserunt, & tunc poterunt vendicare partem à fratre alienatam.

Quod ius seruatur circa rem litigiosam. Rubr.

CIrca istum §. volo videre sex. Primò, quòd ius seruatur circa rem litigiosam. Secundò, quæ sit res litigiosa. Tertiò, quando & qualiter fiat res litigiosa. Quartò, quæ pœna imponitur cõtrahentibus super re litigiosa. Quintò, videre casus, in quibus permittitur alienatio rei litigiosæ siue pœna. Sextò, formare aliquas quæstiones. De primo, quod ius seruatur circa rem litigiosam? & datur regula. Rei litigiosæ prohibita est alienatio: & sumitur alienatio pro omni actu, per quem quis potest sibi aliquod dominium acquirere: nam alienatio est omnis actus per quem omne ius transfertur in alium, id est, in accipientem. Et est ratio: quia res litigiosa nõ potest alienari, ne res vadat de manu in manum. Item, vt aliquis sit litium finis. Secũdò, quæ sit res litigiosa? & res litigiosa est illa, de cuius sit dominio. s. directo, vel vtili, vel quasi dominio, vel vsufructu causa mouetur inter petitorẽ, & possessorẽ. Expositio istorũ verborũ. Dicitur, res litigiosa est de cuius dominio. s. directo vel vtili directo, putà, mota est quæstio de directo dominio, modò incõtinẽti efficitur res litigiosa, & emphyt *Ius quod seruatur in re litigiosa.* *Res litigiosa quæ sit.*

emphyteoticario competit vtilis rei vendicatio. Dicitur vel quasi dominio:nam quotiescunque mouetur quæstio de quasi dominio,res litigiosa efficitur. Dicitur,vel vsufructu. nam quotiescunque mouetur quæstio de vsufructu,res efficitur litigiosa. Nam quotiescunque mouetur quæstio inter petitorem & possessorem de aliqua re, hæc res efficitur litigiosa. Tertiò,quando res efficitur litigiosa? & res efficitur litigiosa in reali actione incontinenti oblato libello, in personali actione incontinenti lite contestata:quia ante litem contestatam non dicitur quis agere,sed agere velle. Sed quæ sit realis actio,& quæ personalis,videamus. Realis actio est, quæ ex re descendit,vt rei vendicatio,quæ sine alia obligatione domino competit contra pos.quia nō est obligatus:nam rem alienam posside illius,cuius rem possidet:nec ex contractu,nec ex quasi contractu:nam non agit ex actione,id est,obligatione,quam contra ipsum habet.sed agit actione rei vendicationis,quia rem suam possidet.Sed actiones personales,sunt,quę ex contractu nascuntur,vel ex quasi contractu.vel ex maleficio:& ista est ratio,quia in reali actione res efficitur litigiosa incontinenti oblato libello,& in personali actione demū lite contestata:quia ille,qui agit reali actione,id est, rei vendicatione,solus ille tenetur & possidet, & non alius: quia solùm competit illa rei vendicatio ratione possessionis:& ideo citius debet effici res litigiosa,vt non possit in alium transferri:quia ille,qui alienat,non remanet obligatus, nec vnquam fuit mihi obligatus ille,contra quem ago actione rei vendicationis:sed mihi tenetur,vt agam contra ipsum ratione detentionis possessionis rei meæ. Sed in actione personali semper ille,qui mecum contraxit, est mihi obligatus: sed rem in qua mecum contraxit,in alium alienauit:& ideo efficitur res litigiosa demum lite contestata:in personali actione,qui alienat in alium,semper mihi remanet obligatus,qui in personali actione tenetur:quia ideo non refert,licet ita citò fiat res litigiosa,sicut in reali actione. Quartò, quæ sit pœna contrahentium super re litigiosa? Et distinguo: quia aut alienatur ex titulo non lucratiuo aut ex titulo lucratiuo,putà,ex donatione,vel legato:& tunc subdistinguo,aut ille accepit scienter,aut ignoranter. Si accepit scienter rem litigiosam,putà,dixit: *à cauallo donado non reguardare in fronte*, tunc tenetur rem litigiosam restituere, vel æstimationem illius rei

Distinctio inter actionem realem & personalē.

Pœna cōtrahentiū super re litigiosa.

rei præstare:& ille,qui donauit,accipere debet tantum de suo & dare fisco:quia est turpe lucrum, & turpia lucra fisco sunt applicanda.Si autem ignoranter accepit,& tunc donatarius debet rem litigiosam restituere, & cogitur æstimationem illius rei diuidere in tres partes: & vnam partem donatario dare,quem decepit:& alias duas dare fisco.Si autem fuit alienata ex titulo non lucratiuo,vtputà, venditione, vel permutatione:& tunc subdistinguo:aut ille,qui emit talia, alio iusto titulo accepit scienter,aut ignoranter. Si autem scienter emit,& tunc debet restituere rem venditori, & perdit pretium,& venditor tantum debet de sua pecunia, & ambo debent dare fisco:quia turpia lucra fisco sunt applicanda. Si autem ignoranter emit,& tunc debet emptor restituere,& venditor tenetur sibi pretium restituere,& tantum debet accipere de sua pecunia:& facere tres partes,& vnam partem dare emptori,quem decepit:& alias duas dare fisco.Et idem dico, quòd si ille,qui mouit quæstionem alteri,& fecit rem litigiosam,punitur si cessit iura alteri:vel si iste in alium alienauit iura ex aliò titulo quàm cessionis,etiam ille punitur qui secum contraxit cum alio iure,quàm quod habebat in illa re, quam fecit litigiosam, id est, quam in iudicio deduximus. Sed quare nō distinguimus in persona venditoris? ratio: quia quis semper præsumitur scire iura rei suæ, & non ignorare.

De quinto,videro casus, in quibus permittitur alienatio rei litigiosæ sine pœna. Primus casus est causa dotis; vtputà, habebam rem litigiosam,& maritaui filiam meam,& illam rem dedi sibi in dotem,quid erit de re litigiosa? quidam dicunt illum cuius erat res illa,ab huius rei dominio cecidisse: & fortè illum,cui data est in dote factum dominum. Quidam dicunt, quòd ille procedere debet in causa: & si potest probare rem esse suam,restituetur ei:& ille, qui dedit in dotem,tenebitur illi,cui dedit in dotem:& si non poterit probare rem esse suam,remanet firma illa alienatio sine pœna, & illius est,qui in dotem accepit. Secundus casus est ex causa donationis propter nuptias,vtputà,quidam in contractu dotis donauit rem litigiosam; nam tunc propter nuptias permissa est alienatio istius rei.Tertius casus est ex causa transactionis,vtputà, habebam rem litigiosam, transegi ipsam cum eo,inter quem & me de ea re erat controuersia: modò isto casu permittitur alienatio istius rei, Quartus casus est

Casus in quibus res litigiosa alienatur

in diuisione, habebã rem litigiosam cõmunem cum fratribus meis, & venimus ad diuisionem, & res illa contingit vni in partem: modò isto casu etiam permittitur alienatio. Sed quid si res esset euicta? dicamus vt suprà de dote. vnde versus.

Oblato fiet res litigiosa libello,
Quæ distrahitur litis pendente duello:
Casibus exceptis bis binis lege iubente,
Dotis in aduersum tenet hæc discretio talis,
His redinisa translatáque transuolat auis:
Nam causa dotis vel te donare iubente.

Quintus casus est extra literam in legato: nam possum legare rem litigiosam, & permittitur legatum isto modo, vel isto casu. De sexto & vltimo, formare quasdam quæstiones, quarum prima talis est: Quidam alienauit rem, quam facere litigiosam volebã: & sciens hoc, alienauit in potentiorem diuitiarum, vt haberem ditiorem aduersarium. Secus si alienasset in potentiorem ratione officij, quia non valet alienatio. Quæritur, nunquid teneatur, in quantum iura sunt alteri cessa? & dico quod tenetur mihi ad omne damnum & interesse, quod essem passus ob ditiorem aduersarium, vt puta, quia maiores aduocatos accepi, quàm ego accepissem ob potentiorem aduersarium. Secunda quæstio talis est: Quidam legauit cuidam rem aliquam, ex qua litigari habebat: modò quæritur, cuius sumptibus legatarius debeat iudicio interesse? & distinguo: aut iura erant litigiosa, quando legauit eam, & tunc debet ire legatarius ad iudicium sumptibus hæredum: & quicquid consequitur idem hæres, debeat legatario dare: aut iura nõ erant litigiosa, antequã legarentur, & posteà facta sunt litigiosa, & tũc legatarius debet ire suis sumptibus ad iudiciũ.

Vtrum quis possit contrahere super re propria. Rub.

Circa hunc §. volo quære vnum solum, vtrum quis posSit contrahære super re sua propria? & ad eius euidentiam distinguo: aut vult contrahere super re sua propria alteri ipsam obligando, aut ipsam sibi acquirendo. Si autẽ vult cõtrahere super re sua propria ipsam alteri obligãdo, & tunc potest: dumtamen sit talis persona, quæ posSit se obligare, & de rebus suis alienare sine aliquo iuris impedimento: & dũmodo res sit talis, quæ alienari posSit sine aliquo iuris impedimento

dimento:& dummodo illa interueniant, quæ de iure interuenire debent in traditione rerum. Si autem quis vult contrahere super re propria ipsam acquirendo sibi, & tunc aut in ea deficit aliquod ius, aut non: Si in ea deficit aliquod ius, vtputà, habet proprietatē vnius domus:& alter habet vsumfructum, vult sibi vsumfructum acquirere:& tunc potest. Si autem nullum ius defecit, & tunc aut vult contrahere purè, aut sub conditione. Si purè vult contrahere, aut per venditionem, aut per stipulationem. Si per venditionem, & tunc non potest: imò si contrahit scienter, perdit pretium, quod dedit: quia videtur velle donare illi, à quo emit rem suam scienter. Si autem ignoranter emit, non perdit pretium: Si autem vult contrahere per stipulationem:& aut stipulatur rem sibi reddi, restitui, vel exhiberi: aut ipse stipulatur rem suam sibi tradi. Si autem ipse stipulatur rem suam sibi reddi, restitui, vel exhiberi:& tunc potest contrahere. Si autem stipulatur rem suam sibi tradi, & tunc non potest: quia quod meum est, amplius meum esse non potest, vel fieri non potest per dationē, nisi à fure, à quo possum stipulari rem meam mihi dari:& hoc, occultis verbis, scilicet, promittis tu mihi rem meam mihi dare, scilicet, id quod mihi debes occasione furti huius, & teneatur:& est speciale in fure, vt teneatur illi, qui stipulatus est rem suā sibi dari. Et est etiā speciale in fure, vt quis agat contra furem actione personali ad dandum quod nō potest quis contra alium regulariter actione personali animo rem suam dandi. Et hæc est vltima specialitas ob odium furum, quò magis pluribus actionibus teneatur. Si autem quis vult contrahere sub conditione super re sua, hoc modo; promittis tu mihi dare rem meam, si desinit, vel desierit esse mea:& tu dicis, promitto: tunc potest contrahere, & valet cōtractus venditionis, vel stipulationis. Sed ponamus quod quis vult contrahere super re aliena sub conditione, nunquid potest? & tunc distinguo: aut quia vult contrahere super re aliena per ista verba, Si erit mea, vel, & erit mea:& tunc non potest, quia deuenit in eosdem casus, à quibus incipere non potuit: quia si primò sua fuisset, non potuisset contrahere super ea. Si autem stipulatur per ista verba, Si Papa venerit Bonon. vel, si nauis venerit ex Alexandria:& tūc potest, & bene valet contractus. Sed ponamus, quòd res venit ad istum ante conditionis euentum, nunquid ei tenebitur, qui promisit? Et distinguo:

ſtinguo:quia aut deuenit ad eum ex titulo lucratiuo.vtputà, ex donatione vel legato:& tunc non tenetur illi, qui ſub conditione promiſit:quia traditum eſt, in eadem perſona duas lucratiuas cauſas concurrere non poſſe. Si autem non deuenit ad eum ex titulo lucratiuo,& tunc bene tenetur, qui promiſit ſub conditione, vel ad rei æſtimationem, vel ad pretij ſolutionem, ſiue reſtitutionem.

De dicto generali. Rub.

Circa hunc §.volo videre duo. Primò ponam dictum generale,& ponã regulam,& ipſam comprobo per alias regulas iuris. Secundò exponi dictum generale,& regulam iuris. De primo dictum generale quid ſit? & dictum eſt tale, emptio rei alienæ permiſſa eſt per regulam iuris, Rem alienam vendere quẽ poſſe nulla dubitatio eſt. De ſecundo, quòd quis poteſt rem alienam vendere: & hoc eſt verum in præiudicium ipſius vendentis,non autem in præiudicium veri domini:nam venditor tenetur rem tradere,& de euictione promittere. Sed tradere non poteſt, ſi non ſit dominus rei: & ideo ſi vendit rem,nõ facit emptorem dominũ. Vnde ille dominus reuendicabit rem, & ille venditor tenebitur iſti emptori de euictione. Sed in quãtum poteſt agere de euictione? & diſtinguo:aut emit ſcienter, aut ignoranter. Si ſcienter emit rem alienã,aut ei fuit promiſſum de euictioue,& tunc poteſt agere ad omne ſuum damnum & intereſſe, ſiue ad duplum, ſiue ad triplum,ſiue ad quadruplum. Si non fuit ſibi promiſſum de euictione,perdit pretium, & non agit de euictione: quia videtur velle donare. Si autem emit rem alienam ignoranter,& tunc aut fuit promiſſum ſibi de euictione,& tunc aget ad omne promiſſum ſibi factum. Si autem non fuit ſibi promiſſum de euictione,& tunc perdit pretium ſuum, & aget ad omne ſuum damnum & intereſſe.

Vtrum quis poſſit rem alienam pignorare, & quæ eſt ratio dubitationis. Rubrica.

Circa hunc §.volo videre tria. Primò, vtrũ quis poſſit rẽ alienã pignorare,& quæ ſit ratio dubitationis. Secũdò,videre de hypotheca. Tertiò, videre de pignore. De primo, vtrũ poſſit quis rẽ alienã pignorare? Et dico quòd nõ: quia rei alienæ

alienæ prohibita est obligatio. Et ratio dubitationis est propter iuris regulã, Rem alienam vẽdere quem posse nulla dubitatio est. Nam si possum rem alienam vẽdere, multomagis potero pignorare. Nam si cõceditur quod est maius, scilicet, rem alienã vendere, per cõsequens cõceditur quod est minus. Sed mihi cõceditur, quod est maius, scilicet, rem alienã vẽdere, ergo per cõsequens & quod est minus, scilicet, rem alienã pignorare. Et respondeo & dico, ꝙ argu. est verum, scilicet, si mihi cõceditur quod est maius, per consequens & conceditur quod est minus. Sed secũdũ est falsum: quia tu dicis, magis est vendere rem alienã, quã pignorare, quod falsum est. Nã ille, qui vendit, nõ habet emptori aliquod ius cõstituere in rem, nisi rem tradere: quod potest etiã, qui dominus nõ est. Sed qui rem *pignorat*, habet de necessitate ius pignoris cõstituere, vel *hypothecæ* creditori iure pignorare: quod non potest, nisi qui dominus est rei, pignorat. Et sic patet, quod plus est rem alienam pignorare, quã vẽdere ob rationẽ prædictã. Sed quã rem possum pignorare? & potest quis pignorare rẽ suã: & quis potest pignorare rem sibi debitã, vtputà, quidã emit vnã rem, & pretium soluit, sed nondũ tradita est res, modò pignorare potest illã rem, quia sibi est debita: etiã possum pignorare rem, in qua habeo aliquod ius, putà, quia est sibi pignorata illa res: nam illa potest pignorari vsque ad illã quãtitatem, in qua habet ius, & non vltrà: Possum etiã pignorare rem alienã cũ consensu illius, cuius est: possum etiã pignorare rem alienã vero domino præsente, tacente, & nõ contradicente. Nam videtur affirmare ille, qui tacet: licet aliàs dicatur, Qui tacet, contradicit. Sed ad soluendũ illud brocardũ iuris sic distinguo, an quis tacet in cõtractibus, qui possunt fieri in sui absentia: & si fiunt in sui præsentia: & tunc qui tacet, videtur cõtradicere. Si autẽ quis tacet in cõtractibus, qui nõ possunt fieri in sui absentia: & si fiunt in sui præsentia: & tunc qui tacet, affirmat, & tacendo præiudicat sibi. Possum etiã pignorare rem alienam in eum casum, in quo erit mea: & tunc demũ nanciscitur ille dominium, & dominus erit, & non antè. Sed pone ꝙ quis pignorat rem alienã, posteà efficitur dominus rei, quã pignorauit, nunquid ille, qui mutuauit sibi pecuniã nanciscitur sibi dominium? Ad huius euidentiam distinguo: quia aut ille pignorauit rem alienam purè, aut sub conditione. Si purè pignorauit rem alienam, & tunc licet nanciscatur sibi, dominiũ nullum

ius quæritur illi, qui mutuauit pecuniam secũdum quosdam: & secundum alios ei cõpetit exceptio cõtra quẽlibet, præterquàm illum, qui mutuauit, id est, qui pignorauit: nam contra illum, qui pignorauit, competit actio pignoratitia: & dicitur purè pignorare, quando dixi, Mutua mihi centum super ista re Ioannis, & iste mutuauit. Si autem pignoraui sub conditione ista, vt nancisceris dominium, cum facta erit mea: vel pignoro tibi istam in eum casum, in quo erit mea: & tunc si ille, qui pignorauit, nãciscitur dominium illi, qui mutuauit, quæsita est pignoratitia actio contra istum pignoratorem.

De hypotheca. Rubrica.

Circa secundum principale, scilicet, circa hypothecam, tria sunt videnda. Primò, quid sit hypotheca, quare sic appellatur, & quotuplex sit. Secundò, quo ordine sit procedendũ in hypothecaria actione. Tertiò, formare aliquas quæstiones. De primo, scilicet, quid sit hypotheca? & hypotheca est bonorum obligatio tacitè vel expressè. Dicitur, hypotheca est bonorum obligatio, id est, bonorum suppositio. Dicitur, tacitè vel expressè: & per hoc possumus colligere, quòd hypotheca est duplex, scilicet, tacita, & expressa. Sed quotuplex est hypotheca? vno modo est duplex, scilicet, tacita, & expressa. Tacita est, qñ vi & potestate legis contrahitur hypotheca, vt patet in quatuordecim casibus, quos habemus in §. Item pacta alia sunt tacita, alia sunt expressa, sub Rubri. de pactis. Et expressa hypotheca est, qñ quis expressè obligat aliquid. Alio modo ex triplex, scilicet, specialis, generalis, specialis, & generalis simul. Specialis est, quando quis specialiter obligat vnã rem. Generalis est, quãdo quis generaliter obligat omnia sua bona. Specialis & generalis simul est, quãdo quis specialiter obligat vnam rem, & generaliter obligat omnia sua bona. Et de ista generali obligatione detrahũtur quædam specialia: nam primò detrahuntur vestes, nisi aliis sit solitus obligare. Item detrahuntur liberi ex concubina. Item nota quòd per speciẽ generi derogatur: Vnde si quis obligat specialiter & generaliter omnia sua bona, creditor debet primò habere recursum ad omnia bona specialiter obligata, demum ad omnia alia habere potest recursum: & hoc est verum, nisi illa species sit introducta in fauorem creditoris: quia poterit habere recursum.

Hypotheca quid sit.

sum. Vel velit primò ad genus, id est, ad bona generaliter obligata, vel velit ad speciẽ, id est, ad bona specialiter obligata: aliter illud esset damnum, quod in sui fauorẽ est introductum. Et ponitur tale exemplum: Quidam mutuauit cuidam centum, & ille obligauit sibi generaliter omnia sua bona: etiam dicit creditor: ego volo quòd talis domus sit mihi obligata specialiter pro tali debito, vt mihi sit licitum habere recursum, vel velim ad domum, vel velim ad omnia alia bona. Et appellatur hypotheca, ab hypos, quod est sub, & theca, id est, positio. Vnde hypotheca, id est, bonorum suppositio: quia supponitur manui, id est, potestati. De secundo, qua via, & ordine est procedendum in hypothecaria actione? certè sic. Nam primò aget creditor contra debitorem actione personali, si debitor aufugit. Secundò, contra bona, quæ tenet & possidet ipse debitor actione hypothecaria: Sed si nõ haberet aliqua bona, aget tertiò contra possessorem bonorum debitoris, cui ipse alienauit. Sed ponamus, quòd dedit fideiuss. qua via erit procedendum? Primò contra debitorẽ actione personali: Si non reperitur debitor, aget secundò contra eius bona, quæ tenet & possidet actione hypothecaria: Et si non habet aliqua bona, aget contra fideiussorem datum actione personali: Si non reperitur fideiussor, aget quartò contra eius bona, quæ tenet & possidet hypothecaria actione: Et si non haberet aliqua bona ille fideiussor, aget quintò cõtra bona alienata per ipsum debitorem hypothecaria actione. De tertio & vltimo formare aliquas quæstiones, quarum prima talis est. Quæritur, cuius erunt fructus, qui ex re hypothecaria percipiuntur? & dico quòd debent esse debitoris: & compensari, vel computari debent in satisdatione pecuniæ: nisi sit actum per pactum, quòd creditor debeat ipsos fructus lucrari, quia tũc fructus esse debent ipsius creditoris, aliàs non. Secunda quæstio talis est: Quæritur, nunquid hypothecaria actio possit præscribi? & dico quòd sic: Sed quanto tempore? distinguo: quia aut est debitor, qui vult præscribere hypothecariam actionem, & potest spatio xxx. annorum: aut est extraneus, qui vult præscribere, & tunc potest spatio decem annorum, vtputa, si ille debitor alienauit.

De pignore. Rubrica.

CIrca tertiũ principale, scilicet, de pignore volo videre tria. Primò, quid sit pignus, & quare sic appellatur, & quæ differentia est inter pignus & hypothecã. Secundò, nunquid creditor possit vẽdere pignus. Tertiò, formare aliquas quæstiones. De primo, quid sit pignus? & pignus est propriè quædam res mobilis, quæ obligatur, & creditori datur, & appellatur pignus à pigno: vnde res pignorata quasi pugno tradita. Et pignus ab hypotheca largo modo non differt: quia potest locum habere in rebus mobilibus & immobilibus, & sic pignus potest se habere in rebus mobilibus & immobilibus. Nõ differt ab hypotheca quo ad actionem dandam: quia res siue sit mobilis, siue immobilis, si sit creditori à debitore obligata pro debito, semper datur actio creditori. Sed stricto modo loquendo differt pignus ab hypotheca: quia hypotheca locũ habet in rebus immobilibus obligatis, licet alteri sit quæsita possessio, & creditori datur actio hypothecaria. Sed pignus stricto modo locum habet in rebus mobilibus, quæ obligantur, & creditori dantur, & possessio acquiritur creditori, & cõpetit actio pignoratitia ei. De secundo, nunquid creditor possit vendere pignus? Et ad huius euidentiam distinguo: quia aut est actum per pactum quòd non possit vendi, aut quòd possit vendi, aut nihil dictum fuit. Si actum est per pactum quòd possit vendi, & tunc virtute pacti, & virtute conuentionis poterit vendi. Si autem actum est per pactum quòd nõ possit vendi, & tunc non obstante tali pacto vendi poterit, dũmodo creditor denuntiet debitori rerum, quòd luat pignus: & intervnam denũtiationẽ & aliam debet esse spatium trium dierum: trina denuntiatione facta, debet creditor debitorem èxpectare per biennium, quod incipit currere à trina denuntiatione in antea. Si autem nihil actum fuit de vendendo vel non vẽdendo, & tunc potest vendi, dummodo creditor semel denũtiet debitori, quòd pignus luat: denũtiatione facta debet expectare per biennium: & elapso biennio poterit vendere pignus. Sed de statuto communis Bono. possunt vendere infra annum: quia dant salaria cõmunis Bono. De tertio, formare quasdam quæstiones, quarum prima talis est: Quæritur sic. quidam pignorauit rem suam eo pacto, vt creditor nunquam

Pignus quid sit.

Creditor an possit pignus vẽdere.

possit

posſit eam vendere, vtrũ valeat tale pactum? dicendũ eſt, quòd non: quia eſſet cõtra bonos mores: nam debitores inducerentur ad delinquendũ, id eſt, ad pecuniã denegãdam creditoribus. Secunda quæſtio talis eſt: Quæritur, ſi quis pignorauit rem ſuam cum pacto, vt niſi luat vſque ad vnum menſem, ꝙ pignus ſit creditoris, nunquid valet? dicendum eſt, quòd non: quia eſſet contra bonos mores. Tertia quæſtio eſt talis: Quæritur, ſi quis pignorauit rem ſuam eo pacto, vt niſi luat vſque ad vnum menſem, ſit ſibi licitum vendere, vel penes ſe iuſto pretio retinere, nunquid valet pactum? dicendum eſt, quòd ſic: quia æſtimabitur iuſto pretio: & ſi tu velles dicere, imò nõ valet, quia pretium ſit incertum: tamen tu dicas, quòd valet: quia venit certificandum per æſtimationem. Quarta quæſtio talis eſt: Nunquid, ſi creditor vendiderit pignus, & plus recepit quàm ſit obligatio, nunquid illud plus cedit debitori? dico quòd ſic: idem dico, ſi minus recepit: nam illud minus debitor ſupplere debet creditori. Quinta quæſtio talis eſt: Quæritur, vtrum creditor vendens pignus teneatur de euictione. Ad huius euidentiam diſtinguo: quia aut vendidit tanquam dominus, & non tanquam fœnerator, & tunc tenetur de euictione: quia venditor regulariter tenetur de euictione emptori. Si quis autem vendidit tanquam venditor & fœnerator, & tunc non tenetur de euictione niſi promiſerit per pactum. Sexta quæſtio talis eſt: Nunquid habet vel habere poſsit actionem debitor contra creditorem ad pignus reſtituendum? & dico quòd ſic: nam habet actionem pignoratitiam datam ad pignus ſuum repetẽddum: & iſta actio competit demum ſolutione facta integré. Et dico etiam cautè ſolutione in integrum facta, quòd ſi ſolùm reſtaret denarius vnus ad ſoluendum, non competit pignoratitia actio, niſi demum ſolutione in integrum facta: & ſi ipſe creditor perderet pignus, & probaret ſe amiſiſſe caſu fortuito, poterit pecuniam ſuam repetere, & emendam eius. Sed ſi ille debitor vellet dicere, quòd non caſu fortuito perdiderit, ſed dolo ſuo, vel culpa ſua lata, debet debitor illud probare: Quia qui dolum dicit, dolum probare debet. Aliàs iſte aget actione pignoratitia contraria ad repetendum contra debitorem debitum ſuum.

Casus.

CIrca hunc §.volo quærere vtrum ista stipulatio valeat,vtputà,ô Petre,promittis mihi dare hippocentaurum vel chimæram?& ipse respondet, promitto.Modò quæritur,an valeat talis stipulatio?dicendum quòd non:quia ista non sunt in rerum natura,nec in futurum sperantur esse.Et hippocentaurus est animal natũ ex tauro & equa,vel vacca & equo: quod nunquam visum fuit.Et chimæra idem est quod ipsum nihil. Et est sciendum,quòd de his quæ nõ sunt in natura rerum,& nostra potestate,stipulari non possumus:& si stipulatio de his fiat,inutilis habetur.

Casus.

CIrca istum §.volo quærere,vtrum ista stipulatio valeat,vtputà,Martine,promittis mihi dare Lunam vel Solem? & ipse dicit, promitto, nunquid valeat?dico quòd nõ:quia est impossibile dare Lunam vel Solem. Circa istam impossibilitatem volo quærere duo.Primò,quid sit impossibilitas.Secundò quotuplex sit.Primò quęritur,quid sit impossibitas?Impossibilitas est,cui de natura factum est impedimentum,quominus existat.Secũdò,quotuplex est impossibilitas? & est triplex.s.de natura,de iure,& de facto.Impossibilitas de natura est,quando quo minus existat,à natura impedimentũ habet,vt est dare hippocentaurum. Impossib.iuris est, quia quis iure captus ab hostibus non reperitur damnatus:& non præsumitur ꝙ quis nõ possit:tunc debes ipsum,tanquam patrem tuum redimere. Impossibilitas facti est, dare montes aureos,aut aliud impossibile de facto.

Impossibilitas quid sit.

Casus.

CIrca hunc §.volo quærere, vtrum ista stipulatio valeat: ô Martine, promittis mihi dare Stichum mortuum?ipse respondet, promitto: nunquid valeat?dico quòd non: quia ista non est in rerum natura,licet olim fuerit: & ideo non valet talis stipulatio.Tamen fallit in duobus casibus,in quibus valet.Primus casus est,si quis stipulatur à fure rem, quæ in rerum natura non est. Secundus casus est,si quis stipulatur ab eo, qui est in mora dandi Stichum mortuum,

id est,

Id est,seruum:& dico stipulationem esse factam super re,quæ in rerum natura nõ est tempore stipulationis:est verũ,si stipulatio fiat verbis occultis,& aliàs non. Putà,quia dicit omne quod mihi debetur ex causa furtiua,vel alia ratione,mihi dare & restituere promittis? & dicit promitto,& tunc tenet,& est stipulatio occultis verbis in eo ꝙ dicit promittis mihi restituere. Et non dico dare,quia quod meum est,amplius meũ per dationem furis fieri non potest:nam non est dominus,& ego sum adhuc dominus:& hoc est in odiũ furũ,quò magis pluribus actionibus teneantur:nã tenebitur furti actione,& condictione furtiua,& rei vendicatione directa:& à domino tenebatur per actionẽ ex stipulatu descendentem ex illo contractu seu stipulatione. Secundus casus est in eo,qui fuit in mora dandi. Circa moram volo quærere tria. Primò,quid sit mora. Secundò,de effectu moræ. Tertiò,qualiter mora purgetur. De primo,quid est mora? dic, mora est tarda rei solutio,vel præstatio. Dicitur,tarda rei solutio,si debebat pecuniam dare. Dicitur,prestatio,vt si aliam rem dare debebat. Sed mora diffinitur alio modo. Mora est,cùm quis maior xiiij.annis interpellatus per diei appositæ lapsum ad iudiciũ, vel per litis contestationem,vel per eius,cui debetur,denuntiationem congruo loco & tempore factam,& intelligat se debere,vel intelligere debeat,nec sit omissa debiti repetendi instantia,sine causa distulit rei solutionem vel prestationem. Expositio istorum verborũ. Dicitur,mora est,cùm quis maior xiiij.annis:nam si esset minor,non posset constitui in mora,nisi cum tutoris authoritate. Sed maior xiiij. bene posset constitui in mora sine authoritate alicuius. Sed si deceptus esset,posset petere restitutionem: & videtur deceptus esse, quia est in mora.& multomagis minor,qui est in mora constitutus,potest petere restitutionem. Dicitur, interpellatus ad iudicium per diei appositæ lapsum:& sic dies interpellat pro homine:nam si non soluit die constituta in termino,in mora constitutus est,qui debuit soluere, & non soluit. Dicitur,vel per litis contestationem: nam si ille,qui mihi debet aliquid,petit litem contestari mecum, est in mora constitutus:& si res perit,eius periculo perit, quia in mora constitutus est: nam si probauero de iure meo, & rem meam esse probauero, petam ipsius rei æstimationem. Dicitur, vel per eius, cui debetur, denuntiationem: nam si denun-

Mora quid sit.

tiauero tibi,quòd mihi debes dare rem meam, es in mora constitutus. Dicitur, congruo loco & tempore factā: nam denuntiatio debet fieri cōgruo loco & tēpore: nā in turpi loco nō valet denuntiatio facta: nā etiam debet fieri denuntiatio debito tēpore, nō fuga. Dicitur, & intelligat se debere: nam si ignoraret se debere, in mora non posset cōstitui. Dicitur, vel debeat intelligere: quia ipsemet promisit vel fecit: Nam si vellet dicere, ego nesciebam me teneri, non auditur: quia nō debet factū suum ignorare. Sed si prædecessor suus hoc promisisset, bene posset dicere: Ego ignorabam prædecessorem meū hoc promisisse, quia erraret in facto alieno: quod optimè potest esse. Dicitur, nec omissa sit debiti repetendi instantia, scilicet, q si est in mora cōstitutus semel, nō debeat dari noua dilatio. Dicitur, distulit: nam si non distulisset soluere, non esset in mora constitutus. Dicitur, rei solutionem, si debebat pecuniā dare. Dicitur, vel præstationē, vt si debebat aliā rem dare. De secundo, quis sit effectus moræ? & multos effectus habet mora. Primus effectus moræ est: vt si aliquis debet dare alicui aliquid, & res perit, tenetur si in mora est constitutus propter morā: licet dicatur, debitor ipse rei interitu liberatur. Secundus effectus moræ est: quia mora facit rem æstimari cum fructibus: quia si quis vēdit mihi rem, & est in mora tradēdi, potest emptor petere rei solutionē, & fructus ipsius rei. Tertius effectus est: quia facit venire fructus in contractibus bonæ fidei: quia si solui pretium alicui alicuius rei: & ipse est in mora tradēdi rem, possum petere illud, quod fuissem lucratus pro illo pretio: quia rē distulit, quā mihi tradere debuit, & non dedit. Quartus effectus moræ est: quia facit venire vsuras in contractibus stricti iuris, vt in fideicōmissis, & legatis. Vnde si aliquis hæres debebat mihi aliquod legatū, & est in mora dādi legatū, pōt legatarius agere cōtra ipsum ad id, qd fuit factus de ipso legato vel fideicōmisso: licet regulariter fructus nō petantur, neque vsuræ, nisi post litem contestatam. Quintus effectus moræ est specialis: vt si quis fecit testamentum, & filios in sua legitima instituit, in residuo alios extraneos instituit: & isti filij instituti, vel illi extranei, non volunt dare suam legitimam portionem illius filiis: tunc isti filij possunt petere suam legitimam portionem, in qua erant instituti: propter moram hæredis possunt tertiam partem legitimæ vltra legitimam partem petere. Sed pone quòd ego nolo

Moræ effectus quis sit.

lo cuidam rem suam tradere,& eram in mora:posteà volui, & ipse noluit eam,& sic fuit in mora accipiendi:quia noluit accipere,& dare volui sibi,& posteà res perit,cuius erit periculum?& periculum erit istius,qui vltimò noluit rem accipere:nam vltima mora nocet:vnde per solam oblationem liberatur debitor ab interitu ipsius rei. De tertio,qualiter purgetur mora?& mora purgatur aliter in contractibus,aliter in iudiciis:nam in contractibus purgatur satisfacto de contractu,hoc est,data re,de qua erat in mora dandi : & si recipit creditor,ipsum liberat debitorem à pœna,damno,& interesse,nisi in duobus casibus. Primus casus est,quando dictum est in instrumento,scilicet,ꝙ rem dedit:non propter ea liberatur à pœna,damno,& interesse:nam virtute horum verborum nō liberatur à pœna,dāno,& interesse,quantūcunque rem tradat. Secundus casus est,si creditores,qui rem accipiūt, protestantur,videlicet,quòd ille nō sit propterea liberatus à pœna,dāno,& interesse,licet rem recipiāt. Sed in iudiciis mora purgatur,si cōtumax venit,id est,qui in mora est constitutus ob contumaciā suam,post tertiam vel quartā diem post citationem,dummodo ius aduersarij nō sit in aliquo læsum, putà,quia adhuc habebat suas probationes in aperto , sicut vnquam habuerat. Sed si testes essent vltramarini,& recessissent,vel mortui sunt testes,vel perdita sunt instrumenta,per quæ ille probare debebat , non purgatur mora ab aduersarij læsione. *Mora qualiter purgetur.*

Vtrum futuri fructus possint vendi.

CIrca hunc §.volo quærere,nunquid futuri fructus,& res in futurum percipiēdæ possint vendi?& dico quòd sic:nam ita possunt vendi futura,sicut præsentia,& valet venditio,sicut patet in diffinitione venditionis:nam dictum fuit, venditio est alicuius rei,&c.& ibi dictum fuit,quòd vocabulum rei,est generale,& habet se ad mobilia & immobilia,& corporalia & incorporalia,præsentia & futura:ergo patet ꝙ ita possunt vēdi futura,sicut præsentia. Sed ad huius euidentiam distinguo:quia aut vēditio fuit facta in genere,vtputà, dixit,Vendo tibi decē corbes frumenti huius,quod nascetur hoc anno,nō specificato aliter de quo frumento , nec ex quo campo debeat nasci:& tunc semper valet venditio:quia quod

in genere debetur, perire non potest. Nam si non nascitur in suo cãpo, debet dare de eo, qđ nascetur in cãpo vicini. Et si nõ nascetur in sua villa, debet dare de eo, qđ nascetur in aliena villa, vel prouincia. Si autẽ vẽditio fuit facta in specie, vtputà, Vẽdo tibi x. corbes frumẽti futuri, qđ in tali meo cãpo nascetur: & tũc valet vẽditio, si frumẽtũ nascatur: aliàs si frumẽtum nõ nasceretur nõ valet venditio: sed debet expectare tandiu, quãdiu nascatur frumẽtũ. Sed quid esse debet de pretio? dico ꝙ si nõ esset solutũ, nõ debet solui: & si esset solutũ, debet repeti: quia debet expectare tãdiu, quãdiu nascatur frumẽtũ: Quia tacita est cõditio, si nascatur frumẽtũ, nisi in duobꝰ casibus, in quibus nõ est tacita cõditio, si nascatur: imò si nasceretur, valet vẽditio, & debet pretium solui: si nõ nasceretur, nõ debet solui: & si solutũ est, potest repeti, vel venditio debet adimpleri plenius. Primus casus est, quãdo dictũ est, Vẽdo tibi xx. corbes frumẽti, qđ nascetur in tali cãpo meo hoc anno: nam propter ista verba, hoc anno, si nascetur frumẽtũ, debet pretium solui: & si nõ nascetur, restitui debet, si solutũ erit. Secũdus casus est, quãdo fuit dictũ, Vẽdo tibi x. corbes frumenti futuri vel alterius æquè boni eius, qđ nascetur in tali campo meo: nã propter ista verba, vel alterius æquè boni, vẽditio semper valet, & debet pretiũ solui. Nã si nõ nasceretur in suo cãpo, & nasceretur alibi, & dare poterit de æquè bono. Sed nunquid quis potest vẽdere futurũ partũ ancillæ suæ? certè sic, & valet vẽditio, si nasceretur: & si nõ nasceretur, nõ valet, vel si nasceretur abortus: nisi quis vẽderet partũ ancillæ sterilis, quã sterilẽ esse sciebat: nã non valet venditio, & tenetur vẽditor emptori ad omne suum dãnũ & interesse. Idẽ dico, si quis vẽdidit ventrem, in omnibus, & per omnia. Sed ponamus, quòd quis emit futurũ iactũ retis, nunquid valet vẽditio ista? certè siue capiat pisces siue nõ: sed videtur absurdũ, scilicet, ꝙ venditio valeat, si pisces nõ capiat: quia in vnaquaque venditione duo sunt necessaria, scilicet, res & pretiũ, sed hoc non est res: ergo nõ valet talis venditio: quia sine re & pretio nulla constat esse venditio perfecta: vt no. Insti. de empt. & vend. circa princip. Sed dic, quòd valet ista venditio: quia ille habuit spem, & pisces ponuntur loco rei: & perinde est, ac si cepisset pisces. Sed posses dicere, tu dixisti mihi in superioribus, quòd valet venditio, si nascatur venditum, & aliàs non: quare etiam non dicimus, ꝙ valet vẽditio, si capiat pisces, & aliter non? Et hæc est ratio:

Quæstio an valeat vẽditio futuri partus.

ratio:quia naturaliter,si seminatur frumentum,debet nasci: & naturaliter,si ancilla habet rem cum aliquo,debet facere partus. Etiam consuetudo est,quòd frumentum in campo nascatur,& ancilla pariat:& non est cõsuetudo,quòd quis semper capiat pisces, & est speciale in iactu retis quòd siue quis capiat pisces,siue nõ,valet venditio. Sed pone quòd piscator capit lapides pretiosos,cuius debent esse? distinguo: quia aut emptor dixit accipe x.& quicquid capies isto iactu sit meum, & tunc erunt sui. Si autẽ dixit,accipe x.& omnes pisces, quos capies,sint mei:& tunc lapides erunt piscatoris.

Nunquid valeat venditio facta Iudæo de seruo Christiano. Rubr.

CIrca hunc §.quæro,nunquid venditio facta Iudæo de seruo Christiano valeat? Et dico, quòd non:quia non est licitum Iudæo possidere seruum Christianum. Sed si Iudæus venditur à Iudæo,valet venditio inter ipsos,etiam si Iudæus venditur à Iudæo Christiano,valet venditio: & etiam valet venditio serui,quam facit Christianus Christiano, si iuris ordo seruetur.

De re sacra,de re religiosa,de re sancta, de re publica & libero homine. Rubrica.

CIrca hunc §.volo quærere quinque. Primò, de re sacra. Secundò,de re religiosa. Tertiò, de re sancta. Quartò,de re publica. Quintò,de libero homine. De primo,scilicet, de re sacra: & circa rem sacram volo quærere tria. Primò, quæ sit res sacra,& qui facit rem sacram. Secundò,quotuplex sit res sacra. Tertiò, vtrum res sacra possit alienari. De primo,quæ sit res sacra? & res sacra est,quæ publicè & non priuatim per pontificem Deo dicata est. Exponamus istam diffinitionem. Dicitur,quæ publicè & non priuatim, hoc est, quòd res sacra est inuenta ad publicam vtilitatem omnium, & non priuatam vtilitatem:nam ecclesiæ publicæ debent stare apertè,vt peccatores ibi possint ire,& de commissis pœnitentiã petere,siue agere. Dicitur per Pontifices hoc est,per sacerdotes,videlicet,per Episcopos,Archiepiscopos,Patriarchas,& abinde suprà. Dicitur,Deo:expone,& sanctis: nã plerunque res fit sacra ad honorẽ Dei & sanctorũ. Sed quis facit *Res sacra quæ sit.*

rem

rem sacram? dico ꝙ quelibet persona publica, si est Episcopus vel abinde suprà, facit rẽ sacrã, nõ autẽ persona priuata facit sacrũ, imò profanum. Et ideo si quis valet crucẽ vel calicem consecrari, vadit ad Episcopũ vel abinde suprà, vt cũ suis solennitatibus cõficiat sacrũ: nã sacerdos, vel alter clericus abinde infrà sacrum facere non potest. De secundo, quotuplex sit res sacra? quia duplex, scilicet, mobilis & immobilis: res sacra mobilis est quæ mouetur per se vel alterius auxilium, vt sunt cruces & calices: thuribula & alia ornamenta sacra ad altare. Res sacra immobilis est, quæ non mouetur per se vel alterius auxilium, vt sunt ecclesiæ & monasteria. De tertio, scilicet, vtrum res sacra possit alienari? Et ad huius euidentiam distinguo: aut tu quæris de re sacra immobili, vt ecclesiæ, vel monasterij, & ista alienari non potest, etiam si monachi fame perirent: imò potius Abbas debet dimittere ecclesiam & monast. & ire per nemora. Aut tu quæris de re sacra mobili, vt sunt cruces & calices: & tunc aut ecclesia grauatur ære alieno, aut non: si autem ecclesia non grauatur ære alieno, & tunc alienari non potest: si autem ecclesia grauatur ære alieno, & tunc aut ecclesia possidet superflua: & alienari possunt superuacua venerabilibus locis integra, & priuatis personis conflata. Sed ex hoc insurgit quæstio. Videtur quòd res sacra possit alienari: quia quæ in nullius bonis sunt, naturali iure occupanti conceduntur: sed res sacræ sunt in nullius bonis, ergo possunt alienari. Sed respondeo & dico, quòd illud non habet veritatem: nam res dicitur esse in nullius bonis multis modis. Vno modo natura: vt sunt omnia animalia fera, & tunc occupãti conceduntur. Secundo modo res dicitur esse in nullius bonis Dei dispositione: vt sunt res sacræ, & occupanti non conceduntur. De secundo principali, scilicet, de re religiosa: & circa idem quærere volo tria. Primò, quę sit res religiosa, & quis facit locum religiosum. Secundò, quotuplex sit res religiosa. Tertiò, vtrum res religiosa possit alienari. De primo, quæ sit res religiosa? & res religiosa est, vt sunt sepulchra & monumenta, vbi corpora mortuorum inferuntur. Et nota differentiam inter sepulchrum & monumentum: quia sepulchrum est locus, in quo aliquis fuit iam sepultus: sed monumentum est, vbi nõ fuit aliquis positus: vt in sacra scriptura: Posuerunt enim eũ in monumentũ, in quo nondum quisquam positus fuit. Et dicitur monumentum à moneo

Res sacra quotuplex.

Res sacra qualiter possit alienari.

Res religiosa quæ sit.

moneo, mones: vnde monumentum, quasi memoriæ causa factum: quòd nos memoremur quòd mori habemus. Sed quis facit locum religiosum? quilibet, duntamẽ inferat mortuũ.

De secundo, scilicet, quotuplex sit res religiosa? dic quia duplex, scilicet, mobilis & immobilis. Res religiosa mobilis est, vt sunt ornamenta ad sepulcra, & ad monumenta. Res religiosa immobilis est, vt sunt sepulchra & monumenta. De tertio, vtrum res religiosa possit alienari? Et dico quòd non: quia super re tali non habemus commercium contrahendi. Sed videtur contra: nam fratres quotidie vendunt sepulcra & monumenta. Dico quòd fratres non vendunt sepulcra nec monumenta, prout est locus religiosus, sed vendunt ius inferendi mortuos. Sed ponamus quòd plures de vna domo habent sepulcrum commune, & vnus illorum contra voluntatem aliorum vult ibi mortuum inferre, nunquid potest? distinguo: aut vult inferre aliquem de familia, vtputà, fratrem, filium, sororem, vel vxorem, & tũc potest: quia est altera pars corporis. Si autem vult inferre alium extraneum, & tunc nõ potest. De tertio, scilicet, de re sancta, & circa idem tria quæro. Primò, quæ sit res sancta. Secundò, quotuplex sit. Tertiò, vtrum res sancta possit alienari. De primo, quæ sit res sancta? & res sancta est, vt muri, & portæ ciuitatum, & municipiorum: & dicuntur sanctę, id est, sancitę & firmatæ: nam sancitum est, quod nullus ingrediatur ciuitates vel municipia aliunde, quàm per portas: imò violatoribus ipsarum imponitur pœna capitalis: vnde Lucanus dicit: *Res sancta quæ sit.*

Fraterno muri maduêre sanguine primi.

De secundo, quotuplex sit res sancta? & est duplex, scilicet, mobilis & immobilis. Res sancta mobilis, vt sunt portæ ciuitatum & municipiorum. De tertio, scilicet, vtrum res sancta possit alienari? & dico quòd non: quia super tali re non habemus commercium, imò si quis emeret scienter rem sanctam, amitteret rem & pretium. De quarto, de re publica, & circa idẽ tria quæro. Primò, quæ sit res publica. Secundò, quotuplex sit. Tertiò, vtrum res publica possit alienari. De primo, quæ sit res publica? & res publica est, quæ in publico vsu hominum est, vt forum, & stadium: & dicitur stadium octaua pars miliaris, sicut est tractus, & etiam flumen res publica: nã quilibet potest ire ad flumẽ, & ibi piscari, & retia ibi siccare. Sed quid de ripa fluminis? dico quòd vsus riparum est publicus. *Res publica quæ sit.*

blicus. Sed proprietas illarum est eorum, quorum prædia adhærent. Sed quid de arboribus in ripa fluminis natis? idē dico quòd de ripa: nam vsus arboris est publicus, sed proprietas illarum est eorum, quorum prædia adhærent. Et de hoc insurgit quæstio. Ponamus quòd in ripa fluminis nata est arbor, & quidam nauta vult ibi ligare nauim, & verus dominus vult incidere arborem, quæritur modò, quis præferendus sit, an nauta, an dominus? quidam tenent nautam præferendū esse: quia vtilitas publica est præferenda priuatæ. Alij tenent verū dominum præferendum esse: quia vnicuique licitum est putare rem suam, vel incidere. Quidam alij, & melius, distinguunt: quia aut nauta incepit ligare, antequàm dominus inciperet incidere arborem suam, & tūc nauta sit præferendus: si autem dominus incepit incidere, & tūc dominus sit præferendus. De secundo, scilicet quotuplex sit res publica? quia duplex, scilicet, mobilis & immobilis. Res publica mobilis, vt sunt balistæ, tentoria, machinæ, & clypei communis Bon. Res publica immobilis, vt sunt palatium, via publica, & nemus commune. De tertio, scilicet, vtrum res publica possit alienari? Et ad huius euidentiam distinguo: quia aut est res publica in publico vsu hominum, & tunc non potest alienari, siue sit mobilis siue immobilis: imò qui talem rem emit scienter, amittit rem & pretium. Si autem est res publica in priuato vsu, vt sunt molendina & similia, & tunc bene possunt alienari, duntamen fiat alienatio cum solennitate, id est, quòd syndicus vel procurator alicuius cōmunis vēdat de cōsensu & voluntate cōmunis & cōsilij, & ꝙ appareat causa legitima, & deputet pretiū in causam desideratiuā. De quinto, principali, scilicet, vtrum liber homo possit alienari? & dico quòd non: quia regula est talis, liberi hominis prohibita est alienatio: imò qui scienter emerit liberum hominem, amittit pretium, vel pecuniam numeratam. Fallit tamen in casibus, in quibus permittitur alienatio liberi hominis. Primus casus est quādo pater vult alienare filiū necessitatis causa. Secundus casus est in eo, qui patitur se venundari quinq; interuenientibus, vt de seruis. Sed ponamus, quòd liber homo vult locare operas personales in perpetuum, nunquid potest? videtur quod nō: quia talis locatio contraria est libertati: tamē tu dicas, ꝙ potest locare operas personales: & ratio est, quia potest seruire per se vel per alium, vel interesse præstare.

Res publica quotuplex.

Vtrum

Vtrum res ecclesiæ profana possit alienari. Rubr.

COntinuatur iste §. ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus vtrum ecclesiæ possint alienari, modò restat videre vtrum res ecclesiæ profana posit alienari: & hoc innuit §. noster, cùm dicit, cæteræ autem res ecclesiasticæ. Ad euidentiam istius §. volo quærere sex. Primò, quid dicit ius Ciuile circa alienationem rei ecclesiasticæ profanæ. Secundò, quid dicit ius Canon. circa talem alienationem, quòd præualet. Tertiò, qua forma res ecclesiæ posit alienari. Quartò quomodo sunt intelligenda ista verba in litera contenta, adiecta decima in pretio vniuersæ æstimationis. Quintò formare aliquas quæstiones. Sextò, videre casus, in quibus res ecclesiæ profana non potest alienari. De primo, quid dicit ius ciuile circa alienationem rei ecclesiasticæ profanę? & dicit quòd res ecclesiæ profana, vt vinum, oleum, & frumentum, & res mobiles indistinctè possunt alienari à prælato ecclesiæ sine aliqua solennitate, nisi sibi esset interdicta bonorum administratio per superiorem: quia tunc Canonicus, vel Gubernator ecclesiæ debet alienare: si verò est res ecclesiæ profana, id est, immobilis, vt sunt domus, terræ aratoriæ & vineatæ, quæ de iure ciuili non potest alienari, nisi cum solennitate. Et solẽnitates sunt istæ. Nam primò desideratur causa legitima. Secundò, consensus capituli. Tertiò, authoritas Episcopi. Quartò, subhastatio. Quintò, quòd aliunde non posit satisfieri creditoribus habere debentibus. Sextò, quòd Abbas iuret, qualiter venditio fit ad vtilitatem ecclesiæ, & non in ipsius detrimentum. Septimò, quòd ille sit verus creditor, qui debet habere ab ecclesia: & dicitur verus creditor, qui probat in vtilitatem ecclesiæ esse versum. Octauò, quòd appareat scriptura: & iste est casus, in quo scriptura est necessaria. Et primò requiritur causa legitima, quæ quidem causa est triplex. Prima est causa legitima ob æs alienum. Secunda est ob famis necessitatem, & ob onus tributorum euitandorum. Adiungitur quarta, scilicet, ob redemptionem captiuorum vel eleemosinam pauperum. Secundò, requiritur consensus capituli, & tunc est distinguendum: quia aut ecclesia est conuentualis, aut cathedralis: Si autem est ecclesia conuentualis, & tunc requiritur conuinsensus

Dispositio iuris Ciuilis circa res ecclesiæ alienandas.

Secundũ requisitũ.

sensus monachorum vel fratrum ibidem seruientium, qui sunt in sacris ordinibus cōstituti. Ibi Prior vel Abbas habet requirere monachos vel fratres in capitulo ad sonū cāpanæ, & ter debet interuenire iste cōsensus, & ibi plus quā duę partes debēt esse, & maiori parti standū est. Si autē ecclesia est cathedralis, & tūc Episcopus habet requirere Canonicos in capitulo ad sonū cāpanę, & ibi sint plus quā duę partes, & maiori parti standū est. Si autē ecclesia est parochialis, & tūc patroni habēt cōsentire: & patroni dicūtur, qui dotauerūt ecclesiā: sed si nō haberet patronos, & tūc Episcopus & parochiani habēt cōsentire. Tertiò, requiritur cōsensus Episcopi, & decretū: qđ quidē decretū debet interuenire primò, & poni cū maxima deliberatione, sicut plenè notatū est in alienatione prędij minoris: nam quæ dicta fuerunt de decreto iudicis, eadem intelligenda sunt de Episcopi decreto. Alias solēnitates nō expono, quia per se patent. De secundo, quid dicit ius canonicum, quod præualet, circa alienationē rei ecclesiasticæ profanæ? & dicit primò, quòd requiritur causa legitima: & causa legitima est, quotiescunque repræsentatur vtilitas ecclesiæ: quod nō erat de iure ciuili. Requiritur etiam cōsensus capituli, secundum quod dicit ius ciuile. Requiritur etiam authoritas episcopi. Sed subhastatio nō est necessaria: quia res ecclesiæ non debēt subhastari de iure Canonico: & ita ius Canonicū differt in duobus à iure ciuili, scilicet, in causa legitima & subhastatione: in aliis verò consonat, & istud ius canonicum præualet: nam dicit, Lex non dedignatur sacros Canones imitari. De tertiò, quali forma res ecclesiæ profana debeat alienari immobilis? & debet alienari ista forma. Primò, debet dari pro pignore creditori habere debēti, & tādiu teneat, quandiu erit sibi satisfactum: & si non vult accipere, dat alteri accipere volenti: & si non reperitur alter, & non sunt bona mobilia commodè distrahenda, tunc debet vendi: & si non reperitur emptor, tunc insolutum datur creditori habere debenti: & ille creditor cogitur accipere. Et est speciale in isto casu cōtra regulam, quæ dicit: Aliud pro alio creditore inuito non rectè soluitur. De quarto, quomodo sunt intelligenda ista verba, adiecta decima in pretio vniuersæ æstimationis? & secundum diuersos diuersimodè intelliguntur. Quidam intelligunt, adiecta decima in pretio vniuersæ æstimationis: in pretio, quòd si res valet decem, detur pro nouem, quod falsum

Tertiū requisitum.

Dispositio iuris Canonici ī alienatione rerum ecclesiæ.

Forma alienationis in rebus ecclesiæ.

sum esset: nã dicitur adiecta decima, & sic habet argumẽtum, Quia qui in vno grauatur, in alio releuatur: nam ille creditor grauatur in vno, quia cogitur rem accipere insolutum: & ideo releuetur, quia si res valet decem, detur pro ix. sat consonat de æquitate. Quidam alij dicunt, quòd si res valet x. & detur pro xj. sed hoc non sequitur: quia nõ esset adiecta decima, imò vndecima esset. Quidam alij dicunt, quòd si res valet xj. detur pro xij. & ita tenet ius Canonicum. De quinto, formabo aliquas quæstiones, quarum prima talis est: Quæritur, si ecclesia vendit sine solennitate. & venditio rescinditur, & non valet, modò quæritur, vtrum emptor possit agere ad pretiũ? Quidam dicunt, quòd non: quia pœnæ nomine soluit: & quod pœnæ nomine solutum est, amplius repeti non potest. Quidã alij distinguunt: quia aut emit scienter, aut ignoranter: si sciẽter emit, & tunc non repetitur: si autem ignoranter, & tũc aut ille, qui vendidit erat laicus, aut erat persona ecclesiastica: si erat laicus, & tunc aget ad pretium: si autem est persona ecclesiastica, & tunc aut est persona idonea ad soluendũ de suo, putà, ꝙ habet bona patrimonialia, & tunc aget emptor de euictione: si autem nõ est persona idonea ad soluendũ, & tunc aut ecclesia est locupletata, aut nõ: si autẽ ecclesia est locupletata, & tunc tenetur, inquãtum est facta locupletior: nam ius Ciuile dicit neminẽ locupletari cum iactura aliena, etiam si esset minor: si autẽ ecclesia non est locupletata, & tunc non tenetur de euictione, nec ad pretij restitutionem. Secũda quæstio est, Quæritur, nunquid emptor, qui emit rem ecclesiæ sine solẽ. teneatur rẽ restituere, & fructus per ipsum perceptos? quia qui possidet sine titulo, non facit fructus suos. Tertia quæstio est talis: Quæritur, si ecclesia est decepta in contractu, nũquid valet & tenet, & vtrum possit petere restitutionẽ? & distinguo: aut est decepta dolo dante causam contractui, & nõ potest petere restitutionẽ: quia contractus iure est nullus. & frustra precibus imploratur, quod iure cõmuni conceditur. Si autem ecclesia est decepta dolo incidentali, & tunc denegatur restitutio, sicut minoribus ex priuilegio speciali: nam ecclesiæ vice minoris funguntur: aut de modico, aut de enormi: de modico, & tunc petet restitutionem directẽ. Quarta quæstio est: Quæritur, quo iure petatur restitutio ab ecclesia? & dico de modico damno petetur restitutio per iudicis officium, sed de enormi per actionem descẽdentem ex illo contractu. Quin-

ta quæstio est, quæritur, si ecclesia fuit decepta, infra quæ tempora datur restitutio? dic aut petit restitutionem ex priuilegio speciali, & tunc datur per quadriennium continuum: aut petit restitutionem per actionem descendentem ex illo contractu, & tunc datur restitutio infra tempus, quo durat actio. De sexto & vltimo videre casus, in quibus prohibetur alienatio rei ecclesiasticæ profanæ. Primus casus est, si Prior vel Abbas, vel Rector ecclesiæ vult vendere mona. quia non potest, etiam si monachi perirent: & ratio est, quia ecclesiæ sunt factæ ad hoc, vt redeant in antiquum & secularem statum. Secundus casus est, si res est data ea lege, vt non alienetur. Tertius casus est, si vult alienare hæretico, & non potest: quia res ecclesiæ non debet deuenire in hæreticum. Quartus casus est, si Imperatorvel Imperatrix donauit ecclesiæ eo pacto, vt non alienetur: nam istis casibus prohibita est alienatio.

Quibus modis dominia rerum acquiruntur nobis. Rubrica.

DOminia rerum acquiruntur nobis, aut iure gentium, aut iure ciuili. Est autem ius gentium, quo omnes ferè gentes vtuntur, siue omni humano generi commune est, vt sunt bella, seruitutes, & captiuitates, & huiusmodi. Ius verò ciuile est, quod quisque populus, vel ciuitas sibi proprium constituit: sed quoties non addimus nomen ciuitatis, cuius sit, Romanorum ius intelligimus. Acquiruntur itaque nobis dominia rerum iure gentium multis modis, sed nobis sufficiat de quinque videre: nam acquiritur nobis dominium iure gentium occupatione, vt si feras, bestias, volucres, & pisces, vel alia animalia, quæ in cælo, terra, marique nascuntur, capiamus: quia, cùm illa in nullius bonis sint, naturali ratione occupanti conceduntur: nec interest vtrum quis capiat in suo fundo vel alieno. Item inuentione, vt si quis in fundo alieno thesaurum non data opera ad hoc, sed fortuito casu inuenerit, dimidium est inuentoris, & dimidium est domini loci. Item alluuione, cùm alluuio aliquid agro tuo adiecerit, id tibi acquisitum est. Sed per alluuionem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere nõ possis quantum, quo quo momẽto temporis adiiciatur: quia alluuio est latens incremen

Iure gentiũ res acquirũtur.

Alluuio quid est.

cremen

crementum. Item captione: quia si de bonis hostium nostrorum aliquid capimus, id nostrum est. Item traditione: quia si ille, qui est dominus rei, & est habilis persona ad tradendum: vt quia sit legitimæ ætatis & sanæ mentis, & liber homo, tradit rem suam ex causa habili, vtputà, venditionis, donationis, dotis, vel similium, transit dominium in accipientem. Iure verò ciuili acquiritur nobis dominium vsucapione: & est vsucapio acquisitio dominij per continuationem possessionis tempore à lege diffinito. Vsucapiamus enim dominium rei mobilis per continuatam possessionem triennij: si ista interueniant, videlicet, quòd res illa careat vitio, id est, non sit furtiua, vel vi possessa: vel ille, qui vendidit, vel alio modo dedit, licet non dominus, bona fide det credens se dominum: & ille, qui accipit, bona fide accipiat, credens se à vero domino accipere. Item acquiritur nobis dominiũ rerum immobiliũ per longã præscriptionẽ. s. x. annorũ inter præsentes, & viginti inter absentes. Et est præscriptio exceptio ex tẽpore causam trahens: & ita diffinitur sicut vsucapio. Itẽ præsentes autem intellige, si actor, & reus sint in eadem prouincia. Inter absentes, si sint in diuersis prouinciis: & hoc, quando actor nullo tempore præscriptionis fuit præsens. Ad hoc autem, vt præscribamus rem immobilem, ista necessaria sunt, scilicet, bona fides ex parte dantis & accipiẽtis: vt ille, qui dat, credat se dominum bona fide: & qui accipit, hoc idem credat. Item iustus titulus, scilicet, quòd detur ex titulo venditionis, vel donationis, dotis, siue alio iusto titulo. Itẽ continuata possessio, id est, quòd continuè possederit intra dicta tempora. Item quòd res non sit vitiosa, id est, non vi possessa, non sacra, religiosa, vel publica: vel quæ non sit pupilli, & quæ nõ sit præsidi data contra legem ab eo, qui subiectus erat suæ potestati: quia res istæ præscribi non possunt. Item acquiritur nobis dominium iure ciuili, arrogatione: quia si paterfa. hominem sui iuris in filium arrogat, iura ipsius arrogati transierunt in patrem arrogatorem. Item monachatione, quia ingressi monasterium se & sua Deo dedicant: & ideo eorum bona monasterio acquiruntur. Item per successionem ex testamento, vel ab intestato, & etiã quibuscũque aliis modis: sed de prædictis sufficiat. Ergo cũ visum sit de duobus, ex quibus cõtractus constet, scilicet, de personis & rebus, restat nunc de tertio videre, scilicet, de obligationibus.

Iure ciuili dominiũ acquiritur.

Quibus modis dominia rerum acquiruntur nobis. Rubrica.

Continuatur iste titulus ad superiora ista forma: De rebus immobilibus & inutilibus contrahendum in titulo præcedenti est dictum & declaratum, à contrario sensu liber præmittit quæ sunt vtiles ad contrahendum: & quia vltimo rerum dominia nobis acquirũtur, idcirco in præsenti titulo est agendum. & hoc innuit Rub. cùm dicit, quibus modis dominia rerum nobis acquiruntur. Et titu. noster diuiditur in partes tres. In prima parte ponitur quoddam præambulum. In secunda ponitur, quibus modis rerũ dominia nobis acquirũtur iure ciuili. In tertia parte ponitur, quibus modis rerum dominia nobis acquiruntur de iure gentium. In prima parte ponitur quoddam præambulũ: & hæc incipit ibi, Dominia rerum, & durat vsque ad §. acquiruntur nobis itaque. Ibi secunda, & durat vsq; ad §. Iure verò ciuili. Ibi pars tertia, & durat vsque ad finem titu. Circa primam partem volo quærere tria. Primò de iure naturali, licet in litera non fiat mentio. Secundò de iure gentium. Tertiò de iure ciuili: Circa primum volo quærere duo. Primo, quid sit ius naturale. Secundò, quid descẽdit ex eo. De primo, quid sit ius naturale? est quod natura omnia animalia docuit. Expositio istorũ verborum in diffinitione contentorũ: dicitur, ius naturale: nam ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: quę dictio, natura, potest intelligi nominatiui & ablatiui casus: potest esse nominatiui casus isto modo, ius naturale est, quod natura, id est, Deus, qui cuncta docuit animalia. Nam duplex est natura, naturans, id est, ipse Deus, & natura naturata, vt sunt cũcta, quæ Deus creauit. Potest esse etiam ablatiui casus isto modo, ius naturale est quod cuncta animalia naturâ, id est, propter naturã: nam vnumquodque habet suam propriã naturã. Et istud ius naturale cõe est nõ solũ hominibus, sed etiã animalibus, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari nascũtur: vnde piscis à natura natat, gallina à natura calefacit oua, & auis à natura volat. De secũdo, q̃d descendit ex eo iure naturali? & primò descendit illud, neminem locupletari cum iactura aliena. Descendit etiam matrimoniũ: sed posset quæri, videtur q̃ non sit matrimoniũ de iure naturali, sed de iure gentiũ, vel ciuili potius. Tamen dicas, q̃ matrimoniũ est de iure naturali inuẽtione, de iure gentium

Diuisio præsentis tituli.

Ius naturale quid sit.

De iure naturali quæ descẽdunt.

receptione,& de iure ciuili cõfirmatione:& ex isto matrimonio descēdit liberorũ procreatio,& educatio:& sic no.ꝙ pater tenetur alere filios in ptāte cõstitutos,vel emācipatos:tñ fallit in casibus,in quib⁹ nõ tenetur alere filios:quos casus omitto, quia plenè dictũ fuit in titulo de personis,& earũ diuisionib⁹.

De iure gentium. Rubrica.

CIrca secundũ.s.ius gentiũ,volo quærere duo.Primò, quid sit ius gentium.Secundò,quid descendat ex eo. De primo quid sit ius gentiũ?& est,quo ferè oẽs gentes vtũtur:& dicitur,ferè,ad differẽtiā hominũ syluestriũ,qui nõ vtũtur legibus, neque bonis moribus:vel aliter, ius gẽtiũ est,quod est cõe omni humano generi. De secũdo.s. quid oritur ex eo:& oriuntur bella,captiuitates, seruitutes,& manumissiões,& cõtractus,propulsare iniuriā.Sed vr̃ ꝙ illud ius sit iniquũ:quia dicit, ꝙ descẽdũt bella ex illo iure gentiũ: tñ dico,ꝙ duplex est bellũ.s. licitũ & illicitũ. Bellũ licitũ est, qñ populus Ro.indicit bellũ cõtra hostes,vel hostes cõtra populũ Ro.& de tali bello loquitur ius gẽtiũ. Bellũ illicitũ est,qñ ciuitates indicũt bellũ cõtra aliā ciuitatẽ: & de illo nõ loquitur ius gẽtiũ. Et etiā descẽdũt captiuitates de iure gẽtiũ,cũ qs efficitur seruus per captiuitatẽ.Etiā descẽdũt manumissiones: nā vnde morbus,inde medicina surgere debet:vt no.insti. de liberti.circa pri.Et descẽdit,propulsare iniuriā:nā ius gentiũ licit,vim vi repellere licet,cũ moderamine inculpatæ tutelæ: & ratio est,quia ob tutelā sui corporis fecerit:ideo ipso iure fecisse vr̃,& hoc intellige incõtinenti,& non ex interuallo:quia ex interuallo factũ,videtur potius ad vltionẽ,vel ad vindictā, quā ad defensionẽ:quod esse nõ debet.dicitur enim, propulsare iniuriā.intelligas cũ moderamine:nam si inuasero te cum armis,& tu cũ armis debes te defendere : si cum pugno , & tu cum pugno. Sed posset quæri,quid si percuteret cum pugno, quantum alter cum ense?& tunc se defendat cum ense,vt moderamẽ seruetur. Se insurgit quæstio : Quæritur,quis primò debet percutere? quidam dicunt , quòd violatus primò debet expectare primum ictum:nam inuasor minatur, & fortè non habet in animo percutiendi. Alij dicunt , quòd euadere debet,si potest:si autem non potest euadere , debet primò percutere:quòd si esset percussus,reciperet fortè talem ictum, quòd alium non posset posteà percutere. Et ex eodem iure descen-

Ius gentiũ quid sit.

Ius gentium vnde oritur.

dunt omnes ferè contractus vt empt.vend.loca.& conduc.& alij innumerabiles contractus, id est,non habiles ad numerandum:quia tot sunt contractus,quot sunt hominum voluntates:& ideo dicitur ferè,per quatuor contractus,qui sunt de iure ciuili,sicut est literarum obligatio,& verborum,contractus emphyteoticus,& sponsalitia largitas.

De iure ciuili. *Rub.*

Ius ciuile quid sit.

CIrca tertium,scilicet,circa ius ciuile,volo quęrere duo. Primò,quid sit ius ciuile,quotuplex sit,& quare sic appellatur.Secundò,quid descendit ex eo.De primo,quid sit ius ci.& ius ciuile est,quod vnusquisque populus,seu ciuitas sibi proprium constituit:vt not.Instit.de iure natura.gen.& ci.§. sed ius quidē ciuile.& per hoc nota,ꝙ vnaquæque ciuitas potest condere statuta,quæ ligant omnes subditos in illa ciuitate:& appellatur ius ciuile,ius propriū alicuius ciuitatis:& est duplex.s.ius ci.generale & speciale.Speciale est,sicut sunt statuta terrarum:& istud appellatur ius ci.municipale. Generale ius ciuile est,quicquid habemus scriptum in corpore iuris: & ex hoc posset quęri.Ponamus,quòd vnus allegat ius ciuile, nunc quæritur,de quo iure intelligatur? distinguo:quia aut addit nomen ciuitatis,cuius sit:& tunc de illo intelligitur,vt quia dicitur,ita dicit ius ci.Bo.Si autē non addit nomen ciuitatis,intelligitur de iure ci.Romanorū per excellentiā:nam cū dicitur,ita dicit Apostolus,intelligitur de Paulo:ita dicit Euangelista,intelligitur de Ioanne:Ita dicit Sapiens,intelligitur de Salomone:ita dicit Poëta, intelligitur de Virgilio apud nos,sed apud Græcos intelligitur de Homero.De secūdo,quid descendit ex isto iure ciuili?& descendunt vsucapio, & præscriptio:etiam descendit succesſio ex testamento,vel ab intestato:etiam descēdit adoptio,arrogatio,monachatio, donatio & seruitus de quo triplici iure no. Instit.de iure natura.gentium & ci.per totum titulum.

Qualiter dominia acquiruntur iure gentium. *Rub.*

COntinuatur ad superiora iste §. ista forma: Nos suprà vidimus qualiter titulus iste fuit diuisus in partes duas. Nam in prima parte ponebatur quoddam præambulum. In secunda ponebatur, quibus

bus modis rerum dominia nobis acquiruntur de iure gentium. Sed viso de prima parte, nunc videamus de secunda, scilicet, quibus modis dominia rerum nobis acquiruntur de iure gentium. Et primus modus acquisitionis est per occupationem, de qua occupatione præsenti loco videamus: & circa istam secundam partem videamus tria. Primò, de venatione. Secundò, de piscatione. Tertiò, de aucupatione. Circa primũ, scilicet, circa venationem talis datur regula à iure: nam quędam sunt animalia, quorum natura semper est, fuit, & erit fera: & tunc in eis tale ius seruatur: Quæ in nullius bonis sunt, naturali ratione occupanti conceduntur vt not. Institu. de rerum diuisione. §. singulorum. quædam sunt animalia, quorum natura est fera, sed efficitur mansueta: vt sunt columbæ & cerui: in istis tale ius seruatur: nam ista animalia sunt tandiu mea, quandiu in meo coërcentur dominio, sed si tale animal effugit à me, quid iuris? distinguo: quia aut habet animum reuertẽdi, & tunc nõ conceditur occupãti: aut nõ habet animũ, & tunc cõceditur occupãti. Sed quomodo sciri potest de animo reuertẽdi? dico ꝙ per exteriora: nã per exteriora cognoscuntur interiora: vt no. Insti. de rerũ diui. §. apiũ quoque. ideo animal si deserit vsitatã cõsuetudinẽ, videtur nolle redire. Sed quid si animal nunquã effugit, ita ꝙ non poterit sciri de cõsuetudine: & tũc aut paterfa. est desperatus, aut nõ: si autẽ paterfa. est desperatus, vt quia credit in animo non redire, & tunc occupanti conceditur. Si autẽ paterfa. nõ est desperatus, quia animũ habet ꝙ animal redire debeat, & tum occupanti non cõceditur: quod videtur absurdũ. Tamen tu dicas, aut tale animal stetit magno tẽpore, & tunc conceditur occupanti: aut stetit paruo tẽpore, & tũc nõ cõceditur occupanti. Quod autẽ sit magnũ tempus, & quod paruũ, relinquitur in arbitrio iudicis. Quædã sunt animalia, quorũ natura semper est, fuit, & erit mansueta, vt sunt gallinæ, & anseres domestici: & etiã in animalibus tale ius seruatur: nã ista animalia semper sunt mea, etiã si à meo recederent dominio, scilicet, timore. si quis acciperet gallinã, vt haberet oua, furtum cõmittit: etiã si quis acciperet anseres, vt haberet pennas, furtũ committit. Sed ex istis posset queri: Quidã iuit venatum, & vulnerauit ferũ animal mortaliter: superuenit alter venator, & cepit animal vulneratum: quæritur, cuius sit animal? quidam dicunt, ꝙ est illius, qui vulnerauit, si persequitur animal: Quidã alij dicũt,

De animalibus mãsuetis.

quòd est illius, qui accepit: quia considerandum est, quod euenire potest, vt no. Insti. de re. diui. §. illud quæsitum est: nam multa potuissent accidere, propter quæ primus venator non cepisset animal vulneratum. Sed refert ne in quo loco capiatur animal ferum? dicendum est quòd non. Sed quæritur, vtrum verus dominus possit prohibere, ne venator ingrediatur fundũ suũ? & dico ꝙ sic, si est res integra, vt quia venator non intrauerat fundũ adhuc, sed re nõ integra, vt quia venator iam intrauerat fundũ alienũ, & tunc non potest dominus fundi expellere eum: per hoc notatur ꝙ multi sunt casus, quibus quis potest ingredi fundũ alienũ inuito domino. Primus casus est, causa glandis legendæ, id est, colligendæ: & appellatione glãdis cõtinentur omnes fructus de mundo. Secundus casus est, causa accipiendi pecuniã absconditam. Tertius casus est, causa colligẽdi vindemiam. Quartus casus est, causa accipiendi seruum fugitiuum. Quintus casus est, causa accipiendi suũ debitorẽ fugitiuũ. Sextus casus est, causa accipiẽdi militẽ deserentẽ militiã, & furẽ cum re furata fugientẽ. Sed hîc insurgit quæstio: Quæritur, vtrũ quis possit ingredi fundum alienũ inuito domino casibus supradictis propria authoritate, an authoritate Prætoris? Quidã dicunt, ꝙ põt ingredi fundũ alienũ, inuito domino, propria authoritate: & ratio est, quia si haberet facere authoritatẽ Prætoris, nõ esset hæc aliqua specialitas: quia in omni casu de mũdo quis posset ingredi authoritate Prętoris fundũ alienũ inuito domino. Quidã alij tenẽt, ꝙ debet ingredi fundũ alienũ authoritate Prętoris: quia nemini licet sibi ius deferri, nec cõtra rẽ propriã authoritate occupare, per legẽ, si quis in tantã. multò magis prohibetur in re aliena. De secundo prin. s. de piscatione: & circa idem debemus scire, ꝙ si quis vadit piscatũ ad mare pisces, & efficitur dominus pisciũ: quia pisces non sunt in bonis alicuius. & nota, ꝙ appellatione maris cætera flumina, quę fluunt, cõtinentur. Sed ponamus, ꝙ quidã vult piscari in piscina alicuius inuito domino: Quæritur vtrũ possit? & dico, ꝙ nõ: & si capit pisces, cõmittit furtũ, & furti actione poterit cõueniri ob furtum cõmissum. De tertio. s. de aucupatione: & circa idẽ quæro duo. Primò, de apibus. Secundo, de auibus. Circa apes distinguo: quia aut apes sunt inclusæ in alueo meo: & tũc nemini licet ire ad alueũ meũ. Si verò apes nõ sunt inclusæ in alueo meo, vtputà, quia cõsederunt in arbore mea: & tũc quilibet

Casus ingrediendi in fundũ alienum.

De piscatione.

libet potest capere apes,fauos,vel mel. Sed ponamus quòd examen apiũ euolauit de alueo meo,nunquid cõceditur occupanti?aut paterfa.persequitur examẽ apiũ,aut nõ,si nõ persequitur examẽ apiũ,& tunc occupanti cõceditur.Si verò persequitur examẽ,& tunc aut persecutio est impossibilis,& tunc occupanti cõceditur:aut persecutio est possibilis,& tunc occupanti non cõceditur.De secundo.¶de auibus:ad quod sciendum est,quòd quilibet potest capere aues volãtes per aërem: & aues,quæ consederunt in arbore mea in nido potest capere in suo fundo,& alieno.Sed verus dominus prohibere potest, re integra,ne intret fundum suum. *De aucupatione auium.*

De thesauro. *Rub.*

CIrca istum modum quęrere volo duo. Primò, quid sit thesaurus.Secũdò,cuius sit. De primo, quid sit thesaurus?thesaurus est vera æris depositio,cuius non est memoria:vel,thesaurus est pecunia ab ignotis abscondita vetustiori tempore. Et sic notatur,quòd si non haberetur memoria de aliqua pecunia abscondita,vt quia sunt mille anni,tunc est thesaurus. Sed si haberetur memoria de pecunia abscondita,vt quia fuit fortè tumultus causa abscõdita,inuentori nõ acquiritur.De secũdo,cuius sit thesaurus?& distinguo:aut quis inuenit thesaurũ in suo fundo,aut in fundo alieno:si inuenit in suo fuudo,& tunc totum sibi acquiritur,siue inuenerit casu fortuito,siue opera data ad hoc.Sed si arte magica,totũ acquirit fisco:quia turpia lucra fisco sunt applicanda. Si verò inuenit in fundo alieno thesaurum casu fortuito,medietas est inuentoris,& alia medietas veri domini fundi.Sed si opera data thesaurum inuenit in fundo alieno,& tunc totum acquirit domino fundi,& nõ sibi:in loco sacro vel publico de iure naturali olim quærebatur sibi:sed de iure ciuili hodie idem seruatur,quod in fundo alieno.

De alluuione.

CIrca istum §.videamus duo. Primò , quid est alluuio , & quid acquiratur per alluuionem. Secundò,formare duas quæstiones.De primo, quid sit alluuio?& alluuio est latens incrementum:& per alluuionẽ nobis acquiritur , quod ita paulatim adiicitur,& quod non videtur quãtum quoquo

momento temporis adiiciatur. Et istud est propter visus imbecillitatem, quòd tam subtilia videre non potest: & datur exemplum in cucurbita, quia videri non potest quomodo augmentatur: & tamen vna nocte crescit. De secundo, formare duas quæstiones, quarũ prima talis est. Ponamus, q flumen accepit magnum frustum terræ meæ, & terræ tuæ applicuit: modò quæritur, cuius sit? distinguo: aut illa terra trahit secũ arbores, aut arbores fecerunt ibi radices, & tunc acquiritur cui terra est applicata: aut ibi nõ fecerunt radices, & tunc est illius, cuius erat primò. Si autem trahit secum arbores, & tunc aut illa terra fecit crustam cum terra alluuionis, & tũc ei acquiritur. Si autem illa terra non fecit crustam cum terra alluuionis, & tunc est illius, cuius erat primò. Sed quomodo poterit sciri, quòd arbores fecerint ibi radices, & terra fecerit crustam? per rusticos poterimus scire. & per hoc nota, quòd rusticus facit quandoque sententiam. Secunda quæstio talis est: Ponamus paruam arborem meã vel ligna mea, modò quæritur, nunquid efficiar dominus? dico quòd non, imò verus dominus poterit reuendicare à quolibet possessore. & quod dicitur, si terra tua est vnita cum terra alterius ei acquiritur: tamen tenetur ad æstimationem terræ per actionem in factum.

De capiente hostem cuius sit.

Circa istum §. debemus scire, si quis capit hostem, vel bona hostium sibi acquirit dominiũ de iure gentium per captionem: etiam hostis dicitur, qui indixit bellum populo Romano, vel quibus populus Romanus indixit bellum. Cæteri nanque latrunculi appellantur. Sed ponamus quòd hostis aufugit, nunquid recepit libertatem? dico quòd sic: quia iure postliminij omnia pristinum statum recipiunt: vt nota. Instit. de Atti. tuto. in principio.

Quot sunt necessaria, vt res possit alienari.

Circa istum modum volo quærere vnum solum, scilicet, quot sunt necessaria. Primũ, quòd ille, qui tradit, sit dominus vel quasi dominus, vel causam habeat à domino. Secundum, quòd sit persona habilis ad trahendum, non infans, non furiosus, non mente captus, non pupillus qui tradit sine

tuto.

tuto.auth.non prodigus,non hæreticus,non apostata,non cõmittens crimen læsæ maiestatis. Tertium est necessarium, quòd sit res talis,quæ possit alienari,& in cõtractum deduci: non autem sit fundus dotalis,nõ res prohibita alienari à testatore,non res sancta,religiosa,sacra,publica, vel liber homo. Quartum est necessarium,quòd traditio fiat secundum iuris ordinem,id est, cum causa sponte bona fide. Sed in venditione quintum est necessarium: quia pretium sit solutum, vel eo nomine satisfactum: & si ista omnia interueniunt,dominium acquiritur per traditionem: quia nil tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre,ratam haberi.

Qualiter dominia rerum acquirantur de iure ciuili. Rubrica.

HAec est pars tertia & vltima huius tituli, vnde potest continuari ad superiora in hunc modum: Visis de modis,quibus dominia rerum nobis acquiruntur de iure gen. prout in præcedenti §.est dictum,& declaratum. Sed quia dominia rerum nobis acquiruntur, non solùm de iure gen.sed etiam de iure ciuili.ideo quibus modis dominia rerum nobis acquiruntur de iure ci.in præsenti loco videamus: & primò de vsucapione, & longi temporis præscriptione. Circa istum §.volo videre duo. Primò,de vsucapione. Secundò, de longi temporis præscriptione. De primò, de vsucapione: & circa vsucapionem volo quærere sex. Primò, quid sit vsucapio,& quare sic appellatur, & qualiter componitur, quare fuit adinuenta,& à quo iure. Secundò, quæ differentia est inter vsucapionem ex vna parte, & præscriptionem ex altera. Tertiò, qui possunt vsucapere, & qui non: quæ res possunt vsucapi, & quæ non:quorum res possunt vsucapi,& quorũ non. Quartò,quot sunt necessaria in qualibet vsucapione. Quintò,quis sit effectus vsucapionis. Sextò,qualiter interrũpitur. De primo,quid sit vsucapio?& vsucapio est acquisitio dominii per cõtinuationẽ possessionis tẽpore à lege definito. Exponamus singula verba in definitione cõtẽta:& dicit,vsucapio est acquisitio dominij.s.directi,& nõ vtilis:quia per vsucapionẽ acquiritur verũ & directũ dominiũ: dicitur per continuationem *Vsucapio quid sit.*

tionem possessionis:& per hoc no.ꝙ ille,qui vult vsucapere, continuò debet possidere tempore limitato à lege : Dicitur, tempore definito à lege:& tempus est triũ annorũ,sed oberat biennium.Cõponitur autẽ vsucapio ex duabus dictionibus integris,scilicet,ex vsu & capio , vnde venit vsucapio : vnde vsucapio rem tuam vsu,& propter vsum rem tuam facio esse meã. Et ista vsucapio fuit inducta ne rerũ dominia in incerto essent,& vt aliquis esset litium finis:& fuit inducta de iure ciuili,siue à lege xij.Tabularum. De secundo,quæ differentia sit inter vsucapionem ex vna parte,& præscriptionem ex altera?& multæ sunt differentiæ:nam primò vsucapio est genus,præscriptio autem species.Secundò differt,quia vsucapio habet locũ in rebus mobilibus,sed præscriptio in rebus immobilibus.Tertiò,quia vsucapio finitur triennio, sed præscriptio finitur decẽnio vel vicennio.Quartò differt,quia in vsucapione sufficit tangere vltimã diem triũ annorũ,sed in præscriptione computatur de momẽto in momentũ.Quintò differt,quia per vsucapionẽ acquiritur verũ & directũ dominiũ, sed per præscriptionẽ vtile vel exceptio.Sextò differt,quia vsucapio est fauorabilis,sed præscriptio est odiosa,id est,in odiũ veri domini.Septimò differt,quia vsucapio interrũpitur naturaliter & ciuiliter. De tertio,qui possunt vsucapere?& dico ꝙ quicunq; qui accepit rem mobilem bona fide à non domino ex tali causa,ex qua si fuisset tradentis,facta fuisset accipientis:& ille est,qui bene potest vsucapere : & bene dicit, qui accepit rẽ mobilẽ,qa si accepisset rẽ immobilẽ, nõ potuisset vsucapi,sed præscribi:& dico à non domino:quia si fuisset dominus,accipiens fuisset factus dominus sine vsucapione:& dico,bona fide:quia si habuisset malã fidẽ,nõ potuisset vsucapere:& dico ex tali causa,ex qua si fuisset tradentis,facta fuisset accipientis:quia titulus esse debet ad transferendũ dominiũ:& dico,ꝙ quicunque paterfa.filiusfa.etiã pupillus,si cum tutore cœpit possidere,& etiã sine tutore,si habet animũ possidendi:etiã furiosus,si possidere incœpit ante furorem , etiã hæreditas perficit vsucapionem à defuncto inceptã : Sed quæ res vsucapi possunt?dico ꝙ res mobiles,nõ religiosæ,non sacræ,nõ sanctæ,nõ publicæ,nõ liberi homines. Sed quorum res possunt vsucapi?dico ꝙ res maiorum , non minorum,res sanæ mentis & nõ furiosi res,habentis suorũ bonorum administrationem,non autem prodigi. De quarto, quot sunt necessaria

Differentia inter vsucapionẽ & præscriptionẽ.

Vsucapere qui possunt.

Res quorũ vsucapi possunt.

cessaria in vnaquaque vsucapione? & dico, quòd quinq; sunt necessaria, vt in istis versibus continetur. Vnde versus.

Non vsucapies, nisi sint tibi talia quinque,
Bona fides, iustus titulus, res non vitiosa,
Quòd res tradatur, quòd tempus continuetur.

Quod dicitur, bona fides, intelligetur ex parte dantis, & recipientis: nam si vnus habet bonam fidem, & alter malã, nõ procederet vsucapio: & ista bona fides tempore contractus affectatur, & non aliis temporibus: sed in venditione affectatur tempore contractus & traditionis. Secundum est necessariũ, scilicet, iustus titulus, & quilibet est iustus titulus, qui est habilis ad transferendum dominium in alterum. Tertium est necessarium, vt res non sit vitiosa, & sit talis, quæ possit vsucapi. Quartum est necessarium, quòd res tradatur: nam sine traditione non acquiritur possessio: & sine possessione vsucapio non procedit. Quintum est necessarium, vt continuò possideat per tempus limitatum à lege: & tempus continuatur inter hæredem & defunctum, inter emptorem & venditorẽ, inter legatarium & defunctum: Sed quis ista quinque habet probare? & dico, quòd ille qui allegat vsucapionem, omnia ista habet probare. Bonam fidem: nam quilibet præsumitur bonæ fidei, nisi primò appareat contrarium. Iustus titulus & traditio probatur per instrumentum: & res non sit vitiosa, & possessio probatur per colonos, & per inquilinos. De quinto, quis sit effectus & virtus vsucapionis? & virtus & effectus est: quia per vsucapionem acquiritur verum & directum dominium: & hoc, quod dicitur de dominio, non bene probatur nisi per vsucapionem & præscriptionem. De sexto, & vltimo, qualiter interrumpitur vno modo, scilicet, naturaliter tantùm, si aliquo tempore qui vsucepit, cadit à possessione ante triennium, id est, ante spatium trium annorum. *Effectus vsucapionis.*

De præscriptione. Rubrica.

DE secundo principali, scilicet, de præscriptione: & circa idem quæro quinque. Primò, quid sit præscriptio, & quare sic appellatur, quare fuit adinuenta, & à quo iure. Secundò, qui possunt præscribere, & qui non, quæ res, & quæ nõ, quorum non. Tertiò, quot sunt necessaria in præscriptione. Quartò, qualis sit virtus & effectus præscriptionis. Quintò, qualiter

Præscriptio quid sit. ter interrumpitur præscriptio. De primo, quid sit præscriptio? & præscriptio est exceptio ex tempore causa trahens. Et per hoc not. quòd exceptio præscriptionis acquiritur per præscriptionem: vel præscriptio est acquisitio dominij per continuationē possessionis tempore à lege diffinito. Expositio: dicitur, est acquisitio dominij, id est, vtilis & non directi. dicitur, per continuationē possessionis: quia ille, qui præscribit, continuò debet possidere spatio decem vel xx. an. dicitur, tēpore à lege diffinito: quia tēpus est x. annorū inter præsentes, & xx. inter absentes: & præsentes dicuntur, qui sunt in eadem ciuitate: & olim dicebantur præsentes, qui erant in eadē prouincia: & absentes, qui nō sunt in eadē ciuitate: olim dicebātur absentes, qui erant in diuersis prouinciis. Et ratio est, quia ciuitates olim habebāt regimina, hodie verò nō. Et dicitur præscriptio: à præ, & scribo, cōponitur præscribo, vnde venit præscriptio: & ista præscriptio fuit inducta à iure ciuili, & ratio est, vt rerū dominia nō essent incerta, & vt aliquis sit litiū finis. *Præscribere qui possunt.* De secundo, qui possunt præscribere? & dico, ꝙ quicūque, qui accepit rem à nō vero domino, bona fide, ex tali titulo, ex quo si fuisset tradentis, facta fuisset accipientis. Exponūtur ista verba in diffinitione vsucapionis, nisi vbi dicitur in vsucapione rei mobilis, in præscriptione dicitur rei immobilis. Sed, quæ res possunt præscribi? & dico immobiles, non vitiosæ, id est, vi possessæ: nā nō possent præscribi: & dico, nō prohibitæ alienari à lege, vt sunt res sacræ, sanctæ, religiosæ, publicæ, vel liberi homines non præscribi possunt: quia vbi prohibetur alienatio, prohibetur & præscriptio. Sed res ecclesiæ profana immobilis non potest præscribi nisi spatio xl. annorū. Sed ecclesia Romana & Constantinopolitana spatio centum annorū: Sed quæ res? dico ꝙ omnes res, quæ possunt vsucapi, possunt præscribi. Sed pone, Quidā aliquam rem dedit iudici vel præsidi, vt malè daret sententiā: posteà iudex alienat illam rem, nunquid accipiens poterit illam rem præscribere? & dico, ꝙ non: quia alienata est contra legem Iuliam repetundarum. *Necessaria in præscriptione.* De tertio, quot sunt necessaria in præscriptione? & dico quòd illa sunt necessaria in præscriptione, quę sunt necessaria in vsucapione: vt suprà dixi. Quintò, in quo differt præscriptio ab vsucapione? Respondeo, in præmissis apparet differentia. Primò in hoc: nam vsucapio habet locum in rebus mobilibus, præscriptio autē in rebus immobilibus.

Item

Item in vsucapione est introductũ triennium, sed in præscriptione decennium, vel vicennium. Item per præscriptionem quæritur vtile dominium, secus per vsucapionem: quia quæritur verum & directum. Sed quare? Respondeo, quia rerum mobilium vilis est possessio. Item in præscriptione cõputatur tempus de momẽto ad momentum, sed in vsucapione sufficit ꝙ tangat vltimã diẽ termini. Item si interrumpatur vsucapio ciuiliter, quandoque procedit, quandoque non: vt infrà dicitur. Si verò interrumpatur naturaliter, prodest omnibus: si verò ciuiliter, prodest interrumpenti. Item arrogatione, vt verbi gratia: Ego feci aliquẽ sui iuris filij mei arrogatoris: & filij sui dicuntur mihi nepotes: vt Insti. de adoptione. §. illud proprium est. & de ista arrogatione multa essent dicenda, de quibus supradictum fuit in titulo de personis & personarum diuisionibus in §. fit quarta diuisio filiorum. Item monachatione: & iste est alter modus acquirendi dominium de iure ciuili, vt suprà. ecce quidam intrauit monasterium, & solenniter professionem per solen. no. & se & sua Deo dedicauit: modò omnia bona istius sunt applicata mona. per istam monachationem. Sed quid si exit de monasterio, nunquid poterit illa bona portare secum? distinguo: aut dedit sua bona mona. expressè aut tacitè: si expressè, & tunc non poterit: si tacitè, & tunc aut exit de mona. causa rationabili aut probabili, & tunc poterit: aut irrationabili, & tunc non poterit. Item est alius modus acquirendi, scilicet, per successionem ex testamento: vt ecce, quidam Anto. fecit testamentum, & in suo testamento instituit Martinum sibi hæredem. Vel sic, Antonius decessit intestatus, & iste Martinus erat proximior, ad quem bona debent peruenire? modò omnia illa bona sunt acquisita mona. per successionem ex testamento, vel ab intestato. De quinto, qualiter interrumpatur? distinguo: aut interrumpitur naturaliter, aut ciuiliter. Si naturaliter, prodest interrumpenti & omnibus. Si ciuiliter, prodest tantùm interrumpenti, & aliis non. & per solam denuntiationem, qui mouet litem, poterit agere vsque ad xxx. annos. Sed per litem contestatam vsque ad xl. perpetuatur actio. Item dicit tempore à lege diffinito. nam tempus diffinitum requiritur in præscriptione, scilicet, decem inter præsentes, & viginti inter absentes, & possidere continuè: vt Institu. de vsucap. in princip. & dicuntur præsent

Interruptio præscriptionis.

præsentes,qui sunt in eadem prouincia:absentes,qui sunt in diuersis.Hodie verò dicuntur præsentes,qui sunt in eadē ciuitate:absentes,qui sunt in diuersis ciuitatibus. Sed quid si ille, cuius erat,stetit aliquo tempore præsens,& aliquo tempore absens?certè tempus absentiæ debet duplicari : quia sicut si nullo tempore stetisset præsens , illud tempus decem debet duplicari ad viginti:ita & hic.verbi gratia,pone quòd stetit sex annis prę́sens,aliis quatuor annis stetit absens,certè illud tempus absentiæ duplicatur ad octo per se.

INCIPIT TRACTATVS,
De obligationibus, & earum diuisionibus.

OBligatio est iuris vinculum, cuius necessitate astringimur ad aliquid dandum & faciendum secundū Romanæ ciuitatis iura, id est,vt secundum ius Romanū fiat,& non contra ius.Obligationum autem alia naturalis tantùm, alia ciuilis tantùm,alia naturalis & ciuilis simul. *Obligatio naturalis* Naturalis obligatio est, quæ naturalem æquitatem in se continet : & hac naturali sola obligatione se obligat pupillus proximus pubertati sine tutoris authoritate,non factus locupletior,nec dolum cōmittens.Item seruus cuilibet personæ.Item pater filio in eius potestate existenti,& filius patri.Hi,qui sola naturali obligatione se obligant,non tenentur: quia naturalis obligaitio est inefficax ad agendum. *Obligatio ciuilis.* Ciuilis obligatio est,cùm quis solennitate iuris astrictus est:sed naturalis æquitas eum teneri non suadet:sicut est is,qui confessus fuit per scripturam se ex causa mutui pecuniam accepisse sub spe futuræ numerationis , quam tamen non recepit.Vnde licet secundum ius ciuile facta solenniter fuisset obligatio:naturalis tamen æquitas nō vult eum teneri soluere,quod non recepit:vnde infra biennium potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ:quam si non opposuerit infra biennium , extunc vult naturalis æquitas, quòd sibi imputetur,& teneatur naturaliter & ciuiliter . Vides ergo quòd naturalis per se,& ciuilis per se , inefficax est ad agendum.Naturalis & ciuilis simul obligatio est , cùm persona habilis,quæ potest efficaciter obligari,cum iuris solennitate

lennitate se obligat,id est,quando naturalis ęquitas vult eum teneri,& iuris solennitates interuenerũt: & hæc est efficax ad agendum. Obligationum quidem naturalium & ciuilium alia est ex contractu,alia est ex quasi contractu, alia ex maleficio,alia ex quasi maleficio. Est autem obligatio ex cõtractu, quæ pacto contrahitur,& quæ ex ipso pacto & contractu descendit:vt emptio,venditio,locatio,conductio,donatio,& huiusmodi. Ex quasi contractu est,quando aliquis gerit negotiũ alicuius sine mandato:vt tutor,curator,& similes personę. Isti enim non contraxerunt cum illo, cuius negotium gerunt: Vnde quia non tenentur ex contractu,constat vt ex quasi contractu teneantur. Ex maleficio est,quando aliquis furtum,vel rapinam,vel iniuriam alicui fecit:hinc tenetur ex maleficio. Ex quasi maleficio est,quando aliquis directè nõ deliquit, sed quasi:vt est,quando ex domo sua,vel in qua habitabat,aliquid effusum est,vel deiectum, quod alteri nocuit. Contrahuntur autem obligationes,aliquando re,aliquando verbis, aliquando literis,aliquando consensu. Re cõtrahitur obligatio in mutuo,commodato, deposito,& in pignore, & in debito. Ex re enim mutuata teneris mihi ad similem rem reddendam. Et ex re commodata, & deposita vel pignorata teneris mihi ad eandem rem restituendam:quia interuentu ipsius rei obligatur,qui rem recepit. Verbis contrahitur obligatio per interrogationem præcedentem, & responsionem incõtinenti subsequentem:vnde nisi interrogatio præcedat responsionẽ, non valet obligatio:vtputà, si Corradus ita stipuletur ab Antonio: Promittis mihi dare centum,vel facere hoc? & Anto. incontinenti respondeat,promitto. Est autem stipulatio verborũ conceptio,quibus is,qui interrogatur, daturum facturúmue id, quod interrogatus est,respondet. Et dicitur stipulatio,à stipulor,vel à stipulum,id est,firmum,forte,à stipite descendẽs:vnde stipulatio per interrogationem ponitur. Et no.quòd debet fieri responsio præcisè sine suspensione voluntatis. Literis contrahitur obligatio,quãdo aliquis misit literas se ex causa mutui habuisse decem libras,quas non recepit, sed hoc facit spe futuræ numerationis:vnde licet infra biennium posit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,elapso tamen biẽnio astrictus est naturaliter & ciuiliter ipsis literis ad dictam pecuniam soluendam. Consensu verò solum contrahitur obligatio,in societate,mandato,emptione,& vẽditione. Ista enim

Alia diuisio obligationum.

Alia diuisio obliga.

Stipulatio quid sit.

ſolo conſenſu contrahuntur ſine re, literis, vel verbis. Item aliquando contrahitur obligatio purè, aliquando in diem, aliquando ſub conditione. Purè contrahitur obligatio, quando non apposito die vel conditione promittitur aliquid dari: vt, Promitto tibi dare x. ex cauſa mutui: vnde hoc purè debetur, id eſt, incõtinenti. Sed tamen no. incontinẽti, vel prius debeat expectari tandiu, quòd cõmodè ſoluere poſsit. In diem cõtrahitur obligatio, vtputà, promitto tibi dare x. hinc ad paſcha: vnde licet facta promiſsione incontinenti debitor factus ſim, non tamen à me poteſt peti, niſi adueniente die. Sub conditione fit obligatio, vt promitto tibi dare x. lib. ſi nauis ex Aſia venerit: vnde licet pendente conditione non oriatur obligatio vel actio, ea tamen ſecuta, orta eſt actio. Cæterùm no. ꝙ ſtipulationes inutiles redduntur multis de cauſis: Aliquando enim ſtipulatio redditur inutilis ratione interualli interpoſiti: niſi interuallum ſit modicum, vel aliquod momentũ naturæ: quia ſicut dictum eſt ſuprà factã interrogatione incõtinenti, antequàm ad aliũ actum diuertant, debet fieri reſponſio: vnde certum eſt, quòd in ſtipulatione neceſſaria eſt interrogatio, & reſponſio: & ideo neque mutus, neque ſurdus, neque infans ſtipulationem contrahere poſſunt, nec etiam abſentes: quoniam inuicem ſe audire debent: vnde inutilis eſt ſtipulatio ratione diſſenſus, vt ſi ſtipulor vnde, & tu promittis aliud. Item inutilis eſt ſtipulatio contracta ſuper impoſsibili conditione, vt ſi digito tetigero cælum. Itẽ eſt inutilis, ſi ex turpi cauſa deſcendit, vtputà, ſi ſtipulor fieri homicidium, vel ſacrilegium. Item inutilis eſt, ſi fiat per metum vel dolum. Item eſt inutilis ratione inutilis detractionis vel adiectionis, vt ſi ſtipulor purè, tu reſpondes ſub conditione. Item nulla eſt ſtipulatio ratione perſonæ appoſitæ, vt ſi ſtipulor alteri. Sunt enim inuentæ ſtipulationes, vt vnuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt: ſed ſi ſtipuletur quis alteri, cuius iuri ſubiectus eſt, vtputà, filius patri, vel ſeruus domino, valet ſtipulatio: & ex illa ſtipulatione acquiritur patri & domino: ſed alteri, quàm prædictis perſonis non poteſt quis ſtipulari, niſi ſua interſit. Vnde ſi ſtipulor alteri dari, cui dari mea intereſt, tenet ſtipulatio: vt putà, ſi ſtipulor dari creditori meo, vel procuratori, vel tutori, vel ſimilibus perſonis: licet ex tali ſtipulatione ſolus ego agere poſsim, & non ille, cui ſtipulatus ſum dari. In caſu tamen ex mea ſtipulatione agit ille, cui dari pactus ſum: vt ſi tutor

Stipulationes quibus caſibus fiunt inutiles.

ſtipuletur

ſtipuletur dari pupillo, vel curator furioſo, vel actor vniuerſitati. Item ſi procurator abſens ſtipulatus eſt dari domino. Veruntamen licet ſtipulari nemo vel paciſci poſsit, niſi vt dictum eſt ſuprà. Si tamen adiiciat pœnam, ſtipulatio reſpectu pœnæ ſibi debendæ tenet: vt ſi ita ſtipuletur, promittis mihi quòd dabis Corrado centum: & ſi non dederis, mihi dabis nomine pœnæ duplum. vltima ſtipulatio, ſcilicet, pœnæ tenet, licet principalis non teneat. Vnde cogitur ille, niſi dederit Corrado centum, dare mihi pœnam: quando autem poſsit exigi, & quando non, habetur infrà vbi tractatur de pactis. Verùm quia interdum obligationes nõ tenent, niſi renuntiationibus appoſitis, idcirco de renuntiationibus ſubinfertur.

INCIPIT TRACTATVS,

De obligationibus, & earum diuiſionibus. Rubri.

HIc titulus continuatur ad ſuperiora iſta forma: Nam contractus conſtat ex tribus, videlicet, ex perſonis, rebus, & obligationibus: ſed dicto de perſonis, & rebus, ſequitur videre de obligationibus. Et diuiditur iſte titulus principaliter in duas partes. In prima parte tractatur de obliga. efficacibus. In ſecunda de oblig. inefficacibus. Prima pars durat vſque ad §. cæterùm no. ibi ſecunda, & durat vſque ad finẽ. Item prima pars ſubdiuiditur in tres partes. In prima parte ponitur diffinitio oblig. In ſecunda parte ponitur vna diuiſio: quia alia naturalis tantùm, &c. In tertia ponitur alia diuiſio: & dicit, quia alia ex cõtractu, &c. Prima pars durat vſq; ad §. ibi proximũ: Obligationũ. Ibi ſecũda, & durat vſquè ad §. obli. Ibi tertia, & durat vſque ad §. cæterũ. Ad primũ quid eſt obli. eſt iuris vinculũ, cuius neceſsitate aſtringimur ad aliquid dandũ vel faciẽdum ſecundũ Romanæ ciuitatis iura. Diffinitur alio modo, obli. eſt vinculum iuris, quo neceſsitate aſtringimur alicuius ſoluẽdę rei ſecũdũ noſtrę ciuitatis iura: vt Inſti. de obl. in prin. hæc verba indigẽt expoſitione: obli. eſt iuris vinculũ, id eſt, ius iungens & ligans homines, ſicut boues ligantur cornibus, ita homines ligantur verbis adinuicem. Vnde verſus. *Obligatio quid ſit.*

Verba ligant homines, taurorum cornua funes:
Bos cornu capitur, ſed homo ſermone ligatur.

Et in eo quod dicit, iuris vinculum, nota esse quid incorporale; nam omnia, quæ iure consistunt, incorporalia dicuntur: vt est in diffinitione hæreditatis, vsusfructus & actionis, non differt ꝙ in obligatione deducatur quid corporale, vt Insti. de rebus corpo. & incor. §. incorpo. Quo necessitate constringimur, scilicet, si est obligatio naturalis & ciuilis simul, & tunc verè debitor est, vt habet de necessitate soluere: Secus, si esset naturalis tantùm, vel ciuilis tantùm alicuius soluendæ rei, subaudi. Vel si conuenit factum facere, non obligamur ad id dandum vel faciẽdum, quod promisimus Rei: nam vbi genus est, comprehenditur in se factum. Sequitur in diffinitione, secundum, vt illud secundum dicitur altero de quatuor modis. Primò, ad totam diffinitionem, quasi dicatur sic; obliga. diffinitur secundum iura ciuilia. & diffinitur hic etiam obl. naturalis & ciuilis simul, naturalis per se & ciuilis per se, nõ diffinitur eò ꝙ est inefficax ad agendum. Secundò potest referri ad principium §. dum dicit, iuris vinculum & quo astringitur, quandoq;, scilicet, naturalis & ciuilis simul, naturalis nõ. Tertiò potest referri remotiuè, quasi dicat: Illa obligatio est iuris vinculum, quæ est facta secundum ius, & non contra ius. Quartò potest referri ad verbum, soluendæ: nam solutiones sunt faciendæ secundum ius, vt æquè bona, & tanta reddãtur. Item cõgruo loco & tempore. Item debet promittere de euictione, aliter non videretur soluere, secundum nostræ ciuitatis iura, & secundum iura ciuilia Romanorum per excellentiam: vt Insti. de iure natura. gen. & ciui. §. sed quoties. Obligationum autẽ, &c. Visa continuatione oblig. modò videamus vnam diuisionẽ, quæ talis est; Alia naturalis tantũ, alia ciuilis tantùm. Et primò videamus de naturali tantũ: Circa quã dicam primò quæ sit obli, naturalis tantũ. Secundò ponã exẽplũ. Tertiò dicam effectũ & virtutẽ naturalis tantũ. Ad primum, quid est obli, naturalis tantũ? Respondeo est illa, qua quis naturaliter astrictus est æquitate; naturali: nam instinctus naturæ, & æquitas naturæ eum teneri suadet: pacta & cõuentiones inter homines debẽt obseruari, & de ista naturali ob, quæ oritur ex pacto isto, §, hoc intẽdit, bene est illa obli, naturalis, quę descendit ex instinctu naturali, sicut aliquo pacto, vtputà, in eo qui accipit donationẽ; quia est obligatus naturaliter donãti, per illam regulam, beneficio benefaciẽtibus. Item pater tenetur præstare filio emancipato. Secundò pono exemplum inter patrem,

Diuisio obliga.

Obligatio naturalis tantum.

patrem & filium,qui est in potestate:nam illi obligatur natu
aliter,& non ciui.eò q vna & eadē est persona patris & filij.
Et aliud est exemplū inter dominū & seruū:qui seruus ciuili-
er obligatur cū suo domino,eò q pro domino reputatur. Itē
n proximo infantiæ,& proximo pubertati:quia promittit si-
ie tutoris authoritate,obligatur tantū naturaliter secundum
Azo.vt Insti.qui.mo.re.cōtra.ob.§.his quoque. in glo. nisi in
duobus casibus,in quibus obligatur naturaliter & ciuiliter,
t in sponsalibus,& in cōtractu ex quo factus est locupletior:
proximus pubertati tenetur plus in vno casu,scilicet, si dolū
commisit. Sed Azo dicit, quòd proximus infantiæ nullo iure
obligatur. Quintò,quis sit effectus & virtus? Respōdeo, vnus
non poterit alterum conuenire per illam naturalem,eò quòd
est inefficax ad agendum: sed tamen prodest, quia poterit
dare fideiussorem super illa naturali obl.& iste fideiussor erit
obligatus naturaliter & ciuiliter. Sed quid si soluit, nunquid
poterit repetere solutum,per condictionem indebiti? Respō-
deo,non:quia videtur quædam donatio,de qua donatione,in-
frà habebitur. Modò videamus de ciuili tantū, & ciuilis est
illa,qua quis obligatur solennitate iuris ciuilis concurrente,
id naturalis æquitas non suadet. Secundò pone exemplum,
vt est in ille, qui fuit confessus pecu.habuisse ex causa mutui,
quam de rei veritate non habuit, sperans vt in futurum nu-
meraretur: certè solennitas iuris ciuilis vult eum teneri ad
soluendum,quod non recepit:& est exemplum de pacto facto
de vlterius non petendo, vt dixi in instrumento finalis refu-
tationis. Quæro tertiò, quid sit effectus ciuilis tantùm? Re-
spondeo:quia ante biennium est tantum ciuiliter obligatus,
et poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.
Item illa exceptio datur hæredi,& fideiussori suo. Si verò sol-
uit istud indebitum,nunquid possit peti? infra dicam in ti. de
renuntia.in §.condictione indebiti. Alia est oblig. naturalis
et ciuilis simul,& similiter tria dicam: & naturalis & ciuilis
dicitur illa , in qua solennitates iuris ciuilis concurrunt , &
æquitas naturalis. Secundò exemplum est.quidam O. ho-
mo liber ætatis legitimæ,& non habens aliquod iuris impe-
dimentum,promisit mihi aliquid dare,vel facere,vel aliquid
mutuaui ei:modò est obligatus naturaliter & ciuiliter.Quæ-
ro de tertio,quid sit virtus & effectus? Respondeo, quia pote-
ro ipsum efficaciter conuenire, eò quòd est obligatus natu-

Effectus obligationis.

De obligatione ciuili tantū.

Alia diuisio obligationum.

raliter & ciuiliter. Hoc tamen fallit in duobus casibus: vnus est in filiofa. quia non tenetur de pecunia mutuata, eò quòd defenditur per Macedonianū senatusconsultum. Item fallit in muliere, eò quòd licet obligetur naturaliter & ciuiliter, in fideiussione defenditur Velleiano senatusc. vt de his suprà dixi in §. cæterū licet mulier. & in §. filiusfa. Obligationū quidem naturaliū & ciuiliū alia ex contractu, &c. Hæc est tertia pars huius primæ partis, subdiuisa in tres, in qua istum ordinem obseruabo. Et primò dicatur quæ sit obligatio ex cōtractu: & certè, vt possim plenè ostendere quare dicatur obligatio ex contractu, dicā primò quid sit contractus, & posteà videbimus quomodo obligatio ex ipso descendat. Et certè contractus est prolatio verborū inita inter partes: & ista prolatio descendit ex cōtractu nostro, vt est exēplū in vēditione, vis vēdere? volo: pro quāto? pro tāto: bene placet: & in locatione, & in multis aliis cōtractib⁹. Modò videamus quomodo obligatio descendat ex isto contractu: & descēdit ista forma: Ex quo tu consensisti de vendendo, tu es mihi obligatus ad rem tradendam, & ego tibi ad pretium soluendū. Et si vnus non vellet alteri conuentū obseruare, datur emptori contra venditorem actio ex vendito: & venditori contra emptorem actio ex empto. Et ita no. ex præmissis quòd ex contractu oritur obligatio, & ex obligatione oritur actio, vt suprà dixi in tit. quid sit contractus, & de contractuū diuisionibus. Dicto de oblig. ex contractu, sequitur videre de oblig. ex quasi contractu: & regula no. à lege non traditur ex quasi contractu: sed exempla ponuntur, vtputà, in negotiorū gestore, & domino negotij: verbi gratia, Vna die eram absens, & quidam M. intrauit ad gerendū negotia mea sine mandato meo. Quæritur, nunquid vnus sit alteri obligatus? Respondeo quòd sic, & descendit hæc oblig. ex quasi contractu: & duæ actiones descendunt, quia actio negotiorum gestorum datur gerenti contra me dominum negotij ad petendum totum solutum, nisi sit libertus vel filius, qui gessisset negotia patroni vel patris, istis casibus nihil repetitur. Sunt tamen sex casus, in quibus non poterit agere contra dominum negotij insolidum, nisi in eo, in quo locupletior factus est. Vnus est, si iste est pupillus, cuius negotia geruntur. Itē si gessit animo decipiendi. Item si accessit ad noua negotia. Item si pacto hoc actum fuit. Item si fuit in culpa gerendi. Item si fuit in mora: vt Instit. de obli.

Tractat de obli. ex cōtractu.

De obligatione ex quasi contractu.

Not. hos casus.

quæ

quæ ex quaſi contractu.§.igitur.in glo. Modò videamus de actione directa,quæ datur contra gerentem:& datur,vt reddat rationẽ eorum,quę geſsit & tenetur quandoque de dolo, culpa lata:leui tantùm ſi geſsit negotia deſerta,quæ ſanè nemo curaturus erat.quãdoque tenetur de leui,& quãdoque de leuiſsima:& hoc in vno caſu,ſcilicet,ſi aliquis diligentior eo erat adminiſtraturus, vt in præſenti §. ſicut. quandoque de caſibus fortuitis :& hoc in ſex caſibus ſupradictis. Et aliud exemplum eſt de negotiorum geſtore inter tutorem & pupillum,curatorem & adultum : verbi gratia. Tutor geſsit negotia pupilli:certè duę deſcendunt actiones,& actio tutelæ directa, quæ datur pupillo contra tutorem,finita tutela, vt reddat rationem eorum, quæ geſsit pendente tutela,& intentatur,& naſcitur finita tutela:alia eſt, quæ naſcitur pendente tutela, ſed intentatur finita. Actio tutelæ contraria datur tutori contra pupillum, vt eximat eum ab obligatione, quam fecit pro ipſo: vel, ſi quem alium contractum fecit. Eſt etiam aliud exemplum inter illos,qui habent bona communia, non quidem ex ſocietate inter eos inita, ſed quia pariter illis legata, donatáve ſunt. Eſt etiam aliud exemplum inter hæredem & legatarium:& in omnibus iſtis caſibus deſcendit obligatio ex quaſi contractu: vt prædicta not. Inſtit.in titu.de obli.quæ ex quaſi contractu,vſque ad §.item is. Modò videamus de obligationibus ex quaſi delicto: & obligatio ex quaſi delicto deſcendit, vt ex furto, iniuria,damno, & rapina. & primò videamus de furto. Circa quod dicam primò quid ſit furtum,& vnde dicatur. Secundò, quotuplex ſit furtum, & per conſequens quotuplex ſit fur.Tertiò qualiter, & quomodo contra ipſum agatur. Ad primum, quid eſt furtum ? certè contrectatio rei alienæ fraudulosa inuito domino lucrandi animo ipſius rei, poſſ.vſúſve. quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Contrectatio: No. quòd in furto requiritur contrectatio:& contrectare eſt aliquam rem de loco ad locum exportare,vel quocunque modo remouere:& ſine contrectatione non fit furtum:quia nec in verbo,nec in ſcriptura fit furtum : vt dicit lex, vt ff.de furtis.l.ſi quis vxo.§.iij. Fraudulosa: ideo dicit, quia ſi non accepiſſet fraudulenter,non fuiſſet furtum,eò quòd credebat ſibi licere. Item ſi credebat dominum promiſſurum,vt Inſtit.de obl.quæ ex

delicto nasci.§.placuit.Furtum enim sine affectu furãdi non committitur.Rei,scilicet,mobilis:nam de immobilibus non fit furtum,vt Instit.de vsucap.§.qđ autẽ.Itẽ dicit,rei,scilicet, alienæ:nã de re propria nõ fit furtũ.Sed quid si habeo rem cõmunẽ? Respondeo,cõmittitur furtũ quoad partẽ socij. Quid si creditor habet rem in pignore,& sum furatus? certè teneor furti actione.Item,rei,scilicet,corporalis:nã de incorporalibus nõ fit furtum:nã incorporalia tradi vel possideri nõ possunt inuito domino:nam volente domino non fit furtũ,vt in præallegato §.placuit.Animo lucrandi:nõ dicit,quòd si non haberet animũ lucrandi,non committit furtum: quia causa dandi damnũ vel iniuriam,non fit furtum pro eo,quod habet vsusfructus,& deficit ei proprietas. Vsus:no.qua ratione vsus non fit furtum,vt ecce commodaui tibi equum meum, vt tu ires vsque ad villam:& tu iuisti versus hostes iure naturali,id est,iure diuino. Et dicitur furtum à furuo,quod est nigrum,eò quòd fures plurimi de nocte vadunt. Vel dicitur furtum à ferendo,id est,auferendo: nam fur aufert furtum.

Diuisio furti.

Secũdò videamus,quotuplex est furtum? Respondeo,duplex, scilicet,manifestum,& non manifestum:& sic duplex est fur, scilicet,manifestus,& non manifestus.Manifestus est,qui deprehenditur cũ re furtiua,antequã deportet ad locũ,ad quem proposuerat deportare.Non manifestus dicitur ille,qui deportauit rem ad locũ destinatum,à contrario sensu:nam con trariorum eadem est doctrina:vt Insti.de obl.quæ ex delicto. §.furtorum.Sed quid si fur deprehẽsus est in vinea,& abscondit se? certè dicetur fur non manifestus,licet hoc referat,scilicet,dominus,se abscõdit.

Quæ actio datur cõtra furem.

Quæro tertiò,quomodo,& qualiter contra furem agatur? Respondeo duobus modis, scilicet, ciuiliter & criminaliter:& ciuiliter agendo,si est fur manifestus,debet condemnari in quadruplũ. Si est non manifestus, debet condemnari in duplũ æstimationis dictæ rei:& hæc est tota pœna:& extra pœnam potero petere rem meã cõdictione furtiua,& à fure,& ab hærede eius actione rei vendicationis,& à quocũque tenente:vt Institu.de obl.quæ ex delicto.in fine. Sed actio furtiua datur solummodò ad pœnam dupli & quadrupli.Criminaliter agendo,si est fur famosus, prima facie debet furcis suspendi:sed de lege Longobarda pro primo furto debet ei fodi oculus,pro secũdo debet ei incidi nasus,pro tertio debet furcis tradi.

De

De rapina. *Rub.*

POstquàm vidimus de obligationibus, quæ descendunt ex delicto maleficio: modò videamus de rapina, quæ etiam maleficio committitur. Et primò dicam quomodo fiat rapina: & certè fit, quando aliquis vi alicui aliquam rem abstulit, & ipse quidẽ furti actione tenetur: imò leges improbum furem appellant. Sed Prætor eius delicti adinuenit propriam actionem, quæ appellatur, vi bonorum raptorum: & datur à die rapinæ vsque ad annum vtilem ad quadruplum, & in isto quadruplo computatur res: post annum verò datur ad simplum tantum: & hoc ciuiliter agendo, vt Instit. de vi bonorũ raptorum. in princ. criminaliter agendo debet furcis suspendi. Sed nũquid iste qui accepit aliquam rem vi, incidit in pœnam l. si quis in tantam? Respondeo sic: vt in præalleg. titulo. §. ita tamen.

De iniuria. *Rub.*

POstquàm vidimus de rapina, nunc videamus de iniuria: & ista iniuria cõmittitur re, verbis, literis, & multis aliis cõtractibus, vt Insti. de iniuriis. §. iniuria autem. Re, scilicet, aliquem percutiendo: & ista dicitur atrox iniuria, & est fortius æstimanda. ¶ Verbis, dicendo tu es fur, latro. Re, aut dico verum, & tunc non punior: quia peccata nocentium puniri debent: aut dico mendacium, & tunc debeo puniri. Literis, faciendo cantilenam de aliquo infamatoriam. Item committitur, quando quis anteà attentauerit pudicitiam mulieris honestæ vitæ: & attentare, est pudicitiã mulieris blãdo sermone attentare. Sed quomodo agitur contra iniuriantem? certè ciuiliter & criminaliter. Ciuiliter agendo, iniuriarum pœna ex lege duodecim tabularum propter membrum ruptum, talio erat: propter os verò fractũ nummariæ pœnæ erant cõstitutæ, vt in præalleg. §. pœna. Sed ista lex duodecim tabularũ in desuetudine abiit: posteà superuenerũt Prætores, & permiserunt passis iniuriã, eam æstimare, vt quantũ iurauerit iste qui patitur iniuriam, in tantum iste, qui fecit, debet condemnari, taxatione à iudice præmissa & delatione iurisiurandi facta: vt ecce à x. lib. infrà pro quanto voluisses talẽ iniuriam? certè poterit iurare vsque ad taxationem factam: & iudex

debet considerare gradus personarum, vitæque honestatem, loci: vt ecce, aliter est æstimanda iniuria facta à liberto patrono, & aliter à filio patri, quā ab extraneo. Item aliter æstimatur iniuria facta prætori vel præsidi à subdito suo: quā ab extraneo. Itē aliter debet æstimari iniuria facta in præsentia rectoris vel vici publici, quā si sit facta in loco priuato. Item locus commissi criminis vel vulneris atrocem iniuriam facit: quia aliter æstimatur iniuria facta in oculo, quā in alia parte corporis: quia dicitur pars nobilior hominis: & tota ista pœna iniurianti applicatur. Sed criminaliter agendo debet puniri officio iudicis. Et sunt condemnationes, quæ quotidie in iudiciis frequentantur, & fisco applicantur, nunquid hic potest intentari per procuratorem? Respondeo, quòd non: vt Institu. de iniuriis. §. in summa.

De obligationibus quæ ex quasi delicto. Rub.

POstquàm vidimus de obliga. ex contractu, ex quasi contractu, & ex delicto, modò videamus de ex quasi delicto: & certè oblig. ex quasi delicto descendit in iudicē qui ignorans malè tulit sententiā: vt quia cùm debebat me obsoluere, me condemnauit: & certè debet puniri, vt videbitur iudici cognoscenti de causa: quia si peccauit in leui lege erit fortius puniendus, vtputà, in l. Fusia Canina: si verò peccauit in graui lege, erit mitius puniendus. Est aliud exemplū in eo, cuius in domo aliquid est appensum super via publica, ita quòd posset nocere transeunti: & pœna est x. aureorum constituta. Est & aliud exemplum in eo, ex cuius domo aliquid est deiectū, quod nocuit transeunti. Quæ autem sit ista pœna, distingue, aut nocuit in persona, aut in rebus. Si verò nocuit in rebus, debet condemnari in duplum damni dati. Si verò nocuerit in persona, & tunc aut liber homo mortuus est, aut non. Si liber homo mortuus est, debet condemnari in quinquaginta aureis, & hoc non est loco æstimationis: quia liberum hominis corpus non recipit æstimationem, sed est loco cuiusdam pœnæ. Si verò non est mortuus, tenetur ad mercedem medicorum, & ad alia necessaria, quibus caruerit, & cariturus est ob id, quòd inutilis factus est. Turpitudo autem personæ non venit ad æstimationem. Est aliud exemplum: Si posui simplex aliquid in naui, caupona, vel stabulo: & ibi

furtum

furtum factum est per aliquem de familia:certè dominus tenetur ad duplum,& ista obligatio descendit ex quasi delicto: & aliquatenus culpæ reus est,qui malorum hominum opera vtitur.Sed quid si ipse recepit ad custodiendum,& furtum factum est?certè tenetur actione de receptis,& in simplum. Et descendit ista obligatio ex quasi contractu.Sed quid si dedit tibi claues cameræ vnius ostij?distingue : aut dedit simpliciter,& tunc teneor: aut cum protestatione,dicendo , si erit factum furtum de rebus tuis,nolo teneri:& tunc non teneor secundum quosdam.Alij quòd teneor alterius clauis: nũquid actiones dantur contra heredes?Respondeo non,eò quòd descendit ex quasi delicto:sed bene dantur hæredibus,vt prædicta no.Insti.de obl.quæ ex quasi deli.per totum titu.

De obliga.alia re,alia verbis, alia literis & consensu. Rubrica.

Contrahuntur autem obligationes,&c. Dicto de duabus diuisionibus obligationũ, sequitur videre de tertia,quæ talis est,alia re ,alia verbis,alia literis,alia consensu . Re contrahitur obl.in quinque casibus:vt in mutuo , commodato,& deposito:& de his tribus plenè dixi in iij . c.& in pignore,& de isto pignore plenè dixi:& etiam indebito. & de isto dicam infrà titu.de renun.in §.condi.de.& prædicta not. Insti.qui.mod.re.contrahitur oblig.per totum titulum. Verbis contrahitur obl.scilicet,per interrogationem præcedentem,& responsionem statim subsequẽtem.Et etiam hîc quæro,quæ sit stipulatio & quomodo fiat,& vtrum stip.facta sine causa valet?Sed retine,vt suprà dixi in illo verbo , stipulanti. Item literis contrahitur obli.in eò,qui fuit confessus pecuniã habuisse ex causa mutui,quã de rei veritate nõ habuit obligatur tantũ ciuiliter ante bienniũ,& adiuuatur beneficio nõ numeratæ pecuniæ:de qua dicã infrà ti.de renun.§.excep. nõ nume.pecu.Itẽ consensu contrahitur obl.vt in venditione,& emptione:& de hac dixi per totum primũ cap.Item in locatione,& conductione:& de hac locatione dixi in sexto capitulo.Itẽ de societate,& de hac societate dixi in septimo cap. in instrumẽto societatis.Itẽ mandato contrahitur obl. & de isto dixi in vij.capit.in instrumento procuratoris. Item aliquando contrahitur oblig.purè aliquando in diem,&c.

De obl

De obligatione purè contracta. *Rubrica*

D[i]cto de tribus diuisionibus obligationũ sequitur videre de quarta,quæ talis est:quia cõtrahitur purè,& de ista obli.purè facta dicã tria.Primò,quæ sit obli.purè facta? Et certè obl.purè facta dicitur illa,in qua dies vel conditio non apponitur. Secundò,ecce exemplum:Promittis mihi dare x.vel quid aliud:& tu dicis,promitto.Tertiò, quæ sit virtus, & effectus istius obl.purę,quia statim venit res,& statim cedit dies, id est,statim ꝙ es mihi obligatus,statim venit dies,id est. statim potero petere:nõ tamẽ ista statim,ꝙ debeã ire cũ sacculo paratus:imò debeo præstolari per x.dies,vt possis commodè mihi soluere:vt Insti.de verb.obl.§.purè.Et ita obseruat cõsuetudo,quãdo aliquis debet mihi dare aliquid,iudex dat ei terminum x.dierũ:quæ cõsuetudo est optima legũ interpres, & est pro lege seruanda : vt Instit . de iure naturali.§.ex non scripto.Modò videamus de obl.in diẽ:& est obl.in diẽ in qua dies solutionis faciendæ apponitur:vt ecce exemplum.s.Promittis mihi dare x.in pischate?& tu dicis,promitto. Quero tertiò quæ sit virtus & effectus? Respondeo,statim cedit dies, id est,dicere statim est obligatus:& statim nõ venit dies.i.dicere,statim ab eo petere nõ possum:imò si peto ante diẽ,iudiciæ debent duplicari ex constitu.Zenonis Impe.vt Institu. de excep.§.tẽporalis.Quid plus?tota illa dies tribui debet arbitrio soluẽtis. Et no.hîc talẽ quæstionẽ de facto,vt in præall.tit. §.in diẽ.in gl.Iudex statuit terminũ peremptoriũ ad audiendum sententiã,vtputà,vsq; ad diẽ Iouis vna partiũ nõ cõparẽte.Quero quando debeat ferri sentẽtia,an eadẽ die statuta,an sequenti?videtur quod nõ die statuta,vt in contractibus,tota illa dies videtur sua,vt modò dixi:vt ff.de feriis. l. more Ro. per quã legẽ etiã si media nocte venisset,satis sufficeret:& ita patet,ꝙ eodẽ die ferri nõ debet sentẽtia.Itẽ alia ratione: quia post parentẽ debet aliã partẽ absentẽ iudex arctare:vt ff.de iudiciis.l.post edictũ.& inter vnã citationẽ & aliã debet esse spatiũ decẽ dierũ,olim:vt ff.de iudiciis.l.per interualla.hodie triginta dierũ,vt in auth.de lit.§.omni.& secundũ cõsuetudinẽ Bono.vnius diei.& ita patet,quòd in die peremptorij nõ debet ferri:sed in illa die postquã edictũ est,poni debet.i.potest. Itẽ videtur ecõtrà quòd in die peremptorij debeat iudicari:

vt C.

vt C.quando ap.non est necess. l. cùm non eodem die. Item si sit ita, quòd proposuero vt certum sit eam partem amplius venire non posse, debet iudicari in diem peremptorij: vt ff. de verb. obli. cùm stipulatus sum mihi aut Proculo. §. liber homo. in fine. & hæc verior. Sed tamen post vesperas, vel in vesperis debet ferri: vt in auth. de iudiciis. §. sedebunt. nec in nocte debet ferri sententia, & ita paululum post excessum vesperarum iudicare potest: & ita clerici de facto ad quoddam consilium ita iudicauerunt. Modò videamus de oblig. sub conditione: & certè obli. sub conditione dicitur illa, in qua conditio apponitur: vt ecce exemplum, si Papa venerit Bono. decem aureos dare spondes? & ipse dicat, spondeo. Tertiò, quis sit effectus & virtus? Respondeo, statim non venit dies, neque statim non venit res, id est, dicere, nec statim venit obli. nec statim potero petere. Sed est species debiti, id est, species succedit loco debiti: & ideo adueniente conditione potero petere, antè non. Sed nunquid hanc speciem ad hæredes nostros transmittimus? Respondeo sic, vt in præalleg. titu. §. ex conditionali stipulatus est res debiti rei. Et eam quidem specialem ad hæredes nostros transmittimus, si prius quàm conditio existat, mors nobis contigerit. *Obligatio sub conditione.*

De stipulationibus inutilibus. *Rubrica.*

Ceterùm not. hic est secunda pars huius tituli, in qua tractatur de stipulationibus inutilibus: & redditur primò stipulatio inutilis ratione interualli magni adhibiti in stip. & dicitur magnum interuallum, quando partes diuertunt ad extraneos actus exercendo: non autem vitiaretur ratione interualli antecedentis vel naturæ: & in ista stipulatione requiritur interrogatio, & respõsio: hinc est quod mutus, & surdus nõ possunt facere cõtractus, nec stipulari: quia nõ loquitur, & nõ audit: secus si esset mutaster vel surdaster. Item furiosus nõ potest stipulari: quia in stip. requiritur sensus. Itẽ infans: quia in stipu. requiritur intellectus, & ipse nec sensum nec intellectum habet: quia est similis furioso, vt Insti. de inutilibus stipu. §. pupillus autẽ. Itẽ redditur stipulatio inutilis ratione absentiæ: & intelligimus de illis, qui sunt in totũ absentes, qui nullo modo se exaudire possunt: secus si vnus esset intrà, alter extrà: hinc est quod oblig. absentia: vt ecce producebat cõtr[illegible]e

instr

instrumētū ad iudiciū,in quo continetur quod in die narrato promisi ei dare centū in Bo.& ego dicebā me,vel aduersariū meū ipsa die intantū absentes fuisse,ꝙ nō potuissemus esse in hac ciuitate die cōditi instrumenti.Sed quid est hoc dicere, ꝙ per duos testes probabo;cōtra instrumētū:quia saltē in instrumēto sunt duo testes,& notarius in loco tertij, quomodo cēsentur duo cōtra tres probare?distingue,aut volo probare per directū,aut per indirectū.Si verò probare volo per indirectū,tunc potero probare per duos testes omni exceptione maiores,qui dicāt,quomodo fuimus absentes:vel potero probare per scripturā publicam,quomodo ego vel aduersarius meus fuimus scripti tanquā cōtrahentes vel testes in aliquo instrumēto in alia ciuitate.Si verò volo probare per directū, potero probare per quatuor vel per quinque testes, qui sint bonæ opinionis vel famæ,qui directò dicant contra instrumentū:& magis testibus,quàm instrumento fides datur,secūdum Azo.vt in præalleg.tit.§.item verborū obligatio. Item inutilis est stip.ratione dissensus:vt si promitto vnū,& tu promittis aliud:vt ecce,Promittis x.si nauis ex Asia venerit? & tu dicis,promitto presenti die dare,& ecōtrà:certè iste cōtractus vitiat stip.& hoc verū est,si mihi nō placet. Et ideo ad huius euidētiā distinguo,vtrū diuersitas vitiet stipu? aut diuersitas illico & incōtinēti placet mihi stipulanti: & tunc valet, siue diuersitas sit in qualitate,siue in quantitate,siue in specie,siue non.Si non placet, distinguo: aut diuersitas est in qualitate, aut in quantitate,aut in specie.Si est in qualitate:vt ecce,Promittis mihi x?& ita purè stipulor,& tu dicis,Promitto,si nauis venerit ex Asia,vel econtrà stipu.non valet. Et hoc verum est,si id exprimas:secus si dicas simpliciter,promitto:quia videtur breuiter in eadem die spopondisse.Si verò diuersitas est in quantitate,videlicet,in eo quòd cōsonamus:vt si dico,Promittis mihi x?& tu dicis,Promitto v.vel econtrà:quia qui stipulatur in x.in v.videtur consentire,eò ꝙ maiori quantitati inest minor.Si verò diuersitas est in specie,& tūc aut promittitur vna species pro altera,aut altera adiecta vna specie pro altera:vt ecce,Promittis equū?& tu dicis,Promitto equum & asinum:in equo valet,sed in asino adiecto nō valet:& ita vtile per inutile nō vitiatur.Sed quid si stipulor plures species:& tūc aut tu promittis copulatiuè,aut disiūctiuè:Si copulatiuè, vt ecce,Promittis bouē,equū,& asinum?& tu dicis,promitto: certè

Stipulatio inutilis ratione dissensus.

certè tu teneberis ad omnes,& nō est necesse,quòd tu repetas verba stipu.quia quæ in præfationibus dicũtur, in subsequēti repetita intelliguntur,siue creduntur.Si autē ad vnam vel ad plures,ad illā,vel ad illas teneberis. Si verò stipulor disiunctiuè,vt ecce,Promittis equum,vel asinum? & tunc aut dicis simpliciter,promitto,& tunc valet:in electione tua erit dare, vel volueris equũ,vel asinum:nā in alternatiuis debitoris est electio.Si verò promittis equum tantùm,valet:quod secus est in quantitate alternatiuę stipu.nisi ad alteram respondendo tenetur:vt ecce,promittis x.aut v.tantùm,vel x.tantùm: quæ distinctio probatur,vt in præalle.tit.Insti.§.prætereà.Itē inutilis est stipu.cōtracta super impossibili cōditione.Et dicitur impossibilis conditio,cui natura est impedimento, quo minus existat:vt in pręalleg.titu.§.impossibilis.vt ecce,Promittis x.si cælum digito tetigero? & tu dicis,promitto, non valet:quia de natura impossibile est,quòd possim tangere cęlũ. Secus si dicā,si cælũ digito non tetigero:& tu dicis,promitto, certè valet:secus si esset apposita in vltima voluntate, vt ecce instituo P.mihi hæredem,si cælum digito tetigerit: nam institutio non vitiatur,vt Insti.de hæred.insti.§.impossibilis.nā benigniores sunt vltimæ voluntates contractibus.Sed distingue aliter secundum Azo.& Io.vt Inst.de legatis.§.fi.in glo. quia aut apponitur conditio impossibilis,siue grauatio herędi,non valet legatum. Sed si apponitur impossibilis conditio legatario,valet legatum.Item inutilis est stipu.si ex causa turpi descendat,&c.vt ecce,promittis mihi decē, si faciam sacrilegium,vel homicidium, vel furtum? & tu dicis, promitto,non valet,siue ipsum turpe veniat in stipulationem principaliter,siue honestum.Si ex turpi causa promittis: vt ecce,Promittis mihi decem?& hoc est honestum,& turpe: & tu dicis, promitto,si facies furtum,vel quid aliud turpe: & tunc nō valet,vt Insti.de inutilibus stipu.§.quod turpi.Quod ex turpi causa promissum est,nunquid debeatur? Respondeo non.Sed nunquid solutum rei turpis causa repetitur per cōdictionē ob turpem causam?distinguo:aut turpitudo versatur ex parte accipiētis tantũ:aut ex parte dantis tantũ,aut ex parte vtriusq;.Si ex parte recipientis tantũ,vtputà,dedi tibi x. vt furtum faceres,vel vt mihi redderes rem depositam, & tunc repetitur.Si verò ex parte dantis tantùm, vt in eo, qui dedit aliquid meretrici:nam meretricium, inquantum est meretrix,

Stipulatio ex turpi causa.

trix,

trix, est turpe: sed in eo, quod facit, scilicet, quòd repetit pecu. non turpiter facit. & isto casu promissum non soluitur & solutum nō repetitur. Si autē ex parte vtriusque, vt est in eo, qui dedit aliquid alicui, vt hominē interficeret: & tūc est melior cōditio cōsumētis: nā in pari cōditio cōsumentis melior est cōditione occupātis: vt ecce, promittis hominē interficere? si occidas, & nō solui, nō poteris agere cōtra me: & si solui, nō potero agere cōtra te, quātūcunque nō occidas. Itē est inutilis ratione detractionis vel adiectionis, ꝙ dixi in §. Item est impossibilis stipulatio ratione dissensus, hic repetita intelligas. Item inutilis est stipulatio per metum, vel per dolum: & iste §. tractat de stipulatione facta per metum, vel per dolum. Et primò videamus, quomodo metus vitiet stipulationem? & ecce casus. Induxi vna die Ioan. ad promittendū mihi centum per metum: certè stipulatio nō valet, & vitiat non solùm stipulationem, sed etiā omnes alios contractus: & intelligemus de metu, de quo constans & fortis homo timeret: non autem de metu, de quo meticulosus non timuisset: & si non soluit, non tenetur soluere. Sed quid si soluit, nunquid poterit repetere? distingue: aut metus adhibitus fuit in solutione, & soluit: & tunc poterit petere actione, quod metus causa: & si non soluit, datur exceptio. Item datur actio de dolo contra facientem metum: nam ille, qui metum intulit, de dolo tenetur: certum est, & si tradidit rem, poterit eam vēdicare actione rei vendicationis: quia non videtur desinere possidere, et quia prætor pollicetur illū in integrum restitui. & prætereà quòd vi clàm metus est tantus: nam dicit Prætor alibi, non videtur esse adeptus possessionē, qui est ita adeptus, vt nō possit eam retinere: & loquitur iste §. de vi compulsiua. nam quotuplex est vis, scilicet, expulsiua, ablatiua, inquietatiua, turbatiua, & compulsiua? Vis expulsiua est, illa, quando expuli aliquem de possessione rei suæ, & datur ei interdictum, quod appellatur, vnde vi: quod est interdictum restituendæ possessionis: & etiam iste, qui expulit, incidit in pœnam legis, si quis in tantam. Ablatiua est, quando alicui abstuli rem suam: & datur sibi actio, vi bonorum raptorum à die rapinæ vsque ad annum vtilem in quadruplum, & etiam in illo quadruplo computatur res: post verò annum datur in simplum, habet locum l. si quis in tantam. Turbatiua est, vt quia ego inquietabam aliquem in possessione rei dicendo me pariter secum possidere

Alia inutilitas stipulationis

Vis quotuplex est.

possidere:& datur interdictum, vti possidetis, & vtrobi. Inquietatiua est, quando aliquis destruebat aratrum meum, datur mihi interdictum quod vi aut clam:& datur, vt aratrũ destructum sua impensa reficiat,& condẽnetur ad interesse. Cõpulsiua est, de qua loquitur iste §. ex quo competunt quatuor remedia supradicta. Item dolus vitiat stipulationem & contractum. Circa quẽ dolũ dicam. Primò, de quo dolo loquitur iste §.& quomodo diffiniatur. Secundò, de actione descẽdente & proficiscente ex dolo. Tertiò, quid iuris, si dolus interueniat in contractu. Quartò, an ei possit renuntiari. Ad primũ, de quo dolo loquitur iste §? Respondeo nõ de dolo bono, quẽ habuit Salomon in primo sui iudicio de quæstione meretricis, de illo quem habuit Prin. in conflictu Ianuen. sed loquitur de dolo malo,& diffinitur sic: dolus est calliditas, fallacia, circunuẽtio ad aliquẽ decipiendũ, fallendũ, circũueniendũ, fraude adhibita: Calliditas enim cõmittitur in tacendo. Vnde Salo. Qui dissimulat iniuriã, collidissimus est: verbi gratia, Domus mea debebat alteri seruitutem,& ego non dixi, quando vendidi: Fallacia etiã dicitur, cùm quis ex certa scientia mendacium dicit, vt ait Ang. Falsitas, est falsæ vocis significatio cũ intentione fallendi: verbi gratia, vendo domũ meã,& dico ꝙ domui meæ seruitus debetur ab altera,& non est verum: circunuẽtio enim ista cõmittitur arte verborum: vt ecce, domus mea debebat seruitutem pluribus municipiis, & ego scripsi, quòd debebat tantũ vni municipio, videns quasi in re siue in iure ꝙ aliis non debebat ad aliquem fallendum & circunueniendum alteri adhibita, reddendo singula singulis. Quæro secundò de actione seu exceptione descendente ex dolo, cui competat: certè illi, cui dolus illatus est,& hæredi suo,& est in rem scripta quò ad opponentem: & datur contra illum, qui intulit dolum,& contra hæredem eius vniuersalem. Itẽ cõtra successorem singularem, si eam habuit titulo lucratiuo,& aliter non:& contra illum, contra quem opponitur,& est in persona:& exceptio doli est perpetua. Sed actio competit à die, à quo dicit dolum illatum esse vsque ad biennium, & non perpetuatur lit. contest. Et est speciale: quia spatio biennij tollitur, si post biennium non consulitur illi, cui dolus illatus est. Respondeo, aget actione rei vendicationis. Tertiò quid iuris, si interueniat in contractu? Ad eius euidentiam debemus scire, quòd alij sunt contractus bonæ fidei, alij stricti iuris. Bonæ

Tractat de materia doli.

Doli diffinitio.

Diuisio principalis contractuum.

fidei sunt xviij.vt insti.de actionibus.§. actionum bonæ fidei. Alij dicuntur stricti iuris, vt stipu.& dicuntur verè illi cõtractus bonæ fidei,eò quòd in eis bona fides requiritur,vt in aliis mala fides. Respondeo non:imò in omnibus requiritur bona fides.Sed illi dicuntur bonæ fidei , eò quòd in eis quædam veniunt de bono & æquo officio iudicis.Sed illi dicuntur stricti iuris,eò q in eis non veniunt nisi ea, quæ strictè exigit actio. Hoc præmisso quæro,si dolus interueniat in contractu , quid iuris?distingue:aut venit in contractibus bonæ fidei, aut stricti iuris.Si in contractu bonæ fidei,aut dolus dedit causam cõtractui,aut incidit in contractum. Si verò dedit causam contractui,ipso iure contractus nullus est,vtputà , ego non eram venditurus rem meam,& tu induxisti me ad vendendum per dolum:si non tradidi,non teneor tradere:& si tradidi , potero vendicare:quia præcesit venditio infirma , si secuta est traditio,vt sit infirmanda,& retractanda,secũdum Bulgar. Si verò dolus incidit in cõtractibus bonæ fidei,valet venditio:sed erit purgandus dolus actione descendente ex eo contractu:etiam si vnius nummi esset deceptio, Si verò dolus incidit in cõtractibus stricti iuris,siue detur causa contractui, siue incidat in contractum,valet vẽditio. Sed si ego petam,dabitur tibi exceptio doli contra me. Quæritur, nunquid dolo possit renuntiari?distingue:aut quis vult renuntiare dolo peracto,& tunc potest:aut futuro,& tunc non potest:illud enim nulla pactione fieri potest,vt futurus dolus per pactum remittatur. Item inutilis est stipulatio ratione tertiæ personæ.In hoc §. quæritur,vtrum tertia persona possit in cõtractũ deduci,eam obligando,siue ei acquirẽdo ? Et videtur quòd non:quia pacta inter alios acta debent tantùm nocere , vel prodesse paciscentibus,& non aliis, Sed ad huius euidentiã, vtrum possit deduci in contractũ?distingue:aut volumus deducere eam obligãdo: vt ecce,O P.promittis,quòd Ioan,dabit mihi decem?tu dicis promitto : certè nec iste P.tenebitur : quia promisit alienum factũ,& alienum factũ promittendo nemo regulariter obligatur:nec ipse Ioannes,cuius factum est promissum , tenebitur:quia de cõtractibus alienis neminem obligari certissima iuris regula est.Sed quomodo potest fieri quòd P.teneatur?certè vno modo,scilicet,per ista verba, facturum, & curaturum: vel,quòd faciet,& curabit, vel facere,& curare : quia non factum alienum, sed suum proprium promisisse videtur, Alio modo

An dolo possit renuntiari.

modo per pœnam legitimo modo appositã. Et quòd dictum est, quòd nemo promittendo factum alienũ regulariter obligatur, fallit tamen in certis casibus, vt in cautione de iudicio sisti. Item per ista verba, habere, licere. Item in stipulatione de rapto. Item in stipulatione ædilitia vel prætoria, vt insanũ esse seruum meum, vel non furem. Item in stipulatione rem pupilli saluam fore, vt in insti. de inuti. stipula. §. si quis alium in glo. Sed nunquid possumus deducere tertiam personam in contractum sibi acquirẽdo? vt ecce, O P. promittis mihi quòd Ioannes dabit mihi decem? hoc non valet: quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest, quia adinuentæ sunt stipulationes ad hoc, vt vnusquisque acquirat sibi, quod sua interest. Sed nunquid potest fieri, quòd iste P. teneatur? Respondeo quòd sic, per pœnam legitimo modo appositam: quia vera stipulatio, & sortes principales possunt poni quatuor modis. Vno modo sic, O P. si non dabis Ioanni centum, dabis ei nomine pœnæ x. hoc non valet. Secundò, si non dabis ei centum, dabis mihi nomine pœnæ decem, tunc valet. Tertiò, si non dabis ei centum vel non facies factum, dabis tu mihi decem nomine pœnæ, non valet. Quartò, si dico per verba, vice nomine: quia est casus, in quo possim stipulari Petro. Et quod dictum est, quòd alteri stipulari nemo potest, fallit in multis casibus notatis in præallegato titu. §. si quis alium. in glo. Item obedientiæ, si sit monachus, filius, vel seruus, qui stipulatur monasterio, domino, vel patri: & datur actio monasterio, patri, vel domino. Item fallit, quando stipulatoris interest: vt quia sit creditor, qui stipulatur creditori suo. Item si dominus stipuletur procuratori suo. Item si pubes stipuletur curatori suo: & in istis tribus casibus datur actio stipulanti. Item quando tutor stipulatur pupillo. Item si pater stipulatur filio suo. Item si curator stipulatur furioso. Item si actor vel syndicus stipulatur vniuersitati. Item si procurator stipuletur domino præsenti: & omnibus istis casibus datur actio illi, cuius nomine stipulatio facta est. Tamen videtur innuere hoc litera hîc posita, quæ dicit, Si procurator domino absen. & actio detur domino; nõ est tamẽ verũ, imò datur actio procu. quã actionẽ tenetur cedere dño: sed quippe dicitur. rñdeo ideo dicitur. Item, quia valet stip. sed actio datur procu. quã posteà tenetur cedere dño. Sunt tñ certi casus, in quibus datur actio dño, vt mô dixi proximè, si procu. fuit stipulat⁹ dño pñti, vel sup re sua absenti.

HIC INCIPIT TRACTATVS,

De Renuntiationibus.

DEfensiones, exceptiones, & beneficia à legibus sunt quædam in fauorē, quædā in odium introducta: vnde cōtingit, quod illæ personæ, pro quibus, vel quarum occasione introducta sunt, illa iuuantur, ne teneātur de illis obligationibus, quas fecerint. verùm quāuis regulariter tradatur, quòd licitum sit renuntiare his, quæ pro se introducta sunt. Aliquæ tamen sunt defensiones, exceptiones, & beneficia, quibus renuntiari non potest: & si renuntiatur, renuntiatio non impedit, quominus ipsa beneficia, & exceptiones opponi possunt. Aliquæ verò sunt, quibus renuntiari potest, vt renuntiatio facta tenet: & illæ personæ, quæ ante renuntiationem per ipsa beneficia iuuabantur, renuntiatione facta posteà non iuuantur. Aliquæ sunt, quibus quo ad quid renuntiari potest, & quo ad quid non. Est enim de singulis videndum: & primò de illis, quibus renuntiari non potest.

Quibus beneficijs renuntiari non potest.

BEneficium Macedoniani senatusconsulti competit filiofamiliàs, qui pecuniam mutuo accepit sine patris volūtate: & non solum cōpetit ei interim, dum est in potestate patris. Verùm etiā postquàm factus est sui iuris: & etiā cōpetit hæredi ipsius filiifamiliàs, & eius fideiussori: & huic beneficio, quod introductum est in odium fœneratorum, renūtiari non potest. Bneficium restitutionis in integrum cōpetit minoribus toto tempore minoris ætatis: & etiam eo finito infra quadriennium continuum, si in minori ætate decepti fuerint eorum facilitate, vel aduersarij calliditate: Et huic beneficio nō potest renuntiari, quia eo ipso deciperetur, si renuntiaret minor. Beneficium, vt quis condemnetur inquantum facere potest, & non vltrà, id est, habita ratione ne egeat, competit marito, & eius patri, quando conuenitur àb vxore: & cōpetit vxori, & eius patri, quando conuenitur à viro. Item cōpetit patrono, quando conuenitur à liberto. Item competit socio, quando conuenitur à socio. Item cōpetit patri, quando conuenitur à filio

à filio, vel à filia: & huic beneficio non potest renuntiari. Beneficium quoddam est, quod dicit, ne liber homo ob æs alienum obligetur, id est, pignoretur: & tunc beneficio renũtiari non potest: quia hæc renũtiatio esset dãnosa, & cõtraria libertati. Beneficiũ seu priuilegiũ fori, quod cõpetit forensi, dicit, ꝙ reus debet cõueniri sub iudice: quia actor forũ rei sequitur, & nõ reus forũ actoris, nisi in quibusdã casibus: & huic priuilegio fori solo pacto nõ renũtiatur: Sed ad hoc, vt reus possit etiam alibi, quã in suo foro cõueniri, promittet solutionẽ facere, vbicunque fuerit petitum ab eo: quia ibi tenetur solutionem facere, vbi cõuenit. Beneficiũ seu priuilegium fori quod cõpetit clericis, dicit, ꝙ clericus de iure cõmuni subiectus sit iudici seculari per priuilegiũ: tamen potest declinare, & dicero, quòd velit tantũ coram suo episcopo conueniri: & huic beneficio de iure canonico nõ renũtiatur: quia est introductũ in fauorẽ totius cleri, & non alicuius clerici singularis. Exceptio non numeratæ pecuniæ, siue non traditæ, vel redditæ rei, aliquãdo cõpetit infra duos annos, aliquando infra xxx. dies, aliquãdo infra vnũ annum, aliquando infra tres mẽses. Ecce enim debitor, qui cõfitetur se mutuo pecuniã accepisse, quam nõ recepit, potest opponere exceptioni nõ numeratę pecuniæ infra duos annos à die cõfessionis factæ. Creditor verò, qui cõfessus est sub spe futuræ numerationis creditum accepisse à debitore, habet exceptionem non solutæ pecuniæ, infra xxx. dies. Maritus autem, qui cõfessus fuit sub spe futuræ numerationis dotem accepisse, habet exceptionẽ non numeratæ dotis, quæ est opponenda infra annum post solutum matrimonium: & hoc, si matrimonium durauit minus duobus annis: vel est opponenda infra tres menses, si matrimoniũ durauit plus duobus annis, sed minus decennio. Et prædictis exceptionibus non potest renuntiari: & si renũtiatio non impedit, quominus infra dicta tempora opponi possit. Veruntamen in hoc prodest renuntiatio: quia si non esset facta renuntiatio, debeat probare aduersarius confitentis se pecuniam ipsam soluisse. Et postquàm facta est renuntiatio, incumbit confitenti, & renuntianti probare pecuniam non esse solutam. Et ita renuntiatio conuertit onus probationis in renuntiantem. Lex illa rubri. & nigri tituli Codicis, Ne fideiussores, vel mandatores dotium dentur, prohibet fideiussorem dari pro dote restituẽda in euẽtu restituẽdæ dotis. Vnde licet quidã faciant

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ.

in huiusmodi instrumentis fideiussorem renuntiare rubro & nigro tituli Codicis, Ne fideiussores vel mandatores dotium dentur, ipsa tamen renuntiatio non valet: quia talem fideiussorem dari prohibetur à lege: & illud, quod fit contra legem, pro infecto debet haberi. Sed hoc viso, videamus de beneficiis illis, quibus renuntiari potest, & quorum renuntiatio impeditur, ne ipsa beneficia opponere possint.

Quibus beneficijs potest renuntiari.

EST quoddam beneficium, quod vocatur noua constitutio, de pluribus reis debendi, id est, de pluribus debitoribus: quæ cōstitutio dicit, quòd si plures fuerint rei debendi, hoc est plures debitores. Dicitur enim reus à re, quam debet. Omnes, qui sunt idonei ad soluendum, habent beneficium diuisionis: quia potest dicere vnusquisque, quòd pro sua parte tantùm tenetur. Sed ad hoc, vt vnusquisque teneatur insolidū, duo necessaria sunt, scilicet, quòd promittant, & se obligent insolidum, & renuntient dicto beneficio, scilicet, beneficio nouæ constitutionis, & de pluribus reis debendi. Epistola diui Adriani est quædā lex, cuius beneficium cōpetit pluribus fideiussoribus. Et dicit, quòd si plures fideiussores sint idonei ad soluendū, debeat vnusquisque conueniri pro parte sibi contingente, id est, pro rata. Sed ad hoc vt vnusquisque teneatur insolidū, renuntiet beneficio epistolæ diui Adriani. Est quoddam beneficium nouæ constitutionis, quod competit soli fideiussori, seu fideiussoribus: quod quidē dicit, quòd si principalis & fideiussor ambo, videlicet, sint idonei ad soluendum, debet primò cōueniri principalis, quā fideiussor. Sed ad hoc, vt fideiussor possit, quandocunque voluerit creditor, conueniri, renuntiet beneficio nouæ constitutionis, de fideiussoribus. Et nota, quòd quandocunque tres vel plures principales, principaliter, & insolidum se obligant, habent locum sibi omnes prædictæ tres renuntiationes, & debent poni hoc modo: Renuntiantes nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio: vnusquisque enim intercedit pro altero, quando se obligat vltra partem sibi contingentem. Condictio indebiti dicit, quòd si aliquis indebitè soluit: vt quia nō tenebatur soluere, potest illud repetere: & huius conditionis beneficio bene renuntiatur. Condictio sine causa dicit, quòd si aliquis

quis ab initio obligatus est sine causa, vel ex iniusta causa, non tenetur:& huic beneficio potest renuntiari, nisi fieret propter dolum. Exceptio doli mali est, quòd aliquis dicat se dolo, vel calliditate alicuius inductum esse: & huic exceptioni ob dolum præteritum potest renuntiari. Est beneficium fori, quod competit scholaribus. Scholaris enim, qui Bonon. moratur, subiectus est iudici Bonon. de iure communi, eò quòd Bonn. habitat: sed per priuilegium potest recusare, & dicere quòd velit coram suo doctore conueniri: & huic beneficio potest renuntiari. Est beneficium, quod dicitur conditionis incertum, quæ habet locum, quando aliquis institutus hæres rogatus est hæreditatem, vel certam partem alteri restituere: vel quando aliquis institutus est hæres, & si ipse decesserit sine liberis, substitutus est ei alius: qui substitutus habet ius in ipsa hæreditate, eò quòd adueniente conditione, debet in eum venire hæreditas. Et hoc tale fideicommissum dicitur incertum conditionis: quia incertum est an ipse institutus decedat sine liberis: & huic conditioni potest substitutus renuntiare. Beneficium iuris hypothecarum competit vxori de bonis viri: quia omnia bona mariti tacitè sunt obligata vxori pro dotibus suis: & huic beneficio potest vxor renuntiare, & viro, & cōtrahentibus. Si tamen certificetur mulier, quòd illud beneficium competit sibi: & dicatur ei expressim, quid in eo continetur. Debet mulier semper certificari de iure suo: quia licitum est mulieribus ignorare iura. Item prædictum beneficium iuris hypothecarum competit creditori, si bona debitoris sui sunt ei expressè vel tacitè obligata: & huic beneficio potest creditor renūtiare. Beneficiū Velleiani senatusconsulti cōpetit mulieribus intercedētibus seu se obligātibus pro alio. Et dicit illud beneficiū, quòd si mulier fideiubet, vel pro alio se obligat, non tenetur regulariter, & huic beneficio potest renuntiare, si de eo certificetur mulier. Et nota etiam quòd quando mater recipit tutelam filij, vel aliam tutelam nepotis, debet renuntiare secundis nuptiis, & beneficio Velleiani senatusconsulti. Cæterùm videndum est de illis beneficiis, quibus quo ad quid renuntiari potest, & quo ad quid non.

Quibus beneficijs quo ad quid potest renuntiari, & quo ad quid non.

Est quoddam beneficium redhibitoriæ, quod competit illi, qui ignorans emit rem morbosam, vel vitiosam. Ex hoc enim beneficio emptor potest agere contra venditorem, vt reddat sibi pretium, & accipiat rem: & hæc redhibitoria competit infra sex mẽses. Item est aliud beneficium, quod appellatur quãto minoris, quod dicit, ꝙ si aliquis emit animal, vel rem vitiosam, quã nesciebat vitiosam esse, potest agere contra venditorem petendo illam partem pretij reddi sibi, quam nõ dedisset, si sciuisset illud animal adeò vitiosum: & hoc beneficium competit infra vnum annum. Et beneficio prædictarum actionum potest emptor renuntiare: & renuntiatio prodest, si venditor rei morbum illum vel vitium ignorabat: si autem sciuit, & illud subticuit, nec emptorem certificauit, ratione doli non valet renuntiatio prædictarum actionum. Est quoddam beneficium, ne quis vocetur in ius diebus feriatis: aliquando tamen contingit, quòd potest renuntiari feriis, & diebus feriatis, & aliquando non. Nam si dies feriati sunt ratione messium, & vindemiarum, vel voluntate litigãtium, potest ipsis feriis renuntiari. Sed si sint feriati in honorem Dei, vt dies Paschæ, & Natalis Domini, & Circuncisionis, & dies Dominici, non potest renuntiari: quia pacto priuatorum reuerentia diuini Numinis remitti non potest. Et hæc de renuntiationibus dicta sufficiant. Igitur viso de contractibus, & contractuum partibus, & diuisionibus, superest de pactis videre.

INCIPIT TRACTATVS. De renuntiationibus.

QVantum ad istã Rub. habemus videre quid sit renuntiatio, diffiniendo: & dico quòd renuntiatio est iuris beneficij auxilij à lege permissi vel sibi competentis remissio.

PRæsens titulus continuatur ad superiora ista forma: Nos suprà vidimus in præcedenti tit. §. finali, quòd stipulationes redduntur inutiles multis de causis. Sed quia nedum modis supradictis stipulationes redduntur inutiles, sed etiã quan

quandoque redduntur inutiles,nisi renuntiationes apponantur,meritò hîc de renuntiationibus subinfertur.Hoc appertè ponit rubrica,cùm dicit,de renun.&c. Ad euidẽtiā istius titu. Iste titulus in quatuor partes diuiditur principales.Nam in prima parte ponit quoddā præambulū generale ad totū titu. In secunda parte quædam beneficia,quibus renuntiari nō potest.In tertia parte ponuntur quædā beneficia,quibus renuntiari potest:& si renuntiatur,renuntiatio facta valet.In quarta parte ponuntur quædam beneficia,quibus renuntiari potest quo ad quid,& quo ad quid renuntiari nō potest,scilicet, pro parte sic,& pro parte non.Prima pars incipit ibi in prin. titu.& durat vsque ad §.Macedonianum beneficium.Ibi pars secunda,& durat vsque ad §.sed hoc viso.Ibi pars tertia,& durat vsque ad §.cæterùm videndum est.Ibi pars quarta & vltima,& durat vsque ad finem tituli. Vnde veniamus ergo ad primam partem,quæ incipit defensiones,&c. Ad euidentiam istius primæ partis volo videre quid est defendere diffiniendo,& quid exceptio diffiniendo,& quotuplex est exceptio diuidendo,& quid est beneficium. Secundò volo videre vnam diuisionem beneficiorum.Ad primum,quid sit defendere?& dico quòd defendere est vicem domini subire,vel facere id, quod dominus in propria lite faceret.Sed videamus,quid est exceptio?dico ꝙ est duplex.s.exceptio iuris,& exceptio facti. Sed quid est exceptio iuris?dico ꝙ est actionis exclusio. Sed quid exceptio facti?dico quòd est defensio rei cōtra intentionem principalis actoris. Sed de istis exceptionibus nihil ad præsens,quoniam in nono cap.de iudiciis ibi ad plenum dicitur,in rubrica de exceptionibus. Sed quid est beneficium? certè beneficium est,quod in alterius fauorem vel odium introductum est. Et per hoc possumus notare,quòd beneficium aut introducitur in fauorem,vt nunc patebit in secunda parte nostri tituli:aut introducitur in odium , vt patebit in tertia parte nostri tituli. Modò videamus diuisionem beneficiorum,quæ talis est:Beneficiorū aliqua sunt introducta in odiū tantùm,alia in fauorem tantùm,aliqua in odium & in fauorem simul. Sed primò videamus de his , quæ sunt in odium tantùm. Et primum beneficium est Macedonianum : Circa quod dicam. Primò,à quibus fuit introductum , & quare sic appellatur. Secundò, quibus competat . Tertiò , quid dicat. Quartò,quot sunt necessaria. Quintò,ex quibus causis ces-

Defendere quid est.

sat. Sextò, an ei posit renuntiari. Ad primum: certè fuit introductum à Senatoribus vrbis Romæ, qui erant centum numero, & prouidebant vrbi Romæ, & fecerunt legem in odium Macedonis. Et dixerunt, quòd filiifamilias non teneátur de pecunia mutuata. Secundò, quibus competat? Resp. filiis pecuniam mutuo accipientibus sine consensu patris interim, dum in potestate sunt. Item competit hæredibus, & fideiussoribus suis: quia eadem defensione defenditur fideiussor, qua defendítur principales. Tertiò dicit, quòd si filiusfa. accipit pecu. mutuo sine consensu patris interim, dum est in potestate, quòd non teneatur. Quartò, quot sunt necessaria, vt competat? certè quinque. Primò, quòd sit filiusfam. Secundò, quòd accipiat pecuniam mutuo. Tertiò, quòd accipiat ex causa mutui. Quartò, quòd accipiat sine consensu. Quintò videamus quibus ex causis cesset? certè omnibus causis, quibus cõpetit, à contrario sensu cessat. Sextò, potéstne renuntiari huic beneficio? certè non: quia est odiosum.

De beneficio restitutionis in integrum, & quibus competit. Rub.

Beneficium restitutionis in integrum, circa quod dicam. Primò, quibus competat. Secundò, quid dicat. Tertiò, an ei posit renuntiari. Quartò, formabo aliquas quæstiones. Ad primum, quibus competit? Respon. minori læso vel decepto sui simplicitate, vel decepto sui aduersarij calliditate. Item competit fideiussori, & hæredibus. Secundò, dicit quòd si minor contrahit, & est déceptus, potest petere restitutionem pro tempore suæ minoris ætatis: & ea finita vsque ad quadriennium, vt diximus in titu. de inutilibus contractibus ratione personarum, in §. veruntamen. Tertiò, an ei posit renuntiari? Respon. non, quia eo ipso iure videtur deceptus: sed nunquid potest remittere per pactum, quòd non petat restitutionem? Respon. quòd non: sed illud, quod deberet reduci, in pactum vel remitti, debet reduci in formam sacramenti: quia forma sacramenti ad tria operatur, vt dixi in instrumento venditionis factæ à minore. Quartò, quæritur, si iudex pronuntiauit aliquẽ minorem restitui debere, & ipse non vult vti restitutione, nũquid cogitur? certè nõ: quia quod in

In eius fauorem introductum est,in eius læsionem,vel incõmodum torqueri non debet.Sed quid si denegata fuit ei restitutio per sententiam,nunquid iteratò sibi denegatur? Respõ. sic.Sed quid debebit facere minor? Respon.debebit appellare à sententia.Et ideo,vtrum minor possit restitui aduersus sententiam?distingue:aut petit restitutionem aduersus sententiam,& tunc nõ potest,nisi vellet allegare allegationes, quas omisit.Si verò vult petere restitutionem:vt infra tempus appellandi petere potest restitutionem.Sed quid si semel fuit concessa? adhuc conceditur : Verbigratia , Quidam minor fuit ab aliquo hæres institutus,ipse adiuit hæreditatem,posteà petit restitutionem,vt non adiret: & fuit ei concessa officio iudicis,posteà vult petere,vt adeat:certè conceditur , nisi in casu,vtputà filius meus infans fuit hæres ab aliquo institutus:ego adiui hæreditatem nomine suo , quod facere possum:ipso facto pubere adiuit hæreditatem,posteà petit restitutionem,vt non adeat:certè non debet concedi , licet dicatur,Restitutio semel concessa,iterum concedatur : quod hîc esset vituperium patri.

De beneficio,vt quis condemnetur, &c. Rubr.

Beneficium vt quis condemnetur inquantum facere potest.Istud est aliud beneficium in odium introductum.Ad cuius euidentiam quatuor sunt videnda. Primò, vtrũ debitor possit conueniri à creditore:& si potest,an in totum, an pro parte,dando regulam quandam.Secundò , videre casus exceptuatos à regula,dicendo,Quibus competit istud beneficium,contra quos,& ad quid.Tertiò,qualiter sunt intelligẽda illa verba,ne egeat . Quartò & vltimò an huic beneficio possit renuntiari. Ad primum,scilicet, an creditor possit conuenire debitorem suum in totum,an inquantum facere potest,dando regulam? & dico quòd creditor potest cõuenire debitorẽ suũ in totũ,& non in quantũ facere potest:& ratio est,quia inopia debitoris non debet obesse creditori:& regula talis est,quòd creditor potest debitorem suum cõuenire,& ipsum facere detrudi in cerceres,nisi coram iudice more solito cedat bonis. Ad secundum princ.membrum.s. videre casus exceptuatos à regula,in quibus creditor non potest conuenire debitorem suum,nisi inquantum facere potest,dicendo,

cendo, quibus competit, contra quos, & ad quid: & dico, quòd competit vxori contra maritum: nam si vxor mutuauit marito centum, & ipse nō potest reddere nisi quinquaginta, ipsa non potest maritum conuenire vltra illa quinquaginta, & ratio est: quia vxor non debet illum videre mendicare, quem semper pectus habet tolerare. Competit marito contra vxorem & patrem vxoris, & contra omnē personam dantem dotem nomine vxoris: & quod dico de dote, intelligitur de alio contractu. Sed quid de hæredibus? distinguo: aut hæredes sunt extranei, & tunc eis non competit istud beneficium, quia est beneficium personale: & beneficia personalia non extenduntur ad extraneos, vt Insti. de iu. nat. gen. & ciui. §. plebiscitum. aut sunt hæredes sui, scilicet, descendentes, & non refert vtrū sint nati de eodem patre, & matre simul: vel de eodem patre solùm, & tunc istud beneficium datur istis hæredibus, non vt hæredibus, sed tanquam descendentibus. Et hoc est verum, quando mulier agit actione pro dote, vel alia actione, præterquàm quando agitur nomine legati: quia tunc ipsi hæredes tenentur soluere in totum, nec possunt tale beneficium allegare, nec de tali legato desalcari, vt Instit. de legatis. §. sed si vxori. Competit etiam istud beneficium patri contra filium, & filio contra patrem: nam filius vult conuenire patrem, & econtrà, vltrà quàm facere potest: dico, quòd non potest, nec econtrá. Et ratio est: quia si filius careret alimentis, pater tenetur eum alere: & si pater careret alimentis, illud idem facere tenetur filius. Et intelligas de filio, vel filia, emācipato vel emancipata, non autem de eo, qui est in potestate ipsius patris: quia inter talem filium & patrem non nascitur obligatio. Et ratio est: quia vna & eadem persona patris & filij præsumitur de iure ciuili. Competit etiam liberto contra patronum, & patrono contra libertum, vt non debeant se adinuicem conuenire, nisi inquantum facere possunt propter rationem superius allegatam de patre & filio, scilicet, quòd si filius careret alimentis, pater ipsum alere tenetur, & econtrà: ita intelligas de patrono & liberto. Competit etiam istud beneficium vni socio contra alium socium ex causa societatis, non autem ex alia causa: vt si sunt duo socij vel plures, & vnus ex causa societatis mutuauit ei centum, vel alio modo contraxit, causa supradicta non possunt se adinuicem conuenire, nisi inquātum facere possunt. Et ratio est: quia societas

cietas obtinet vim fraternitatis. Sed quid de fratribus, nunquid fratres possunt istud beneficium insimul allegare? certè non. Sed posses tu dicere: Tu dicis, quòd societas obtinet vim fraternitatis. Istud beneficium competit vni fratri contra alium, quemadmodum vni socio contra alium socium: dico quòd istud, quod tu dicis esse verum, si beneficium daretur ratione personæ: Sed istud beneficium datur solùm ratione contractus, ergo fratribus non competit istud beneficiũ: & ista ratione denegatur multis personis: quibus videbatur esse dandum. Nunc quæro, vtrum successoribus sociorum de eadem societate detur istud beneficiũ? & dico quòd sic: quod secus esset in hæredibus, quia in hæredibus non datur beneficium istud, sicut in hæredibus cæterorum, nisi in vno casu, scilicet, in hæredibus mariti contra vxorem. Ad tertium principale membrum, videlicet, qualiter sunt intelligenda illa verba textus, habita ratione ne egeat? & dico quòd hoc relinquitur iudicis arbitrio: nam iudex habet qualitatem inspicere personarum, & industriam, & eorum bona, & facultates, vt in hoc exemplo: Quidam nobilis contraxit matrimoniũ cum quadã rustica: quia ille nobilis nihil habebat, illa rustica dedit ei magnas dotes, scilicet, duo milia, vel plus, vel minus, secũdũ quod potuit: modò ille nobilis moritur, & remanserũt filij ex illa vxore: modò accidit ipsa nolẽs stare frustra, vult ad secũdas nuptias cõuolare, & petit dotes suas totas: et si haberet dotes suas totas, nihil filiis suis remaneret: modò debet cõsiderari, videlicet, quot hæredes sunt: & si sunt tres, vel plures, vel pauciores, & si habẽt artẽ, vel nõ, & habẽt tria milia, modò iudex habet inspicere, si isti hæredes darẽt duo milia matri suæ, vtrũ possent se sustẽtare de vno solo miliari? & dicendum est quòd non: & tunc præsumo, quòd nesciant artem: quia si scirent artem, bene possent se sustentare: & tunc dat eis miliare, vt possint sustentare personas suas: tamen prædictæ personæ, quando venirent ad pinguiorem fortunam, scilicet, ad statum, in quo possent soluere, tenẽtur soluere. Ad quartum & vltimum membrum principa. vtrũ huic beneficio possit renuntiari? & dico quòd non. Et si renuntietur, dico quòd renuntiatio non valet, nec tenet: quia esset cõtra bonos mores. Sed posset aliquis quærere, ego video tota die contrarium: nam quando sunt socij, qui contrahunt adinuicem, ipsi renuntiant tali beneficio, ergo possunt huic beneficio

neficio renuntiare solo modo.nam quandoque istud beneficium est introductũ ratione contractus,vt in societate: nam ibi non datur ratione personarum,sed ratione contractus: & tunc argumentum tuum valet:quia talis renuntiatio fieri potest.Quandoque istud beneficium non datur ratione contractus,sed ratione personarum, vt in patre & filio, in aliis casibus supradictis,& tunc huic beneficio renuntiari non potest. Et hæc de isto beneficio dicta sufficiant.

De beneficio, ne liber homo ob certitudinem obligetur,& vtrum liber homo possit alienari. Rubrica.

BEneficium,ne liber homo,&c. Quæritur,nunquid liber homo posſit alienari?certè nõ: quia hoc esset contra bonos mores, nisi in duobus casibus,in quibus permittitur alienari,si interueniant illa quinque,quæ debent interuenire de iure ciuili.Secundus,vt si pater vellet alienare filium propter necessitatem famis.

De beneficio fori,quod competit forensibus. Rub.

BEneficium fori,quod competit forensibus. Ad euidentiã huius §.volo quærere quinque. Primò, quot modis accipiatur forum in iure,& quid est forum secundum modum nostrum acceptum,& quare appellatur forum, & quomodo in loco nostro accipiatur,siue in casu nostro. Secundò,quando habet locum illud beneficium fori,quibus competit,contra quos,& ad quid,quandam iuris regulam exhibendo.Tertiò,videre casus exceptuatos à regula.Quartò,an huic beneficio posſit renuntiari Quintò,videre vnum bonũ consilium. Ad primum principale membrum,scilicet,quot modis accipiatur forum in iure?& dico quòd sumitur multis modis,quandoque sumitur pro foro,in quo venduntur animalia.Secundò,forum dicitur locus,in quo lites agitantur:& tunc sic diffinitur,Forum est exercendarum litium locus: & dicitur forum,à fando:quia diuersi ibi diuersa loquuntur: aliqui enim loquuntur in agendo, aliqui in defendendo: & sic de cæteris actibus iudicialibus.Tertio modo sumitur forum pro bursa,& etiã forulus: vnde quidam versiculus grãmaticalis dicit,Marsupium forulus,&c.& istis tribus modis non

Forũ quot modis accipiatur.

accip

accipitur hîc forum. Quarto modo sumitur forum pro iurisdictione: vt iste est de iurisdictione Bono.& isto modo accipitur forum in loco nostro. Sed quomodo potest quis esse de iurisdictione alterius?certè potest esse tribus modis. Vno modo ratione originis propriæ vel paternæ:vt quia ego vel pater meus sum natus in Bononia: ideo sum de iurisdictione Bonon. Secundo modo quis fit de iurisdictione alterius ratione domicilij:vt quando ego habito in aliqua ciuitate, & tunc ratione habitationis & domicilij efficior illius iurisdictionis. Tertio modo ratione fortunarum:vt quando est quis in Bono, mercator,& efficitur diues,tunc efficitur de iurisdi. Bonon.propter illas diuitias. Qui modi infrà melius apparebunt,quādo prouerbialiter dicitur, Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Ad secundum principale membrum,scilicet,quando habet locum beneficium fori,quibus competit, contra quos, & ad quid dando quandam regulam? & dico quòd istud beneficium habet locum,quando forensis non cōuenitur sub suo iudice:vt quia Bonon.vult conuenire Florē. sub iudice Bono.modò istud beneficium habet locum, vt dicat Florentinus,volo conueniri sub iudice Floren. Sed quibus competit?certè competit cuilibet forensi, qui vult conueniri sub suo iudice,& conuenitur sub alio. Competit eius fideiussori, si dedit:& etiam vero creditori. Sed contra quos competit?certè competit contra illum, qui ipsum conuenit forensem sub suo non iudice:& competit etiam contra suos hæredes,& generaliter contra omnes alios volentes conuenire forensem non sub suo iudice.Sed ad quid competit istud beneficium?certè competit solùm ne forensis posit sub non suo iudice conueniri. Quia actor debet sequi forum rei,non autem reus forum actoris:quomodo autem quis sit de iurisdi.alterius,dixi suprà in primo puncto istius §. Ad tertium principale,scilicet, videre casus exceptuatos à regula, in quibus reus sequitur forum actoris contra regulam supradictam. Primus casus est ratione contractus, id est, vbi quis contraxit, Sed aliqui exponunt istud verbum, contraxit, isto modo, & melius: nam dicit, contractus, id est, mercationis: nam quando quis habet stationem, in qua facit mercationem:si tunc contrahit, obligatur ratione contractus:sed ad obseruandam primam exceptionem, scilicet, vbi quis contraxit.Sic distingue, aut iste, qui contraxit est

aducua

aduena: vt quia hodie stat in ista ciuitate, & cras in alia:& tunc ipse potest conueniri, vbi contraxit: quia durissimum esset mercatoribus tot locis posse conueniri, quot quis iter facit, aut nauigat. Aut non est forensis: vt quia stat in ciuitate mea, & habitat, & tunc dico quòd potest conueniri. Secundus casus est ratione quasi contractus: & datur exemplum in tutore & curatore: nam tutor & curator tenetur reddere ratione administrationis suæ: vt Institu. de tuto. & curat. §. fi. nam isto casu potest allegare beneficium fori, quòd debebat sub alio iudice conueniri, qui dedit ei authoritatem gerendi nogotia pupilli, vel adulti. Tertius casus est in delicto: nam si quis Florentinus, vel alius aduena, deliquit interficiendo, vel vulnerando, vel furando, vel malum aliud faciendo, tunc in illo loco, vbi deliquit, puniatur: nec potest allegare beneficium fori, quod cõpetit forẽsibus, dicendo q̃ velit sub suo iudice cõueniri. Quartus casus est ratione quasi delicti: & datur exemplum in interdicto de eiectis vel effusis: nam aliquis deiecit aliquid de domo sua, quod alteri nocuit, debet conueniri sub illo iudice, sub quo quasi deliquit: & non est audiendus, si vellet allegare beneficium fori. Quintus casus est ratione matrimonij: nam si mulier Florentina contrahit matrimonium cum aliquo Bono. illa vxor est de iurisdictione mariti: nam vxor sequitur forum mariti, non autem maritus forum vxoris, vt quotidie videre possumus per exempla. Nam si aliqua Comitissa accepit aliquem hominem ignobilem, statim amittit nomen Comitissæ. Quod secus est econtra: nam si aliquis Comes acciperet aliquam ignobilem, statim Comitissa appellatur: ergo si aliquis conueniret talem mulierem, & vellet allegare beneficium fori, non esset audienda Sextus casus est ratione communis patriæ: nam debitor & creditor erunt ambo in ciuitate Romana, & creditor vult conuenire debitorem suum in ciuitate Romana, & ipse allegat beneficium fori, vt conueniatur sub suo iudice: modò non potest tale beneficium allegare ratione communis patriæ, quia Roma est omnibus communis patria: sed bene posset ita allegare beneficium creditor, sicut debitor. Septimus casus est ratione destinatæ solutionis: vt quia dixit debitor, Promitto tibi soluere istam pecuniã in ciuitate Mediolani: modò volo ipsum conuenire in ciuitate Mediolani, & ipsa allegat beneficium fori, quòd vult sub suo iudice conueniri: modò non est

est audiendus, eò quòd promisit solutionem facere in illo loco. Octauus casus est ratione personæ:& datur exemplum in scholari,& muliere,& milite, & clerico. Nam scholaris debet conueniri sub doctore, vel sub rectore suo:& si vellet beneficium fori allegare, dicens, quòd vult sub suo iudice conueniri, quia forensis, non est audiendus. Idem dico de milite: nam miles debet coram magistro militum conueniri, quod hodie non est in vsu:nam si quis conueniret militem corã magistro militum,& ille allegaret beneficium fori, dicens quòd vellet coram suo iudice conueniri, tunc non est audiendus. Et idem dico de clerico:nam si aliquis conuenit clericum sub suo Episcopo,& ipse allegaret beneficium fori, quòd velit cõueniri sub suo iudice:quia forensis, non est audiendus. Multi enim sunt casus, in quibus reus sequitur forũ actoris: sed eos causa breuitatis omitto, quoniam ipsos habes in nono cap. de iudiciis. sub Rubri. quem iudicem actor adire debet.& ibi ad plenum. Ad quartum prin. membrum, scilicet, an huic beneficio posſit renuntiari? & dico ꝙ non:& ratio est, quia cõsensus priuatorum non tribuit iurisdictionem:nam iniquũ esset, quòd vna priuata persona tribueret iurisdictionẽ alicui:quod esse non debet. Sed qui possunt dare iurisdictionem,& qui nõ, habes in nono capi. summæ nostræ sub Rubri. qui possunt, & qui non possunt iudices esse:& ibi ad plenũ. Ad quintũ & vltimum prin. mẽbrũ, scilicet, videre vnum cõsiliũ:& consiliũ est tale, quòd debemus solutionẽ nobis facere promittere specialiter in quibusdam locis,& postmodum generaliter in omni loco:quia non est nouum apud Burgarum, vt aliquibus specialiter numeratis, subsequatur clausula generalis, vt in hoc exemplo: Et promisit mihi dictam pecuniã in ciuitate Imolæ,& Fauẽtiæ, Mutinæ, Ferrariæ,& in omni loco, terra,& mercato, in quibus creditor petierit ab eodem. nam per talem promiſsionem specialem & generalem ipse debitor tenetur soluere vbique locorum, in quibus creditor peteret quod secus est, si debitor promitteret tantùm generaliter:quia tunc, non obstante tali generalitate, posset allegare beneficium fori. Et per hoc consilium possumus notare, quòd id, quod non potest fieri directò, potest fieri per obliquum: vt Instit. de dona, §, si tamen huic beneficio renuntiari non potest directò, sed per quoddam obliquum renuntiatur in præsenti consilio: & hæc de isto beneficio dicta sufficiant.

O

De beneficio fori, quod competit clericis. Rubrica.

BEneficium seu priuilegium fori, quod competit clericis. Ad euidentiam istius §. volo quærere duó. Primò, quando habet locum istud priuilegium fori competens clericis, quibus competit, contra quos, & ad quid formando aliquas quæstiones. Secundò, an huic beneficio posſit renuntiari. Ad cuius euidentiam volo quærere, quādo habet locum istud beneficium fori, quod competit clericis? & dico quòd habet locum, quando clericus, vel alter pro eo, conuenitur à creditore suo, vel ab alio pro creditore sub iudice seculari. Sed quibus competit? certè competit omnibus clericis, etiam in minoribus ordinibus constitutis, & eorum necessariis creditoribus, & etiam procuratoribus, si procuratores vellent se defendere: etiam cōpetit eorū fideiuſ. si fideiussores dederunt. Sed contra quos competit? certè contra creditores trahentes debitores clericos non sub suo iudice. Etiam competit contra eorum hæredes, & contra procuratores eorum, si procuratores agere volunt. Sed ad quid competit? certè ad vnum solum, scilicet, vt clerici conueniantur sub suo iudice spirituali, non autem sub iudice seculari. Exempla omiſi: quia satis clarè & breuiter poni poſſunt. Modò volo formare aliquas quęstiones, quarum prima talis est: Ponamus quòd clericus fuit citatus à iudice seculari, & quòd dico de isto, ita intelligamus de aliis. Quæritur, vtrum coram isto iudice debet comparere? & aliqui ignorantes dicunt quòd non: quia ipse iudex non potest sibi clerico nocere, ex quo non tenetur litigare coram eo. Sed dicatis & melius quòd comparere debet: ratio est, ne videatur contemnere iudicem: aliâs, si non compareret, iudex procederet contra eum tanquam contra contumacem. Secunda quæstio talis est: Quæritur, si iudex facit clericum conuenire, non obstante beneficio clericorum iudex processit contra eum, quæ pœna imponitur iudici, vel creditori? dico quòd olim creditor cadebat à iure suo, tamen hodie actor cadit à iure suo, & iudex repellitur ab officio iudicandi, & efficitur infamis, & eius iudicatum non tenet. Tertia quæstio talis est: Quæritur, si ipse clericus spontè stetit in iudicio coram iudice seculari, vel nō fuit recordatus allegare beneficium suum, quid

quid iuris?& dico quòd si esset lata sententia, non valet: quia ipsa sententia ipso iure videtur nulla: tamen creditor adhuc de nouo poterit agere contra illum clericum, ex quo primò non allegauit beneficium. Quarta quæstio talis est: Ponamus quòd iudex secularis agit contra clericum in iudicio criminali:vt quia ille clericus interfecit hominem, vel vulnerauit,vel furatus fuit: modò dico, quòd iudex secularis potest procedere contra eum clericum, ipsum condemnans ad perpetuos carceres,scilicet, ad panem & ad aquã,vel pœnam aliam imponendo,quod secus esset in crimine hæresis: nam potest iudex secularis contra clericum procedere,ipsum condemnando ad ignem:Posteà mittendus est ad Episcopum, & Episcopus habet ipsum degradari,id est,remouere à sacris ordinibus:& ipso degradato, eum remittat ad iudicem secularem,igni illum clericum traditurum: Et ratio est,quia istud crimen post mortem intentatur. Ad secundum princi. membrũ,scilicet,an huic beneficio possit renuntiari? & dico quòd non: quia istud beneficium est introductum in fauorem totius cleri,& non alicuius clerici singularis: & si posset renuntiari,tunc minor præiudicaret maiori:quod esse non debet. Nam vnus clericus minor præiudicaret suo Episcopo: quod esse non debet. Et hæc de isto beneficio dicta sufficiant.

De beneficio exceptionis non numeratæ pecuniæ. Rubrica.

EXceptio non numeratæ, siue non traditæ, vel non redditæ rei, &c. In hoc beneficio examinantur tria beneficia, scilicet, beneficium exceptionis numeratæ pecuniæ. Circa quod dicam primò, quibus competit. Secundò, quid dicat. Tertiò, infra quantum tempus competit. Quartò, qualiter & quomodo sit opponenda. Quintò, an ei possit renuntiari. Ad primum, quibus competit? & dico quòd competit omnibus confitentibus pecuniam habuisse, vel quid aliud consistens in numero, pondere, vel mensura ex causa mutui, quam de rei veritate non habuit. No. confitentibus,scilicet,quòd instrumentum sit in consimilibus dictatis,scilicet,quòd dicatur,talis fuit cõtentus & confessus habuisse & recepisse ex causa mutui centũ:secus,si dice-

retur, talis dedit, & numerauit: quia tunc probat numerationem, & non haberent locum ea, quæ dicerentur. Ad secundũ, scilicet, dicit quòd si aliquis fuit cõfessus pecuniam habuisse, vel quid aliud sub spe futuræ numerationis, siue fiat publicũ instrumentum, siue manu sua scribat, non tenetur infra certa tempora: quia poterit allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ. De tertio, infra quæ tempora competat? olim opponebatur à die confessionis vsque ad quinquennium, hodie vsque ad biennium; vt Insti. de rerum diuis. §. fi. Nam ante biennium, extantibus illis literis, obligatur ciuiliter. Nam dicunt quidam, quòd illa, quæ erat primò ciuilis, per vim fit naturalis. Alij dicunt quòd biennium inducit naturalem. Sed nunquid poterit opponere exceptionem post biennium? quidam dicunt quòd non: quia est efficaciter obligatus. Alij dicunt ꝙ sic: sed conuertit onus probandi in ipsum post biẽnium, ante biẽnium habet probare. Sed quomodo probabit ipse post biẽnium, cùm sit mera negatiua: & mera negatiua directò non probatur? certè probatur ex coniecturis & argumentis, id est, ex præsumptionibus, putà, per socios, qui erant mecum tunc temporis, quando fui confessus: & audierunt ista verba, quomodo creditor dixit, ad præsens non habeo pecuniam: sed confitearis te habere, & venias huc tali die, & ego numerabo tibi. Item probabitur per testes, vel per scripturam publicam, quomodo ego, vel aduersarius meus fuimus tantum absentes, quòd in isto die non potuissemus esse in loco dic conditi instrumenti. Item per confessionem aduersarij, vt puta, quia creditor confitetur in iudicio me nil sibi debere faciendo sibi oppositiones in iudicio. Nam confessus in iudicio pro iudicato habetur, & nihil restat nisi diffinitiuam ferre sententiam. Quartò, qualiter est opponenda? per libellum in scriptis, siue creditor petat, siue non: & sufficit opponere solis verbis. Quintò, an ei possit renuntiari? certè non: sed quid si renuntiatio facta est? certè ante renuntiationem non habet debitor aliquid probare: quia renuntiatione facta debet probare creditor, quomodo debitor illam pecuniam nõ numerauit: quomodo autem probabitur, dixi in tertio membro.

Debe

De beneficio exceptionis non numeratæ dotis. Rubrica.

Exceptio non numeratæ dotis. Circa quod beneficium similiter quinque dicam, quæ dixi de exceptione non numeratę pecuniæ. Primò, quibus competit. Secundò, quid dicat. Tertiò, infra quātum tempus. Quartò, quomodò sit opponenda. Quintò, an ei posſit renūtiari. Ad primum: cōpetit omnibus confitentibus dotem habuiſſe, quā de rei veritate non habuerunt. Et nota, confitentibus, vt ſuprà dixi. Secundò, dicit quòd ſi aliquis confitetur dotem habuiſſe, quā de rei veritate nō habuit, quòd nō tenetur infra certa tempora. Tertiò, infra quātum tempus competit? diſtingue: aut matrimonium durauit minus biennio, aut plus biennio: ſed minus decēnio, aut plus decennio. Si verò matrimonium durauit biennio: & tunc eſt opponenda à die ſoluti matrimonij, vſque ad tres menſes: aut plus decennio, & tunc non poterit opponi: & imponitur ſibi ſilentiū temporis, niſi ab ea fuerit querimonia mota ante decennium: quia perpetuatur, niſi fuerit minor, qui contraxit nuptias. Sed quid ſi dicebat iſte minor, quomodo ſucceſſor petet reſtitutionem? & tunc aut eſt minor qui ſuccedit minori, & tunc habet annum: aut eſt minor, qui ſuccedit maiori, & tunc quandoque annum habet, quod ſecus eſt in aliis ſucceſſ. & reſtitutionibus minoris, vt ſuprà dixi in §. pubes. Quartò, quomodo ſit opponenda? certè in ſcriptis, vt dixi in exceptione non numeratæ pecuniæ. Quintò, an ei poſsit renuntiari? & certè non: quia quantumcunque renuntiatio interueniat, poterit opponere: ſed incumbit onus probandi in renuntiantem, vt ſuprà dixi.

De exceptione non numeratæ pecuniæ, vel non redditæ rei. Rubrica.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non redditæ rei. Circa quam quinque declarabo. Primò, quibus competit. Secundò, quid dicat. Tertiò, infra quantum tempus competit. Quartò, quomodo ſit opponenda: & dicam quoſdam ca ſus ſpeciales, quibus cōfeſsio ſtatim nocet. Quintò, an ei poſſit renūtiari. Ad primū cōpetit omnibus cōfitētibus pecu. ſibi

solutam, vel rem traditam esse, quæ de rei veritate non fuit tradita. No. confitentibus, vt suprà dixi. Secundò, dicit quòd si aliquis confitetur sibi solutũ esse, quod nõ est, nõ tenetur infra certa tẽpora. Tertiò, infra quantũ tempus sit opponẽda illa exceptio? certè à die rei factę vsque ad xxx. dies. Quartò, quomodo est opponenda? id est, scriptis, sicut aliæ exceptiones: tamen sunt certi casus, in quibus nocet cõfessio. Primus casus est in marito confitente dotem: & ad hoc, vt confessio, quæ fit marito, valeat, oportet quòd fiat bis: & sic spatiũ inter vnã denuntiationem & aliã, aliquot dierũ: sed fallit in procu. fisci confitente factiones sibi factas vel solutas, vt afficctus & reditus sibi solutos esse, vel pretia rerũ fiscalium. Item in procu. fisci confitente pretia fiscaliũ rerum sibi soluta esse. Item in tutore cõfitente inuenisse in bonis pupilli. Item in deponente confitente rem depositam, sibi restitutã esse. Item in depositario confitente rem penes se. Quintò, an ei possit renuntiari? Respon. non: sed si renuntiat, facta renuntiatione conuertit onus probandi in renuntiantem. Quomodo & qualiter probetur ista mera negatiua? dicas vt in superioribus, si non esset renuntiatum, nõ haberet quicquã probare. Sed quia fecimus hîc mentionem de confes. quæritur, nunquid cõfessio facta valeat? distingue, aut quis confitetur pro se, aut cõtra se: si pro se, nõ valet, vt quia cõfiteor quòd mihi debes centum: si contra se, aut in iudicio, aut extra: si in iudicio, aut in ciuili, aut in criminali: si in ciuili, si cum causa, nocet & præiudicat: quia confessus in iure habetur pro condẽnato, sed melius est, causa euitandi quasdam opiniones doctorum. Si in iudicio criminali, aut in tormento, aut extrà: si in tormento, aut in præsentia tormẽti, non nocet formidine pœnæ: si extra tormentum, hoc est, in iudiciali loco perseuerat in eo, quod dixit in tormento, statim nocet & præiudicat ei. Sed quid si confitetur? aut est facta ad liberandum alterum, aut ad obligandũ se alteri: si est facta ad liberandum alterũ, non nocet à die concessionis suæ vsque ad xxx. dies: si est facta ad se obligandum alteri, aut est facta cum causa, aut sine causa: si cum causa, distingue, aut ex causa mutui, aut ex causa dotis, aut ex alia quacunque causa, quàm mutui, vel dotis: Si est facta ex causa mutui, nocet à die confessionis suæ vsque ad biennium: vt dixi in exceptione non numeratæ pecuniæ: si ex causa dotis, subdistingue, aut

ex

ex causa dotis non solutæ: si verò est facta ex quacunque alia causa statim nocet. Sed ad hoc vt confessio facta valeat multa sunt necessaria, vt infrà dicam in capitulo nono de indiciis in §. confes. de probationibus.

De exceptione, Lex illa rubri & nigri, tit. Cod. ne fideiussores dotium dentur. Rubrica.

LEx illa rubri & nigri tituli Codicis. Quæritur, vtrum fideiussor possit dari à marito vxori? olim, si dabatur fideiussor à marito vxori, valebat datio, si dabatur pro dote restituenda. Si verò pro dote conseruanda, non valebat datio: quia hoc esset in vitium: Hodie verò distinguitur: quia aut datur fideiussor ab vxore marito pro dote soluenda vel restituenda, & tunc valet. Sed quid si vult renuntiare huic legi? Respon. non poterit. Sed hoc potest: quia quod fit contra legē, pro infecto debet haberi. & omne, quod sequitur ob id.

Viso. Hæc est pars secunda huius titu. in qua tractatur de beneficiis illis, quibus renuntiari potest. Et cōtinentur in isto beneficio tria beneficia, quorum istud est primum. De pluribus rei debendi.

De exceptione de pluribus reis debendi. Rubrica.

CIrca quod dicā. Primò, quibus modis reus accipitur. Secūdò, quibus competit. Tertiò, quid dicat. Quartò, an ei possit renuntiari. Ad primum quibus modis sumatur reus? quandoque sumitur pro reatu, vt, iste est reus mortis, id est, dignus mori: & in tali significatione hîc non accipitur. Alio modo, est reus, id est, firmus in voto: & in tali significatione posset hîc accipi. Vnde isti sunt duo rei debendi: quia promittunt firmiter aliquā rem, vel pecuniæ quantitatē. Alio modo accipitur à re, quā debet, vel pecu. quantitatem: & possunt esse firmi duo rei debendi & stipulandi in cōtractu quo- *Reus sumitur multis modis.*

cunque. Dicuntur autem duo rei debendi, quia promittunt & stipulantur eandem rem: vt Insti. de duo. reis promit. & stipu. per totum. Respon. quòd isti duo rei debendi & stipulandi nõ solùm possunt fieri in mutuo, sed generaliter in aliis contractibus: vt in locatione, & conductione dum deponantur. Hæc quæ dixi, notantur Instit. de pluribus reis debendi. in princ. Secundò, competit pluribus debentibus eandem rem, vel pecuniæ quantitatem. Tertiò, dicit quòd si sunt plures debitores, vel duo, saltem præsentes idonei ad soluendũ, quòd vnusquisque conueniatur pro parte sua. Si verò obligant se insolidum, pactum solidi eos plenariè obligat. Et liberum erit mihi creditori conuenire quem voluero arbitrio meo. Si obligant se principaliter sine pacto solidi, non poterunt conueniri, nisi quilibet pro rata. & hîc hodie similiter tenetur, quòd in hac contradictione de iure veteri. Sed non concordant in isto §. per pactum solidi obli. se, ita quòd posſit cõueniri quilibet insolidum, hoc de iure nouo seruatur: nam ista duo interueniunt, scilicet, pactum solidi, & renuntiatio. Sed obligatio per pactum solidi eos plenariè non obligat: quia si omnes sunt præsentes, idonei ad soluendum, non possunt conueniri, nisi vnusquisque pro rata tamẽ pactum solidi eos insolidum obligat. Quod dicitur, potero conuenire quem voluero insolidum, scias quòd fallit in duobus casibus. Vnus est, si vnus debitorum est pauper, & alter diues: quia potero conuenire diuitem, & dimittere pauperem. Et not. quòd ibi paupertas prodest: nam

Cantabit vacuus coram latrone viator:

Vt Instit. quibus modis manumittere non liceat. in princip. Alius est, si vnus est præsens, & alter absens: quia potero conuenire præsentem, & dimittere absentem. Quartò, nunquid posſit ei renuntiari? certè sic: nunquid sola renũtiatio eos plenariè obliget? Respon. non. Sed nunquid pactum solidi? non, nisi in duobus casibus supradictis. Tamen nota, quòd vt possim conuenire quẽ voluero, duo sunt necessaria, scilicet, quòd per pactum se insolidũ obligent, & quòd renuntient huic beneficio: licet dictũ sit, ꝙ sint duo rei debendi, & duo rei stipulandi. In hac obligatio. Vna res vertitur, quod si vnus soluit, alter soluere non tenetur: & si vnus petit, alter petere non potest. Sed quid si ambo petunt, quis præfertur in agendo? certè ille, qui fuit lit. contest. prius.

De

De exceptione epistola diui Adriani. Rub.

EPistola diui Adriani. Circa quam primò dicam à quibus fuerit introducta. Secundò, quibus competit. Tertiò, quid dicat. Quartò, an ei posit renuntiari. Ad primum, fuit introducta ab Imperatore Adriani: & misit nobis hanc legem, & formam epistolæ, sicut alius fecit, vt Instit. de fideiussorib. in §. fi. verba huius epistolę non habemus, sed tractatur in corpore iuris in materia de fideiussoribus. Secundò competit pluribus tutoribus, pluribus cõstitutoribus, pluribus curatoribus simul tutelã & curã gerentibus. Quid autẽ sit fideiussor, quid mandator, quid constitutor, dixi in tractatu securitatum in ista rub. si venditor maior xxv. an. fideiuss. præstiterit, ita scribes. Quid sit tutor vel curator, dixi suprà in capit. viij. tutelarum & curarum materiam pertractando. Tertiò, dicit epistola, quòd olim ego creditor poteram conuenire quem volebam ex fideiussoribus meis ad totum debitum: hodie verò si omnes sunt idonei ad soluendum, omnes habent beneficium, vt vnusquisque cõueniatur pro parte sua tantum. vt Insti. de fideiuss. §. fin. Sed quid si vnus ex fideiussoribus est pauper? certè hoc cæteros onerat, & ita fallit epistola in casu. Item fallit in fideiuss. tutoris vel curatoris. Item si sunt plures fideiusso. plurium debitorum diuersorum, sed eiusdem summæ, vtputà, Pet. Ioan. & M. veniunt ad petendum C. à Fran. dicit Franciscus, volo fideiuss. ab vno quoque vestrum: quia tunc si vellet eos conuenire, non posset allegare epistolam, vt Institu. de fideiuss. §. si plures. Item fallit in fidem inficiantibus: vt si volebam conuenire, & ipse negabat: postea probo ipsum fideiuss. vel allegare epistolam non potest. Quartò, nunquid ei posit renuntiari? certè sic: & renunciatione facta potero conuenire quem voluero. Item sic fallit epistola isto casu.

De beneficio noua constitutionis. Rub.

BEneficium nouæ constitutionis de fideiuss. Circa quod dicam primò quibus competit. Secundò, quid dicat. Tertiò, an ei posit renuntiari. Ad primum competit vni fideiussori, & pluribus: & in hoc differt ab epistola diui Adriani. Secundò dicit, quòd si fideiuss. & debitor sunt

præsentes,& ego volo conuenire fideiuss.alleget hoc beneficium,vt primùm conueniatur principalis, quàm fideiussor. Sed quid si debitor est absens,nunquid potero cõuenire fideiuss? certè sic: tamen fideiuss. petet adiuuamen debitorum, & iudex dabit sibi terminum,per quod poterit repræsentare personam debitoris,ipso veniente agam contra ipsum. Sed quid si creditor cõuenit fideiuss.quia principalis erat absens? & certè non potest fideiuss.repræsentare: quia non inuenit debitorem:certè antequàm soluat fideiuss.sibi debitum,poterit petere vt cedat sibi iura & actiones, quas habet contra principalem,aliter soluere non tenetur. Hoc verum est,nisi fideiuss.renuntiasset beneficio cedendarum actionum: quia tunc non competit sibi tale ius contra ipsum creditorem renuntiantem. Vnde caueas,tu tabellio,quòd non ponas talem renuntiationẽ in instrumento.Sed quid si debitor est principalis fideiuss?& in istis duobus casibus nota,quòd fallit,in quibus prius potero conuenire fideiuss.quã principalẽ.s.si est pauper,& si est absens. Tertiò,nũquid possit renuntiari?certè sic: & renun.facta potero conuenire quẽ voluero,vel debitorem, vel fideius. Vnde ego creditor teneor actiones cedere debitori contra debitorem,& fideiuss.contra fideiussorem,vel fidedeiuss.contra debitorem:& hoc plenè notaui in iiij. cap. de cessionibus actionum in instrumento cessionibus factæ vni debitori contra alios debitores.Item not.quòd si sunt tres vel plures,est necesse quòd renuntient omnibus istis tribus beneficiis. Primò,quòd renuntient huic beneficio,de pluribus reis debendi: quia si non esset renuntiatum,non posset conuenire nisi vnumquẽque pro rata:imò est necesse, quòd renuntient epistolæ diui Adriani,imò videtur,quòd non: quia epistola tantùm conuenit fideiuss. Respon. imò est necesse quòd si sunt tres vel plures debitores, obligentur insolidum ad xxx.s. P. I. M. eò quòd se obligant vltrà, videntur fideiuss.eorum:& ipse eodem modo videtur fideiuss.eorum:& non posset allegare epistolam, vt conueniatur tantùm pro parte sua. Item est necesse, quòd renuntiet nouæ constit. de fideiuss.quia si volo conuenire vnum ex ipsis: ipse videtur fideiuss.eò quòd conuenitur vltra partem suam pro aliis, alij videntur debitores principales:& ideo posset allegare beneficium illud,vt prius conueniatur principalis,quàm fideiuss.Sed quid si sunt tantùm duo?est necesse quòd renuntient

bene

beneficio nouæ consti. de pluribus reis debendi: quia si non esset renuntiatum, posset petere diuisionem. Sed nunquid est necesse quòd renuntient epistolæ? Respon. non: quia si ego cõuenirem P. ad totum debitum, eò quòd erat obligatus vnà cum M. ad x. non posset allegare istam epistolam: diceret in eo quòd conuenio Pe. vltra partem sibi contingentem: & ipse videtur fideiuss. & ipsemet non habet cum quo diuidere, quia esset solus, quia alter esset tanquam principalis: & epistola datur pluribus fideiussoribus. Sed nunquid iste Pe. poterit allegare beneficium nouæ constitutionis de fideiusso? certè sic: quia in eo quòd fideiubet vltra partem suam, videtur fideiubere pro Mar. & Martinus videtur principalis: & ideo poterit allegare, quòd prius cõueniatur principalis, quàm fideiussor: & ideo est necesse, quòd renuntient istis tribus beneficiis.

Nota posita in fine nouæ constitutionis. Rubr.

NVnc demum restat exponere notam in fine §. contentam: & nota dicit, quòd si duo vel plures, &c. sed malè dicit: quia debet dicere si tres vel plures. Nam si essent duo vel plures, ista beneficia eis non competerent: nam non competeret epistola diui Adriani, quæ non competit nisi duobus vel pluribus fideiussoribus: hîc non essent duo, imò esset vnus principalis, & alter fideiussor. Sed si sunt tres rei debendi, bene competit epistola: ergo dicere debet nota, quòd si sunt tres vel plures rei debendi, & non duo tantum. Sed si renuntient his tribus beneficiis, scilicet, de pluribus reis debendi, epistolæ diui Adriani, & nouæ constitutioni de fideiussoribus, non poterit amplius per ista beneficia coadiuuari. Sed bene possunt allegare beneficium cedendarum actionum, nisi renuntient illi beneficio. Sed si duo acciperẽt pecuniã mutuo, nunquid videtur vnus fideiubere pro altero? Distinguo, aut sunt socij, & ex causa societatis accipiunt pecuniam mutuo: & tũc vnus videtur fideiussor, & potest vnus agere contra alium actione mandati contra debitorem ex illo debito. Si autẽ non erant socij, & accipiũt pecuniã mutuo, & tunc subdistinguo: aut illa pecunia est versa in vtilitatẽ cõmunẽ, & tunc vnus videtur fideiussor alterius: & ille qui soluit, potest agere actione mandati contra alium. Aut non fuit cõuersa in vtilitatẽ

commu

communem, sed vnius solùm: & tunc vnus non videtur fideiussor alterius, sed ille soluit, in cuius vtilitatem est versa, & fuerit debitor, ad illam pecuniam reddendam nō agit actione mandati tanquam creditor, sed actione negotiorū gestorum: quia eius negotia gessit, inquantum soluit de pecunia sua, quam in suam vtilitatem conuertit. Sed est sciendū quid sit de istis beneficiis tenendum? Dico quòd si vnus est debitor nullam de beneficiis facies mentionem: sed si sunt duo debitores, facies ipsos renuntiare tribus beneficiis, scilicet, beneficio de pluribus reis debendi, & beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, & beneficio cedendarum actionū. Sed si sunt duo fideiussores, facies ipsos renūtiare tribus beneficiis, scilicet, beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, & etiam epistolæ diui Adriani, & beneficio cedendarū actionū. Beneficio de pluribus reis debendi nunquā facies renuntiare fideiussores, etiam si mille essent: quia eis non competit. Sed si vnus fideiussor, facias eū renuntiare duobus beneficiis, scilicet, beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, & beneficio cedendarum actionum. Si autem sunt duo vel plures, facies ipsos renuntiare tribus beneficiis, scilicet, æpistolæ diui Adriani, & beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, & beneficio cedendarum actionum.

De beneficio condictionis indebiti. *Rubr.*

Condictio indebiti, &c. Circa cōdictionem indebiti volo quatuor per ordinem declarare. Primò, quid sit indebitum, quando habet locū condictio indebiti, & quid dicit beneficium indebiti. Secundò, quibus competit, contra quos, & ad quid, & quid venit in ea condictione. Tertiò, quotuplex sit indebitum. Quartò, nunquid indebitum solutum posit repeti. Circa quartū, scilicet, an indebi. solut. posit repeti, volo quærere tria. Primò, quotuplex sit ignorantia. Secundò, an indebi. solu. posit repeti. Tertiò, in quibus causis cessat condictio indebiti, & an huic beneficio posit renuntiari. Ad primum principale membrum, scilicet, quid sit indebitum? Et dico, quòd indebitum est omne id, quòd non debitè soluitur. Et sic dicitur iniuria omne id, quod non iure fit: & accipio nomen, solu. in larga singnificatione, siue sit solutio, siue traditio de iure, vel de facto. Sed quando habet

Indebitū quid sit.

locum

locum condictio indibiti? certè habet locum quādo quis indebitè soluit per errorem, quòd soluere non debebat: & dico, indebitum: nam si debitum solueret cessaret condictio indebiti: & bene dico, per errorem: nam si ex certa scientia soluetet per errorem, cessaret condictio indebiti. Quia indebiti soluti per errorem repetitio est eiusdem, ex certa scientia soluti donatio est. Sed quid dicit ista condictio indebiti? certè dicit, quòd si quis soluit, quòd soluere non debeat, repetere possit per istam condictionem indebiti. Ad secundū princ. membrum, scilicet, videre quibus competit, contra quos & ad quid venit ista condictio indebiti? Et dico quod ad sciendum quibus competit. sic distingue: quia aut quis soluit suo nomine per errorem facti probabilem, aut alieno nomine: si suo nomine, & per errorem facti probabilem, sibi soluti cōpetit condictio indebiti: & bene dico, per errorem facti probabilem: nam secus, si per errorem iuris vel facti improbabilem: nisi esset minor, qui peteret restitutionem in integrum. Et ideo in minore indebitè soluente, sic distingue: quia aut est pupillus, qui indebitè soluit scienter per ignorantiam iuris, aut adultus: si est pupillus, aut res indebitè soluta extat, aut non: si extat, habet rei vendicationem: si non extat, potest petere restitutionem in integrum. Si autem est adultus, & etiam potest petere restitutionem in integrum. Si autē quis soluit alieno nomine, aut ille, cuius nomine soluit, mādauit specialiter, vel ratum habuit solutum: & tunc contra eum competit condictio indebiti, aliàs non. Et ille, qui soluit alieno nomine, esset procurator generaliter & specialiter: quia in libera administratione non venit condictio indebiti. Sed contra quos competit? Distinguo: quia aut soluit recipienti suo nomine, aut alieno nomine: si suo nomine contra recipientem competeret condictio indebiti: si recipit alieno nomine, & tunc subdistinguo: quia aut recipiens habuit speciale mandatum, vel ratum habuit ille cuius nomine solutio facta est, & tunc contra eum competit condictio indebiti: sed ille, qui recipit, habet regressum contra eū, si in eius vtilitatem conuertit. Sed ad quid competit condictio indebiti? distingue: quia aut indebitè solutum est debitum, aut factum est: & tunc competit incerti condictio, quod est propriū cōdictionis, siue actionis. Si autē indebitè solutū est certū, & tunc subdistinguo: quia aut est solutū indebitè in re quæ cōstat in

Condictio indebiti quibus cōpetit.

Condictio indebiti contra quos competit

Condictio indebiti ad quid competit.

numero

numero,pondere,vel mensura:& tunc agitur ad illam,vel ad similem in eadem qualitate & quantitate dandam cōdictione indebiti. Aut indebitè solutum est in specie:& tunc aut illa species extat,aut est consumpta,siue alienata:si extat, repetitur per condictionem indebiti:si autem non extat, & tunc aut ille scienter accepit indebitum,& tunc tenetur ad veram æstimationem. Si autem ignoranter accepit indebitū,& tunc tenetur ad id quod recepit de illa re. Item omne augmentū & damnum fit rei. Ad tertium principale membrum,scilicet,quotuplex sit indebitum?& dico quòd est quintuplex, scilicet, Nam quoddam est indebitum naturale & ciuile, quoddam est indebitum naturale tantùm, quoddam est indebitū ciuile tantùm,quoddam est quasi naturale tantùm, quod est indebitum pro parte,& pro parte debitum:sed pro parte debitum totum ducitur ad indebitum. Quoddam est naturale & ciuile debitum,sed exceptionis ope fit indebitum:naturale & ciuile indebitum est:vt si quis soluit,cùm nullo iure est astrictus:vt est obligatus sub conditione,& soluit ante aduentum conditionis. Naturale autem indebitum tantùm est, quando pater soluit aliquid filio existenti in sua potestate,cui naturaliter & non ciuiliter poterat obligari. Et ciuile indebitum tantùm est,quando quis soluit id,quod sub spe futuræ numerationis confessus fuerat habuisse,& tamen non habuerat,licet esset naturale indebitum pro parte indebitum, & pro parte debitum. Pro parte indebitum est, cùm quis erat debitor in centum,& dat ei insolutum quod valet ducentum, credens ducentas libras debere:modò sit totum indebium,& repetit,& potest restitui,donec soluantur sibi centum libræ secus esset si dedisset sibi ducentas libras: quia tunc petere non poterit,nisi centum pro medietate. Debitum naturale & ciuile trahitur ad indebitum virtute exceptionis, siue exceptio sit dilatoria,siue peremptoria,siue fauorabilis, siue odiosa. Potest fieri & illa diuisio indebiti:quia aliud est debitum ratione dantis,aliud ratione accipientis, aliud ratione rei datæ,aliud in causa tam ratione dantis, quàm ratione accipientis & rei datæ. Ratione dantis,vt quia solui nomine alieno,quod non debebam: sed ille,cui solutum fuit,contrahere debebat,sed non ab eo. Ratione accipientis indebitum est,quod ego debebam dare sed non ei,cui solui. Indebitum ratione rei est,cùm quis soluit aliquid alicui, quod soluere non

Indebitū quotuplex sit.

Indebitū quotuplex est.

non debebat:nec ipse recipere debebat: nec quod solutum fuit, solui debebat:quia non erat obligatio aliqua. Ad quartum prin.membrum, scilicet, an indebitè solutum possit repeti? Et circa istud quartum fuerunt no. tria. Primò quotuplex sit ignorantia, & quæ ignorantia excusat. Secūdò, an indebitè solutum possit repeti. Tertiò, in quibus casibus cessat condictio indebiti. Ad primum, scilicet, quotuplex sit ignorantia? & dico quòd est duplex, scilicet, iuris & facti. Ignorantia facti est duplex. s. probabilis & improbabilis. Probabilis ignorantia est errare in facto alieno, & ista quē excusat. Nam error facti alieni peritissimos fallit. Ignorantia improbabilis est errare in facto proprio:& ista non excusat quem, nisi in debito naturali, & ciui. indebito, exceptione fauorabili. Ignorantia autē iuris est ignorare quod dicūt leges & iura, & ista quem excusat in damno vitando, sed non excusat in lucro captando: nam leges sacratissimæ, quæ constituunt hominū vitas ab omnibus hominibus sciri debent. Et iura non dicunt *esse in mi*nore propter minorē ætatē, nec in clerico, cui licet *ius ciuile* ignorare, ius autem canonum nō. Item in muliere propter fragilitatem sexus. Item in milite, qui debet armis, non legibus intendere. Item in quibusdam rusticis, qui modicam habent discretionem, sed naturaliter sunt grossi. Ad secundū, scilicet, an indebitè solutū possit repeti? Et ad huius euidentiam sic distinguo: aut indebitè solutū est certa sciētia, aut per errorem: si per errorem, & tunc subdistinguo: aut est indebitū naturale & ciuile simul, aut ciuile indebitū, aut naturale indebitū tantū:& istis duobus casibus repetitur, siue sit solutū per ignorātiā facti probabilē vel improbabilem, siue per ignorātiam iuris. Si verò est naturale debitū, & ciuile indebitū:& tunc aut indebitè solutū fuit per ignorantiam facti probabilē, & tunc repetitur: aut solutū fuit indebitè, aut per ignorantiā facti improbabilē, vel per ignorātiā iuris, & tunc nō repetitur. Si verò est naturale & ciuile debitū: sed opere exceptionis redditur indebitū:& tunc subdistinguo, aut illa exceptio est dilatoria, aut peremptoria: aut dubitatur, si est dilatoria, & omissa indebite nō repetitur solutū: vt quia debebā vsque ad Pascha, & ego soluo ante, & nō retrò: si autem exceptio est peremptoria:& tunc aut est fauorabilis, aut odiosa: si est fauorabilis, vt exceptio Velleiani, & tūc solutū repetitur, quantūcūque ignorantiā soluatur. Si autem exceptio odiosa, *Alia distinctio.*

vt excep

vt exceptio Macedoniani,& est omissa per errorem facti probabilem,& tunc repetitur solutũ.Si autẽ est omissa & odiosa per errorẽ facti improbabilẽ,vel per errorẽ iuris,tunc quod solutũ est,non repetitur. Si autẽ dubitatur,an sit dilatoria,an peremptoria:vt quia dixi,promitto tibi centũ,si talis est Potestas Bon.& tunc solutũ adueniẽte cõditione,siue soluatur per ignorantiã iuris,siue facti,repetitur.Ad tertiũ membrũ,scilicet,videre casus,in quibus cessat condictio indebiti,& quod soluit indebitè,nõ repetitur:& sunt hi,scilicet,quãdo indebitè soluitur ex certa sciẽtia.Itẽ quãdo soluitur ex causa transactionis.Itẽ quãdo soluitur post delationẽ iuramẽti.Itẽ quãdo post latã sentẽtiã soluitur.Itẽ post chirographi restitutionẽ. Itẽ lis crescit inficiando. Item quando emendatur damnum ab aliquo datum,vt est in lege Aquilia.Item in legatis soluẽdis venerabilibus locis,vel ad pias causas. Item quãdoque est indebitum ex parte dantis, sed debitum ex parte recipientis: vt quando soluitur procuratori creditoris. Tamen in isto casu sic distingue:quia aut ego soluo procuratori,qui est,& fuit procurator:& tunc ego liberor ipso iure , quemadmodum si soluerem dicto in stipulatione.Si verò soluo illi,qui fuit procurator,& non est nunc,subdistinguo : quia aut ego sciebam ipsum procuratorem non esse,& tunc non repeto nec à procuratore nec à creditore. Si autem ignorabam ipsum non esse procuratortm, ipso iure nob liberor, sed ope exceptionis. Si verò soluo falso procuratori,quem credebam esse verum procuratorem,tunc liberor:sed debitor creditori cedet furtiuam actionem,quam habet contra falsum procuratorem , ne versetur in damno:si soluo alteri,vt tibi creditori soluatur,liberor demum solutione facta tibi:si verò soluo alteri , vt liberer à creditore,tunc liberor:sed contra solutionem recipientem habes condictionem indebiti ob causam.Item cessat cõdictio indebiti,si ipsi renuntiauerunt,Item cessat , si quis succedit suo creditori : vt quia indebitè solui vni , & posteà sibi successi. Vnde versus,

Casus indebiti scientia cum pietate,
Ex legis Aquiliæ causa ac iudicati,
Transigit,siue iuratum ius deferatur,

Et qui debitis viget ac si renuntiet indebiti condictione. Sed nunquid huic beneficio potest renũtiari?certè sic:& si renũntiatur,amplius non potest competere istud beneficium. Nam

Casus, in quibus cessat condictio indebiti.

Alia distinctio.

nam renuntiantibus iuri suo non est dandus regressus.

De beneficio condictionis sine causa. Rubri.

Condictio sine causa, &c. Circa condictionem sine causa quærere volo tria. Primò, quando habet locum istud beneficium. Secundò, quibus competit, contra quos, & ad quid. Tertiò, an possit ei renuntiari. Ad primum, scilicet, quãdo habet locum beneficium condictionis sine causa? Et dico quòd habet locum, quãdo aliquis promisit sine causa aliquid alicui, vel ex iniusta causa promisit. Sed quid dicit istud beneficium? certè dicit, quòd si quis sine causa, vel iniusta causa promisit, nõ tenetur. Ad secundum prin. membrum, scilicet, videre quibus cõpetit, contra quos, & ad quid istud beneficiũ? & dico quòd cõpetit illi, qui promisit aliquid alicui sine causa, & eius hæredibus. Sed ad quid? certè vt quis non teneatur soluere sine causa, vel ex iniusta causa. Contra quos competit? certè contra illos, quibus promisit, & contra eorum hæredes: & contra quenlibet habentem causam ab eis. Ad tertium, scilicet, an huic beneficio possit renũtiari? Et dico quòd sic, quia est beneficium fauorabile: & beneficiis fauorabilibus renuntiari potest.

De beneficio fori, quod competit scholaribus. Rubrica.

Beneficium fori, quod cõpetit scholaribus, &c. Circa præsens beneficiũ quęrere volo tria. Primò, quando habet locum istud beneficium, cui competit, contra quem, & ad quid. Secundò, formare aliquas quæstiones. Tertiò, an huic beneficio possit renuntiari. Ad primum, scilicet, quando habet locum istud beneficium? Et dico quòd habet locũ, quando scholaris est conuentus coram non suo iudice. Ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ scholaris habet tres iudices, scilicet, doctorem, rectorem ciuitatis, & Episcopum diœcesanum: & potest conueniri sub quocunque iudice vtili. Sed cui competit? certè scholaribus Bono. studentibus vel aliàs, vbicunque esset studium priuilegiatum in quacunque scientia, non solùm legistis, vel Decretalistis, qui conueniuntur coram iudice Potestatis: secus si de eorum voluntate conuenirentur. Et bene dico, studentibus: nam si non studerent, non eis competeret

istud beneficium: nam scholaris dicitur à scholis: & vbi scholares intrarent per singulas lectiones, eis nō competeret istud beneficium: & sic fuit introductum de facto in ciuitate Bon. vnde loquitur de his, qui de vniuersitate, vel collegio scholarium sunt. Sed contra quos competit? certè contra creditorē, & agentem nomine ipsius creditoris. Ad quid competit, vt scholaris alleget istud beneficium? non debet autem praeceptum iudicis contemnere. Sed quid dicit istud beneficium? certè dicit, quòd si scholaris fuerit conuentus coram iudice Potestatis, ille, qui agit, cadit à iure suo: hoc est verum, demū lata sententia contra istum, scilicet, quando non tenetur scholaris, & liberatus est ab ipso creditore. Ad secundum, scilicet, formare quasdam quaestiones, quarum prima talis est: Quaeritur, nunquid scholaris iudicis audientiam possit recusare? & dico quòd sic, vsque ad litem contestatam, sed posteà non. Secunda quaestio talis est: Quaeritur. nunquid rector scholarium possit de criminalibus cognoscere? & dico quòd sic: licet alij dicant quod non, quia non habet merum imperium. Sed tu diceres, video tota die contrarium: quia dominus ciuitatis Bono. cognoscit, nō rector scholarium: certè dicas, quòd illud est de statuto communis Bo. & renūtiationes sunt factae per scholares de criminali cognitione. Tertia quaestio talis est: Quaeritur, vtrum scholaris debeat satisdare coram iudice Potestatis, si creditor diceret, timeo ne aufugiat? & dico quòd non, nisi coram illo iudice, corā quo illa quaestio vertebatur. Quarta quaestio talis est: Quaeritur, nunquid quis debeat sententiam latam per magistrum vel Episcopum dioecesanum executioni mandare? & dico quòd sic: & iudex Potestatis habet hoc facere cum sua familia. Ad tertium, scilicet, an huic beneficio possit renūtiari? & dico ꝙ sic à scholaribus, sed secus à clerico. Sed si tu diceres, quomodo est hoc? nos suprà habuimus, ꝙ forensis non potest renuntiare beneficio fori, quod cōpetit forensibus: Dico, ista est ratio: nam forensis daret iurisdictionem illi iudici, quā non habet. Et consensus priuatorum non tribuit iurisdictionem, ergo non potest: sed iste non dat iurisdictionem illi, qui non habet: nam isti iudices haberent disciplinam, id est, iurisdictionē à scholaribus, nisi esset propter beneficium competens eis, & in fauorem scholarium introductum: ergo bene potest renuntiari: Nam beneficiis fauorabilibus renuntiari potest.

De bo-

De beneficio, quod dicitur conditionis incertum. Rubrica.

E St beneficium, quod dicitur conditionis incertum, &c. In isto §. sic ponitur casus: Quidam fecit testamentum, & in eius testamento sic dixit: P. & Iac. filios meos mihi hæredes instituo, & eos adinuicem substituo, si decesserint sine liberis. Posteà accidit quòd vnus istorum duorum fratrum vult de bonis suis vendere de consensu alterius fratris, & frater renuntiat omni suo iuri, quod haberet in bonis venditis. Modò quæro, nunquid talis renuntiatio valeat? & dico quòd non: quia futuro iuri, & nondum competenti, nemo renuntiare potest. Sed dico, quòd non renuntiat, sed per pactum remittit, quod potest: nam futurum ius, & nondum competens, per pactum remittitur. Sed posset quæri, quæ est ratio, quòd potest magis per pactum remitti futurum ius, quã illi renuntiari? & dico quòd est ratio: quia in renuntiatione futurorum iurium per pactum interuenit consensus duorum: sed in venditione non interuenit duorum consensus: sed solùm vnius: quod non valet, nisi per pactum remittatur: nam est pactum de non succedendo, vel succedendo, vel quodam modo succedendo, aliàs non valet. Respondent quidam, cum quibus Aurora concordat, quòd si est speciale in isto casu, quòd valeat pactum de non succedendo, vt euitetur inter fratres odium captandæ mortis. Sed tamen dic quòd non est verum, quòd sit speciale in isto casu, imò dicit quòd non est pactũ de non succedendo, nam non valeret: sed est remissio per pactum futurorum iurium, quod potest fieri.

De beneficio iuris hypothecarum. Rubrica.

B Eneficium iuris hypothecarum. Circa præsens beneficium quæro. Primò, nunquid mulier habeat bona mariti sui pro dote sua obligata? & dico quòd sic: nam si maritus expressè obliget, ipsa habet bona mariti expressè obligata. Et si expressè nõ obliget bona sua, ipsa habet tacitè obligata: nam lex pro muliere tacitè stipulatur dotẽ restitui mulieri. Item dico, quòd si vxor promittit dotẽ marito: nã maritus omnia bona patris, & matris, & fratris, & omniũ bona dotẽ promittẽtiũ pro

muliere habet omnia obligata. Et mulier habet tale priuilegium, scilicet, quòd præferatur omnibus aliis creditoribus habentibus in bonis mariti tacitam hypothecam. Item competit eorum hæredibus, & potest huic beneficio renũtiari, si mulier fuerit expresse de iure suo certificata, & aliter renunciatio non teneret, nec valeret. Sed pone, quòd non appareret certificata in instrumento, nunquid præsumitur certificata? quidam dicunt quòd sic; quia omnia præsumũtur solenniter acta à iuris peritis, scilicet, dominis tabellionibus: & hæc est bona. Alij dicunt, quod non; nam est solennitas extrinseca, quæ præsumitur non esse apposita, nisi expresse appareat in instrumento certificata; & dico quòd ista solùm renunciatio prodest illi, cum quo contrahitur, & non aliis creditoribus: nam non remisit ius suum sibi competens, nisi quo ad contrahẽtes: Quia generalis renunciatio in contractibus non tenet, nisi ad ea, in quibus specialiter cogitur. Ego dico, quod renuntiare nõ potest: nam videtur marito velle donare, quando ipsa renuntiat: sed dic quòd non donat, sed ius suum remittit, quod potest. Sed remanet principalis actio mulieri contra maritum: & sic maritus semper remanet obligatus, quantũcunque ipsa renũtiet. Et est aliud beneficium hypothecæ, quod habet creditor contra debitorem suum, si bona expresse obliget debitor creditori: aliàs non, nisi in quibusdam casibus, quos habes infrà, in rubrica de pactis. §, tacite sunt bona.

De beneficio Velleiani. Rubri.

Beneficium Velleiani, &c. Circa quod dicá tria. Primò, quibus competit. Secundò, quid dicat. Tertiò, an ei posit renuntiari. Ad primum, cõpetit mulieribus fideiubentibus, vel rem suam pignori, vel amicum suum, dantibus, vel obligantibus se principaliter in fraudem Velleiani: tantùm fideiussoribus, non autem principalibus competit istud beneficium. Secundò dicit, quòd mulier, quæ se obligat pro alio, & licet obligetur naturaliter & ciuiliter, defenditur beneficio Velleiani senatuscon, & non tenetur. Tertiò, nunquid posit renuntiari? certè sic: dummodo certificetur de iure ipsius beneficij, quia licitum est mulieribus iura ignorare, & renunciatione facta cessat Velleianũ: & in multis aliis casibus, quos dixi in titulo, de inutilibus contractibus ratione personarum.

rum §.cæterùm.nota,quòd si mater vel auia tutelam recipiat filiorum,debet renuntiare beneficio Velleiani sena.con.& secundis nuptiis, & præfertur omnibus creditoribus. Sed quare debet beneficio Velleiani renuntiare,quando recepit tutelam?quia si ipsa fideiussisset, iuuaretur Velleiano: prætereà pro pupillo non tenetur,si non esset renuntiatum: & tunc renuntiatione facta, tenebitur. Sed quid si renuntiat secundis nuptiis,nunquid poterit secundum matri. contrahere? certè sic propter legẽ beati Pauli:Mulier soluta à lege viri, cuicũque vult,nubat in Domino.& tamen debet petere alium tutorem sibi dari:quia tunc speratur: & est casus specialis, vbi habenti tutorem tutor dari potest. Sed nunquid mulier potest esse tutrix?respondeo non, nisi esset mater vel auia, vt suprà dixi. Sed quæ præfertur?certè mater præfertur auiæ, si est maior xxv.annis.

De beneficio actionis redhibitoriæ. Rubri.

Beneficium actionis redhibitoriæ. Circa istud beneficium quæro quatuor. Primò,quando habet locum actio redhibitoria,& quare sic appellatur, à quo fuit introducta, & quare, & infra quæ tempora opponatur. Secundò,cui competit,contra quem,& ad quid. Tertiò,propter quæ competat, & ex quibus rebus. Quartò,an huic beneficio possit renuntiari, & videre casus,in quibus cessat actio redhibitoria. Ad primũ, scilicet,quando habet locum actio redhibitoria?& dico quòd habet locum,quando quis emerit,vel alio iusto titulo acceperit rem morbosam,vel vitiosam,& non fuit certificatus,& est infra tempora statuta à lege. No.cùm dico,rem:nã res est generale vocabulum ad omnes res morbosas vel bonas. Dicit, morbosam:nam si non esset morbosa,non cõpeteret ista actio redhibitoria:nam propter morbum datur. Dicit,nec fuit certificatus:nam si fuisset certificatus,ista actio non cõpeteret ei. Et no.quòd non solùm ex contractu ven. ista actio competit, sed etiam ex omni alio contractu:Sed quare sic appellatur?Dico ꝙ appellatur redhibitoria,quia hincinde fit redhibitio,scilicet,rei ab emptore & pretij à vẽditore:& sic nomen est cõsequens rei,vt esse debet:vt Insti.de dona.§. est & aliud. Sed infra quæ tempora est deponenda? certè est opponẽda infra sex menses à die scientiæ morbi, vel vitij. Sed à quo fuit intro-

Redhibitoria quãdo habeat locum.

ducta? certè à Prætoribus vrbis Romanæ, qui eduli vocabantur ciuiles: ideo dicuntur eduli, quia curam habebāt de edendis. Ciuiles ideo dicuntur, quia super ciuiles ferebantur. Ad secundum membrum, scilicet, cui competit, & contra quos, & ad quid ista actio redhibitoria? & dico quòd competit emptori contra venditorem, permutatori contra permutatorē: donatori cōtra donatariū non cōpetit, sed ei cōpetit actio doli, si dolosè donauit. Sed ad quid competit? certè vt hincinde fiat redhibitio, id est, restitutio: nam venditor tenetur pretiū restituere, quod recepit: & emptor tenetur restituere rem, quam emit: & ideo actio redhibitoria appellatur. Etiam fit redhibitio in permutatione: nam vnus permutator restituit rem morbosam alteri vel vitiosam. Ad tertium membrum, scilicet, propter quæ competit? & dico quòd competit propter seruum morbosum: nam debet quis dicere nationem serui. Nam plerunque per nationem serui declaratur vitium eius. nàm si est Florentinus, ergo Sodomita. Secundò, competit propter animalia morbosa & vitiosa. Tertio, propter rem morbosam & ignobilem. Quartò, propter rem morbosam vel vitiosam, & competit propter morbum vel vitium. Morbus consistit in corpore, & vitium consistit in animo. Sed ex quibus contractibus datur ista actio? certè ex omnibus contractibus habilibus ad transferendum dominium in alterū. Ad quartum membrum & vltimum principale, scilicet, an huic actioni posit renunciari? & ad cuius euidentiam sic distinguo: quia aut venditor sciebat vitium esse in re, & tunc renuntiatio non valet: aut ignorabat, & tunc valet renuntiatio: & potest esse quod venditor ignorabat, quia fortè nuper habuerat illam rem. Sed in quibus casibus cessat ista actio? certè in his quinque. Primus casus est, quando emptor fuit certificatus de vitiis rei. Secundus casus est, quando emptor potuit perpendere: vt quia animal emptum non habebat auriculas, vel erat equus monoculus. Tertius casus est, quando res post contractum fuit vitiosa. Quartus casus est, quando huic beneficio fuit renuntiatum, & valet renuntiatio, si venditor ignorabat vitium rei. Quintus casus est in donatario: nam donatarius non habet actionem redhibitoriam contra donatorem, sed actionem doli.

Actio redhibitoria cui cōpetit.

Actio redhibitoria propter quæ cōpetit.

Actioni redhibitoria an possit renunciari.

Casus in quibus cessat actio redhibitoria.

De

De beneficio actionis quanto minoris.

Beneficium actionis quanto minoris. Circa quod beneficium volo quærere quatuor. Primò, quando habet locum ista actio quanto minoris, & à quo fuit introducta. Secundò, in quo differt ab actione redhibitoria, cui competit, contra quos, & ad quid. Tertiò, propter quæ competat. Quartò, an ei possit renuntiari, & videre casus, in quibus cessat ista actio quanto minoris. Ad primum, scilicet, quando habet locum ista actio quanto minoris? & dico, quod habet locum, quando quis emit, vel alio iusto titulo accipit rem morbosam vel vitiosam, & non fuit certificatus de vitio rei. Sed infra quæ tempora est opponenda? certè summa dicit, quod est opponenda infra annum à die scientiæ vitij, vel morbi: & bene dicit, sed malè dicit exceptio: nam debet petere illam partem pretij, quã non dedisset, si sciuisset animal fore vitiosum: nam tunc esset actio ciuilis, quæ competit infra xxx. annos. Sed ad hoc vt ista actio quanto minoris valeat, est opponenda infra annum à die scientiæ morbi vel vitij: vt sic agas, illum textum sic corrigas: nam malè stat, sed est culpa scripturis, eodem modo intelligas suprà in instrumẽto equorum: & ista actio fuit adinuenta à Prætore, & appellatur actio quãto minoris: quia habet facere pretium minui. Sed ad quid datur? certè ad minuendum illam partem pretij, eò quòd res valebat minus communi æstimatione propter morbum vel vitium, quod habebat. Ad secundum princip. membrum, scilicet, videre in quo differat ista actio quanto minoris ab actione redhibitoria? Et dico quòd differt. Primò, quia illa competit infra sex menses, scilicet, actio redhibitoria: & actio quanto minoris infra annum. Item quia actio redhibitoria rescindit in totum contractum, sed actio quanto minoris facit minui solum pretium. Sed quibus competit? certè competit illis, quibus competit actio redhibitoria. Sed ad quid? certè vt pretium minuatur, vt tantũ restituat emptor, quantum res valebat communi æstimatione propter morbum vel vitium: non autem dicas quod detur ad repetendũ id, quod ipse dedisset minus, si sciuisset animal de eo vitio laborare. Ad tertiũ prin. membrum, scilicet, propter quæ cõpetat ista actio quãto minoris? & dico, quod cõpetit propter morbum vel vitium. Sed ex quibus

Differentia inter hãc actionẽ & actionẽ redhibitoriam.

rebus competit? certè primò ex seruis. Secundò, ex iumentis. Tertiò, ex rebus mobilibus & immobilibus: & ex illis contractibus competit, quibus cōpetit actio redhibitoria. Ad quartum, scilicet, an huic actioni possit renuntiari? & distinguo: quia aut venditor sciuit vitium vel morbum, & tunc renūtiatio non valet ratione doli venditoris: aut venditor ignorabat vitium rei, & tunc renuntiatio valet, & potest esse quòd vitiū ignorabat: quia fortè tantùm nuper habuit illam rem. Et cessat ista actio quanto minoris in casibus, quibus cessat actio redhibitoria.

De beneficio, ne quis vocetur in ius diebus feriatis.

Beneficium, ne quis vocetur in ius diebus feriatis. Ad euidentiam feriarum quærere volo quinque. Primò, quotuplex sit feria, & quare sic dicatur, & qui sunt dies feriati. Secūdò, quādo locum habet beneficiū de feriis, & diebus feriatis, cui competit, contra quos, & ad quid. Tertiò, ponere casus, in quibus quædā fieri possunt in diebus feriatis contra regulas. Quartò, formare quasdā quæstiones. Quintò, an beneficiis feriarū possit renuntiari. Ad primùm, scilicet, quotuplex est feria? & dico quòd est duplex, scilicet, solennis, & repentina. Solennnes feriæ sunt, quæ in honorem Dei introductæ sunt, vel sanctorum suorum, vt dies natiuitatis Domini cum septē præcedentibus diebus, & cū septē sequentibus. Itē Pascha, Pentecostes. Item dies Circuncisionis. Item dies Epiphaniæ. Item xij. dies in honorem xij. Apostolorum: sed quid de die sancti Martini, nūquid est feriatus? quidā dicunt quòd sic: quia est par Apostolis. Sed dominus Accursius determinauit quòd non: nam dicit, quasi, sed non in totum par Apostolis. Item dies beatæ Virginis Mariæ per excellētiam, quæ est super omnes Apostolos coronata. Item sunt duo dies feriati propter Imperatores, scilicet, dies Natiuitatis eius, & dies Coronationis. Item duo dies, in quibus duæ ciuitates ædificatæ fuerunt, scilicet, ciuitas Romana, & ciuitas Constantinopolitana. Item duo menses propter necessitatem, qui nō sunt determinati à iure, sed fiunt secundum consuetudines ciuitatis: & hoc fuit, quia tardius in vno loco, quā in alio fiunt messes, & alio citius: tamen in istis prouinciis accipitur mensis Iulij propter messes, & mēsis Septembris propter vindemias.

Feria quotuplex est.

Item

Item sunt dies feriati, scilicet, dies Solis, vt dies Dominicales, Sed quæ sunt repentinæ feriæ? certè has facit Imperator, vt sint generales: & etiã quilibet populus ciuitatis, vel dominus, facere potest, quãdoque tẽpore lætitiæ, quãdoque tẽpore mœstitiæ. Sed quare dicuntur feriæ? certè quasi festiuæ: & dies feriati, id est, festiui: nã in istis diebus feriatis nõ redditur ius. Ad secundũ, scilicet, quãdo habet locũ beneficiũ feriarũ? & dico, ꝙ habet locũ quãdo quis est citatus in iudicio, vel aliqua agitata sunt in iudicio corã iudice in dieb' feriatis: quia agi nõ debet. Sed cui cõpetit? actori & accusatori. Cõtra quos cõpetit? cõtra faciẽtes aliquos ad iudiciũ citari diebus feriatis. Ad quid? vt iste nõ cõpareat, nec iudex cognoscat in causa, nec valeat quod est factũ in iudicio. Sed quid dicit beneficium feriarum? certè sic dicit, taceat aduocatio, sileat apertio. Conquiescat horrida vox præconis. Iudices exciperent à causis iudicatum nõ teneat. Ad tertiũ, scilicet, videre casus, in quibus quædam fieri possunt in diebus feriatis contra regulas. Et primus casus est ratione agriculturæ, vt nõ pereant tot bona in vno momento tẽporis, quæ sunt toto anno augmentata. Item ratione scholasticæ disciplinæ: nam doctor & scholaris studere potest omni tempore, & inhærere scholastico documento. Item ratione armatæ militiæ seu hastiludij. Item in actione, quę est tẽpore peritura, vt actio redhibitoria, & actio quanto minoris, & sic de aliis actionibus tẽpore perituris. Itẽ in rebus fiscalibus. Item in casibus pistorum. Itẽ si quis vult aliquẽ accusare, ne aliquid apportet ad forum. Ad quartum, scilicet, formare quasdam quæstiones, quarum prima talis est: Quæritur, nunquid citatio facta in die Solis valeat, id est, dominicæ? Et quidã dicunt ꝙ non: quia dicit, quòd in beneficio feriarum, Quiescat horrida vox præconis. Et aliqui dicunt ꝙ valet: quia in effectu est dies non feriata: nã nuntij dicunt. Cito te pro prima die non feriata. Et hæc secunda de consuetudine vera est, sed prima de genere est verior. Secunda quæstio talis est: Quæritur, nunquid si renuntiauit feriis ob mundi necessitates introductis, valeat renuntiatio? Et dico quod sic, sed iudex Potestatis potest dicere, non curo: nam ius habet seruare statuta. Et dicit, ꝙ quis in his diebus feriatis conueniri non possit: ergo non debet audiri, & non cogitur: imò esset periurus, si in causa procederet. Tertia quæstio talis est. Quæritur, si citatio fuit facta pro parte, diebus feriatis: & pro parte

Beneficiũ feriarum quãdo locũ habet.

Casus speciales.

diebus non feriatis, vtputà, quia dixit nuntius; fac quod hinc ad quatuor dies compareas: & inter hos dies sunt quidã dies feriati, nunquid valet citatio? Quidam dicunt, quòd non, alij dicunt quòd sic: nam sufficit, si est aliqua vtilitas in citatione. Ad quintum, scilicet, an huic beneficio possit renuntiari? Et ad hoc sciendum sic distingue: quia aut quis renuntiat diebus feriatis ob honorem Dei, & sanctorum suorum: & tunc non potest. Et ratio est: quia pacto priuatorum reuerentia diuini Numinis tolli non potest. Si autem quis vult renuntiare introductis feriis ob mundi necessitatem; & tũc potest. Nam in fauorem hominum introductum est tale beneficium feriarum, & ideo eis potest renuntiari. Et hęc de renuntiationibus dicta sufficiant.

INCIPIT TRACTATVS,

De pactis, & eorum diuisionibus.

Diffinitio pacti.

QVia hic de pactis tractatur, videndum est primò, quid sit pactum, & vnde dicatur. Secundò, de pactorum diuisionibus. Tertiò, in quibus, & super quibus prodest pactum, & quando pœna in pactis committatur. Pactũ est consensus duorum vel plurium in idem alteri ab altero paciscentium dandum, vel faciendum. Et attende diligenter singula verba diffinitionis. Pactum enim consensu perficitur, vt in emptione, & venditione. Et hoc ad differentiam stipulationis, in qua non solùm consensus, sed etiam verba necessaria sunt: quia habet fieri per interrogatiõnem, & responsionem. Item necessarium est, vt in pacto sint duo vel plures, & quod consentiant in idem dandum, vel faciendum. Et bene dicit, in idem, & non in eodem: quia si ego & tu consentiamus, quòd Socrates sit lapis, non est pactũ: quia talis consensus non obligat vnum alteri, nec est de dando, vel faciendo. Dixit etiam, alteri ab altero: quia si consentiamus, quòd vnus nostrûm det Titio, vel quòd Titius det vni nostrûm, nõ est pactum: Cùm alteri stipulari vel pacisci nemo possit: & cùm non obligetur aliquis regulariter negotium alterius promittendo. Dicitur autem pactum à pactione,

Pactũ vnde dicitur.

id est, pacis actione, hoc est, à pace & actu. Nam qui paciscuntur, ex diuersis & contrariis animorum motibus, post

post multa & varia certamina in vnam consonantem dedu- cuntur sententiam. Vel dicitur pactum à palmarum percussione: quia consentientes adinuicem palmas sibi solent paciscentes percutere, & iniungere. Et est pactum generale ad omnia, quæ aguntur causa obligationis contrahendæ, vel tollendæ. Pactorum multæ sunt diuisiones: sed de aliquibus hic tangitur. Prima diuisio est: quia pactorum quædam sunt vtilia, quædã inutilia. Vtilia sunt pacta vestita, quæ ratione personarum, & ratione rerum, & secundum iuris ordinem fiunt: cum hoc quòd personæ, quæ pactũ faciunt, sint tales, quæ obligare se possint: Et res, super qua fit pactum, sit talis, quæ non sit prohibita à lege alienari: & in obligatione seruetur ordo iuris, vt suprà dictum est de personis, & rebus, & obligationibus. Inutilia verò sunt, quę fiunt contra leges, constitutiones, edicta prætorũ & in fraudẽ. Contra leges dicitur fieri pactũ, quando alienatur prædium minoris sine decreto, vel quando alienatur dotalis fundus inæstimatus datus in dotem. Cõtra constitutiones fit, quãdo aduocatus paciscitur cum clientulo suo de quota parte litis cõtrahenda pro salario suo. Cõtra edictum prætoris fit, vt si fiat pactum, ꝙ liceat alicui facere furtum sine pœna. In fraudem autem pactum fit diuersis modis: quia fraus, aut fit de persona ad personam, aut de re ad rem, aut de contractu ad contractũ alterũ, aut de contractu ad contractum eundem, aut de nomine ad nomen, & de facto ad factum. De persona ad personã fit fraus, vtputà, Ego tutor vel curator, qui prohibeor emere aliquid de bonis pupilli vel adulti mei, illud non emo per me, sed per interpositam personam, sicut per vxorem, vel filium, vel etiam per alium extraneum meo tamen nomine. De re ad rem fit fraus: Cùm prohibitum sit mutuare pecuniã filiosfamiliàs, ego pecuniã non mutuo, sed aliquam rem do tibi, vt ipse illà vendità, vtatur pecunia. De contractu ad contractum alterum fit fraus, vtputà, vir & vxor constante matrimonio prohibentur inuicem donare, non donant, sed donationis causa vendunt. De contractu ad contractum eundem fit fraus, vtputà, Cùm deberem pecuniam mutuare Titio, & mulier vellet fideiubere pro eo, ego econuersò dico, ne mulier defenderetur Velleiano, mutuaui pecuniam mulieri, & Titium in fideiussorem accepi. De nomine ad nomẽ fit fraus, vt si prohibetur aliquis esse Potestas alicuius terræ, ipse facit se eligi non in potesta-

Diuisiones pactorum.

tem

tem, sed in defensorem, vel in procuratorem, quod idem est, mutato autẽ nomine. De facto autẽ ad factũ fit fraus, vtputà, vendidi tibi ancillam meá, eo pacto, ne prostitueres eam in lupanari ad faciendũ quæstũ sui corporis: tu verò in lupanari nõ posuisti, sed in caupona, vt ibi ministraret: quod idem est, quantũ ad effectũ. Item nota, ꝙ non solũ prędictis rationibus, sed etiá quibusdá aliis infrascriptis pacta redduntur inutilia. Ecce enim si pactum factũ est inter debitorem & creditoré, ne liceat creditori pignus distrahere, nõ valet, & est ratio, ne inuitetur ad delinquendũ, id est, ad solutionem denegãdam. Item pactũ, in quo quis generaliter in se suscipit casus fortuitos, nõ valet: & est ratio ne quis generaliter & sub inuolucro verborũ susciperet, quod specialiter suscepturus non esset. Itẽ pactũ de dote vlteriori die reddenda nõ valet: & est ratio, quia damnosum est doti, & publicę vtilitati. Item pactum factum, vt maritus donet vxori vltra id quod facere possit, non valet: & est ratio, quia contra bonos mores esset. Item pactum factũ inter militẽ & eius aduersariũ, ꝙ miles possit procurare, nõ valet, eà videlicet, ratione: quia contrarium esset publicæ vtilitati, eò ꝙ milites nostri debent scire arma, & nõ iura. Item pactum, in quo remittitur expressim sacramentũ calumniæ non valet: & hoc ideo, quia publicæ vtile est, vt lites sine omni suspitione procedant. Item pactum factũ de precario non reuocando non valet: quia legibus statutũ est, vt nõ obstante huiusmodi pacto precariũ reuocari possit. Secunda diuisio: quia pacta alia sunt vestita, alia nuda. Pacta nuda sunt illa: quæ nõ continent causam. Nullius enim est efficaciæ alicuius rei traditio sine causa. Et etiá dicuntur nuda illa, quæ non vestiuntur aliquo infrascriptorum sex vestimentorũ: & hæc nuda pacta sunt inefficacia ad obligandũ, vel ad agendũ, licet prosint ad defendendum: quia nudũ pactũ regulariter non parit actionem, sed exceptioné. Pacta autẽ vestita sunt efficacia & vtilia ad obligandum, & agendũ. Et dicuntur vestita pacta sex modis, scilicet, re, verbis, literis, consensu, cohęrentia contractus, & interuentu rei. Sed de prædictis quatuor modis suprà habemus exempla, vbi tractatur, quibus modis cõtrahitur obligatio. De quinto verò, hoc est, cohærentia contractus est exẽplum, vtputà, vendidi tibi domum, & in ipsa venditione interuenit pactum, ꝙ ego in ipsa debeá morari vsque ad annũ tertium. Illud vltimum pactum per se factũ non valeret, quia

nudum

nudum est, sed cohærentia, & gratia illius pacti vestiti, id est, venditionis, in qua positum est, valet. De sexto verò, id est, de rei interuentu exemplũ est, vtputà, promisi tibi aliquid dare, vel facere, vt tu mihi aliquid dares, vel faceres. Vnde incontinẽti cũ tibi dedero, quod promisi, statim vestitũ est pactũ ex parte mea: & ideo interuẽtu eius, quod dedi, es mihi obligatus ad id dandũ vel faciendũ, quod promisisti. Et nota, quod quatuor primis modis nõ dicitur propriè pactũ vestiri: quia illud dicitur vestiri, quod nudũ est. Sed pactũ quod fit re, vel verbis, vel literis, vel consensu, ab ipso instanti natiuitatis suæ procedit vestitũ, & cum suo effectu accipit vestimẽtum. Pactum verò, quod vestitur cohærentia cõtractus & interuentu rei, primò erat nudũ, sed his interuenientibus accipit vestimẽtum. Tertia diuisio est: quia pacta alia cõsistunt in dando, alia in faciẽdo. In dando, vt si cõueni tibi dare centum, vel equũ, vel aliã rem. In faciendo, vt si conuenit tibi facere foueam, vel domũ. Quarta diuisio est: quia alia sunt expressa, alia tacita. Expressum est, vt si cõueni tibi aliquid dare vel facere. Tacitum est, vt si conduxi domũ tuam, & in eam res meas induxi, tacitè videor pepigisse tecum, vt inuecta & illata sint tibi obligata pro pensione. Item tacitum pactum est, vt si creditor restituat debitori chirographum siue instrumentum debiti: quia tacitè videtur ei fecisse pactum de non petendo. Item tacitum est pactum, vt si habebam tres debitores, qui mihi tenebantur in xx. & erat vnusquisque insolidum obligatus, vnde ego recepi ab vno eorum quinque: & ita videor renuntiasse iuri solidi, & pactũ fecisse tacitè nõ petere ab vno quoq; aliorũ, nisi alia quinque pro quolibet. Quinta diuisio est, quod pacta alia sunt clara, alia obscura. Clara sunt, in quibus obscuritas vel ambiguitas non versatur: & hæc, si solenniter facta sunt, seruari debent: Quia nihil est, quod magis hominibus conueniat, quàm pacta seruari. Obscura sunt, quæ possunt habere duplicem intellectum: vt si dixerit venditor, stillicidia sicut sunt rei venditæ, ita sint: & intelligebat quod seruitus stillicidij recipiendi deberetur à re vendita, emptor verò intelligit quod deberetur rei venditæ: & hæc obscura pacta interpretanda sunt contra proferentem, quia in eius potestate fuit apertius legem conscribere. Sexta diuisio est: quia pacta alia sunt gratuita, alia non gratuita. Gratuitum pactum est vt cum, nullo dato, retento, vel promisso gratis debitum retur. Non gratuitum

Alia pactorũ diuisio.

Alia diuisio.

tuitū est transactio, quæ fieri debet aliquo dato, promisso vel retento. Prosunt autem, & porriguntur pacta ad illas tantùm personas, inter quas facta sunt, & aliis personis regulariter non valent. Sed fallit hoc in infrascriptis casibus: quia pactū de non petendo factum reo principali prodest fideiussori, nisi in paciscendo actum sit: Ne prosit fideiussori, vel nisi fideiussisset animo donandi, vel nisi in rem suam fideiussisset: quia his tribus casibus pactum rei non prodest fideiussori. Sed ecōtrà, pactum fideiussoris non prodest reo: quia licet rei intersit à fideiussore non petere, quia fideiussor habiturus erat regressum cōtra eum, non tamen interest fideiussoris à reo non petere: quia cùm reus contra fideiussorem non sit habiturus regressum, nisi fideiussor in rem suam fideiussisset, quia fideiussor pro eo tunc accipiendus est: & tunc pactum rei prodest fideiussori, & pactum fideiussoris accepti in rem suam prodest reo. Pactum verò fideiussoris non prodest confideiussori: sed si expresim agatur, quòd prosit reo, vel confideiussori, prodest eis. Item pactum vnius rei debendi, scilicet, argentarij socij prodest alteri. Itē pactum factum cū vēditore, vel donatore, prodest emptori vel donatario, quia succedit in rem ipsam. Item pactum factum cum filio vel seruo, prodest patri & domino. Pactum autem procuratoris prodest domino, & nocet in tribus tantùm casibus, hoc est, si habet speciale mandatum, vel si in rem suam constitutus est, vel si habeat liberā & generalem administrationem. Item pactum tutoris vel curatoris prodest pupillo & adulto, & etiam nocet, si fiat bona fide, & non animo deprædandi. Nunc demum videndum est, quando pœna in pactis apposita committatur: Est igitur sciēdum, quòd pœna in pactis apposita aliquando committitur, aliquando non. Si enim cōuentio incipit à cōditione, vtputà, si Stichum non dedero, x. dabo, committitur pœna, cum certum est conuentum dari non posse. Si verò incipit à præcedēti pactione, vtputà, promitto tibi Stichum dare, alioquin nomine pœnæ x. dabo: & tunc si præcedens pactio est obligatoria, vt quia sit pactum vestitum, committitur pœna, ex quo dare potuit, & nō fecit. Si autē præcedens pactio non est obligatoria, tunc non committitur pœna nisi demum lite contestata super eo, quod in pactum deductum est. Item nota quòd pacta aliqua fiunt secundū leges, aliqua præter leges, aliqua contra leges. Quando fit pactū secundum leges, vtputà, quia

Pœna in pactis apposita quādo committitur.

Alia pactorum diuisio.

prom

promittitur aliquid dari vel fieri, quod lex permittit: tunc si est pœna promissa, potest peti, vel res, vel pœna, id est, alterũ eorũ solùm, nisi dictum sit, quòd pœnâ solutâ ratum maneat pactum: quia tunc vtrunque potest peti. Quando autem fit pactum præter leges, scilicet, quãdo pacto aliquid promittatur, quod neque à lege expresſim permittitur, neque expresſim prohibetur, vtputà, cùm promitto factum alienum: quod si non fiat, promitto pœnam, tunc licet non valeat principale, quia factum alienum promittere non possum, nec etiam alteri pacisci, valet tamen pœnæ promisso. Quando verò fit pactum cõtra leges, vt quia promittitur aliquid, quod lege prohibetur, scilicet, res sacra, vel religiosa, vel liber homo, tunc neutrũ valet, neque principale, neque pœnæ promisſio: Quia quòd fit prohibente iure pro infecto habetur. Itẽ nota, ꝙ pœna aut adiicitur quantitati, aut spei, aut facto. Si pœna adiicitur quantitati, vtputà, promitto dare x. sub pœna dupli, tunc ipsa pœna quantacunque & qualiscunq; promissa sit, reducitur ad legitimum modum vsurarũ sortis promissæ: & hoc ideo, quia ex quantitate pecuniæ solet committi fœnus. Si verò adiicitur pœna speciei, vt promitto tibi equũ, vel aliã speciem sub pœna x. lib. illa pœna exigitur tota. Idem est, & si adiicitur facto, vtputà, promitto tibi facere domum vel foueam: quia pœna adiecta speciei vel facto, quantacunque sit, exigitur tota. Et hæc de pactis, & eorum diuisionibus sufficiant. Nunc de publicationibus instrumentorum videamus.

HIC INCIPIT TRACTATVS,

De pactis & eorum diuisionibus. Rubrica.

Iste titulus continuatur ad superiora *Diuisio* ista forma: Dicto de contractibus, & de *præsentis* his quæ sunt necessaria contrahentibus, *tituli.* sequitur modò videre de pactis, & pactorum diuisionibus: & hoc dicit rubr. Et diuiditur hic tit. in quatuor partes principales. In prima parte ponitur diffinitio pacti, & eius etymologia. In secũda ponũtur diffinitiones pactorũ. In tertia parte tractatur de effectibus, & virtutibus pactorũ per ordinẽ. In quarta, quando pœna in pactis apposita committatur, & exigi posſit. Prima pars

pars durat vsque ad §.Pactorum. Ibi secunda, & durat vsque ad §.Prosunt autem.Ibi iij.& durat vsque ad §.nunc demum. Ibi iiij.& durat vsque ad fi.titu. Ad primum, quid sit pactum? certè est consensus duorum vel plurium hincinde alteri ab altero dandum vel faciendum. Nota, consensus:& hoc ad differentiam stipulationis, in qua non solùm consensus, sed etiã verba requiruntur, quæ habent fieri per interrogationẽ præcedentem, & per responsionem statim subsequentem: vt Insti. de verborum obligatio. & de literarum obliga. §.fi. Not. duorum: quia in quolibet pacto debent esse duo vel plures. Nota, alteri ab altero: quia inter nos debemus stipulari & pacisci, nõ autem per alteram personam: quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest. No. in idem, & non in eodẽ: quia si dicerem P. est lapis, & tu diceres, est verum: nõ propterea ob. Sequitur, dandum vel faciẽdum, quasi idem dandũ vel faciendũ. Pactorum multæ sunt diuisiones: quia alia vtilia sunt, alia inutilia. Sed quæ sunt vtilia? Respondeo, illa, in quibus tria concurrunt ꝙ persona, res, & ordo seruetur. Persona, quæ possit efficaciter obligari: de quibus habuimus in titulo de inutilibus contractibus ratione personarum, per totum. Item, ꝙ sint tales res, quæ possint in contractibus deduci: de quibus habuimus in titulo de inutilibus cõtractibus ratione rerum, per totum. Item ꝙ ordo iuris seruetur, scilicet, quòd acquirã mihi vel procuratori, & obliges te, non autem obligetur tertia persona: quia alteri stipulari vel pacisci nemo potest. Item vtilia dicuntur, quæ fiunt secundũ leges & constitutiones Principũ & secundũ edicta Prætorũ. Sed quæ sunt inutilia? Respondeo, illa, quæ fiunt cõtra cõstitutiones Principũ: vt si aduocatus paciscatur cum clientulo suo, & tunc illa pactio non valet, nec tenet. Cõtra leges dicitur fieri, quando prædiũ minoris alienatur sine decreto, vel fundus dotalis. Sed quæ sunt illa quæ fiunt in fraudem legis? fiunt inuentis nostris. Quandoque fit fraus legi de persona ad personam: vt ecce, cauetur ne tutor vel curator possit emere de bonis pupilli sui vel adulti pendente tutela vel cura: tutor non emit per se, sed per interpositam certã personã suo nomine tantũ. De re ad rem fit fraus: vt ecce cũ prohibitum sit pecu. mutuare filiofa. mutuaui vinũ vel frumentũ in fraudem Macedo, vt illo vendito vtatur, pecuniam certè poterit opponere Macedonianum senatuscon. ac si mutuassem ei pecuniã. Item de contractu ad alterũ contractum

tractum sit fraus:vt ecce,cauetur in lege ne mulier posit donare marito suo sine causa,nec ecōtrà,ne nimio amore se adinuicem spoliarent. Vidēs maritus ꝙ nō poterat donare vxori,fecit venditionē fictitiam : certè talis venditio non valet,si fraus emineat,vel probetur:quia fraus est facta de contractu donationis ad cōtractū venditionis:hoc verū est,si potest probari:& si nō potest probari, prima facie daretur fides publico instrumēto:per se iura nō pereunt,sed defectu bonæ probationis. Itē de cōtractu ad contractū eundē,vt cùm mulier vellet fideiubere pro Titio,obligauit se tanquā principalē,& ipse Titius obligauit se tanquā fideiussorē:certè ipse poterit opponere exceptionē senatuscōsulti Velleiani,ac si directò fideiussisset. Item de nomine ad nomē fit fraus:quia cauetur de forma statuti cōmunis Bononiæ,ꝙ non sit aliquis Potestas, nisi sex mensibus illius loci. Potestas esse non potest aliis sex mēsibus sequētibus:modò ipse facit se eligi in Capitaneum,vel Defensorem:quod idem est,quātum ad effectum,mutato solū nomine. Item de facto ad factum:vt vendidi tibi ancillam meā, eo pacto,ne eam poneres in lupanari,aliter efficietur libera : tu non posuisti eam in lupanari,sed in caupona,vt ibi ministraret:quod idē est,quo ad effectum:certè potero eam vendicare, & ipsa erit libera.Item de tempore ad tempus:vt agebam cōtra minorem viginti quinque annorum , & contra ipsum debebat ferri sententia, & executioni mandari in minori ætate:modò iudex distulit ad ferendā sentētiā,quia fortè ille aduersarius dederat pecuniam iudici,vt ipse differret: modò facto ipso maiore,non valet illa sententia. Item de loco ad locum,vt cauetur ex statuto ciuitatis Bono.quòd si aliquis emat aliquā rem,quòd debeat soluere vnū grossum pro libra : ego volens euitare iui Mutinam,& ibi feci instrumentum,nō valet illa venditio,non solùm modis prædictis sed in quibusdā aliis fit: Vt ecce,pignoraui tibi rem meam,eo pacto, ne posses eam vendere. Quæro,nunquid valeat tale pactum? Respōdeo, non:quia iam inuitarentur debitores ad delinquendū:vt dicitur de inutilibus contractibus ratione rerum,in §. item prohibita est alienatio vel pignoratio. Item pactum , in quo quis generaliter suscepit casus fortuitos : Quæro, si locaui vel deposui penes Petrum aliquam rem, & ipse in se suscepit omnē casum fortuitum,nūquid valet tale pactum ? Respon.non, vt dicit litera,ne quis generaliter & sub inuolucro verborū ali-

Q

quid suscipiat, id est, quod specialiter non susciperet. Sed ad declarationem §. dicam primò qui veniant in contractibus de casibus fortuitis, & nunquid valeat pactum. Ad primum, qui veniunt de natura contractus sine aliquo pacto? Debemus scire quòd tria sunt genera contractuum, quantum ad præsentem materiam. Alius est contractus, qui fit gratia dantis tantùm, vt depositi: & in ipso deposito veniunt duo, scilicet, dolus, & culpa lata. Et dolus est machinatio studiosa: vt commodaui vel deposui apud Petrum rem meam, ipse ordinauit cũ latrunculis, vt eam surriperent, & secum pretium participarent. Lata culpa est, quæ dolo comparatur, vt ignorare, quod omnes sciunt: vt quia dimisi rem extrà de nocte, & deportata fuit. Leuis culpa est negligentia vel pigritia: vt Petrus habebat rem meam penes se, & non recordabatur ipsum claudere ostium, de nocte propter suam pigritiam noluit exire lectũ, & scire si ostium erat apertum, an clausum, res deportata fuit. Leuissima culpa est peccare, in quo sapientissimus non peccaret, vt quia locaui equum Petro, vel deposui, ipse fecit funem nimis breuem, vel nimis longum, ita quòd capistratus est equus. Casus fortuiti sunt, quos euitare nõ possumus, non solùm in animabus & corporibus nostris, & tantò fortius in rebus euitare non possumus. Præmisso hoc, dicam quæ veniunt in contractibus dantis tantum? Respon. in deposito veniunt duo, scilicet, dolus, & lata culpa. In cõmodato, eò quòd fit gratia accipientis, veniunt quatuor, scilicet, dolus, culpa lata, leuis & leuissima. In locatione veniunt tria, scilicet, dolus, lata culpa, & leuis regulariter: quia fit gratia vtriusque. Quæro secundò, ad quid operetur pactum de casibus fortuitis? Ma. dicit, quòd tenebitur de omnibus, si suscepit generaliter omnes casus fortuitos: & est opinio summæ nostræ. Ioannes dicit, quòd tenebitur solùm de specificatis, ne sub inuolucro suscipiat, quod suscepturus non esset, si specificasset. Bulgarus idem dicit, quod Ioan. vno addito, quòd apponatur clausula generalis, sub qua cætera alia concludantur. Alij dicunt, quòd si de natura cõtractus veniũt tria: vt in locatione, & pignore, pactum inducit leuissimã culpam. Si verò de natura cõtractus veniũt quatuor, vt in cõmodato, pactum inducit casum fortuitum, eò quòd verba adiecta debẽt aliquid operari, & tutius est, vt vtamur opinione Io. & Bul. Item pactum de dote vlteriori die restituenda, Circa materiam huius §. dicam primò quando, & quo

& quo tempore dos sit restituenda? Respon. non constante matrimonio, eò quòd dos datur pro sustinendis oneribus matrimonij, nisi in certis casibus, in quibus potest restitui constãte matrimonio: vt dixi in cap. de dotibus, in §. prætereà no. sed debet restitui soluto matrimonio. Sed quo tempore soluto matrimonio? distingue: aut dos fuit data in rebus immobilibus inæstimatis, & tunc statim vxor poterit petere: Si verò in pecunia, vel in rebus mobilibus æstimatis, & tunc infra annũ soluto matrimonio petendo actione ex stipulatu, quæ pro dote competit: secus si maritus legasset in testamento: quia plus valet legatum, quàm de dote actio. Sed pone, quòd vxor poterit petere dotes, & ipsa fecit mihi pactum, vt non posset petere nisi post annum, non valet istud pactum de posteriori vel vlteriori die reddenda: quia esset contrarium doti, & publicæ vtilitati: secus si fieret pactum de citeriori die reddenda, vt ecce, vxor non poterat petere dotes, ego feci sibi pactum, vt ipsa posit petere incontinenti, quia valet. Item pactum &c. ego contraxi matrimonium cum Berta, vna die ipsa venit ad me, vt facerem pactum ei, vt ipsa posit me conuenire insolidum de petendo dotes, nunquid valet? certè non, vt habuimus in titulo de renuntia. in §. ne quis condemnetur, nisi in quantum facere potest. Item pactum factum inter militem: vt ecce, ego agebam contra quendam Corradum, ipse volebat facere procuratorem quendam militem: Quæro, nunquid iste miles posit esse procurator? Respond. non, quantumcunque faciam sibi pactum, vt quia miles debet scire arma, & non iura. Item pactum, in quo remittitur expresim sacramentum calumniæ: vt ecce, ego agebam contra quẽdam Corradum, à quo petebam centum, ipse vult mihi expresè remittere sacramentum de calumnia, & ego sibi: vel remissum fuit tacitè, quæritur, nunquid valet sententia lata? certè non, eò quòd est lata cõtra solitum ordinem iudiciorum, authoritatem rei iudicatę non habet: ideo præstatur sacramentum in ea, vt lites sine aliqua suspicione procedant. Tamen quomodo debeat ferri sententia, dixi in nono capi. de iudiciis, per totum. Item pactum factum de precario. Circa materiam præsentis §. dicam. Primò, quid sit precarium, Secundò, in quo differat à commodato, & in quo cõueniat. Tertiò, nũquid valeat pactum de precario non reuocando. Ad primum, quid est precarium? Precarium est, quod ad preces vtentis conceditur,

vt tandiu sit penes eum quandiu libuerit concedenti. Secundò, in quo differat, & in quo cõueniat cum cõmodato? Respon. conuenit in hoc: quia precarium & cõmodatum fiunt ex gratia & beneuolentia consistente: & differunt in hoc, quia in cõmodato veniunt quatuor, in precario duo. Item in alio: quia in commodato exprimitur vsus, in precario verò non. Item commodatum reuocari nõ potest, nisi finito termino: sed precarium potest statim reuocari. Tertiò, nũquid valeat pactum de precario non reuocando? distingue: aut concessi rem meã, precario nomine hinc ad pascha, nullo pacto apposito, & tunc reuocare potero: aut feci pactum de non reuocando ante Pascha, & tunc valet: quia non potero reuocare ante Pascha. Secunda diuisio pactorum est. Circa quã diuisionem isto ordine procedam; quia primò dicam, quæ sunt pacta nuda. Secundò effectum, & virtutes pactorum. Ad primum, pacta nuda sunt illa, quæ in se causam non continent. Item alicuius rei traditio sine causa non valet. Item permutatio. Item donatio. Item omnia pacta inutilia, de quibus suprà diximus. Itẽ pacta, quæ non sunt vestita aliquo de nouemvestimentis, id est, pacta nuda: vt iam statim dicam. Secũdò quis sit effectus, & virtus? Respondeo, nõ actionẽ, sed exceptionẽ pariunt, nisi in sex casibus in quibus pariunt actionem. Secundò, quomodo pariunt exceptionem, si sint facta ad excipiendum. Circa hoc dicã, quomodo pactum nudum non parit actionẽ. Tertiò qualiter vestiatur regulariter. Ad primum, nunquid pactum nudum parit actionem? Respondeo non: Verbi gratia, conueni tibi aliquid dare vel facere, fuit pactum inutile, non poteris agere contra me, nec ego contra te: quia excep. nudæ non datur actio. Item in diuisione facta simpliciter. Secundò quæro, quomodo parit exceptionem? Respondeo, parit exceptionem, si est factum ad excipiendum; vt Antonius vendidit mihi rem suã, & in instrumento promisit mihi dare fideiussorem: in processum temporis feci pactum, vt non daret fideiussorem, illud pactũ de fideius. est nudum: & ideo si agam, vt det mihi fideius. excipiet ex pacto facto, & de fideius. non dato. Tertiò, qualiter vestiatur regulariter propter sex causas, in quibus pactũ nudũ nõ parit actionẽ. Primò in constituta pecunia, Item in donatione, Item in antiquo fœnore. Item in vsuris ementi promissis. Item in dote nudo pacto promissa. Item in actione vini, frumenti, vel ordei. Viso de nudis, modò videamus de vestitis, id est,

quæ

quæ sunt pacta vestita: & illa sunt quæ vestiuntur aliquo de nouem modis, scilicet, re, verbis, literis, consensu, cohærentia contractus, interuentu rei, operis initio, legis auxilio, & iureiurando. Re, vt in pignore, commodato, & deposito. Et in debito verbis contrahitur obligatio per interrogationem præcedentem, & responsionem incontinenti subsequentem. Literis, vt quando quis fuit confessus pecuniam mutuo habuisse, quam de rei veritate non habuit. Consensu, vt in ven. locat. condu. societate, mandato. Cohærentia contractus, vt quando iuxta pactum vestitum apponitur nudum. Verbi gratia, Andr. mihi vendidit rem suam, & ego feci pactum in isto instrumento ven. vt debeat morari in ea vsque ad annum: modò si istud pactum non esset factum per se, esset nudum: sed postquàm fuit factum iuxta contractũ vestitum, vestitur gratia illius cohærentiæ contractus. Interuentu rei, vt cõueni tibi dare domum meam, & tu conuenisti dare tuã: à parte enim dantis rem, nata est actio, quæ appellatur præscriptis verbis: nam ante interuentum rei nulla est actio. Operis initio: vt ecce, Ego pollicitus fui reipublicę ędificare clusam Rheni, vel palatium: illud opus dicitur initiatum, quãdo paraui locum ad murandum vel ædificandum. Legis auxilio, vt in dote restituendo. Iureiurando, in operibus à manumisso præstandis: vt ego do libertatem seruo meo, ipse iurauit se daturum certa opera: certè ipse obligatur: Et etiam est casus, in quo sacramentum inducit obligationem. Tertia diuisio est: quia pacta alia consistunt in dando, alia in faciendo. Circa quam diuisionem dicam primò, quæ sint pacta, quæ consistunt in dando, & aliqua de natura ipsorum. Ad primum, quæ sunt pacta, quæ consistunt in dando? certè quãdo dare venit in obligatione, & ille, qui promittit dare, debet ita dare, vt faciat rem accipientis, eò quòd dare est rem accipientis facere: & nunquam in istis casibus non venit interesse, nisi in contractibus innominatis. Sed quid, si promisit mihi rem alienam dare? Respondeo debet emere, & mihi dare: & si vult vendere vinum caro pretio: & tunc præstando interesse ipse liberatur. Sed quæ sunt pacta, quæ consistunt in faciendo? Respondeo, quando factum in oblig. versatur: & hoc est de natura eorum pactorum, quia in istis contractibus, in quibus factum versatur, præstando interesse quis liberatur. Sed quia difficile est probare de interesse, optimũ est quòd opponatur.

Sunt tamen certi casus speciales, in quibus quis tenetur factum facere. Primus casus est in noui operis denuntiatione. Item in stipu. Item in stipu. facta per metum. Item in procur. actoris, de cuius mandato dubitabitur: vt ecce, quidam A. dicebat se esse procuratorem meum, & petebat à Martino: & ille talis A. dicebat se esse procur. nõ poterat ostendere de mandato, nunquid cogitur? certè sic: & præstando interesse non liberatur: quod secus in procu. rei conuenti. Sed quare secus de procu. actoris, de cuius mandato dubitatur? Respondeo, quia procu. actoris iam est consecutus, quod optauit, scilicet, se admitti ad agendũ, & admissus est: sed procu. rei nõ est consecutus quod optauit, quia cogebatur ad se defendendũ: ergo concessit sibi potestatem ad se defendendũ, & non est consecutus, quod optauit. Quarta diuisio est: quia pacta alia sunt expressa, alia tacita. Circa quam diuisionem dicam primò, quæ sunt pacta expressa? Respõdeo, sunt illa, in quibus aliquid dari vel fieri promittitur expresse, possunt bona obligari ex omni cõtractu, qui fit re, verbis, literis, & consensu. Alia sunt tacita pacta, & sunt ista, in quibus bona non obligantur expresse, sed veniunt in obligatione tacitè, vt est positio legis sine aliquo pacto, & hoc in multis casibus. Primus est in locatione: vt ego locaui tibi domum meam, ad pensionem, omnia bona tua sunt mihi obl. tacitè, non solũ pro pensione, sed etiam pro deterioratorũ refectione: In ciuitate enim inquilini bona, quæ apparent, sunt mihi obligata, dummodo sciam ipsa in domo inuecta: secus in rustico prædio, quia sunt obligata tantũ illa, quæ apparent: & ideo, quia sancta rusticitas omnia palàm habet: & hoc verũ, si ille cõductor cõduxit eo animo, vt ibi perpetuò staret, aliàs nõ esset obligatus. Sed quid si locaui domũ meã repetitori, & ipse locauit vnicuique scholari, quæro, nunquid bona vniuscuiusque sint mihi obligata? certè sic. Itẽ fallit, quãdo creditor restituit debitori chirographũ, tollitur naturalis, & ciuilis remanet elisa & sine effectu: & hoc verũ est, si creditor cõfitetur se reddidisse. Si verò ipse negat, oportet ipsum debitorem negare ipsum instrumentũ reddidisse: præsumptio vxo. & filiorum q. secus est per redẽptionem pignoris. & ratio, quia redemptio pignoris affert vtilitatẽ: vt quia, si est vestis, portare poteris: si liber, legere poteris: secus per redemptionem chirographi, quia de redemptione chirographi nihil facis, nisi ꝙ retines ipsum in capsa. Item fallit, si habeo

beo plures debitores obligatos,& recipio partem debiti ab altero eoru m,videor fecisse pactum de non petendo,nisi partem contingentem,nisi creditor fuerit protestatus in contrariũ.Itẽ fallit in vxore,quæ promisit mihi dotes:certè omnia sua bona sunt mihi tacitè obligata:Itẽ bona mariti sunt tacitè obl.vxori pro dote restituenda.Item bona vxoris sunt obl. filiis primi matrimonij,conuolantis ad secundas nuptias.Itẽ matris tutricis filiorum suorũ bona sunt obli.filiis pro mala administratione.Item fallit in milite recipiente pecu.causa militiæ.Item bona tutoris & curatoris sunt obligata pu. & adul.Itẽ ecõtra bona pup.& adul.sunt obli.tu.& cu.si aliquid expendent in agendo negotia eorũ.Itẽ bona patris sunt obli. filio.Item propter nauim reficiendã.Item bona contrahentis cum fisco,sunt obligata fisco.Item si concedo aliquid alicui in emphyteosim,& pereat in totum,ipse emphyteota liberatur.Item istud pactum contrahitur,si emphyteota vult vendere meliorationes suas,debet dominũ requirere,vt in præallegato §. Quinta diuisio est : quia pacta alia sunt obscura,alia clara.Circa quam isto ordine procedam:dicam primò, quæ sunt pacta clara,posteà dicam eorum effectus,Sed quę sunt pacta clara? respondeo illa,in quibus obscuritas vel ambiguitas non versatur, sicut sunt pacta vtilia,& vestita : & ambiguitas propriè circa dictionem,& obscuritas circa orationem tantùm hæc sunt vulgaria. Quid est obscuritas? est ambiguum, & èconuerso.Sed quæ sunt pacta obscura?sunt illa,in quibus obscuritas & ambiguitas versatur:vt si vendidisti domum tuam mihi,& dixisti,stilicidia domus tuæ vti sunt,ita sint : & ego creditor credebam quòd domus mea reciperet stilicidia domus venditæ.Aliud est exemplum , vendidi tibi equum meum, & dixi quòd non habebat vitium , & quòd non ascendebat arbores : ego venditor intelligebam , pontem factum de arboribus , & emptor intelligebat arbores de nemore : & certè ista pacta sunt interpretanda contra proferentem,quia in eius potentia fuit legem apertius declarare : secus in iudiciis.Sed ad hoc sciendum plenè contra quem debeat interpretari?distingue:aut ista ambiguitas versatur in iudicio , aut in contractibus. Si in iudicio,contra aduersarium , & non contra proferentem interpretanda est : quia aduersarius semper negaret , & diceret sẽ

aliter intellexisse:& certè secundum intellectum agentis interpretabitur. Sed quid si obscuritas vel ambiguitas versatur in contractibus? distingue: aut est certum dixisse, aut incertum, aut dubitatur: si est certum dixisse, valet: si est incertum dixisse, non valet. Si autem dubitatur, & tunc potest Interpretari secundum dictum vnius:& tunc secundum intellectum & dictum vnius potest interpretari, & tunc valet: Verbi gratia, stipulatus sum à te Centum mihi dari Bon. tu intelligebas de Bon. quæ est vltra mare, & ego intelligebã de ista Bon. certè valet secundum meum intellectum. Si verò potest interpretari secundum dictum vtriusque, & tũc quod est magis verisimile, cõprobatur & seruatur: Verbi gratia, Vendidi tibi equum meum pro x. emptor intelligebat de Bagatinis, ego verò vẽditor de Bononinis, vel alia meliori pecu. qđ magis est verisimile: tunc distingue, aut iste equus Bononiæ valet plusquã x. & tunc intelligitur de Bonon. & valet in casu nostri §. certè contra proferentẽ debet interpretari, vt suprà. Sexta diuisio est: quia pacta quædam sunt gratuita, quædã nõ gratuita. Circa quam duo dicam: primò, quæ sunt pacta gratuita. Secundò, quæ sunt pacta non gratuita. Ad primum, quæ sunt pacta gratuita? certè sunt illa, quæ fiunt ex grata beneuolentia, sicut est pactum de vlterius non petendo. Secũdò, quæ sunt pacta non gratuita? certè illa quæ non fiunt gratis, vt est transactio: de aliis suprà melius dixi. Prosunt autem, &c. Hæc est pars tertia huius tituli, in qua tractatur de moribus & virtutibus pactorum: certè sunt quatuor, quædã sunt, quæ habẽt virtutem pariẽdi, sicut pacta vtilia, & vestita. Alia sunt pacta, quæ habent virtutem perimendi: sicut est, per solutionẽ eius quod debetur, omnis tollitur obligatio. Alia sunt pacta, quæ habent virtutem eligendi: sicut sunt pacta de vlterius non petendo, eò quòd tollitur obligatio naturalis, ciuilis verò remanet elisa, & sine effectu. Alia sunt pacta, quæ habent virtutem informandi: sicut quando apud pactum vestitum apponitur nudum. Sed regula fallit in pacto facto de vlterius nõ petendo, qđ pactũ prodest fideiussori: quia ea exceptione, quã principalis defenditur, & eius fideiussor defendĩ debet, nisi esset beneficium cohærens personæ, vt putà, quia debitor cesſit bonis. Item quãdo quis fideiusſit pro minori. Itẽ quãdo quis fideiubet pro propria persona. Modò videamus exceptionẽ ab exceptione in certis casibus, in quibus pactum factum debitori

non

non prodest fideiussori. Primus, quando fideiussit animo donandi. Secundus casus, quando fideiussit in re sua. Item quando fideiussit inuitus. Item quando fuit actū per pactum, vt pactum factum cū reo nō prosit fideiussori. Sed ad istum casum oppone: quia si vellem conuenire fideiussorem, ipse allegabit beneficiū nouæ cōstitu. de fideiusso. vt primò cōueniatur principalis, quàm fideiussor: & ego nō potero cōuenire eum, quia feci pactum ei de vlterius non petendo. Sed ad hanc literam saluandā debemus dicere, ꝙ ipse fideiussor renuntiet beneficio nouæ cōstit. de fideiuss. & beneficio cedendarū actionum. Modò videamus, vtrū pactū factum cum fideiussore prosit debitori? Respondeo nō: quia si debitor soluit, non habet regressum cōtra fideiussorem de eo, qđ soluit: sed si fideiussor soluit pro debitore, bene est habiturus regressum cōtra debitorem ad repetendū illud, quod soluit. Sed hæc regula, quæ dicit, Pactum fideiussoris non prodest debitori, fallit in pacto facto fideiussori in rem suam, per pactum prodest debitori. Pactū verò fideiussoris nō prodest confideiussori, &c. Quæritur in isto §. vtrum pactū fideiussoris prosit debitori, & debitoris fideiussori? certè nō, nisi in instrumēto debiti per pactum agatur, vt prosit. Item pactū vnius rei debendi. Quæritur vtrum pactum factum vni debitori prosit alteri? vt ecce, ego possidebam domum vnā, A. talia iura habebat, quòd poterat me reuocare, vel actione rei vendicationis, vel actione hypothecaria, ipse fecit mihi pactum de nō petendo ipsa iura. Prætereà ego vendidi, vel donaui cuidā alteri, nunquid illud pactū factum debitori prosit emptori, vel donatario? Respōdeo ꝙ sic. Item pactum factum filio vel seruo. Quæritur in isto §. ego debebā Petro cētum, ille fecit filio vel seruo meo pactum de vlterius non petendo, nunquid istud pactū prosit mihi principali domino? Respondeo sic. Pactum autē procura. & cętera. Quæritur in isto §. vtrum procur. possit nocere vel prodesse domino suo? videtur ꝙ non, nisi in tribus casibus, nisi esset specialis procurator: quia posset nocere in illa, vel in illis rebus, in qua, vel in quibus specialiter est constitutus. Item quando procura. est cum libera administratione generali: quia posset nocere in omnibus rebus, dummodo nō dilapidet, vel donet. Sed si esset sine libera administratione, & tunc posset nocere solummodò in illis rebus, quę modicam dilationem habent, seu recipiunt. Alius est quando est constitutus in rem suam.

Item pactum tutoris,&c. Quæritur in isto §.vtrum curator vel tutor posit nocere pupillo vel adulto? distingue:aut ille tutor vel curator remisit debitum gratis, & tunc mala fides præsumitur.Si verò transegit,& tunc aut debitum erat liquidum vel clarum,& tunc non tenet transactio. Nunc demum videndum est. Hæc est pars quarta huius tit.in qua tractatur, quando pœna in pactis apposita cõmittatur: & antequã ego descendã ad expositionem huius literæ,dicam primò de qua pœna loquitur iste §.certè de iudiciali,quæ sic diffinitur:Pœna iudicialis est,quæ imponitur delinquenti,siue delinquentibus ad sacramentũ debiti vel debitorum:quæ à lege,vel legis ministro imponitur. Est alia iudicialis,quæ apponitur in cõtractibus, & pactis,& diffinitur sic.Pœna est,quædam conuentionalis stipulatio,quæ in contractibus & pactis apponitur: vt si quis contrauenerit,in ea puniatur.Ideo dicit,quædã conuentionalis stipula.quæ pœna debet apponi in instrumẽto de partium voluntate.Hinc est quòd qui dam notarij apponunt pœnam sicut eis placet,& nõ de partiu m voluntate.Nam notarius debet interrogare partes,vtrum velint aliquam pœnam apponere in instrumento:& tunc debet apponere,sicut partes ei dixerũt:Nam omne negotium ita valet sine pœna,quemadmodum cum pœna:vnde si promisi tibi aliquid dare vel facere,& non posui pœnam,valet contractus:sed si factum non fecero,poteris agere ad interesse tuum. Sed quia probare de interesse est difficile,ideo volumus apponere pœnã:& est bonum in cõtractibus,& ideo capitulum pœnæ est voluntariũ & de voluntate partium est apponendũ,licet multum sit vtile pro emptore.Per hoc,qđ dicit,stipulatio,nota ꝙ pœna nudo pacto promissa non valet,sed debet promitti per stipu.& hoc quotidie apponimus in instrumẽtis,Sub pœna dupli stipulatio promissa.Per hoc,quod dicit,in contractibus & pactis apponitur,vt si quis contrauenit,in ea puniatur. Viso de qua pœna loquitur iste §.sequitur modò videre quot & quæ in illo §.examinantur:& examinantur tria.Primò,quando pœna in pactis apposita committatur.Secundò,in quibus pactis apponitur pœna,vt valeat.Tertiò,quando petitur pœna,& possit peti. Ad primum,quando pœna committitur,id est,quando est cõmissum illud,propter quod possum exigere pœnã:& distingue:aut cõuentio incipit à cõditione,aut à pactione,aut à promissione.Si incipit à cõditione:vt verbi gratia. Tu dicis, si eam

si eã tibi non dabo, dabo tibi decem: certè potero petere istã pœnam, quãdo ero certus te dare non posse. Si verò incipit à pactione, vel promisit de dãdo, vel faciendo: vt tu dicis, Dabo tibi equuũ meũ, & si nõ dabo, dabo tibi nomine pœnę decem: & tunc distingue, aut illa pactio nõ sit obligatoria, quia fuit pactũ nudũ, & tunc potero petere lite contestata. Sed quomodo lis cõtestabitur super pacto nudo? Respond. de facto, sicut possẽm petere alicui vestitum: & sicut quæratur potius condẽnatio absolutoria, quã cõdẽnatoria quo ad principalẽ effectũ, secus quo ad pœnã. Si verò fuit obl. vt quia fuit pactũ vtile, & tũc potero petere, cùm sit certũ te dare vel facere potuisse, & non dedisti nec fecisti. Secundò quæro, in quibus pactis pœna apponatur, vt valeat? distingue: aut pœna apponitur in cõtractibus, qui fiunt secundum leges, aut in illis, qui fiunt contra leges, aut in illis, qui fiunt præter leges. Si verò apponatur in contractibus, qui fiunt secundũ leges, vtputà, in pactis vtilibus, & vestitis: & tunc faciendo factũ, eris liberatus à facto. Si verò apponatur in cõtractibus, qui fiũt cõtra leges: & vbi principale non tenet, nec accessoriũ: vt verbi gratia, Promittis Corra. equũ, hoc nõ valet: & si non dabis mihi nomine pœnæ decẽ, & tunc valet: quia lex hoc expresse non prohibet, quia nõ dicit, ꝙ nemo debeat alteri stipulari vel pacisci, nec potest. Tertiò quæro, quantũ possit peti de pœna? distingue: aut est adiecta quãtitati, aut speciei, aut facto: si quãtitati, nõ valet: quia reducitur ad legitimũ modũ vsurarũ sortis promissæ, vt is, qui stipulatur, de vsuris tantũ possit petere: & nõ posuerũt Imperatores illud tantũ. Et modus legitimus vsurarũ est: quia si sunt Illustres vel Superillustres, poterũt stipulari vsque ad centesimã tertiã sortis promissę. Si verò sunt mercatores, poterunt petere & stipul[illegible] vsque ad semissem: centesimam verò aliqui nõ poterũt stipulari: vt in pecunia traiectitia Venetiis portanda periculo mutuantis & cõcedentis, quæ sorti æquiparatur. Hodie verò omnis vsurarũ obl. est conuicta ac infecta, tam de iure Ciuili, quã de iure Canonico: quia quod fit cõtra legẽ maximè diuinã pro infecto habetur. Prætereà dicitur, Seruus nõ potest legẽ domini sui tollere. Item Apostolus hoc testatur, Durum est contra stimulum calcitrare. Item, Par in parem non habet imperium: & tanto fortius minor in maiorem. Sed si illa pœna nõ valet, quare ergo apponitur in contractibus? certè ad errorem. Si verò apponitur

mitur speciei, vel facto, & tunc valet. Sed quantũ potest peti de pœna in contractibus apposita? distingue: aut tu vis apponere per illa verba, simpli, dupli, & tripli: & tunc vltra quadruplũ non apponitur: sed si vis apponere in contractibus per ista verba CC. tunc potest peti vsque ad infinitum. Sed nunquid semel petita, potest iterum peti? Respondeo non, nisi dicatur in instrumento, quæ toties committatur, & exigi possit, quoties contra factum fuerit. Et hoc verum est, si partes volunt, quòd ista pœna toties committatur.

INCIPIT TRACTATVS,

De publicationibus instrumentorum.

QVia in summa in tractatu de Iudiciis, sub Rub. de probationibus, quæ fiũt per instrumenta continetur de diffinitione & diuisione instrumẽtorũ, & quibus instrumentis fides est adhibẽda. Idcirco ne huiusmodi reiteratio fastidium generaret, hic omittendũ duxi: quia si hoc scire volueris, ad illam recurre Rubricã. Sed quoniã in publico instrumẽto, hoc est, à publica manu facto duo prin. cõtinẽtur. s. publicationes, & negotij tenor. Quiquidẽ negotij tenor dicitur ipse cõtractus, qui inter partes cõtrahitur, & ordinatur. Et omniũ ferè negotiorũ tenores in Summa ordinatè inueniũtur. Ibi enim est tenor emptionis & venditionis, ibi tenor constitutionis dotis, ibi tenor debiti, & sic de singulis. Ideo hic de solis publicationibus est videndũ, hoc est, de his, quæ publicũ & authẽticũ faciũt instrumentũ. Ideo enim publicationes dicũtur: quia publicã, & authẽticã, & fide dignã reddũt scripturã: & quiã in instrumentis apponi debẽt, & scribi solẽt per manũ publicę personæ, hoc est, Notarij qui est publica persona, eò quod ipsius officiũ est ad publicã vtilitatẽ inuẽtũ. Sunt autẽ hę publicationes regulariter sex. s. Anni Domini, indictio, dies, locus, testes, & nomẽ tabellionis: licet septima publicatio in quibusdã locis & terris addi cõsueuerit. s. nomẽ Papę vel Imperatoris eo tempore regnãtis, quo fuit cõditũ instrumẽtũ. Sed hac septima omissa, de prædictis sex per ordinẽ est vidẽdũ. Antequã ponãtur anni Domini, solet poni inuocatio nominis eiusdẽ Domini nostri, hoc modo: In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, amen. Vel in nomine

mine Domini nostri Iesu Christi. Hæc autẽ inuocatio ponẽda est semper in magnis & paruis instrumẽtis: sed in minoribus & intra breue tẽpus defecturis possunt omitti, incipiẽdo simpliciter, anno domini &c. licet in omni instrumẽto magno & paruo inuocatio Domini apponi possit: quia secũdum beatũ Paulũ, quicquid dicimus, quicquid facimus, totũ in nomine Iesu faciamus. Subsequẽter ponũtur anni Domini, qui currũt tũc, quãdo fit instrumẽtũ hoc modo: In nomine Domini, amẽ. Anno eiusdẽ M.cclvj. Aliquãdo dicitur, A natiuitate Domini M.&c. Aliquãdo dicitur, Anno ab incarnatione Domini M.&c. Et hoc secundũ morẽ quarundã ciuitatũ quæ incipiunt annos domini ab Incarnatione. Post annos Domini subsequẽter ponẽda est indictio, hoc modo: Anno Domini M. vt suprà indict. xiiij. Dicitur autẽ indictio ab indicẽdo, i. præcipiẽdo. Vnde indictio. i. præceptio, vel præceptũ. Cæsar enim Augustus descripsit totũ orbẽ sub tributo sibi exhibendo singulis xv. annis diuidẽs totũ orbẽ in tres partes. Vni parti imposuit, vt primo quinquennio, daret ei certã quãtitatẽ ferri: Alteri parti, vt secũdo quinquẽnio, daret ei certã quantiatem argenti: Alteri tertiæ parti, vt vltimo quinquẽnoi daret certã quantitatẽ auri. Et finitis tribus quinquenniis. s. xv. annis fiebat reiteratio ad primũ. Et propterea nulla indictio transcẽdit quintãdecimã. Post quintãdecimã autem fit reiteratio ad primã. Omnis enim indictio, aut est prima, aut secunda, aut tertia, & sic de cæteris vsque ad quintãdecimam. Et dicitur vnusquisque annus quindena indictio. Fuit verò primò inuẽta ista indictio, siue factũ fuit præceptũ istud à Cæsare Augusto tribus annis, antequàm Dominus de Virgine nasceretur. Et propter hoc diuisis annis Domini per quindenos, si quid à quindenis supererit, ei quod supererit, debent addi tres. Et quot fuerint illi anni, qui supererint à quindenis cũ dictis tribus additis, tanta erit indictio, vt in hoc exemplo. Ponamus enim, ꝙ anni Domini sint sexaginta vnus, diuide per quindenos, superest vnus, illi vni adde tres, & erũt quatuor, & ita erit quarta indictio. Sed si nihil à quindenis supererit, nihilominus adde tres, & erit indictio tertia: & sic ab omnibus quindenis supererint xiiij. adde illis tres, & erũt xvij, de his trahe vnam quindenam, & erit secũda indictio. Vnde versus.

Si tribus adiunctis domini diuiseris annos,
Per ter quinque solet indictio certa manere.

Post

Post indictionē subsequenter ponitur dies, hoc est, quo die mensis factū sit instrumētū. Ponitur autē dies in instrumētis diuersimode: vno modo secundū cōsuetudinē Bon. vt in hoc exēplo, Primo die Maij: & ita de singulis vsque ad xxxj. transactis autē xvj. ponunt hanc dictionē xvij. die exeunte Maio. Et sic de singulis vsque ad penultimū, vbi dicitur penultimo die Maij: similiter dicitur vltimo die Maij. Et ita de singulis illis mensibus, qui habent xxxj. dies. In illis verò, qui habent xxx. dies procedunt similiter vsque ad xv. per hanc dictionē, intrante. & sic finitis xv. primis descendit per illos alios xv. cū hac dictione, exeunte: semper tamen in prima die cuiuslibet mensis nō ponitur, intrāte: in penultimo & vltimo nō ponitur, exeunte. Alio modo secundū consuetudinē quarundam prouinciarū & locorū ponitur dies mēsis semper per ascēsum, hoc modo: Prima die Maij, secūda die, tertia die Maij, & sic de singulis diebus & mēsibus. Si necessariū est tibi scire quot dies habeat vnusquisque mensis, colligitur ex his versiculis.

Iunius Aprilis Septémque Nouémque tricenes:
Plus vnum reliqui, Februus habet octo vicenos.

Tertio modo ponitur dies in instrumentis per Calendas, Nonas, & Idus: quod colligitur ex his duobus versiculis.

Sex Maius nonas, October Iulius, & Mars,
Quatuor, in reliquis tenet idus quilibet octo.

Sed quia doctrina, hoc est, expositio ipsorū versuū lōga est, & implicita: & vt bene exponeretur, & explicaretur per singulos mēses, longā exigeret scripturā: ideo hîc omittitur, & ad locū aliū seruatur, vbi de ea specialis fit tractatus. Itē in instrumento debet poni locus, in quo loco fit instrumentū. Et iste est duplex. s. nomē ciuitatis, villæ, vel castri, & ille etiā specialis locus, in quo factus est, hoc modo: Actū Bononię in palatio cōmuni, vel in domo tali sub porticu talis domus. Post locū ponitur testes, aliquādo per ablatiuum casum, hoc modo, Præsentibus Petro & Martino testibus ad hoc vocatis, & rogatis. Aliquādo per genitiuū præcedēte hac dictione, in præsentia, hoc modo, In præsentia Petri & Martini testiū ad hoc vocatorū. Aliquando per nominatiuū, hoc modo: interfuerūt Petrus & Martinus testes ad hoc vocati. Veruntamē licet de cōsuetudine Tabellionis in omni instrumento apponatur, quod testes sint rogati: & nō tamen in omni contractu de iure hoc necessariū est, sed solū in diuortiis, in testamētis, & in cōfessione

ſione creditoris cõfitẽtis ſibi creditũ ſolutũ eſſe exiguntur te-
ſtes vocati,& rogati. Item nota ꝙ vbicũq; nõ eſt certus teſti-
moniorũ numerus diffinitus,ſufficiũt duo teſtes:cũ pluralis
locutio duorũ numero ſit cõtenta:tamẽ ad maiorẽ ſecuritatẽ
notarius tres apponat,ſi inuenire poſsit. Vbi autem diffinitus
ſit certus numerus,videbis in tractatu de iudiciis,ſub rub. de
teſtibus.Poſt teſtes ponitur ſignũ,& nomẽ tabellionis, & de-
bet poni nomẽ,& prænomen eius, & cuius authoritatis eſt
Tabellio,& ꝙ rogatus ſcripſit,hoc modo: Ego Rolandinus
Imperiali authoritate Notarius,his omnibus interfui & ro-
gatus ſcripſi.In teſtamẽtis autẽ dices:Ego Rolandinus Impe
riali authoritate notarius prædicta omnia de mãdato dicti te
ſtatoris publicè ſcripſi.Et ſi fueris in officio cõmunis dices,
Imperiali authoritate,& nũc cõmunis Bononiæ Notarius pu
blicè ſcripſi.In ſcripturis verò exẽplãdis ſuis vel alienis, qua-
liter ſe Tabellio ſubſcribat,habetur in x.cap.Summæ,vbi tra
ctatur de ſcripturis exẽplandis,& reficiẽdis.Nota tamẽ quòd
quidã ponũt in principio inſtrumenti omnes publicationes,
excepto nomine tabellionis: ſed melius mihi videtur,ꝙ tres
ponantur in principio,ſcilicet,illæ quæ notant tẽpus inſtru-
menti,ſcilicet,Anni Domini,Indictio,& Dies:Et aliæ tres,ſci
licet,Locus,Teſtes,& Nomẽ tabellionis,ponantur in fine. In
ſentẽtiis autẽ omnes publicationes ponũtur in fine. Et hæc de
cõtractibus,de pactis,& inſtrumentis à principio huius tra-
ctatus hucuſque dicta ſufficiant. De vltimis verò voluntati-
bus & iudiciis nihil plus quàm dictũ eſt,in Summa requiras.

INCIPIT TRACTATVS,

De publicationibus. Rubrica.

OMiſſum ſapientis eſt reducere ad non
omiſſum:quia nihil videtur eſſe actũ, do
nec aliquid remaneat ad agendũ. Ideo di
cto de duabus partibus huius tractatus.ſ.
de cõtractibus,& pactis, modo ſequitur
videre de publicationibus inſtrumẽtorũ.
Et ad iſtã Rubricã vidẽdũ eſt,ꝙ duę ſunt
partes vniuſcuiuſq; inſtrumenti.ſ.publi-
catio,& negotij tenor:De tenoribus tractã prima ſeptem ca-
pitula Summæ noſtræ. De publicationibus tractat titu. iſto

Extra

Extra literam, quia titulus noster facit mentionem de instrumentis, dicam primò de diffinitione huius vocabuli, instrumentum, quibus modis sumatur, & quomodo accipitur. Secundo modo, quomodo diffinitur secundum modũ acceptũ? Respondeo, instrumentũ est quædã scriptura solennis & publica, manu publicæ personæ cõfecta ad probationẽ negotij. Tertiò, quotuplex sit, & quæ fides, & quãta adhibeatur. Ad primum, quibus modis sumitur instrumentũ? Respondeo, quandoque sumitur pro aratro, cum quo reuoluitur terra, quandoque pro eo, quo iudex instruitur in causa, quãdoque pro eo, quo mediãte artifex suũ perficit artificiũ, quãdoque accipitur pro scriptura publicè facta ad probationẽ negotij vel negotiorũ memoriç causa perpetuò facta, & isto modo accipitur hîc. Circa hoc duo nota, scilicet, quid sit scriptura publica, scilicet, not. & quæ sunt publicationes, quæ reddunt scripturã publicam & fide dignã, ad probandũ faciliorẽ, & agiliorẽ, nõ fortiorẽ: quia ita valet probatio testiũ, sicut instrumentorũ: ideo dicit perpetuò facta, sed probatio testium est labilis. Tertiò, quotuplex sit instrumentũ? Respondeo quintuplex, scilicet, publicũ: & dicitur publicũ eò, quod est factũ à manu publica, id est, nota. & istæ sunt publicationes. Priuatũ, quod est factũ manu priuata, id est illius, qui nõ est notarius. Aliud est apocha, scilicet illud, quod est factum manu debitoris ad vtilitatẽ creditoris, & istud appellatur desolutũ. Aliud appellatur antapocha, & est illud, quod fit manu creditoris ad vtilitatẽ debitoris, & vocatur de receptis. Aliud forense, & dicitur instrumentũ forense, quod fit in iudicio, sicut sunt acta, relationes nuntiorũ, præcepta, sequestrationes, sententia diffinitiua, & interlocutoria. Quartò, quæ fides & quãta datur? certè instrumento publico datur plenissima fides sine aliquo adminiculo, dũmodo careat omni suspitione. Itẽ quod sit authẽticũ & originale, nõ autẽ extraneũ: quia extraneo nõ datur fides, nisi cũ eo cõferatur authẽticũ, vt de hoc melius tractaui de exẽplificatione scripturarũ. Sed priuato instrumẽto quæ fides datur? distingue: aut probat pro scribẽte, aut cõtra scribẽtẽ; si pro scribẽte, nõ valet. Si cõtra scribẽtẽ, & tũc bene valet, si cõfitetur se scripsisse. Sed quid si probatur cõtrariũ: vt verbigra, mutuaui cuidã Anton. cẽtũ, & facta fuit scriptura priuata, & obligauit mihi omnia sua bona: deinde iste Ant. alias cẽtũ accepit à Corr. mutuo, & de hoc factũ fuit publicũ instrumẽtũ, & eidẽ obligauit omnia

sua

sua bona: & ego, & ipse fecimus concursum ad omnia bona ipsius debitoris: quia si soluẽdo sic dicit vnusquisque se præferri, dico ego, qui prior est in tẽpore, potior est in iure: ipse alter dicit præferri, quia scriptura publica est præferenda priuatæ: modò quæritur, quid iuris? distingue: aut ipsa scriptura priuata fuit conscripta subscriptione triũ testium, & tunc priuata præfertur: quia

Cautio priuata cum trino teste notata,
Hoc ius est nacta, quod publicè facta.

Si verò nõ est scripta subscriptione triũ testiũ, & tunc publica præfertur. Quæ fides datur apochis & antapochis instrumentis? Respondeo, illa, quæ datur publicis & priuatis, vt modò diximus. Circa declarationem ego dico primò, quare dicuntur publicationes, Secundò, quot sint. Tertiò, quomodo apponuntur in instrumentis. Ad primum, quare dicuntur publicationes? quia manu publicæ personæ factæ sunt. Secundò, quot sunt? sex, Anni Domini, Indictio, Dies, Locus, testes, Subscriptio nominis notarij: licet in quibusdam partibus apponatur nomen Impera, vel Papæ eo tempore regnantis. Tertiò, quomodo apponitur? certè diuersimodè, vt in subsequentibus apparebit. Sed antequàm publicationes apponantur, apponi solet inuocatio Domini Iesu Christi: vt ait Apostolus, quicquid facimus, quicquid dicimus, siue dicto siue in opere, totum in nomine Domini dicamus, & faciamus: Et sanctus Io. in euangelio. Omnia per Deum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Secundò, exemplo Prudentium: nam vidimus cunctos iuris peritos in suis principiis nomen domini inuocare, vt Iustinianus in principio omnium suorum librorum. Tertiò, ratione potentissima: quia dicit, Si principium fuerit decens & amabile Deo cætera debitum sortientur effectum. Si præcedat inuocatio, dicemus Anno eiusdem millesimo. Modò videamus de prima inuocatione, scilicet, de anno Domini. Circa quam dicam primò, quare anni Domini apponuntur in instrumentis. Secundò, quomodo apponuntur. Tertiò, quomodo mutantur. Ad primum, quare anni domini apponuntur in instrumentis? non quia lege caueatur, sed bene cauetur de nomine Imperatoris eo tempore regnantis. Sed quare ergo apponuntur? certè propter cõsuetudinem vsitatam: quia dicit auth. vt præp. no. Imp. §. si qua. si apud Orientales homines obseruantur ista, non immutamus. Sed apud Orientales

R

homines obseruantur, scilicet, quòd apponātur anni domini, intanto ꝙ si reperiretur aliquod instrumentum sine eis, nō valeret propter consuetudinem vsitatam: quia est altera lex. Itē per annos domini habemus aliquā cognitionem instrumēti cōditi. Sed quomodo apponuntur absolutè? Et subauditur in, vel sub, vel absolutè ponitur, eò quòd à nullo regatur. Tertiò, quomodo mutantur? certè sunt quidam, qui mutāt ad Calen. Ianuarij: quia olim officiales Romani intrabāt ad officia talibus diebus. Aliqui sunt, qui mutant anni Domini exeunte mense Decembris. Alij septima die exente Martio. Sed qui sunt illi, qui prius mutant? distingue: aut volumus accipere prout fuit Deus, aut prout fuit homo. Si prout fuit Deus, & tunc planum est, quòd non habuit principium, medium, nec finem. Si prout fuit homo, & tunc planum est, quòd fuit natus septima die exeunte Martio. Post annos domini subsequēter ponitur indictio. Circa quod dicam primò, quare apponitur indictio. Secūdò, quomodo apponitur. Tertiò, quid sit ista indictio. Quartò, quomodo perdita recuperatur. Ad primum, quare apponitur indictio in omnibus instrumētis? certè, quia lex præcipit. Item propter cōsuetudinem vsitatam. Item per indictionem habemus aliquam cognitionem conditi instrumēti: & quia lex præcipit, & ideo apponi debet: & intantū, ꝙ si reperiretur aliquod instrumentum sine ea, non valeret. Secundò, quomodo apponitur indictio in instrumentis? Respondeo absolutè posito, in, vel, sub, vel absolutè ponitur. Tertiò quid est indictio? certè est quoddam præceptum habens continuum cursum trium lustrorum: & inuenta fuit ab eius similitudine. Et antequam Deus de Virgine nasceretur, Imperator Cæsar diuisit orbem per quindenas: quia vni parti mūdi, & ita vni quinquennio imposuit certam quantitatem ferri, gratia habendi arma pro stipendiariis Romanorum: Alteri parti, & ita secundo quinquēnio imposuit, vt daret certā quātitatem auri & argenti pro soluendo stipendiariis reipublicę. Tertio quinquēnio imposuit, vt daret certā quātitatem æris: & finitis istis quinquēniis fiebat reuocatio ad primum. Et hęc est ratio, quare nostra indictio non transit vltra xv. annos, eò quòd fuit adinuenta ad huius similitudinem. Quartò, quomodo perdita recuperetur? certè diuide annos Domini per xv. & illis, qui supersunt, adde tres, & tanta erit indictio: si verò nihil superest, nihilominus adde tres, & tanta erit indictio. Post indictionem subsequenter ponitur dies. Circa quam dicam

primò, quare dies apponitur in instrumētis. Secundò, de quo die intendit iste §. Tertiò, quomodo in instrumento apponitur. Ad primum, quare dies apponitur in instrumentis? certè quia lege cauetur. Item propter cōsuetudinem vsitatam. Item propter diem, annum, & mensem habemus plenam cognitionem instrumenti conditi: quia expedit hoc scire illis, qui volunt agere hypothecaria actione, & nō possent inuenire, quod instrumentum esset prius actum, & quod posterius, & hoc accideret nō bene calculantibus: vt verbigratia, Reperitur quoddam instrumentum, quod dicit. M.ccxcvij. indictione quarta die tertia exeunte Decembri, hoc instrumentum factum est. Aliud reperitur in hunc modum, M.ccxcvij. indictione quarta, intrante Decembri, hoc instrumentum factum est. Quæritur modò, quod istorum instrumentorum fuit prius factum. Responderet forsan non bene aduertens, illud, quod dicit, die tertia intrante: nam istud fuit factum in principio mensis. Aliud autem, quod dicit, die tertio exeunte, fuit factum in fine mensis: & tamen decipitur taliter respondens, quasi per annum: nam illud, quod dicit, die tertia exeunte, fuit factum in principio illius anni M. ccxcvij. licet quasi in fine mensis decēbris. Et aliud, qđ dicit, die tertia intrāte, reuoluto multorū mensiū circulo illius anni fuit factū: quasi in fine eiusdē anni, licet circa principiū Decē. Formatur & aliud exēplū tale: Pone, ꝙ reperiatur quoddā instrm, habēs tēpus in hūc modū, M. ccxcvj. die viij. exeūte Decēbri, hoc instrm factū fuit: Et aliud reperiatur in hūc modū, M. ccxcvij. vij. die exeūte Decēb. hoc instrm factū fuit. Si quęrat, qđ fuit factū prius? rňderet forsan aliqs, ꝙ illud, qđ factū fuit in xcvj. & bene in hoc: Sed p quātū tēpus antè? Rňderet forsan nō bene cōputās, per vnū annū: nā illud dicit xcvj. aliud dicit xcvij. & si diceret ipse, patet ꝙ illud præcedit istud per vnū annū, sed decipitur: quia nō aduertit ad diē instri. Illud, qđ dicit xcvj. die viij. exeūte Decēbri, extitit factū in vltima die illius anni in vigilia natiuitatis dňi, quæ est viij. exeūte Decē. Et aliud, qđ dicit, xcvij. vij. die, exeūte Decē. fuit factū in sequēti anno. s. in j. die eius anni, sed in die natiuitatis Dňi, quæ est vij. exeunte Decēbri. Secundò, de quo die loquitur iste §? certè non de die solutionis faciendæ: quia ista dies non est necessaria in instrumento, eò quòd est obligatio purè facta: & statim venit dies, & statim cedit. Sed loquitur iste §. de die concepta & stipulatio. & ista est duplex:

quia est alia naturalis,alia artificialis:naturalis incipit in media nocte,& durat per totã diẽ frequentẽ vsque ad aliã mediã noctem:& ista die naturali possunt fieri omnia, præter quendam diem sequentem. Et ideo si fuero vocatus ad dictamen alicuius instrumẽti;si erit transacta media nox,ponam in instrumento diem sequentem,Si non erit trãsacta,ponam diem præcedentem:&ideo dixit,præter quendam:quia sententiæ & solutiones sunt faciendæ de die, & non de nocte. Et dicitur artificialis à die lucis vsque ad occasum, vt in Hym.b.Amb.

Qui mane iunctum vesperi.

Diem vocari præcipis.

Præterea sedebunt iudices nostri à mane vsque ad vesperas ad sententiam,vt in authen.de iudiciis.§.sedebunt, eò quòd sententiæ & solutiones sunt faciendæ congruo loco & tempore. Tertiò,quomodo apponitur dies in instrumẽtis? Respondeo diuersimodè secundum diuersas terrarum cõsuetudines:quidam apponunt per ascensum cum hac dictione, intrante vel exeunte:& in illis mensibus, qui habent xxx. dies, dicunt intrante vsque ad xv.dies: & in aliis dicunt, exeunte die. Sed in illis mensibus,qui habent xxxj.dies, dicunt vsque ad xvj intrante,sed in aliis exeunte:sed in penultimo & vltimo semper dicunt,penultimo &vltimo:& in prima dicũt, die prima: & si nos expedit scire, quot dies habeat vnusquisque mensis in istis versibus declaratur.

Iulius, Aprilis, Septémque, Nouémque tricenos:
Plus vnum reliqui, Februus habet octo vicenos,
Cui si Bissextus fuerit, superadditur vnus.

Alij sunt,qui apponunt per Calen. Nonas, & Idus:de quibus omnibus per ordinem est videndum illud:est & vltimũ mendacium,quia in aliqua parte de his non tractauit. Et iste modus fuit adinuentus propter robatores, qui expoliabant mercatores,quando erant nundinas aggressuri:nam vnusquisque habet vnam diem nominatam per Calen. & quidam menses sunt,qui habent vj.Nonas,quidam quatuor: sed vnusquisque mensis habet octo Idus,vt in istis versibus declaratur.

Sex Nonas Maius, October, Iulius & Mars.
Quatuor in reliquis,habet Idus quilibet octo.

Vt isto modo Calen.Aprilis factum fuit hoc instrumẽto, siue hæc litera,quãdo facta fuit Rubrica prima die Aprilis. Quarto Nonas Aprilis,secunda die Aprilis. Tertio Nonas Aprilis, tertio die Aprilis.In quinta die aprilis,nonis:habet alios octo

dies nominatos per Idus, vt octauo Idus Aprilis, id est, vj. die Aprilis. Septimo Idus, id est, septimo die. Sexto Idus, id est, octauo die. Quinto Idus, id est, nono die. Quarto Idus. i. decimo die. Tertio Idus. s. vndecimo die. Pridie Idus. i. duodecimo die Idibus Aprilis. i. tertiodecimo die. Modo habemus tredecim dies denominatos per Calendas, Nonas, & Idus: modo supersunt xvij. dies sine nomine, quæro, quomodo debeatur fieri? Respondeo, debent accipi Calendæ alterius mēsis sequētis. s. Maij, & addere illis xvij. diebus mensis Aprilis, qui sunt sine nomine, & erūt xviij. vt verbi gratia, in xxvij. Calen. maij fuit factū hoc instrumentū, vel hæc litera. Quæro, quādo fuerit facta quarta decima die intrāte Aprili, xvij. Calen. Maij fuit factū hoc instrumentū, vel hæc litera, id est, sextadecima die Aprilis. Et ita ascēdendo vel descēdendo: ascendendo in mēse Aprili, & descendendo in mēse Maij, vt tertio Calen. Maij fuit facta hæc litera, id est, xxix. die Aprilis. Pridie Calē. Maij, id est, xxx. die Aprilis. Calē. Maij, id est, prima die Maij: & si esset mēsis, qui haberet solummodo xxviij. dies, vel xxxj. nihilominus adde primā diem mēsis sequētis, vt dictū est. Tamen si vis habere hanc materiā latius declaratā respice in cōmento, & elucidario. Item in instrumētis debet apponi locus. Circa quem locū dicam primò, quare locus apponitur in instrumentis. Secūdò, qualis debet esse locus. Ad primū, quare apponitur locus in instrumētis? Respondeo, nō quia alia lege caueatur. Sed argumentū est, vtrū debeat poni, vt Insti. de inutilibus stipulationibus. §. verb. oblig. Item est argumentū Danielis Prophetæ, qui voluit examinare testes, qui falsum testimoniū tulerant aduersus Susannā, sic dicēdo vnicuique singulariter per se: O inueterate malorū dierū, vbi vidisti Susannā adulterantē? Respōdit, sub schino, & eo amoto alter respōdit, sub pruno: & vna arbor distabat ab altera per magnū spatiū: & interrogauit de qua ficu. Et ita Susanna fuit liberata à morte, ipsi autē condēnati. Itē apponitur propter vsitatā cōsuetudinē Secūdò, qualis debet esse locus? Respōdeo duplex. s. generalis, & specialis. Generalis, ciuitas, burgus, vel villa. Specialis, vbi specialiter instrumentū recitatur, vt in hoc exemplo: Actum Bono. in campo sancti M. sub porticu talis viri. Post locū ponuntur testes. Circa quos testes dicam primò, quomodo testes apponuntur in instrumentis. Secundò, quare apponūtur, Tertiò quot. Quartò, quales. Quintò, an debeant rogari.

Sextò, an testes debeant cognoscere contrahentes. Ad primum, quomodo testes apponuntur in instrumentis? Respondeo, quidam apponunt per ablatiuum casum, quidam per nominatiuum, mediante verbo, interfuerunt, quidam per genitiuum casum, mediante hac dictione, præsentia. versus. Sed

Cùm fueris Romæ Romano viuito more,

Cùm fueris alibi, viuito sicut ibi.

Secundò, quare apponuntur testes in instrumentis? Respondeo, quia soli notario non crederetur: imò videtur quod soli notario credatur, quia diximus suprà, quod publicæ scripturæ fides datur plenissima. Sed ad contentiones tollendas, distingue: aut tu quęris de tempore, quo conficitur instrumentũ, & tunc non soli notario creditur: aut de tempore, quo quis vult probare per instrumentũ, & tunc soli scripturæ fides datur plenissima. Tertiò, quot testes apponuntur in instrumentis? distinguo: aut est certus numerus testimoniorum à lege diffinitus, aut nõ. Si est certus numerus diffinitus à lege, & tunc numerus legitimus debet esse: vt in testamentis sine scriptis septem, & in diuortiis. In testamẽto in scriptis, & in codicillis quinque, &c. Sed vbi nõ est certus numerus testimoniorũ diffinitus à lege, & tunc duo vel tres testes sufficiunt: cũ pluralis locutio duorũ numero sit cõtenta: vel, in ore duorũ vel trium consistit omne verbum. Quartò, quales debent esse testes? Respondeo, tales quod possint ferre testimoniũ dũmodo non prohibeantur. Cõsulo tamen tibi, vt diligens famã tui nominis debeas negotio interesse. Quintò, nunquid tales debeant rogari? Respondeo nõ, nisi in testamento. Item in diuortiis: & diuortiũ est matrimonij separatio per censurã ecclesiasticã. Item in solutione facta creditori eius debiti, quod erat in scriptis. Itẽ in cõfessiõe creditoris cõfitẽtis sibi solutũ esse tale debitũ. Sextò, nunquid debeant cognoscere cõtrahẽtes? Respondeo nõ de iure cõmuni, nisi in certis casibus, in quibus testes debent cõtrahẽtes cognoscere: vt in inuentario cõfecto ab hærede. Item, quãdo ab imperitis literarũ cõtrahitur in scriptis. Item quãdo quis vult probare aliquod negotiũ per testes. Tamen ex forma statuti cõmunis Bono. necesse est, vt vnus eorũ testis vel not. cognoscat contrahentes. Sed istorum testiũ materiam in nono capitulo de iudiciis sub Rubrica de testibus totam plenam inuenietis. Nam ipsam latius ibi declaraui. Post testes ponitur signũ, & nomẽ tabellionis. Et de isto signo aliqua

aliqua videamus. Primò vtrum sit necesse quòd signum apponatur, & si non est necesse, ꝙ signum apponatur. Secundò, si vult apponere signum, quale debeat apponere. Tertiò, vtrum notarius possit mutare signum, & aliud eligere. Ad primum vtrum sit necesse, ꝙ signum apponatur? Respondeo non: sed quare apponitur? Respondeo propter comparationem literarum: sed etiam signorum, & notariorum, & propter consuetudinem visitatam. Secundò, quale signum notarius debeat apponere? Respondeo, quale voluerit. Sed cõsulo tamen tibi, vt leue signum apponas. Tertiò, vtrũ notarius possit mutare signum, & aliud eligere? Respondeo sic: dummodo instrumenta prius perfecta debeat reficere, Et in illis nouum signũ apponere. Post verò signũ apponitur nomen notarij, hoc modo: Ego Nicolaus Imperiali authoritate notarius, his omnibus interfui, & rogatus scribere scripsi, & nõ scripsi vt Nicolaus, sed vt homo habens authoritatẽ mihi ab Imperiali culmine concessam. Et notarius, qui scribit instrumentum, debet esse præsens negotio, & audire, & vocari, & rogari, & per seipsum facere, & alij remittere non posse instrumentum reficiendũ, nisi ille, cui committeretur, esset præsens, vel audire: vel nisi hic esset in consuetudine, vt possit alteri committi. Et istæ publicationes, de quibus dictum est, quidam sunt, qui ponunt eas in principio propter nomen no. Et quidam sunt, qui ponunt illas, per quas denotatur tempus instrumenti in principio, aliàs verò in fine: sed in instrumentis omnes ponuntur in fine. Sed de testamentis & de iudiciis non plus quàm dictum sit, in Summa requiras. Et ita se Author excusat à quodam mendacio, quod dixit in titulo, Quid sit contractus. Sed de contractibus, & pactis, & instrumentis habent tractatus notularum secundum mei possibilitatem ad vtilitatem rudium copulare.

Rolandini iam dicti de officio Tabellionatus in villis, castris operando, Tractatus feliciter incipit.

FRatres charissimi nobisque amici Mar. & Thomas, hũc vobis ordinẽ & processum, cæterisque tabellionibus, quos officio alicuius castri, vel villæ, siue loci iurisdictionis Bon. præesse cõtigerit, opportunũ & vtilẽ vehementer, quem in-

præsentem notam redigere multa instantia supplicastis, gratanter accepistis gratis datum. Sufficit enim mihi pro huius retributione laboris, quòd secūdū hoc numerus gratissimus est impensus: nam bene fidem dando accepit, qui finem dedit.

De ordine principij. *Rub.*

BReue, in quo continetur forma sacramenti & sequimenti bene & diligenter literaliter & vulgariter prouideas. Vt cùm illud in concione legere debueris, placeat eloquiū omnibus, & vulgare tuum, cauens solicite ne plus festinanter, vel plus tarde quàm expediat, legas: nec etiam nimis depressa, vel nimium alta voce, sed circa hęc omnia medium teneas in legendo. Nam, vt vult Horatius Poëta. Est modus in rebus sunt certi denique fines, Quos vltra citráque nequit consistere rectum. Et deposito omni timore resumas audaciam, quantā decet: Quoniam in vno quoque tabellione bene disposito gestus, & actus multiplex ab omnibus approbatur, ipso breui lecto. Cúmque te oporteat esse quasi magistrum sapientem, & ducē Consulis, vel Massarij terræ illius, consules ei, vt ipse præcipiat per se, vel per præconem, ꝙ quilibet à xx. annis suprà & septuaginta infrà. Deinde ad dictū terminum præstet sacramentū sequimenti sub certo banno. Quod præceptum in quaterno præceptorū penes te scribes, sicut de præceptis inferius te docebo. Deinde habebis vnum foliū vel folliolum, sic intitulatum, in quo erunt scripta omnia nomina hominum de terra illa, qui iurare debebunt: & habebis scripta, antequā fiat concio. Ita ꝙ tunc bene habeas ea parata, & surgens leges primū: et si ille fuerit, vocabis illum, & ei computabis sacramentū, hoc modo. Tu iuras sequimentū Potestatis & communis Bononiæ, & Consulis siue Massarij, & communis istius terræ, sicut continetur in statuto vtriusque communis, sicut ego dixi, ita per te seruabitur, bona fide, sine fraude, si Deus te adiuuet, ad sancta Dei Euangelia. Deinde vocabis & computabis sacramentum, sicut ille iurauit per se, ita iuras per te, si Deus te adiuuet, ad sancta Dei Euangelia. & sic de singulis facient qui præsentes erunt, & qui audierunt primam. Scribes in capite nominis sui vnum, id est, quod repræsentet sacramentum.

De

De praeceptis à Potestate, vel Consule, vel Massario factis. Rub.

HAbebis vnum folium, in quo scribes præcepta sic intitulata: Hæc sunt pręcepta & banna facta & imposita à domino tali Potestate, vel Consule, aut Massario talis terræ ex authoritate officij sui. Sub anno Domini mille. ducẽ. quinquaquagesimo viij. &c. indictione prima. Et aliquo interuallo dimisso scribes præcepta hoc modo: Die tali, intrãte vel exeunte tali mense, Dominus talis Potestas Consul, vel Massarius præcepit per sacramẽtum sub banno x. sol. tali homini, quòd ipse vadat cum curru suo ad talem locum, & deferat frumentum, vel ligna, vel tale quid pro cõmuni: vel quòd vadat Bon. cum talibus aliis, & faciat hoc & hoc: & sic de singulis præceptis, scribendo quicquid præcipitur. Et si præciperetur ita publicè vel illud publicè banniri fecerit, scribes hoc modo: Præcepit Io. massa. communis sancti Ioan. in concione, die tali facta publicè omnibus hominibus, tam in præsentibus quàm absentibus aliis hominibus, siue publicè banniri fecerit per Viuianum nuntium dicti communis: & in concione die tali facta per totam terram, quòd quilibet maior xiiij. annis, & minor lxx. hinc ad talem terminum, siue diem, faciat sacramentum sequimenti secundum formam statuti, ad pœnam & bannum quinque sol. pro quolibet, & pluris minorísve arbitrio Potestatis.

De reformationibus consiliorum. Rub.

HAbes vnum quaternum vel dimidium sic intitulatum, in quo scribes reformationes. Quaternus reformationũ vel concionũ communis sancti Io. factarũ tempore cõsulatus vel massariatus talis Cõsulis, siue Consulũ, aut massariatus dicti communis, sub anno Domini mille. &c. dimittẽs autem interuallũ seu spatiũ quatuor linearũ, scribes reformationem hoc modo: Die tali, intrante vel exeunte tali mense, &c.

Forma quædam reformationis.

COngregata concione siue congregato consilio sancti Ioan. campanæ sonitu, & voce præconia in domo communis sancti Ioan. siue apud talem ecclesiam, vt moris est, Ioan. Massarius siue Consul di-

cti communis surgens, proposuit quid faciendum sit pro communi dictæ terræ circa faciendum æstimationem bonorum hominum dictæ terræ, vel circa imponendam vel diuidendam talem collectam, vel quid faciendum pro inuenienda & habenda pecunia pro solutione talis debiti: & sic de singulis, quæ proposuerit. Et si feceris plures propositiones, semper quamlibet incipies in capite virgulæ, hoc modo.

Item proposuit hoc, & hoc. Postquàm autem formauerit & reformauerit quid faciendum sit, scribes reformationem dimisso spatio vnius lineæ hoc modo: in cuius quidem concionis siue consilij reformatione, partito facto per dictum Consulem vel Massarium placuit omnibus dictæ concionis vel consilij nemine discrepante, vel placuit fortè maiori parti, quòd fiant æstimationes bonorum hominum dictæ terræ & quòd æstimentur omnia bona mobilia & immobilia cuiuslibet, & quòd eligantur ad breuia quinque boni & legales viri, qui præsint dictis æstimationibus faciendis: vel quòd imponatur collecta xxij. lib. inter homines dictæ terræ pro faciédo tali laborerio, &c.

Item placuit maiori parti, quòd accipiantur sub mutuo centum lib. Bono. pro soluendo tali debito, & quòd Consul cùm quatuor ditioribus & melioribus dictæ terræ vadat Bonon. & ipsam pecuniam accipiant sub mutuo, & se obligent pro dicto communi.

Item placuit toti concioni pro soluendo debito xxij. lib. ad quod dictum commune tenetur tali homini, imponatur collecta inter homines dictæ terrę, vt ex ipsa soluatur dictum debitum.

Ratificatio solutionis.

Congregata concione communis sancti Ioan. campanæ sonitu, apud talem ecclesiam, more solito, lecta fuit ratio expensarum factarum à domino Ioanne massario anno præterito dicti communis sancti Ioannis. Auditis diligenter dictis solutionibus ab eo factis, etiam concio, vel consilium, & homines omnes ipsius concionis, partito facto nemine discrepante ipsas solutiones ratificauerunt, & approbauerunt, & eas ratas, & firmas esse voluerunt: & sic de singulis reformationibus.

De

De denuntiationibus saltuariorum super dãnis illatis.

HAbebis vnum, vel medium, quaternum sic intitulatũ: Quaternus denuntiationũ factarũ tam à saltuariis, quã ab aliis hominibus super dãnis illatis tempore Cõsulatus vel Massariatus talis Cõsulis vel Massarij, sub anno domini millesimo, &c. Indictione tali, die tali, intrante vel exeũte tali mense, Ia. saltuarius dicti communis ex officio suo denuntiauit se inuenisse die tali vel nocte, duos boues, vel tot pecudes, vel vnum asinum Mar. in blado, vel vinea, vel orto Iacobi, corrodendo vel damnum dando in ipso blado, vel vinea, vel orto: & sic de singulis denuntiationibus damnorum.

De condemnationibus.

HAbebis quaternum vnum sic intitulatum: Istæ sunt condemnationes factæ à Ia. & Philip. consulibus communis sancti Io. in persexeta siue à Petro, siue à Massario cõmunis sancti Io. tempore consulatus ipsorum ex authoritate eorũ officij, sub anno Domini M. tali, vt suprà P. saltuarius cõmunis sancti Io. denuntiauit ex officio suo se inuenisse duos boues Andrææ damnum dantes hac nocte de mense Maij in blado Ia. idcirco dictus And. secundum formam statuti condemnatus fuit in x. sol. Bon. An. talis: quia fuit ei præceptum per sacramentum ad pœnam x. sol. Bon. à Io. Massario communis sancti Io. quòd ipse iret Bono. occasione talis negotij, & non fuit, spreto Massarij & communis sui præcepto. Idcirco secũdum formã statuti siue banni condẽnatus est in x. so. Bo. Et sic singulis condemnationibus scribendo semper causam condemnationis: & in fine condemnationum, quæ fierẽt ipsa die, scribes ita. Lectæ & publicatæ fuerunt condemnationes die Dominico viij. die, intrante vel exeunte tali mense. Præcepit Massarius quòd dictæ condemnationes soluantur hinc ad vnum mensem sub pœna quarti.

De introitibus.

HAbebis vnum quaternum sic intitulatũ: Quaternus introituũ, siue eorum, quæ obuenerunt ad manus Io. Massarij communis sancti Ioan. pro ipso communi tempore officij incœpti, sub anno Domini mille. ducen. sexage. viij. indictione

dictione xj. recepit Ioan. Massarius communis sancti Ioan. lib. x. Bonon. à Ray. Mass. primorum vj. mensium d. Petro de latura Potestati Bon. ex forma pacti inter ipsum Pet. & commune sancti Ioan. factum, scriptum manu talis notarij. Item recepit dictus Mass. lx. lib. Bon. de collecta imposita & diuisa inter homines dictæ terræ ad rationem iiij. solid. pro libra. Quæ quidem diuisa fuit per impositiones collectarum, scilicet, per P. & M. pro sol. communi Bon. xl. lib. impositis dicto communi sancti Ioan. ex collecta x. milium lib. Bon. imposita comitatui Bon. de mense Maij. Item recepit dictus Massarius xxij. sol. Bon. à Iaco. pro condemnatione de eo facta occasione damni illati à duobus bobus suis in blado M. de mense Maij, scilicet, xx. pro sorte, & ij. pro pœna quarti: & sic de singulis introitibus, ponendo semper, vnde peruenit ei illud, quod recepit: in fine semper paginæ scribens summam totius paginæ.

De expensis.

HAbebis vnũ quaternũ sic intitulatũ: Quaternus expensarum factarum à Io. Massario communis sancti Ioan. tempore eius Massariatus sub anno Domini mille. ducen. sexage. viij. indictione xj. &c. vt suprá. Soluit Io. Massarius communis sancti Ioan. xx. sol. Alber. filio Pe. pro duabus vecturis, scilicet, careza, quas fecit Bononiæ, cum lignis pro communi, in seruitio domini talis. Item soluit quinquaginta lib. Bono. domino Pet. Mass. communis Bon. pro collecta ei imposita, siue communi sancti Ioan. imposita à communi Bono. ex decem millibus libris impositis comitatui de Maio mense: & sic de singulis solutionibus & expensis, ponendo semper quantitatem in margine chartæ, & scribendo nomen, & pronomen eius cui fit solutio: & causa, qua soluit ei: & in fine cuiuslibet paginæ apponendo summam totius paginæ. Et not. quòd de qualibet solutione, quæ excedit summam xx. sol. Bono. debet apparere publicum instrumentum: quod quidem instrumentum facies hoc modo.

Solutio facta.

DOminus Petrus fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse à Ioanne Massario communis sancti Ioannis dante & soluente, vice & nomine dicti

cti communis x.lib.Bon.quas dictum commune, vel tales homines, vice & nomine dicti communis ipsi dicto Pe. dare & soluere tenebantur ex causa mutui, vel ex tali causa, prout continetur in instrumento scripto manu talis notarij renuntians exceptioni sibi non solutæ, & non numeratæ pecuniæ quantitati prædictæ,& omni alij iuris auxilio:& promittens dicto Massario vice & nomine dicti cõmunis stip. prædictã solutionem firmã,& ratam habere,& tenere,& nõ cõtrafacere, vel venire aliqua ratione vel causa,sub pœna dupli dictæ quantitis,& refectione omnium damnorum,& expensarum.

Collecta.

Consulo tibi, quòd omnes collectas in taliolis ponas,& intitulabis taliolum hoc modo: Hæc est collecta iiij.denariorum pro libra imposita & diuisa inter homines dictæ terræ,pro soluendo communi Bo.x.milia lib. impositarum comitatui,die tali vel mense.Martinus Io.pro æstimatione cẽtum lib.Bo.soluit x.sol.& de iiij.Bo.do.Ant.pro æstimatione centum lib.totidem,& singulis hominibus, ponẽdo à capite lineæ nomen cuiuslibet,& in medio æstimationes, & in fine lineæ quantitatem,quę contigerit ex ipsa collecta:sicut vides in duobus dictis exemplis. In fine autem ipsius talioli pones summam totius collectæ:& cùm aliquis soluerit suam collectam,facies vnum,scilicet,præcisum quod repræsentet soluit sicut suprà signatum est ante nomen Martini antedicti, & in fine cuiuslibet talioli dimittes tantam chartam quòd possis illic scribere tres summas,scilicet,vnam totius collectæ impositæ,quæ summa scribitur hoc modo.Summa,quam ex dicta collacta habuit,& recepit dictus Massarius, capit., & est centum lib.Bono.

Consignationes collectarum, & condemnationum non solutarum.

Istæ sunt quantitates non solutæ ex infrascriptis collectis & condemnationibus impositis & factis tempore Massariatus Petri dulçæ boni Massarij communis sancti Ioannis de collecta vnius denarij pro libra, infrascripti remanserunt ad soluendum infrascriptas quantitates, Ioannes decem sol.Petrus x.sol.&c.

Aestimatio

Æstimum.

IN Christi nomine,amen. Anno eiusdem millesimo,inditione,&c. ⁊ n.& Corrad. æstimatores electi & sacramento cõstricti per Ioannem consulem communis Por.ad æstimandũ damnum datum & illatum Phi.de mense Maij in vna eius petia terræ aratoriæ vineatæ positæ in contra.&c. cohere. &c.cõmuni cõcordia æstimauerunt damnũ sol.x.plãtorũ pro oliuis corrosis & excorticatis malo modo & ordine.

Alia eiusdem forma in duabus petiis terræ.

VT suprà,ad æstimandum damnũ datum & illatum Phi.die tali in mense Maio,in duabus vel pluribus eius petiis terrarum communi concordia æstimauerũt damnum esse sol.xx. plantorum in vna videlicet, petia terræ aratoriæ & cult. sita in contrata. &c. cohære. tales, &c.pro oliuis corrosis sol.x.in alia verò petia terræ pratiuæ & vitiosa in contrata, &c. cohære. &c. pro herba depasta à bobus, vel aliis animalibus & propalis & vitibus euulsis, & ablatis malo modo & ordine sol.x.plantorum centum.

Designatio vnius viæ.

ANtonius,Corr.& Phil.designatores electi,cum sacramento cõstricti per Io.talem cõsulem,cõmunis & hominũ de Por.ad infrascripta facienda:qui Io.cõsul habebat in mãdatis à d. Marco iudice & assessore d.Pot.Reperię,&c.ipsa infrascripta fieri facienda,vt cõtinetur in literis dicti Iu.datis die tali,& sub scriptis per talẽ notarij dicti Iu.& datis & præsentatis Cõsuli per talẽ ministrũ dicti Iu.ex pręcepto dicti Cõsulis dicti designatores excepto Phi.qui dicit se nescire, nisi ꝙ eatur per illam petiam terræ cũ pedibus in cõmuni concordia designauêre Ia.tali viã per vnã petiã terræ Alberti de talibus,iacentem in tali loco,cũ talibus cohære.per quã viã debeat ire dictus Ia.vel famlus siue quilibet,eius vice, vel suorũ hæredum ire contigerit cũ bobus,& plaustris,& cũ omnibus rebus necessariis ad vnã suã petiam terræ iacentem in tali loco,&c.Item per vnam aliam petiam terræ Martini talis in tali loco,quam viam dicti designatores excepto Bartholomæo terminauerunt lapideis terminis affixis per amplitudinem

dinem cubitorum quinque, vt possit faciliter intrare & exire causa implendi & euacuandi, prout fuerit opportunum, & necessarium dictæ petiæ terræ.

Terminamentum.

ANtonius ex vna parte & Phi. ex altera confirmauerunt, laudauerunt, approbauerũt terminationẽ factam per Ioan. & Mar. terminatores electos, & sacramento astrictos à tali Consule in executione literarũ domini Potestatis inter duas certas petias terrarum iacentes in tali loco, &c. Quã terminationem dicti terminatores communi concordia diligenter tribus terminis lapideis affixis, vno, videlicet, à media parte, alio à monte, & tertio verò in medio posito terminauerunt. Promittentes dicti Phi. & Ioan. quòd vterque eorũ sibi vicissim, videlicet, vnus alteri prædictam terminationẽ perpetuò firmam, & ratam habere, & tenere, sub pœna omnium damnorum, expensarum, inde incurrentium. Sub obligatione omnium suorum bonorum præsentium & futurorum: ex hoc voluerunt vnum instrumentum, vel plura confici eiusdem tenoris.

Desponsatio concubinæ.

ANtonius filius quondam Boëtij accepit dominam Bertam quondam eius concubinam in suã legitimã sponsam: & interrogatus per dominũ Iacobum, si volebat eam habere in suam sponsam & vxorem legitimam, respondit quòd volebat eam habere in suam sponsam & vxorem legitimam, & in ea consensit. Ecõtrà, domina Berta accepit dominũ An. supradictum in suum legitimum spõsum, eodem modo interrogata per dictum dominum Iacobum, si volebat eum habere in suum legitimum sponsum & maritũ. Respondit, quòd eum volebat habere in sponsum legitimum & maritum, & in eo consensit. Quibus interrogationibus & responsionibus sic peractis, ideo dominus Ant. dictam dominã Bertam cum duobus annulis aureis in tali digito desponsauit. Præterea confessus & contentus fuit se habuisse & recepisse à dicta domina Berta dotis nomine, & pro dote sua centũ lib. Bon. Exceptioni nõ habitę nõ receptę dictę pecunię quãtitatis, & spei futurę numerationis, & omni alij iuris auxilio omnino renũtians

tians:& promittens dictæ dominæ Bertæ stipulanti dare ac restituere dictam dotem in omnem casum & euentum dictæ dotis restituendæ. Præceperúntque mihi notario infrascripto de prædictis omnibus & singulis publicum facere instrumentum. Actum in tali loco, præsentibus talibus & talibus, &c.

Explicit tractatus notularum.

SEQVVNTVR RE-

nuntiationes iuris ciuilis, quæ multoties occurrunt in contractibus, editæ & compilatæ ab eximio legum professore domino Iacobo Butrigarij bononien. vnde qui circa has voluerit erudiri, hic per ordinem easdem prosequatur.

Beneficio diui Adriani.

Consueuit renuntiari epistolæ diui Adriani: & est beneficium, quòd quando aliqui sunt obligati insolidum, per huiusmodi beneficium si omnes præsentes sint soluẽdo tempore litis cõtestatæ, possunt postulare, vt actio diuidatur inter eos, vt vnusquisque pro virili portione conueniatur, & nõ insolidum: & si huiusmodi beneficio fuerit renuntiatum, creditor poterit quem velit conuenire: vt C. de consti. pecu. l. fin. & Instit. de fideiussor. §. si plures. cum suis simi. & habet locum inter plures fideiuss. constitutores, mandatores, & tutores, &c. & hoc secundũ iura antiqua: & hodie habet locum inter principales debitores insolidum obligatos, per authen. hoc ita. de duo. reis.

Beneficio auth. præsente, C. de fideiussoribus.

Item consueuit renuntiari beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, per quod beneficium succurritur fideiussoribus, & mandatoribus, & sponsoribus: nam possunt postulare, quòd reus primò cõueniatur, si ipse reus principalis præsens fuerit, & soluendo: vel si præsens non fuerit reus, datur tempus arbitrio iudicis fideiussoribus, vt infra illud tempus reum principalem repræsentent: & post cõuenietur fideiussor, si reus non venerit: & ideo renũtiatur illi iuri, vt creditor possit conuenire quem voluerit: vt C. de fideiuss. auth. præsente.

Beneficio auth. hoc ita. de duo. reis.

Item consueuit renuntiari beneficio nouæ constitu. de duobus reis. per quod beneficium subuenitur duobus reis debendi: nam possunt postulare per istud beneficium, non insolidum, sed pro parte posse cõueniri: quòd poterat fieri de iure

antiquo, licet non essent insolidum expresse obligati. Sed hodie nisi expressè agant quòd quilibet insolidum sit obligatus, vel alter ex reis sit non soluendo, in totum, vel in parte, vel sit absens, non dicuntur quilibet insolidum obligati: & ideo renuntiatur illi iuri, vt creditor illis interuenientibus possit quem voluerit insolidum conuenire: vt C. de duobus reis. authen. hoc ita. & habent locum ista beneficia, quotiescunque duo vel plures principaliter se obligant: vnus enim pro altero intercedere videtur, quando se obligat vltra partem ipsum tangentem.

Beneficio cedendarum actionum.

Item consueuit renuntiari beneficio cedendarum actionum per quod beneficium potest postulare fideiussor, & alij, qui sunt obligati in vna obligatione, sibi cedi iura, & actiones quas creditor habet contra alios fideiussores, vel contra alios pro quibus sunt obligati: alioquin nisi cedantur eis à creditore possunt recusare solutionem: & ideo illi iuri renuntiatur: vt ff. de fideiussoribus l. fideiussoribus. & de solu. l. Modestinus. & l. Stichum aut Pamphilum. eodem titu. Et prodest creditori: quia si fuit renuntiatum, poterit creditor eligere quem voluerit de fideiussoribus, vel aliis cõreis, & alteri gratificari: & ille, à quo exegit debitum, poterit petere vt cedantur sibi actiones aduersus illos, quibus creditor vult gratificari, cùm iam fuerit renuntiatum.

Beneficio feriarum.

Item consueuit renuntiari beneficio messium, vel vindemiarum, vel aliarum ob necessitatem hominum introductarum: nam tempore messium, vel vindemiarum, non debet aliquis vocari in iudicio, nisi illis feriis fuerit renuntiatum: aliis autem feriis in honorem Dei introductis, renũtiare nemo potest: vt habetur de his omnibus. C. de feriis. l. omnes dies, cum ibi not. & ff. de feriis. l. j. & extra de feriis. capi. finacum simili.

Beneficio exceptionis non numeratæ pecuniæ.

Item consueuit renuntiari exceptioni non numeratæ pecuniæ, non traditæ, nec redditæ rei, quæ consistit pondere, numero, vel mensura: & ista exceptio quandoque habet locum

:um infra biennium, quandoque infra xxx.dies, aliquando nfra annum,& aliquãdo infra tres menses:nam si debitor cõ- itetur se pecuniam accepisse, quam in veritate non accepit, oteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra luos annos à die confeſsionis: & vt eam non poſsit oppone- e,renuntiat illi exceptioni in instrumento. Quandoque de- iet opponi infra triginta dies: nam si creditor confeſſus fue- it ſpe futuræ numerationis ſe recepiſſe creditum à debitore uo,habet exceptionem non numeratæ pecuniæ infra trigin- a dies: & præmiſſa locum habent in mutuo, non in aliis re- us:vt C. de non numeratæ pecuniæ.l. in contractibus, prope rine. cum ſimil. Quandoque habet locum infra annum:vt maritus confeſſus fuerit ſpe futuræ numerationis ſe rece- iſſe dotem,quam re vera non accepit, competit ei exceptio on numeratæ dotis infra annum poſt ſolutum matrimo- ium: Et hoc,ſi matrimonium durauit minus duobus annis: i verò plus biennio durauerit, ſed minus decennio,tunc in- ra tres menſes eſt opponenda: & ideo ne poſsit opponi, isti enuntiatur: vt C.de dote cauta non nu.l.fin. & authen. quod ocum.ibi poſita.

Beneficio erroris calculi.

Conſueuit renuntiari beneficio erroris calculi:nam ſi par tes in aliquo contractu errauerint in computatione, ite- atò debet fieri computatio,licet plures fuerint factæ,niſi illi uri fuerit expreſsè renuntiatum: vt C. de errore calculi, le- ge vna.

Beneficio clauſulæ generalis.l.j.ff.ex quibus cauſis maiores.in fine.

Conſueuit renuntiari clauſulæ generali, ſi qua iuſta cau- ſa mihi videbitur:nam dicit lex,Si aliquis fuerit læſus ex liqua cauſa,& ideo petit ſe reſtitui in integrum: prætor, vel udex debet eum reſtituere ex quadam æquitate, ſi iuſta cau- a ſibi videbitur: vt in l.j.ſuprà alleg. & ideo quandoque illi gi renuntiatur.

Beneficio recurſus ad arbitrium boni viri. C. de contrahenda emp.l.fi.cum ibi nota.

Conſueuit etiam quandoque renuntiari recurſui, ſeu ap- pellationi ad arbitrium boni viri:nam ſi aliquis iuraue- it,vel promiſerit aliquid dare,vel certas operas facere,prout

ũ ego essem arbitratus: si ego iustè arbitror, tenendũ est arbitrium meum, aliàs non: imò promissor habet recursum ad arbitrium boni viri: vt ff. de oper. lib. l. si libertus. & de hoc vide plenè in rep. §. arbitrorũ. in l. si proprietatem, ff. pro socio. Vel pone exemplum: Si aliquis promisit mihi vendere fundũ arbitrio Titij: si Titius bene & rectè arbitretur, bene est: aliàs recursus habetur ad arbitriũ boni viri: vt C. de contrahen. emp. l. fi. cum ibi notatis. & ff. de re iudi. l. in personam. §. generaliter. & l. societatem. ff. pro socio. & habet actionem mecum, nisi isti iuri fuerit renuntiatum. Aliqui tamen dicunt, quòd ista renuntiatio non valet: quod credo verum, nisi fortè hoc fieret mediante iuramento: Et est bonus vir, iudex ordinarius, sub quo sunt partes contrahentes: vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cùm ita.

Beneficio, ne quis condemnetur, nisi inquantum facere potest.

Consueuit etiam renuntiari, vt quis non condemnetur, nisi inquantum facere potest ita habita ratione, ne egeat in futurum: quòd si maritus vel eius pater cõueniatur ab vxore pro dote quã receperat, non debet condemnari insolidum: imò solùm inquantum facere potest; ita deducto ne egeat: & hoc est dictum ꝙ aliquid penes eum debet remanere, ex quo possit se alimentare in futurum ob reuerẽtiam præteriti matrimonij. Sunt & aliæ personæ habentes istud priuilegium, vt socij omnium bonorum: & ideo si vnus cõuenit alium actione pro socio; ille, qui conuenitur, non debet condemnari, nisi quantum facere potest, &c. Et idem in patrono à liberto conuento: & idem in socero à genero conuento: & idem in patre à filio, vel à filia conuento. Et quod dictum est de vxore, quãdo cõuenit maritum vel patrem pro dote, quam promiserat, idem est, si ipsa, vel pater eius conueniantur à viro pro dote, quam promiserat: de isto habetur ff. soluto matrimo. l. maritum. arg. ff. de re iudi. l. sunt qui. & l. seq. cum ibi notatis. Item competit hoc beneficium donatori conuento à donatario: vt ff. de re iudica. l. inter eos. in fi. Item competit ei, qui bonis cessit eo posteà conuento per creditorẽ, cùm peruenisset ad pinguiorem fortunam: vt l. is qui bonis. ff. de cessio. bonorum: & quibusdam aliis personis, secundum quosdam. Sed huic beneficio cessionis bonorum renuntiari nõ potest. Sed cum eo-

rum

rum reuerentia; crederem tamen cum iuramento valere renunciationem: quia tale iuramentum saluari potest sine interitu salutis æternæ.

Beneficio l. ob æs. C. de actionibus & obligationibus.

COnsueuit renuntiari iurisdicenti, quòd vbi aliquis debitor est pluribus creditoribus obligatus: & ipse debitor, cùm non sit bene soluendo, conuenitur à creditoribus, habet electionem an recipiat inducias quinquennales ad soluendum, vel cedat bona sua creditoribus. Et sic renuntiatur induciis quinque annorum, & cessioni bonorum: & si inducias nō petierit, nec bonis cesserit, sed passus fuerit se in debito illo condemnari, debet in carcerem detrudi: vt C. qui bonis cedere pos. l. penulti. & fina. licet quidam dicant, ꝙ huic beneficio renuntiari potest. & ita not.

Beneficio induciarum duorum vel quatuor mensium.

COnsueuit renuntiari quandoque iurisdicenti, quòd vbi debitor est condemnatus ad soluendum debitum creditori, dantur debitori induciæ duorum mensium de iure Digestorum, & de iure Codicis quatuor menses, computando à die condemnationis: vt C. de vsu rei iudica. l. ij. de re iudicata. l. debitoribus. & extrà eodem titulo capi. ad consultationem.

Beneficio l. j. ff. de re iudicata.

COnsueuit renuntiari iurisdicenti, quòd licet lex det certum tempus iudicatis, aliàs condemnatis, ad soluēdum, tamen illud tempus, prout sibi videbitur, poterit arctare, vel prorogare: nec semper tempus à lege statutum habet sequi: vt ff. de re iudi. l. secunda cùm suis cōcor. & ideò debitor huic iuri renuntiat, cùm sit in eius fauorem introductum: vt si iudex daret aliquod tempus ad soluendum, debitor illo tempore vti non posset.

Beneficio L. à diuo Pio. Digestis, de re iudicata.

COnsueuit renuntiari quandoque iurisdicenti, quòd si sit licita sententia lata contra aliquem vt soluat creditori

id, in quo est condemnatus, debet seruari ordo in alienatione rerum debitorum: nam primò mobilia & per se mouentia, posteà immobilia, posteà peruenitur ad iura: vt l. à diuo Pio suprà alleg. cum ibi not. & ideo quando debitor recipit pecuniam à creditore, renuntiat huic iuri: vt adueniente die vel tempore solutionis possit executio fieri in bonis, in quibus voluerit creditor: quod fieri non posset aliàs, nisi iuri illi renuntiatum fuisset.

Beneficio authentica, hodie, de appel. & l. j. & ij. C. de tempo. appel.

COnsueuit renuntiari iurisdicenti, quòd vbi aliquis est condemnatus ad soluendum, vel dandum, vel faciendum aliquid creditori suo, datur sibi spatium decem dierum infra quos potest appellare: & sic per consequens omni remedio appellationis debet renunciare, vt C. de appel. auth. hodie. & C. de tempo. appel. l. j. & ij. cum concor.

Beneficio l. sicut. & l. cùm notissimi. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum.

COnsueuit renuntiari iurisdicenti, quòd actiones personales vel hypothecariæ competentes contra aliquem debitorem pro aliquo debito, pro quo se obligauerat, tollitur triginta vel quadraginta annorum spatio, nisi infra id tempus intentatæ fuerint, vel super illis fuerit lis contestata, vt dictis legibus allegatis.

Beneficio induciarum viginti dierum oblati libelli.

COsueuit etiam renuntiari iurisdicenti, quòd vbi ad iudicium aliquis vocatur ex aliqua causa, libellus debet sibi offerri: & nihilominus debent sibi induciæ dari, scilicet, xx. dierum, vt possit deliberare, vtrum cedat, vel contendat: vt C. de lit. contest. authen. offeratur. & authen. libellum.

Beneficium §. alteri. Institu. de inutili. stipulationibus.

COnsueuit renuntiari, quòd vbi aliquis stipulatur pro aliquo absente, nisi intersit stipulatoris, non quæritur obligatio absenti ex illa stipulatione: vt in §. alteri, alle. cum suis concor. vbi est notabilis glo. pro hoc.

Benefi

Beneficio l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudi.

COnsueuit enim renuntiari iurisdicenti, quòd si conuentum est inter partes, quòd si aliquis alius iudex, quàm cuius iurisdictionis sunt, iudicat, seu inter partes cognoscit, quòd antequàm lis contestetur, licitum est ei pœnitere, & ab ipsa conuentione discedere: vt d. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi.

Beneficio, quod in obligationibus seruatur.

COnsueuit renuntiari potissimè in obligationibus vnius causæ coram diuersis iudicibus non debere ventilari: & si fiat, imponatur pœna agenti: vt C. de iudi. l. nulli.

Beneficio c. statutum. extrà de rescrip. lib. vj.

COnsueuit renuntiari obligationi, scilicet, quòd quando actor & reus sunt diuersarum diœce. reus vltra vnam dietam à finibus suę diœce. non potest ad iudicium aduocari: vt c. statutum. alleg. Item quando actor & reus sunt eiusdem ciuitatis siue diœcesis, non debet à fine suæ diœcesis vltra vnam dietam conueniri: vt in eodem c. alleg.

Beneficio l. & si post tres. ff. si quis cau.

COnsuetum est in huiusmodi obligationibus renuntiari iurisdicenti, quòd vbi aliquis promisit aliquid, & cum pœna certa de sistendo in iudicio, & non sistat illa die, potest post tres vel quinque dies purgare moram comparendo in iudicio, & sui ipsius copiam faciendo, & non incidit in pœnam: vt l. & si post tres. alleg. De hoc vide not. per doct. in l. sancimus. C. de fideiuss.

Beneficio l. j. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

COnsueuit renuntiari iurisdicenti, quòd vbi aliquis ad iudicium vocatus est, ex eo fortè, quia non possidet immobilia, datis fideiussoribus de sistendo in iudicio, si fideiussores non sunt de foro illius iudicis, debet renuntiare priuilegio suo, aliàs non valet fideiussio: vt dicta l. prima.

Beneficio fori.

COnsueuit renuntiari priuilegio fori:nã reus debet conueniri coram suo iudice,& non coram iudice actoris, iuxta regulam,Actor forum rei sequitur, & non econtrà: vt l.iuris ordinẽ.C.de iurisd.om.iud.& l.fi.C.vbi in rem actio.

Beneficio pro scholari.

ITem renuntiant scholares priuilegio suo,vt coram non suo iudice possint ex causa conueniri:quod regulariter fieri non potest,vt C.de episc.& cle.authen.statuimus.contrarium videtur,quòd imò possit renuntiari:arg. C.de pactis.l. si quis in conscribendo.cum ibi notatis,per doct.hoc verum si sint laici,vel clerici coniugati:secus si clerici soluti,per c.si diligenti.extrà de foro compe.& per authen.habita.cum ibi notatis C.ne filius pro patre.

Beneficio,ne quis ratione minoris ætatis restituatur.

COnsueuit renuntiari beneficio in integrum ratione minoris ætatis:quia si minor propter facilitatem sui in aliquo contractu fuerit læsus,restituitur in integrum per prætorem vel iudicem,vt C.de in integrũ resti.mi.& ff.de mino. per totum. Licet secundũ glo.huic beneficio renuntiari non possit:vt l.si iudex.ff.de mino.credo tamen,quòd si sit puber, valebit in iuramento per authen.sacramenta puberũ.C.si aduersus ven.& habet locum dicta authen.non solum in contractibus vltro citróque obligatoriis, imò in donationibus,& stipulationibus,& similibus,& hoc secundum glo.d.authen. in donationibus non est verum secundum doct.in d.authen.

Beneficio l.rem maioris.C.de rescinden.vendi.

ITem renuntiatur quãdoque iurisdicẽti,ꝙ quando emptor dando plus in aliqua re,quàm valeat,est deceptus vltra dimidiam iusti pretij,debet rescindi contractus,vel sibi restitui quod plus dedit,quàm deberet:& idem econtrà in venditore decepto vltra dimidiam C.de rescin.ven.l.rem alle.cum ibi notatis.& ne oriatur controuersia propter tales deceptiones renuntiatur isti iuri,de quo dic vt ibi.

Beneficio l. emptor.C.de euict.

ITem consueuit renuntiari iurisdicenti,quòd quando emptor aliquam rem emit à venditore, & illa res incipit euinci per tertium: si emptor non denuntiauit venditori, quòd

quòd illa res ab eo euincitur, & quòd veniat ad defendendum: cùm licet res illa ab eo euincatur, emptor non poterit agere de euictione contra venditorem: vt l. emptor. alleg. & ff. de euic. si fundo. §. si cùm posset. cum concor. Et ideo in fauorem emptoris fuit introductum, vt venditor huic iuri, siue l. denuntiet, ne emptor ei denuntiare teneatur.

Beneficio l. qui rem. C. de euict.

ITem renuntiauit venditor iurisdicenti, quòd licet res empta appareat esse aliena vel alteri obligata, emptor non potest agere de euictione contra venditorem, donec res ab eo emptore fuerit euicta per sententiam, etiam si ipsam appareat euinci posse in futurum: vt d. l. qui rem. & l. non tamen. ff. de euict.

Beneficio actionis redhibitoriæ.

ITem renuntiatur istius actionis beneficio: nã si ego ignoranter emi rem morbosam ab aliquo venditore, possum agere cõtra venditorem actione redhibitoria infra sex menses vtiles, vt mihi reddat pretium, & ipse rem recuperet: & ideo si emptor huic beneficio renuntiauerit, non poterit posteà agere contra venditorem: vt l. sciendum. §. fina. infra allega.

Beneficio actionis quanto minoris.

ITem consueuit etiam renuntiari per actorem huic actioni: nam si ab aliquo emi ignorans rem esse morbosam, possum agere contra vẽditorem infra annum vtilem ista actione, vt mihi reddat pretium seu partem, quam non dedissem, si rem illam vitiosam sciuissem. Et hæc duo probantur, scilicet, beneficium proximè dictum, & istud ff. de redhibit. act. l. sciendum. §. fi. & l. seq. cum multis concor. Et istis duobus casibus valet renuntiatio facta per emptorem, & prodest venditori, si venditor vitium ignorat: aliàs si sciuisset, nec emptorem certificauit, ratione sui doli non valet renuntiatio: vt ff. de redhibito. actio. l. quæritur. §. si venditor. & §. sequen. Et posito, quòd venditor scienter vendens rem morbosam dicat emptori se ei nolle teneri ratione alicuius vitij, fortè quod sciebat in re vendita, duntamen emptor id ignoret, & emptor in hoc consentiat, non tamen obligando se per pactum de non veniendo contra venditionem ratione mor-

bi: quia tunc postmodum non posset quis venire, arg. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. quòd adhuc non obstante tali consensu poterit emptor cõtra eum venditorem actionibus proximè dictis experiri, si reperiatur illa res morbosa. Ista est doctrina, quæ traditur per doct. modernos à l. j. §. j. vsque in fi. l. ff. de actio. empt. & vẽd. quod est valde notatu dignum, quia quotidie venit de facto.

Beneficio l. penult. C. de donatio.

ITem renuntiatur iurisdicenti, quòd si quis fecit donationem in personam alicuius excedentem summam quingentorum aureorum, siue solidorum, sine insinuatione, seu decreto iudicis non valet in eo, quod exceditur: imò in eo potest per donatorem reuocari, nisi illi iuri renuntiauerit: vt d. l. pe. in fine.

Beneficio l. fi. C. de reuo. donatio.

COnsueuit renuntiari iurisdicenti, quòd si facta est donatio in filium emancipatum, vel alium, qui non sit in potestate, vel alium extraneum, donator potest reuocare donationem, si donatarius ei iniuriam fecerit, vel manus impias in eum inferat, vel damnum irroget in bonis donatoris, vel vitę eius insidietur, vel conditionem appositam in donatione donatarius non impleat: vt dicta l. fi. hoc verum non est secundum quosdam, quòd talis renuntiatio valeat, vt not. per Gul. de Cun. in l. qui exceptionem. §. pactus. ff. de condi. indeb.

Beneficio l. siue emancipatus. C. de donatio.

ITem renuntiatur iurisdicenti, quòd si pater donauerit filio in sua potestate constituto, non valet, vt d. l. siue emancipatus. alleg. & ideo renuntiatur illi iuri, ne posteà pater possit donationẽ reuocare: & tunc esset bonum consilium pro filio: quia pater remitteret vsumfructum rerum donatarum filio, vt sic quo ad proprietatem vel vsumfructum res donata abdicetur à bonis patris.

Beneficio l. vbi. ff. de dona. causa mor.

ITem consueuit renuntiari iurisdicenti, quòd vbi donator fecit donationem causa mortis, quòd nullo casu possit reuocari, non valet vt donatio causa mortis: vt l. vbi. alleg.

Benefi

Beneficio senatusconsulti Velleiani.

ITem renuntiatur per mulieres beneficio senatusconsulti Velleiani: nam si mater vel auia velit subire onus tutelæ filiorum vel nepotum, renuntiat secundis nuptiis contrahendis, & beneficio senatusconsulti Velleiani, vt C. quando mulier tutelæ efficio fungi potest. l. si. & auth. mater. eod. tit. Item renuntiat mulier huic beneficio in multis aliis casibus: nam si mulier alienam suscipit obligationem, vel participauit, scilicet, mandato, vel fideiubendo, constituendo, vel causam in se transferendo, promittendo animo nouandi quod alius debet, vel iudicium in se suscipiendo pro alio, etiam animo nouandi, habet ipsam exceptionem ex huiusmodi beneficio: & ad hoc, vt ex præmissis valeat obligari, est necessarium quòd renuntiet huic beneficio: vt C. ad Velleianum. l. j. ij. & iij. & ff. eo. l. ij. §. omnes. & l. ij. §. vltimo. cum ibi notatis. Intellige hoc si fuerit de iure suo certificata, aliàs non: vt ibi no. de quo dic: vt in l. penul. C. ad Velleia.

Beneficio auth. siue à me. C. ad Velleia.

ITem renuntiat mulier iurisdicenti, quòd si maritus vel extraneus pro eo faciat donationem propter nuptias vxori, maritus bona illius donationis, nec obligare nec alienare poterit. Sed si in hoc contractu consensus mulieris interuenerit, debet huic iuri renuntiari: quia aliàs semper remanet salua actio in rebus donatis propter nuptias, vt ibi, nisi mulier secundo post biennium profiteatur firmando primum consensum, nisi aliæ res supersint viro, ex quibus mulieri consuli posset: nam istis interuenientibus valebit alienatio vel obligatio, aliàs non, vt d. authen.

Beneficio l. si mulier. eodem titulo.

COnsueuerunt etiam mulieres renuntiare iurisdicenti, quòd si mulier perfectæ ætatis, postquàm pro alio intercessit, seu cauit, vel pignora dedit, iteratò post primam cautionem ex eadem causa pro illo cautionem exposuit, vel pignus dedit, infra biennium adhuc sibi non præiudicatur, quin posset excipere de senatuscons. si post biennium exponatur, tunc obligatur: vt dicta l. si mulier.

Beneficio auth. si qua. eodem titulo.

ITem mulieres renunciant iurisdicenti, quòd vbi maritus recipit mutuum ab aliquo, si instrumento crediti seu obligationis mulier consentiat vel se subscribat, propriam substantiam vel se obligando pro illo debito, non valet nec tenet talis obligatio, licet semel, vel pluries pro huiusmodi re faciat, siue debitum fuerit priuatum, siue publicum, nisi probetur manifestè illam pecuniam in vtilitatem mulieris fuisse conuersam d. auth. si qua mulier. secundum doct. iuris ciuilis & glo. non valet renuntiatio, etiam si iuramentum interueniat: tamen de iure Cano. expeditum est, quòd imò valet, etiam in alienatione rei dotalis, quod est fortius, per c. cùm contingat, extrà de iureiur. in antiquis. ibi in glo. Bernardi. & per c. ij. de iureiu. lib. vj. & per c. ij. de pact. lib. vj. & hoc tractat Dy. extrà de reg. iu. c. nõ est obligatoriũ. lib. vj. & ibi vide

Beneficio l. antiqua. C. eodem titulo.

COnsueuit renuntiare mulier iurisdicenti, quòd si mulier pro aliquo se obligauerit, non valet talis obligatio, nisi aliquid acceperit, vt pro illo obligaret se: vt l. allegat. Sed tamen secundum Guli. de Cuneo, etiam posito quòd renuntiauerit pro aliquo, suscipiendo in se obligationem, non valet renuntiatio: & ratio eius est, quia eadem ratione, qua inducitur ad obligandum, illa etiam ratione inducitur ad renuntiandum Velleiano. & hoc posito, quòd fuerit certificata de iure suo: nam fragilitas mulieris tanta est, & astutia hominis tantùm abundans, quòd blandis verbis per masculos decipiũtur: ar. l. j. §. paucis. C. de rapt. vir. super verb. insidiis, &c. de quo dic per dictum Guli. in l. generaliter. C. ad sena. cõ. Velleia. cum ibi latè notat. per eum: quia plures leges pro hoc allegantur. pro quo facit §. quæ onerandæ. in l. j. ff. quarum rerum actio non datur.

Beneficio l. Iulia. de fundo dotali.

ITem renuntiat mulier beneficio l. Iuliæ. de fundo dotali. vbi cauetur, quòd si mulier dedit in dotem viro suo prædium rusticum, vel vrbanum, maritus ipsum obligare vel alienare non potest regulariter, aut vxore consentiente: & hoc ipsum propter prohibitionem illius l. Iuliæ. de qua fit mentio C. & ff. & Insti. qui. alienare licet in prin. & §. j. & ideo

ad hoc

ad hoc valeat alienatio vel obligatio facta per maritum, vxor illi iuri renuntiare potest:vt not.de iureiur.c.cùm contingat.

Beneficio iuris actionis hypothecarum.

COnsueuerunt renuntiare quandoque mulieres iuri hypothecarum,quod ius competit vxori in bonis viri:nam omnia bona viri sunt hypothecata ei pro dote tacitè. Et isti iuri potest mulier renuntiare:vt C.de rei vxor.actio.l.vnica. §.primo.Et plenius.ff.ad Velleianum.§.penul. Item renuntiant quandoque iuri hypothecarum creditorum, cùm bona debitorum sunt eis tacitè vel expressè obligata:vt ff.de pig. per totum.& C.quæ res pigno.oblig.pos.l.finali.

Beneficio senatusc. Maced. C.& ff.

REnuntiatur quandoque senatusc.Mace. nam si quis filiofa.mutuet pecuniam,ille filius non tenetur eam soluere, nec existens in patris potestate, nec pòst, nec eius hæres, nec fideiussor:vt C.& ff.ad Macedo.per totum: sed huic beneficio secundum glo.renuntiari non potest:vt not. C.eod. titu. l.fin.cum ibi not.nisi fieret cum iuramento: quia tunc fortè valeret.

Beneficio §. ex actio. de l.vnica. C. de rei vxor.actio.

REnuntiari consueuit illi iuri,quo cauetur, quòd vbi fit dotis repetitio soluto matrimonio, ꝙ res dotales,si cōsistant in rebus mobilibus vel se mouentibus,debēt post annū à morte viri computādū restitui ipsi mulieri:& quo ad istud caput prædictum priuilegium est introductum in fauorem viri,vel suorum hæredum:vnde isti priuilegio ipse maritus potest renuntiare,scilicet,quia non post annum,sed post viri mortem immediatè dictæ res dotales mobiles siue sese mouentes ipsi mulieri restituantur per hæredes dicti mariti. Item est in eodem §.aliud priuilegium introductum in fauorem mulieris, quod est, scilicet, quòd vbi dos consistit in rebus immobilibus vel se non mouentibus, quòd sicut olim debebant restitui post mortem viri annua, bima, trima die: de iure nouo Codicis debent immediatè, & illico post viri mortem mulieri restitui:& si aliàs fiat,hæredes viri tenentur ad fructus perceptos,& ad legitimas vsuras:vt in §.j. statim

ai.-g.

alleg.cauetur:& ideo vt mulier non possit statim post mortem viri dictam dotem consistentem in rebus immobilibus repetere, illi iuri renuntiari per eam potest in fauorem heredum, & consulto quòd in omnibus prædictis interueniat iuramentum: aliàs enim quantum est introductum in priuilegium, parum valeret renuntiatio simplex, cùm sit contra iuris dispositionem: vt est tex. in l. de die. ff. de pact. do. & no. in ff. vtputà in l. iurisgentium. ff. de pact.

Beneficio l. vbi cœptum. ff. de iudic.

RE nuntiatur iurisdicenti, quòd vbi cœptum est iudiciũ, ibi finem accipere debet: vt d. l. vbi allegata. Ideo ex hoc fuit extracta illa renuntiatio, quæ ponitur in instrumentis, cùm quis se obligat viribus plurium & diuersarum causarum, & quando dicitur ibi: & quòd per vnam causam fuerit recepta circa executionem, per aliam nihilominus in bonis obligatis executio perfici valeat plures ad electionem creditoris non obstante priuilegio legis, vbi cœptum.

Beneficio l. ij. §. legatis. ff. de iudi.

RE nuntiatur quandoque iurisdicenti, quod vbi aliquis reperitur in aliquo loco, vbi domicilium non habet, nec ibi cõtraxit, ibi non tenetur respondere: esto, quòd ibi ad aliquam causam venerit, tamen habet ius reuocandi domũ vt d. §. & §. omnis. ea. l. & c. fi. extrà de foro compe. Item renũtiatur iurisdicenti, quòd vbi sit pactum inter creditorem & venditorẽ & debiti solutio nõ posset probari, nisi per testes vel instrumenta solũ, tale pactũ nõ valet: vt not. glo. in auth. vt sine prohib. matres debitrices, creditrices. §. pe. credo tamen quòd cum iuramento valeret, & renuntiari posset.

Beneficio condictionis indebiti.

COnsueuit renuntiari condictioni sine causa, quæ dicit, quòd obligatus sine causa, vel iniusta causa, non tenetur: & ideo illi iuri renuntiatur: vt ff. de condi. sine causa. per totũ.

Beneficio actionis in factum, & sine causa.

COnsuetum est renuntiari condictioni sine causa, quæ dicit quòd obligatus sine causa, vel iniusta causa, actio in factum, quæ oritur ex variis figuris causarum, vt potest esse, vbicunque æquum est ex lege actionem dari, nec in actione, quod met. causa: vt l. j. ff. quod metus causa. & in casu l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. & in multis alijs casibus, quos enumerari

merari esset impossibile, vnde posset contingere, quòd alicui de contrahentibus competeret actio in factum, & sic fortè infringeret contractum: & ideo si illi iuri fuerit renuntiatum, postmodum non poterit contrahens venire contrà. Et est bonum consilium, quòd semper in huiusmodi renuntiationibus interueniat iuramentum: quia fortè si aliàs sine iuramento non valeret, valebit tamen cum iuramento, & est magna cautio contrahentium.

Beneficio exceptioni doli.

Renuntiatur beneficio exceptionis doli, quæ competit, cùm aliquis asserit se dolo vel calliditate alicuius inductum ad aliquid faciendum, dandum, vel promittendum: de quo loquitur de except. doli. C. & ff. per totum.

Beneficio iuris & facti ignorantia.

COnsuetum est renuntiare iuris & facti ignorantiæ errori, & titubationi, & omni exceptioni, quæ de iure pro eis posset competere: nam lex quandoque subuenit ignoranti factū, ius, vel ignoranti, seu titubanti: vt ff. de iur. & facti. igno. l. iuris ignorantia. & l. error. & l. ij. cum ibi notatis. & l. j. C. eod. tit. l. cum falsa. cum l. sequenti. & l. non idcirco. vnde quia, ex hiusmodi ignorantia, vel eius prætextu, posset competere actio vel exceptio: & sic non valeret quod esset actum inter partes: ideo illi iuri renuntiatur.

Beneficio actionis & exceptionis, quod metus causa.

Renuntiatur isti, si aliquis per metum fecit, vel promisit aliquid, vel per metum aliquid ab eo est extortum, vel exactum ius sibi subuenit dando actionem, vel exceptionem: vt ff. & C. quod metus causa. quasi per totum, & ff. de except. doli. l. apud. §. penult. & fin. & ideo ne prætextu huiusmodi metus, id quod agitur inter partes, valeat rescindi, renuntiatur isti actioni, quod metus causa.

Renuntiatio valde vtilis.

ITem potest renuntiari iurisdicenti, quòd vbi aliquis iuri suo renuntiat, debet illud scire: vt in auth. quomodo oportet episcopos & cleri. §. igitur. cum ibi notatis.

Sequitur

Sequitur renuntiatio generalis.

COnsuetum est renuntiari in instrumentis quandoque cum iuris auxilio, tam Canonici, quàm Ciuilis: & vult quòd omnes casus iuris Ciuilis seu Canonici, per quos contra præmissa posset se iuuare, seu tueri, habeantur perinde ac si specialiter & expressè essent enumerati, quibus omnibus ex certa scientia renuntiatur. & licet de ista generali renuntiatione videatur facere mẽtionem lex C. quando mu.tu.offi. fun.pos. tamen dicunt doct. quòd modicum valet, nisi dicatur ꝙ renuntiatur iurisdicenti, generalem renuntiationem non valere, nisi præcesserit specialis: vt ff. si quis cau. l. sed si quis §. quæsitum. Item potest renuntiari quibusdam remediis, seu aliis exceptionibus, quæ magis in facto consistunt, quàm in iure exprimantur, vtputà, renuntiatur priuilegio literarum ne teneatur satisfacere creditoribus suis de certo tempore ratione guerræ, seu etiam priuilegio concesso alicui nouæ bastidæ. Item quòd non possit petere dilationem aliquam ratione solutionis eius, pro quo se obligat. Item quòd omnis iudicialis aditus seu actus ex ista causa sibi denegetur. Item quòd nec fecit, nec dicit, nec faciet, nec dicet in futurum aliquid, propter quod præsens contractus minorem obtineat roboris firmitatem: & si contrarium faceret, vel reperietur fecisse, promittit nomine pœnæ decem per firmam & validam stipulationem: Quam pœnam insolidum committi voluit in casu quolibet in quo deficeret de præmissis. Iurauit, &c. alias renũtiationes inuenire magis esset laboriosum, quàm vtile, nec subtile, nisi secundum distinctionem cõtractuum, qui fierent: nam contractus dant regulam, seu materiam renuntiandi. Butrig.

REVER

REVERENDISS. IN CHRISTO PA. AC D. D. PETRO Foscaro S.S. Romanæ Ecclesiæ P.Car.T.T.S.Nico.Inter Imagines, Pon.Pataui.Comitis, S.Academiæ Patauinæ Cancel.Meritiss. Ioan. Iac.Canis iuris vtriusque Consul. S.

VTile ac honestum tabellionatus officium in vrbe nostra semper fuit, propterea quòd multas commoditates ac lucra suppeditat omnibus, & præcipuè his, qui in eius exercitatione vsúque versantur. Et ab his viris extitit obseruatum & cultum, qui supra plebem ac prope patres accederent. Testantur id magnifica ædificia secus prætorias ædes in forum expositas inter vetera vrbis monimenta, non parum excedentia: profitentur in veteribus matriculis nobilium familiarum inscripti notarij, aut ex vrbis patribus procreari, aut satores eorum, qui postea vrbis gubernacula tenuerunt. Et idcirco propter coniunctionẽ, quæ cum illo mihi ordine semper fuit, cogitaui sedulò quod operis agere possem, quod ipsis potissimè gratum existeret. Requirenti tandem nil melius occurrebat, quàm eorum artem ex libris vtriusque iuris excudere: sic quidem copia & ordine fartam: vt & oblectare auditorem, & fructum vberem subministrare posset. Cúmque tractatũ quẽdam Baldi per quæstionum numerum compactum, & antiquorum quorũdam compilàtiones ieiunas atque aridas reuoluissem, & ad rei cõsummationem incumberem, fractus tẽdio ac rei difficultate, opus intermissum relinquere statuebam: Sed cùm dominatio tua ex Apostolatus apice ad Pontificatum Patauinũ cũ omnium expectatione deuenisset, ísque prẽsulatus consuetudine vetustissima & priuilegiis indubitatis summi Apostolatus in vrbe nostra pro literario studio alẽdo, colendóq; summus Cancellarius appelletur. Illustratum illum ordinem tuæ sublimitatis accessu longè pluris existimans, intermissum laborẽ renouare constitui. Ipsiúsque dignitatem officij non solùm inter Apostolicos sacerdotes coruscare prospiciẽs, verùm etiam inter seculares proceres diuiníque electores Imperij per Ma-

guntienses Coloniensésque Archipræsules fastigiatam relucere cognoscens, calamum torpentem arripui, assiduáq; tandem lucubratione perfeci, tuo nomini dedicaui, vt puto, non inconcinnè. Ad quē enim Patauinus ciuis cōgruentius de Tabellionibus scribere, quàm ad te, qui sicut vrbis ac studiorum es caput, ita Romanæ ac diuinæ Sedis particeps, summus es Protoscriba? Aut, à quo magis splendorem appetere Tabelliones poterunt, quàm à te, sub quo illos vexillo, ego ducere, sub cuius gratia instruere felicius potuissem? Erit igitur mansuetudinis tuæ deuotionē erga se nostram, & huius lucubrationis compendium, hilari ac iūcunda fronte suscipere: & reuolutis chartulis, si ad instructionem vtile ac non spernēdum videbitur, permittere, vt studiosi ac tabelliones in illo se oblectent. Et quantum fieri posse satis videbitur se incunctanter erudiāt. Egóque sic compos factus, deuotionis erga te nostræ tabellionū collegio cumulatiore cornu videbor satisfecisse. Qui tamen pro erratis, sine quibus humanus quis esse nō potest, veniā facile daturi sunt. Si rationē habere voluerint desiderij nostri, cunctis pro viribus satisfacere cupientis. Et primò quibus nominibus notarius appelletur.

DE TABELLIONIBVS LIBELLVS.

ANtequā ipsius rei scribendæ diffinitionē apponā, nō alienū à proposito fuerit, prius intelligere, quibus verbis in iure notari⁹ appellet. Quoniā quidā materiā, in quo scibitur, cōsiderātes, à chartis videlicet Chartularios appellabant, non verò Chartarios, quoniam hi chartas faciunt: vt ij. q. iiij. qua de causa. Sicut more maiorū, qui ceratis in tabulis literas exarabāt, tabelliones vel tabularij dicebantur, vt xvj. q. iij. §. potest. versi. q̃ si præses. & C. de tab. l. pen. lib. x. & in Rub. illa, vbi est gl. plenissima. & in auth. de tabellionibus. §. nos autē. col. iiij. Quādoque librarios, à libris pronūtiabant: vt l. si librarius. ff. de verb. sig. Alij verò locū, in quo versabantur, intuētes vel scriniarios: vt l. scriniarios. C. de testa. mi. & C. de numerariis, & chartulariis, & scrinieariis. li. xij. & extrà de rescri. c. ad audientiā. & de hæreticis. c. si aduersus. & c. vt officiū. §. ad conscribendas. lib. vj. vel Cancellarios, aut Stationarios vocauere: vt dicit tex. in c. si sumus. extrà de rescrip. iuncta gl. in l. nā & si ramos ff. quod vi aut clàm. & l. certa. §. si. ff. de leg. j. & per Azo.

in summa de assessoribus.§.cancellarij: & per tex.in authē.de tabellionibus.§.nos autē.col.iiij. Nonnulli verò generali vocabulo aut scriptorem,aut scribā cognominabāt, iuxta l.ij.§.denique.ff.de origine iuris,quāquā nō simpliciter scriptores, vel scribæ,sed actis gestisque circum principes & magnos iudices ascriptitij nominentur:vt inquit glo.in sæpe dicta Rub. C.de tabula.lib.x.pari quoque ratione glo.cum tex. in l.fi. C. de petitionibus bonorū sublatis.lib. x.memoriales dici posse existimauit. Multi quoque his specialia nomina tribuentes, dixêre vel epistolares,ꝙ epistolas scriberent:vel pragmaticales,ꝙ sanctiones pragmaticas annotarent:vel libellenses,ꝙ libellos:vel exceptores,ꝙ exceptiones reciperent:vt dicit gl.in l.fi.C.de petitionibus bono.sublatis.lib.x.& l. præcipimus. & l.in offerendis.C.de appel.&in auth.de defensoribus ciuitatū. §.denique.col.iij.Dicebātur quoque Rationales, vel Logistę, seu logographi,qui rationes publicas conscribebant. Logos, enim Græcè,Latinè,ratio,& graphia scriptura ferebatur.Diastoleæ verò erant,qui rationes iam factas subdistinguebāt:vt dicit gl.in rub.& in l.fi.C.de tabula. lib.x. specialiter quoque Medicinæ scriptores, mediogrāmathiæ. Et catholicarū rerū notatores,Catholiciani nominabantur:vt dicit gl. in d.l.C.de tabu.li.x.Et tex.in l.si quis post hæc.§.fi.de bonis proscrip.licet glossator aliter ibi exponere laborauerit.Quandoque tamen hi nomen sortiuntur à gradibus, qui eos intercōspiciūtur.Nā qui primi sunt vel protonatarij,vel protoscribæ, aut Primicerij:qui proximi,Secūdicerij:& reliqui Tribuni appellabātur, vt l.ij.C.de primicerio.li.xij.& l.j.C.de mādatis principū.Similiter aliqui numerarij, de quibus in l.duos.C.de suscepto, & arcariis,& l.ij.C.de iure fisci.li.x. qñq; Boëthi,id est,coadiutores eorū esse putabātur,vt d.l.fi.C.de tabul.li.x.Sicut etiā appellamus censuales eos,qui logographiis subesse dicebātur, vt l.quicūque.& in gl.Rub.C.de tabula.lib.x.Obtinuit tamen ipsos notarios cōmuniter appellari,vt dicit tex.in c.statutū.§. notariorū.de rescri.li.vj.& xxvi.q.ij.multorū.Ideoq; sic dicti, vel quia notabāt quæ dicebātur,vt C.de iure fisci.l.defensiōis facultas.li.x.vel quia scribebāt digna notatione,vt l.si ti.&ibi gl.C.de pig.vel quia in notas id est characteres breues multa significātes redigebāt,quæ corā ipsis gerebātur:vt dicit Inno. in c.pluraliter. extrà de fide instru.licet hodie per notas libri legum vel testamēta scribi non possunt,vt in prima constitu-

T 2

ctione Digestorum.§.illud autē.& l.quoties.§.sed & si per c,ff, de hære.insti,& l.hæredes palā.§.sed si notā,ff, de testamentis, de quo dicite, vt ibi. Et ideo appellatio generalis est, quandoque à forma deriuatur,quæ dare solet esse rebus; vt l.Iulianus.§.sed & si quis,ff.ad exhibendum,& l,si is per cccc.§.quædam.ff.ad legem Fal, Quandoque tamē ex effectu notarij serui publici,non à seruando sicut mancipia,sed à seruiendo nominantur;quoniam omnibus publicè seruire obnoxij sunt:vt l.ij.§,sed erit ff.de iusti.& iure.& §.serui,Insti,de iure perso.& l.non enim,ff. de adoptionibus. Abutimur tamen, & etiam quandoque vnum ex his nominibus pro alio ponimus;vt dicit glo.in sæpe dicta Rub.C.de tabulariis.lib.x. Et Albericus in suo dictionario ff.de verborum significatione.

Quid sit notarius,

QVid autem sit notarius, in iure sufficienter scriptū non reperi, Nam glo, in Rubri.C.de tabulariis, lib,x, dicit, quòd notarius est is,qui faciendis instrumentis publicè præest in singulis ciuitatibus.Quæ quidem diffinitio,quia insufficiens est,& in multis capi potest, facio prætermissam:mihi autem videtur sic posse describi, quòd notarius est publica persona,cuius scripturis legitimè factis authoritate iuris plena & indubitata fides adhibetur. Habet autem hæc diffinitio, sicut exigitur, suum genus & differentias, Nam pro genere ponitur,quòd sit persona publica. Nam seruus publicus dicitur:vt l.nō enim,ff,de adop,& l.seruum.ff. rem pupilli saluam fore,seu quia publicè tenetur seruire: & dicit glos.in l,iiij.ff. de statu hominum,& Institu,de iure persona.§.serui.seu quia iure publico introducta est,sicut sunt introducti sacerdotes & magistratus:vt l.j.§.publicum.ff,de iustitia & iure.& §.publicum.Insti.eo.titu. Secundò adiicitur, cuius scripturis,&c. ad ponendum differentiam inter notarium,& alias personas publicas, quorum scripturis non adhibetur fides plena:vt l. solam.C.de testibus. Item dicitur, legitimè factis, ad differentiam scripturarum,quæ fiunt à tabellione, nō seruata forma, & solennitate,quibus non adhibetur fides, Prætereà dicit,plena fides, ad constituendum differentiam inter scripturas tabellionum,quæ faciunt plenam fidem:& scripturas mercatorum & similium personarum, quæ faciunt solùm semiplenam:vt no.Bar.in l.nuda ratio.ff.de donationibus. & l,admonendi

nendi.ff.de iureiurando. Et postremò dicit, iuris authoritate, quia notariorũ authoritas videtur ortũ habuisse à iure gẽtiũ, cùm sic apud omnes gentes seruari & æquè custodiri videamus: vt §. quod verò. Insti. de iure naturali gentium & ciui. & sensit Gul. de Cuneo. in l. non aliter. ff. de adoptionibus. Et talis authoritas videtur miraculosa. do. Inno. in ca. cùm P. tabellio. de fide instrumen. quòd plus credatur corio vnius animalis mortui, quàm vni homini viuo: licet Bar. Brixi. dixerit: quod non congruè dicitur miraculosa, sed bene potest dici esse mirabilis. Et intantum operatur iuris authoritas, quòd nullus subditus Romano Imperio vel ecclesiæ posset se obligare per publicum, quòd crederet instrumentis alicuius priuatæ personæ: vt dicit Spec. in titu. de instrumentorum editione. §. restat. ver. sed quis potest facere.

Quot sunt species notariorum.

NOtariorũ verò species plures esse videntur. Quidã enim sunt notarij Papæ, vel Imperatoris, aut aliorũ Regũ, seu principũ. Et tales notarij in dignitate sunt, quoniã sunt Episcopi, vel Barones, vt patet in episcopo Patauino, qui est Cancellarius totius academiæ pro Põtificibus atque principibus. Et etiã, quia talis notariatus est dignitas, vt no. Bat. in l. j. C. de mandatis principum. & l. ij. C. de primicerio. li. xij. & C. si ser. aut liber ad decurionatum aspirauerit. libro xij. Quorum officium est leges, ac constitutiones sacratissimas, atque oracula principum edere ac promulgare. Solitique sunt sæpe cõtendere cum Iureconsultis auditoribus Romanæ curiæ, illisque se velle præponere: Quoniam dignius esse videtur constitutionem componere, quàm compositam interpretari, sicut dicit Leonardus Aretinus, & in quadã discretissima sua epistola recitauit. Alij verò notarij publicum habent officiũ, & in iudiciis ad acta scribendo præbitam facultatem: nam citationes missionésque in possessionẽ, libellos appellatorios, refutatorios, exceptiones, articulos, positiones, decreta, sententias, & alia huiusmodi recipiunt, notant, publicant: vt est tex. cum glo. in l. eos. §. super his. C. de appella. & in authen. item si appellatione. & in corpore vnde sumitur. C. de tempo. appella. & per Bart. in l. si finita. §. Iulianus. versi. sicut iuris prædicta. ff. de damno infecto. Et tales, licet in dignitate non sint tamen sunt honesti viri vitæque laudabilis, vt dixit Vin

centius, & Ioannes And. in c. sicut. ne cle. vel mon. Tertia verò species est notariorum, qui contractus, ac testamenta, & alias vltimas conficiunt voluntates: de quibus loquitur titu. in authen. colla. de tabellionibus, coll. iiij. Et glos. in l. generali. C. de tabulariis. lib. x. Et horum officium ignobile est, ac velut ars quædam appellatur ad quam liberti, coloni, aliàs abiecti, & viles admittuntur, dummodò falsarij non fiant: vt not. Ange. suo consi. xxx. Quarta verò & vltima species eorũ est, qui ad rationes publicas conscribendas, distinguendas, ac pecunias recipiendas apud magistrum census deputantur, de quibus in l. ij. C. de iure fisci. lib. x. & l. duos. C. de suscep. & arcariis. & l. fin. C. de tabu. eodem libr. Et horum officium participare videtur scriptoribus contractuum atque superioribus acta notantibus. Et idcirco sunt, vt decet, honestæ personæ. Licet hoc alio iure non caueatur expressè.

De causis circa notarios considerandis.

Postquàm declarauimus quis sit notarius, nunc verò quomodo ad esse producatur: quatuor causas requiremus, efficiẽtem, scilicet, materialem, formalem, ac finalem.

De causa efficiente, & quis possit notarium facere.

CIrca efficientem verò quærendum est, quis possit creare notarium? Et primò constat principem hoc posse, scilicet, Papam & Imperatorẽ: quia maior est aliis. vij. quæst. j. in apibus. Quinimo videtur, quòd ipsi hoc soli possint, nulli que alij; primò per textũ in l. actuarios. C. de numerariis & actua. lib. xij. ibi, manus sanxerit principalis, quasi dicat, quòd alia manus non sufficit. Item secundò facit tex. in authẽ. de tabel. §. si verò. ibi, authoritatem habet à nobis diffinitam. colla. vj. Et ratio est: quia concessio magnarum dignitatum videtur esse soli principi reseruata. argu. ca. ij. versi. item quod non. de transla. præla. & l. j. ff. de officio eius cui mandata est iurisdi. Et istam opin. tenuit Innocen. in c. cum P. tabellio. de fide instrumen. & ibi Ioannes Andræ. in glossa secunda. Et Speculator in titulo, de instrumen. edit. §. restat videre. versiculo, sed quis potest facere. & in Specu. de procurato. §. ratione autem formæ. versic. item, quòd non sunt facti per manum public. & ibi allegauit multa iura. Quod est verum secundum glo. Bernar. quando Papa crearet notarium in terris ecclesiæ, non autem Imperij: quoniam creando notarium in terris Imperij,

rij, falcem in messem mitteret alienam: quod nō est licitum: vt c. nouit. de iudi. & l. fin. ff. de iurisdi. om. iudicum. nisi quantum ad actus spirituales, vel in terris, quæ sunt de patrimonio ecclesiæ: sicut econuersò Imperator non potest notarium facere in terris ecclesiæ: vt ca. per venerabilem. extrà qui filij sint legi. Et ad hoc videte Bar. in authentica, ex complexu. C. de incest. nup. & l. j. C. de summa trinitate & fide catholica. Sed contrarium videtur verius esse de iure, quòd scilicet Papa possit notarios facere in terris Imperij, & Imperator in terris ecclesiæ: quia potest quilibet eorum conferre honores temporales, sicut militiam, & doctoratum per totum orbem: vt dicit glo. in d. c. per venerabilem: quam sequitur Lau. Vincen. Tancre. Ber. Inno. & Hostien. & communiter omnes. Et ratio secundum Hosti. est, quia per istos actus legitimos nemini fit præiudicium, imò omnibus prouidetur argu. l. generaliter. §. spurios, & spurij. ff. de decurio. & l. j. ff. de testamen. Item quia creatio tabellionum est actus voluntariæ iurisdictionis, qui valet etiam extra territorium exercentis, vt l. ij. ff. de offic. procon. & l. fi. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. & ff. de adoptio. l. emancipatum. §. j. Item quia submittentes se iurisdictioni creantis possunt prorogare illam iurisdictionem: vt l. j. & ij. in princip. ff. de iudic. l. sed & si susceperit. eo. titu. facit quod not. in l. j. C. de emancipatio. libero. & C. de exceptio. l. pluraliter & vniuersaliter. Item quia episcopus existens extra suam diœcesim beneficia confert, & causas delegat, vt extrà de iudic. cap. nouit. ergo etiam Imperator poterit in terris Ecclesiæ, & Papa in terris Imperij: quia vnus habet iurisdictionem in terris alterius, saltē in habitu vel capitudine, vt l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. & clemen. pastoralis. de re iudicata. Item quia princeps est solutus legibus saltem positiuis: vt l. princeps legibus. ff. de legibus. ca. præposuit. extrà de concessio. præben. Ergo leges distinguentes iurisdictiones, quæ sunt de iure positiuo, non obstant eis. Et istam opin. tenuit Bald. in l. eum qui. ff. de iurisdict. om. iudic. Et Iaco. Butrig. disputando in simili casu: an legitimatio vnius habeat effectum in terris alterius. Et secuti sunt Ioan. & Gaspar de Cald. Et do. Card. in d. c. per ven[illegible]ilem. qui fi. sint leg. Item secundò poterunt notarios cre[illegible] reges in regnis suis: quoniam habent supremam speciē meri imperij. Et possunt illā legē facere, sicut præfecti

prætorio:vt l.forma.C.de officio præfecti prætorio. Et ita no. in d.c.per venerabilẽ qui fi.sint legi. Item tertiò poterũt creare tabelliones Comites Palatini,quibus à Pontificibus & Imperatoribus super hoc potestas concessa est:quoniá poterunt hoc facere,sicut ipsimet principes:vt est tex.cũ glo.in c.accedentibus.in fi.de excessib.prælato. Super incidens formatur quæstio,an Comites habentes potestatẽ à Cæsare legitimãdi, vel creandi notarios,possint illam exercere in terris ecclesiæ? Vel econtrà Comites habentes à Pontificibus præfatam authoritatẽ,possint eam exercere in terris Imperij. Et licet Butrig.& Abb.Sicu.in c.per venerabilem.qui fi.sint legi.teneant quòd non,tamen mihi verior videtur sententia Iac.Butri.in sua dispu.& Gasp.& Ioã.Cal.& Car.ibi.in iiij.q.per rationes per me proximè superius allegatas. Item quartò possunt notarios creare vniuersitates habentes facultatem creandi iudices ordinarios:de quibus habetur in c.cùm ab ecclesiarum.de offi.ordina.& in auth.de tabelli.§.pluraliter.collat.iiij.& x.q.j.regenda. Et ita no.Hosti.in c.cũ P.tabellio.extrà de fide instru.& in summa eiusdẽ titu.§.quibus. Et in tit.ne cleri.vel mona.§.quæ sunt.& §.clericis. Et ratio est:quia sicut vniuersitas potest sibi creare ordinarium iudicem,quod est fortius & maius,ita debet posse creare notarium. Item quia in l.generali.C.de tab.lib.x. Imperator constituit in singulis ciuitatibus & vniuersitatibus posse creari notarios: nec dicitur,per quem,ergo intelligitur per ipsas ciuitates & vniuersitates, ex quo princeps hoc sibi non reseruauit:quia non retentum, videtur concessum l.j.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfecti vrbis. c.nuper.de sentent. excommuni.c.ij.in glo.arg.quòd non.de translatio.prælato. Item quintò possunt notarios creare Episcopi,Comites,Barones,& alij magni iudices ordinarij:vt dicit Hostien.in locis antedictis, & Specula.& Ioan. Andræas sequuntur in additio.ti.de instrumen.edic.§.restat.versic.sed quis potest facere. Et ratio est:quia is potest aliquem constituere,qui potest eum destituere,& econtrà:vt c.cùm ex iniuncto.in fi.extrà de hæreticis.& l.is potest.ff.de acqui.hæredita. Sed supradicti iudices possunt notarios punire,ac priuare officio suo,propter aliquod delictum,aut demeritum suum:vt C.de defensoribus ciuitatum.l.iubemus.C.de sa[illegible].eccle. l.iubemus.§.his tabellionibus.ergo etiam poteru[illegible]os creare. Item quia sicut notarij stipulantur cum authoritate iudicum

cum

eum prædictorum vt l.non quasi.ff.rem pu.sal.fo.& c.quanquàm.de vsu.lib.sexto. Et notas vnius notarij alter de mandato iudicis publicat:vt cap.cùm P.tabellio.extrà de fide instrumentorum.ita qui non est notarius,cum authoritate prædictorum iudicum debet posse facere illa, quæ notario congruunt.Non obstat,quod dicebatur,maiores dignitates esse principi reseruatas:quia potest responderi notariatum non esse dignitatem,nisi esset notarius principis,quinimò esse officium vel artem vilem,quæ quandoque libertis spuriisque conceditur:vt C.de seruis reipublicæ manu. Et ideo decurionibus vel aliis dignis personis denegatur:vt l.si quis decurio, C.de falsis.& tangam infrá.Item quia si notarij nomen inspicimus,ex quo sæpissimè licet arguere:vt Instit.de donatio.§. est & aliud.& c.cum secundum.de præbendis.ipse seruus reipublicæ dicitur:vt l.non enim.ff.de adopti.& l.non quasi.rem pupil.sal.fo. Et similiter seruire publicè tenetur:vt C.ne quis lib.inuit.actum reipu.l.j.in vlti.gl.lib.xj.Non obstat l.actuarios.C.de numerariis.quia loquitur de notario præponendo pecuniis recipiendis,in quo magis debet haberi consideratio:vt l.hoc iure.& l.inter artifices.de solutioni.nos autẽ loquimur de aliis notariis.Ad §.si verò in authen.de tabellionibus,responde illud esse locale,& speciale in vrbe Constantinopolitana:vel dici potest,quòd non loquitur de authoritate creationis,sed de authoritate legationis:& ista est verior.

Item possunt notarios facere cõsuetudines alicuius loci:vt l.fi.C.de emancip.lib.& gl.cum tex.in c.accedentibus.de excessib.prælato.& c.cùm dilectus.de fide instrumento. Et ratio est:quia sicut consuetudo potest dare iurisdictionem ordinariam ei,qui aliàs non habet.extra de arbit.c.cùm dilecti.de offic.archi.c.vlti.de præscrip.c.de auditis.de foro competen. cùm contingat.de offi.ord.c.irrefragabili.ita debet posse facere notarium:prætereà sicut consuetudo facit legitimum illum,qui ad promotionẽ aliàs est illegitimus,vt c.cùm olim. de clericis coniug.& econuersò,personas legitimas ad matrimonium facit illegitimas:vt c.super eo.de cogna.spiritu.ita etiam debet posse facere tabellionem eum,qui non erat tabellio. Et ita firmat Speculator in titulo de instru.edit.§.restat.versi.sed quis potest.licet dicat nõ esse verum tabellionẽ, neque proprium,de quo ius Romanum eloquitur.;Sed habet officiũ limitatum ad locum,in quo instrumẽta cõficit,quan-

rem consuetudo disponit: & vocantur scribæ simpliciter, & conficiunt instrumenta solùm in illo territorio, & non alibi: & ita sentit Bar. in l. non enim. ff. de adop. l. ij. ff. de officio proconsul. l. Barbarius. ff. de officio Prætoris. l. j. C. de summa Trinita. l. si nõ speciali. C. de test. Innocen. in c. qui perpetuus. de fide instrumentorum. & doctores in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. & dicto cap. cùm P. tabellio. & Rota decisione cclxxxviij. facta. bonus textus in c. Romana. §. nec clericos. de foro competen. c. abbate sanè. versicu. cẽsetur. de re iudi. li. vj. Item septimò potest creare notarios statutum alicuius ciuitatis, vt l. j. & fin. C. de emancip. liberorum. quoniam statutum in hoc æquiparatur consuetudini: quæ hoc potest, vt suprà dixi: & ita videtur placere Bar. in d. l. j. C. de emancipatio. liber. qui dicit instrumenta confecta à tali notario facere fidẽ vbique: quod placet mihi: quia ea quæ procedunt à pari potẽtia, sunt paris effectus. l. de quibus. ff. de legibus. lege, si libertus. C. de nuptiis. sed consuetudo ciuitatis & statutum procedunt à consensu populi, vt dicta l. de quibus. ff. de legibus. & §. penult. Instit. de iure naturali. ergo parem effectum habere debebunt. Item quia tacitum & expressum æquiparantur. l. qui ad certũ. ff. locati. l. iij. §. condi. ff. de adimen. lega. l. cùm quid. ff. si certum peta. Sed statutum procedit à voluntate populi expressa, & consuetudo à tacita: ergo idem operantur. Innoc. tamen in c. fin. de fide instrumentorum. Prosdo. in dicto c. cũ P. tabellio. & Baldus in suo tractatu hîc tenuit contrarium: quod statutũ hoc nõ possit operari, sicut consuetudo, per duas rationes: prima quia cõsuetudo habet præsumptionẽ taciti cõsensus principis: vt no. in Rub. extra de consuetud. qui tacitus consensus sufficit ad concedendum etiam principi reseruata, argumen. l. fina. C. de can. largi. lib. xj. & l. prima. §. fina. ff. de aqua pluuia arcend. & l. prima. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. Sed responderem, quòd etiam statutum habet tacitam & expressam permissionem principis, quòd quælibet ciuitatis statuta sibi faciat: vt l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Item quia potestas creandi notarios non est reseruata, vt dixi suprà. Secunda ratio est: quia consuetudo requirit actuum pluralitatem, vt l. diuturna. & l. de quibus. ff. de legibus. Sed statutum non requirit, nisi vnicum actum. Sed responderem, quòd ille vnicus actus expressus tantum operatur, quantum multi taciti. Item octauo possunt

nota

notarios creare illi quibus à consuetudine vel statuto permissum est:quod mihi videtur verũ indifferẽter per suprà dicta: quia per statutũ vel consuetudinẽ potest dari ordinaria iurisdictio,vt not.in l.cũ Prætor.§.j.ff.de iudic. & l. j.§.j.ff.de officeius,cui mandata est iurisd.Sed ordinarij, qui habent imperiũ merũ,hoc possunt:vt suprà dixi:ergo etiã poterunt in hoc casu.Sed tamen Inno.Prosdo.& Bal. vt dixi suprà, contrariũ sentiunt per rationes ibidẽ dictas,quibus etiam responderi posset:vt suprà dixi.Item poterũt notarios creare illi, quibus à iudicibus ordinariis commissum est:quoniã omne videtur permissum,quod prohibitũ non reperitur:vt l.necnon. §. sed quidem eis.ff.ex quib.cau.maio.c.nonne.de præsum.l.cũ prętor.§.j.ff.de iudic.verius tamen potest dici contrarium: quia creatio tabellionum videtur esse de suprema specie meri imperij:vt dixi suprà,& ideo non est delegabilis:vt no. in l. imperium.ff.de iurisdict.omn.iud.& l.j.§.j.ff.de officio eius,cui mandata est iurisdi.Item decimò debent posse notarios facere omnes defensores ciuitatũ,& pedanei iudices,& alij simplices magistratus,ex quo ipsis non reperitur prohibitum. Sed hoc non est verum:quia ista potestas competit officio iudicis nobili ad publicã vtilitatem,vel saltem priuatam illorum,qui creantur.Et ideo sicut datio tutoris non potest fieri per supradictos viles & infirmos iudices:vt §. sed hoc iure. Insti.de Attil.tut.& Institu. qui dari tutores possunt. ita nec istud.Et ita tenet Innocen.in d.c.cùm P.tabellio, de fide instrumen.Et hæc de causa efficiente dixisse sufficiat.

De causa materiali.

Causa verò materialis erit nota perspicuè, si annotauerimus sigillatim qui posśint tabelliones creari,quíue non posśint.Nã rectè intuẽti credẽdũ est omnẽ hominẽ,cuiuscũq; cõditionis existat,notariũ fieri posse,dũmodo prohibitus nõ reperiatur,vt l.generali.C.de tabu.lib.x.Sicut enim regulariter quilibet potest esse testis,qui nõ reperitur prohibitus:vt l.j.ff.de testi.ita de notariis dicendũ erit:quia notarij testibus comparantur.l.donatarius.ff.de testamentis.& l.hac consultisśima.§.j.C.qui testa.fac.poss. Et ideo etiam liberti tebelliones creari poterunt,vt no.glo.in l.generali. superius allegata.& l.fina.C.de seruis reipublicæ manu.Et spurij similiter ad notariatum admittentur,licet inopia hominum ad aliud officium

notis officium non subsistat, vt not. in c. per venerabilem. qui filij sint legi. & Ange. in suo consilio cclxxxvj. quod incipit, Præmitto. Et idem puto, si essent pauperes, vel aliàs humilis conditionis. Fallit primò in seruo, qui ad tale officium aspirare nõ potest: imò si ab aliquo imprudenter fuerit notariatus officio decoratus, verberibus subiicietur: quia publicæ interest priuata seruitia publicis actibus non misceri, vt dicta l. generali. C. de tabula. libro. x. Nec obest, quòd notarius quando seruus publicus appelletur, vt l. non enim. ff. de adoptio. l. non quasi. ff. rem pupil. sal. fore. quoniam non sic appellatur quia seruetur, vt veri serui: sed quia publicè seruire coguntur, vt not. in §. serui. Insti. de iure personarum. & l. iiij. ff. de statu ho. vel ideo serui dicti sunt, quòd per stipulationem eorum sicut per stipulationem seruorum nostrorum acquiritur, vt l. non quasi. ff. rem pupil. sal. fore. & cap. quanquam. de vsu. lib. vj. Et ita tenet ibi Barto. & Ange. Fallit secundò, in alicuius colono: quia indecens est tales esse tabelliones: vt dicta l. generali. C. de tabula. lib. x. Quinimò tales non tantùm subiicientur verberibus, verũ etiam domini permittentes tales chartas agere, ad interesse partis tenebuntur. Et ipsi facientes seruituti fisci subiicientur, vt dicta l. generali. quod ego non intelligo de colonis nostri temporis, quorum conditio libertinę conditionis hominibus præualere consueuit, quos tamẽ notarios fieri posse concesimus. Sed loquitur de colonis Palæstinis, Illyricanis, vel aliis similibus. de quibus in libro decimo. C. agitur, quoniam hi plena libertate non fruebantur: & ita communiter obseruatur. Fallit tertiò in curiali, vel obnoxio alicui publico officio: quia cùm honore, aut alicuius priuilegij colore posint retrahi ad suum officium, non debent assumere artem publicè seruire debentium: vt in l. fin. C. de tabu. libro decimo. Fallit quartò in filiis curialium, vel alicui officio publico obnoxiorum: quia cùm illi posint retrahi ad suum munus similiter obeundum, non admittentur ad officium publicè seruientiũ: vt dicta l. fin. C. de tabul. & l. reddantur. C. de professoribus & medicis. libro decimo. & l. ne quis. C. de dignitatibus. libro decimo. Fallit quintò in impubere: quia cùm officium tabellionis sit publicum, vt sæpe dicta l. generali. de tabular. impuberes ad officia huiusmodi admitti non poterunt, etiam si hominum penuria, seu paucitas habeatur: vt l. ij. & ibi glo. ff. de reg. iur. Quinimò impubes

bes notarius creari non poterit ea lege, vt post pubertatem officium tabellionis exerceat: quoniam electus ad aliquod officium debet eo tempore idoneus fore, quo ad ipsum eligitur: vt l.excusantur.§.j.ff.de excu.tuto.& c.si eo tempore.de rescriptis.lib.vj.Sed infans vel impubes, antequàm adolescat, non est idoneus, merito non debet valere creatio. Et ita tenet Dyn.& Barto.in dicta l.impuberum.ff.de falsis. & Bald. in suo tractatu. Et rectè pro mea sententia, non obstat l.impuberem.antè dicta: quæ dicit, de impubere ad scribendum admisso: quoniam non infertur, nec ideo hîc est adhibitus ad scribendum, ergo est notarius: quoniam seruus quandoque adhibetur ad testamenta scribenda, licet non possit esse tabellio, vt suprà diximus in prima fallentia. Item similiter ibi non incidit in falsi pœnam: quia non censetur in dolo, quia in illam ætatem non facilè cadit: argumen. l.j.C.de falsa moneta.& Instit.de inuti.stipula,§.pupillus. Ange. tamen in l.j.C.de mune.& hono. non continuandis. libro x. tenet quòd imò infans etiam in vtero constitutus, possit creari tabellio, & nasci tabellio, sicut potest creari, & nasci miles, sed exercitium non habebit, donec ad pubertatem peruenerit, per dictam l.impuberem.de falsis. Quod mihi non displicet: quia ius annulorum aureornm potest concedi vnicuique: vt l.j.& ij.C.de iure annulorum aureorum. Et bene, quia videtur esse potius facultatis, quàm iurisdictionis: argu. l. ait prætor.§.notionem.ff.de re iudica. Fallit sextò in muliere: & ratio est, quia tabellionatus officium publicum est: vt l.generali.C.de tabu.lib.x.Sed fœminæ non admittuntur ad publica officia: vt l.fœminæ.ff.de procuratoribus.& l.ij. ff.de regu iur.c.noua quædam.de pœniten.& remissio. & tenet Barto. in l.impuberem.ff.de falsis, vbi dicit quòd licet mulier possit admitti ad scribendum, non tamen admittetur ad publicandum. Fallit septimò in infame, qui non potest esse tabellio: vt not.Inno.in c.fraternitatis.extrà de hære. Et idem in damnato publico iudicio, qui infamis esse censetur: vt l. infamem. ff.de publicis iudic. Et ratio est: quia notarius videtur esse quodammodo testis in causa, in qua infamis nequit testificari: vt l.iij.§.lege Iulia.ff.de testibus.& l.iij.ff.ad legem Iuliam repe. Idem probat glo.in l.ij. §.miles. ff. de his qui no. infa.quæ dicit, quòd infamis remotus ab omni dignitate & publico officio, quolibétue publico munere. Et tertiò, quia infames

infames nullo modo possunt aspirare ad aliquas dignitates: vt l.ij.C.de dign.lib.xij.& l.j.C.de summa Trinita.& fide catholi.sed esse notarium est dignitas: vt l.j. C. de mandatis principum. Bar.autem in dicta l.iij.ff.ad legem Iuliam repet. sentit contrarium, & vult quòd notarius damnatus publico iudicio, vel aliàs infamis, non prohibeatur esse notarius, & instrumentum ab eo factum valeat, si est in quasi possessione tabellionatus, & bonæ famæ: vt l. Barbarius. ff.de offic. Prætor. Et idem, si non est in quasi possessione, sed ei non opponitur à partibus: vel etiam si ipse sumatur à partibus ita volentibus. Ratio est: quia tabellionatus regulariter non est dignitas, sed potius quoddam munus: quod euidenter ostenditur, quia tale officium dicitur vile, & esse quædam negotiatio, ad quam non debent admitti decuriones, aduocati, clerici, aut alij milites: vt l.j.& ij.C.de tab.libro x.l.vniuersos. C. de decurionibus.eod.libr.ca.j.& c.sicut.extrà ne cleri.vel mona. Secundò quia notarius appellatur seruus publicus, & tenetur publicè seruire: vt dictũ est suprà sepissimè. Tertiò quia esse notarium est publicum munus: vt l.fina.circa prin.C.qui militare non possunt.lib.xij.sed infames non remouẽtur à muneribus publi.vt l.nec infames.C.de decurionibus.lib.x. Secunda ratio Barto.est: quia infamis potest esse procurator: vt Institu.de excep.§.fina.Item potest esse arbiter.l.Pedius. ff. de arbi.Item potest esse tutor vel curator vt no. Azo, in summa trium lib.C.maximè super Rubr.de infamibus. Item potest esse curialis & nuntius curiæ: vt d.l.nec infames.& l.j.de infamibus.ergo etiam poterit esse notarius. Tertia ratio est: quia glo.in l.iij.§.quæri potest.de suspectis tuto. dicit, quòd sicut tutor, qui deliquit in alio officio, quàm tutelæ non remouetur à tutela tanquam suspectus: ergo notarius, qui deliquit in alio, quàm in officio notariatus, non remouebitur à notariatu. Non ob.l. j.C.de mandatis principum. quia est speciale in illis, vt notariatus sit dignitas: & eodẽ modo si esset notarius ad aliquod publicum officium, vel aliquem banchum: vt dicta l.ij.§.miles.ergo in contrarium est ius commune. Non obstat l.infamem.ff.de publicis iudiciis. quia loquitur de illo, qui fuit damnatus propter falsitatem commissam in officio: vt l.si aliquid.C.de suscep.& arca.lib.xij. Et idẽ not. in l.si quis ex argentariis. §.j.ff.de edendo. Non obstat tertiò æquiparatio testium & notariorum: quia testes admittuntur

tuntur ab vna parte contra aliam, sed tabellio admittitur ab vtraque parte. Et sic in effectu tenet, quòd talis poterit instrumenta conficere, non obstante infamia, nisi sit condemnatus de falso: Quia deliquit in officio, vel quia sit notarius principis, vel quia habet publicum officium. Et idem octauò in excommunicato. Et ratio est: quia hoc est expressum in c. nullus anathematizatorũ. iij. quæst. iij. vbi dicit Papa, nec à quoquam credātur, quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur. Idem dicit glo. in c. nouerint. in fin. de senten. excommunicationis, vbi dicit, illa scripta reprobari, quorum damnantur authores. Tertiò facit textus in c. consulti. de procuratoribus: vbi non valet mandatum factum per authores excommunicatos. Ad idem inducitur cap. felicis. de pœnis. lib. vj. & c. excommunicamus. §. credentes. de hære. vbi excommunicat hæreticos, & inuasores cardinaliũ, & damnat eorum scripta, & vult eos esse priuatos omni officio, & beneficio temporali, vel ecclesiastico. Archidia. tamen in dicto capitu. nullus. sensit contrarium, quòd imò valeant acta ab ipso excõmunicato, prius quàm probetur excommunicatio. Et idem sensit Federicus de Senis consilio lxx. & Innocen. in c. pia. de except. quando non est sententialiter condemnatus. pro quo facit dictũ Hostien. in c. fraternitatis. de hære. vbi dicit, quòd licet notarius fecerit falsum instrumentum, tamen valent alia ab eo confecta prius quàm sit condemnatus de falso. Nec obstat cap. nullus iij. q. iiij. quia loquitur de scripturis, quas excommunicati faciunt ex se, & proprio motu. Itẽ ibi loquitur de dãnatis, nõ de toleratis. Ad c. cõsulti. de proc. dic ꝙ nõ loquitur de notariis, sed de his, quæ dant authoritatẽ instrumento. Et de his quæ dicuntur, vel fiunt in instrumento. Ad c. felicis. & §. credẽtes. dic ꝙ ponunt casus speciales propter immanitatem illorum criminũ: ergo sentiũt ꝙ in cõtrarium sit ius commune. Spec. autem in ti. de instru. edi. §. restat, vers. quid sit instrumẽtum. Host. & Io. An. in c. decernimus. de sen. excõ. lib. vj. Pe. & Abb. in d. c. pia. & Matth. & Cardinalis in cle. j. de exce. cõcordant opi. sic: aut est notorium, ꝙ est excõmunicatus, & nõ valent instrumenta, neque creatio: vt extrà de exceptio. c. exceptionẽ. & de exceptionibus. c. pia. §. si verò. lib. vj. Aut est occultum, vel probari non potest, ꝙ excõmunicatus, & valet instrumentũ. arg. ff. de offic. præto. l. Barbarius. iij. q. vij. §. tria. versi. verum. in princip. C. de testa. l. j. de procur. in fin. de senten. &

re iud

iudica.c.ad probandum.c.pia.§.si verò.de exceptio.lib.vj.
& de cohi.cle.& muli.c.nostra.prope fin. Item sequitur Do-
min.in d.c.decernimus.quia siue cōparetur iudici,siue testi,
non valet quod ab eo fit:quia excommunicatio inficit acta &
fidem,nisi substententur ratione publicæ vtilitatis.allegat.c.
ad audientiam.de præscrip.& c.solet.de sen.excom.& etiam
ibi fierent ea,quæ sunt de officio tabellionis:vel etiam ea,
quæ sunt de officio notarij,sed extra iudicium,& non oppo-
neretur propter prædictam rationem:& no.in c.exceptionē
de exceptio.& c.pia.eo.tit.lib.vj.& c.veritatis.de dol.& con-
tuma.Fallit nonò in decurionibus seu consiliariis alicuius ci-
uitatis:quia tales non possunt esse notarij.l.ij.C.de tabu.lib.x.
& l.vniuersos.C.de decu.eo.lib.quia fortè dehonestaret decu-
rionatum,& dignitatem suam decrescere namque quoddam
modo videtur.Et idem posset dici de antianis alicuius ciuita-
tis:vt no.glo.in rub.C.de tabu.lib.x. quoniam antiani viden-
tur ex consiliariis esse.Sed ego non puto decurionatum impe-
dire tabellionatum.Sed bene verū est,quòd talis decurio po-
terit per alios decuriones reuocari ad decurionatus officium,
& dimittere tabellionatus officium:& etiam interim nō gau-
debit priuilegio decurionum, quātum ad euitanda tormen-
ta,reliquáque similia.Et instrumenta per ipsum tabellionem
decurionem confecta valebunt : Et non erunt irrita, sicut nec
instrumenta clerici:vt in c.j.ne cle.vel mona.cōgruentius di-
ceretur quòd ista duo non bene cohærent,neque se compatiun-
tur. Fallit decimò in milite:quia cùm militia sit dignitas.C.
de eque.dig.lib.x.ipsa impedit,sicut decurionatus:vt d.l.ij.C.
de tab.lib.x.Si tamē per quinquenniū talis miles tabelliona-
tum exercuit:ipse priuilegiū dignitatis amittet:vt d.ll.j.& ij.
C.de tabu.lib.x.Fallit vndecimò in aduocatis:quia hæc est di-
gnitas par militiæ, vt in proœmio Instit. & l.aduocati. C. de
aduoc.diuersorū iud.& ideo sicut militia impedit, ita & ad-
uocatio,per dictam l.vniuersos .C.de decu.libr.x. Sed tamen
hoc nō seruatur Mediolani,neque in Thuscia,& malè : quia
illa cōsuetudo est cōtra legē.& ita tenet Abbas Sicu.in c.j. ne
cle.vel mo.Fallit duodecimò in monacho:quia monachus cē-
setur mortuus mūdo:vt l.Deo nobis,C.de epi,& cle.& in au-
then.ingressi.C.de sacr.ec.sed mortuus non posset creari ad
subeundū officiū:quinimò creatus , per mortē ipsam desine-
ret,cū mors omnia soluat:vt Insti quib.mo.tute. finitur.§.si-
mili

mali modo.& in auth. de mon. §. deinceps.collat.iij. Ità q monachus nõ censetur sui iuris, imò sub potestate & Abbatis imperio, sine cuius licentia non potest aliquid facere: vt xij. q. ij. non dicatis.c. ex parte. de accusa. & no. in l. cùm proponas. C. de hæredi. instit. Sed seruus non potest esse tabellio: vt dixi suprà in prima fallentia: & similiter talis monachus non posset publicè seruire, sicut debet facere tabellio, qui seruus est publicus, vt dixi suprà circa primam fallentiam. Item tertiò, quia monachi non debēt se impedire negotiis secularium, ne retrahantur à vita contemplatiua: vt l. reperita. C. de episcopis. & clericis. & d. c. non dicatis, sed notaria est officium maximè seculare, vt sæpe dictū est, ergo cessent ab eo, necesse est. Et ita videtur expressum in c. j. & c. sicut. ne cle. vel mo. Nisi in casu hæresis: quia hoc eis specialiter permittitur: vt c. vt officij. §. ad conscribendas. de hæret. lib. vj. & in extrauagante Bonifacij VIII. quæ incipit, Debet. de offic. ordin. Fallit xiij. in clerico seculari: vt d. c. j. & c. sicut. ne cleri. vel mo. Et istā opinionem tenuit gl. in dicto c. sicut, per illum textum, qui loquens indistinctè, debet etiam indistinctè intelligi: vt l. de pretio. ff. de publiciana. & xix. distinc. c. si Romanorū. Itē quia tabellionatus officium habet instar cuiusdā negotiationis, quæ clericis regulariter est interdicta: vt c. fi. de vita & hone. cle. l. ante. pe. C. de sacro. eccle. l. placet. C. de epi. & cle. xvj. q. j. nouarū. & ca. vt officiū. §. ad conscribendas. de hære. & dicta extrauagante, debet. de offic. ordi. Istam opinionem videtur sequi Bar. in l. generali, C. de tab. lib. x. & l. j. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. præterquā in casu hæresis. Istā opi. secutus est domi. Car. di. per tex. in d. §. ad conscribendas. qui ponit specialē permissionem factam clericis & monachis in casu hæresis. Ergo in cōtrariū est ius cōmune, q clerici & monachi non possint hoc facere. Itē, quia officium tabellionatus censetur vile: & ideo sicut propter vtilitatem prohibetur decurionibus: vt l. vniuersos. C. de decurio. li. x. ergo multò magis prohibetur presbyteris & clericis, quorum officiū censetur dignius decurionatu: vt c. duo sunt. xcvj. dist. Et intantū videtur prohibitus notariatus, q consuetudo cōtraria, qualis est Venetiis, q presbyteri exercent tabellionatū, nō valebit de iure: quia censetur contra honestatē publicā ecclesiæ, quæ dicti cōsuetudinē annullat: vt c. cū ab omni. & c. cū decorē. de vita & hone. cle. & ita videtur sensisse Ioan. Andræas: cum qua opinio. transit Butri. & domi.

1048 pen. de Ancha. in d.c. sicut. & qui sequuntur hanc partem, dicunt quòd si Episcopus vel iudex prohibet talem clericũ exercere notariam sub aliqua poena, quòd talis prohibitio iudicis erit vltra prohibitionem iuris, & operabitur hanc nouá poenam, quòd non solùm non valebunt instrumenta, quæ erunt ab ipso confecta, sed etiam poterit beneficio priuari: vt dicto capit. sicut. ne cleri. vel mon. Non obstat ca. sicut. ne cleri. vel mo. quod videtur prohibere hoc officium solùm clericis constitutis in sacris: quasi sentiat, quòd aliis constitutis in minoribus sit permissum: quia potest responderi, quòd ibi sacri ordines accipiantur in larga significatione, sic q̃ comprehẽdantur etiam minores: quoniam etiam ipsi sunt sacri, vt no. xxi. distinc. in summa. Non obstat c. multorũ. xxvij. q. ij. quod videtur dicere, clericum fore notarium: quia ibi ponitur notarius pro scriptore à notis, sicut etiam seruus appellatur notarius, tali modo in l. fina. §. j. C. cõmunia de leg. sic etiam exponitur monachus notarius in c. monachus. lxxvij. distinctio. Ioan. Archid. in c. multorum. xxvij. quæstio. ij. & Host. hic & Io. Andræas sentiunt contrarium, scilicet, q̃ ipse clericus secularis non prohibeatur præcisè suscipere tabellionatus officiũ, quinimò quàm optimè valebunt instrumenta per eum facta. Eáque huius rei ratio est: quia officium hoc non interdicitur clericis præcisè, sed causatiuè, ne subtrahantur à diuinis officiis: argu. c. quæri, de ætate & qualit. Item quia sicut clerici non habentes beneficia non prohibentur exercere aliquã honestam artem, vel negotiationem, & aliquid pretermittere de officiorũ cura diuinorum: vt c. j. ne cle. vel mo. xvj. distin. clericus victum. sic debent posse artem notariam exercere. Item tertiò, quia cessante dispositione legis, debet cessare ipsius dispositio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. c. cùm cessante. de appel. sed ratio, quare prohibentur clerici à notariatu, est solùm, quia cùm laicis conuersantur: sed ista ratio cessat in causis spiritualibus, ergo admittantur necesse est. Et per istam rationem videmus, quòd in curia Papæ, vel aliorum Prælatorum clerici solent esse notarij: quinimò laici talibus in locis à tabellionatu sæpissimè prohibentur: cùm non videatur fas esse ipsos attrectare quodammodo spiritualia: argu. c. decernimus, extrà de iudic. Et ita dicit Goffr. & Philip. noster esse iuridicum: vt v. quæstio. j. quidam. facit c. j. de simo. Quòd autem conuersatio clericorum separata esse debeat à conuersatione

satione laicorũ, probatur.vij.q.ij.laicos.imò qui sunt presbyteri, debent enixè rogari, vt velint esse testes in instrumentis secularium negotiorũ:vt xviij.q.ij.quanquàm. Item quia quãdo à iure imponitur pœna priuationis beneficij clerico artẽ exercenti notariã, videtur quòd teneat actus, sed incidatur in pœnam:vt l.non dubium.C.de legi. Sed in cap.sicut.ne cle.vel mo.imponitur pœna priuationis beneficij clerico prohibitio exercere notariatum. Ergo alia pœna non debebit imponi: quoniam cõtenti pœnis debemus esse legalibus.vt l.at si quis.§.generaliter.ff.de religio.& sump.fune.& l.iij.ff.de sepul.vio. Sed forsitan responderetur, quod ista hominis vel canonis prohibitio nõ firmat actum alio iure prohibitũ, vt no.Bar.in l.Prætor ait.ff.de ope.no.nuntia.& in prius dicta l.non dubiũ.posset etiã induci pro ista parte, quòd hoc est clericis odiosum:ergo restringi, & non ampliari debet:arg.c.hodie. de reg.iur. li.vj. & l.cùm quidem.ff.de libe.& posthu. Quæ opinio satis placet Abbati Siculo aliisq; Modernis, nisi tales clerici sacris in ordinibus constituti essent, vt quia essent presbyteri, qui non debent cum laicis habere conuersationem: vt dixi suprà proximè, & nisi vellent inter laicos tantùm exercere, quorũ ipsis cõuersatio debet esse prohibita:vt dicto c.laicos ij.quæst.vij.& nisi essent beneficiati sufficiẽter, adeò quòd sine artificio viuere possent:vt c.fi.de vi.& ho.cleri.quoniam beneficium solùm datur eis propter officium:vt c.fi.de rescrip.lib.vj. Et denique nisi essent specialiter prohibiti sententia vel decreto iudicis notariatum exercere, talisque prohibitio transisset in notitiam populi, vel illorum, qui adhibent clericum ad scribendum:vt in prodigo dicitur, cum quo nec licet vllo pacto contrahere, vt no.in l.is cui bonis.ff.de verb.obli. Interdicto nanque officio, videtur esse interdictum exercitium:vt c.pastoralis.§.j.de appellatio. secus autem, si non transisset nisi in prohibitionem, quoniam actus valeret, fauore vtique publico:arg. l.Barbarius.ff.de offic.Præto.& c.fin.de cohab.cler.& mulie.c.j.& ij.de ordi.ab epis. Quid autem econuersò, si notarius fieret clericus, vtrum videatur renuntiare notariatus officio? maximè dubitatur:videtur tamẽ verisimilius, quòd ipsi renũtiet:quia contrariorum eadem debet esse disciplina : vt ait gl. in l.j.§.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.sciendum.§.j.ff.qui satisdare.cogan. per glo.in clementi.j. de sen. excommunica. per Bart.in lege inter stipulantem.§. sacram.ff. de verborum

1014 obliga.& l.prædia.ff.de actio.empti. Arch. dia.viij. quæstio.§. sciendũ. Sed si clericus in minoribus constitutus duxit vxoré, ipse videtur renuntiare priuilegio clericali: vt c.diuersis falla ciis.de cleri.cõiuga. Et similiter si fiat miles, vt lxxxiiij.distin. quisquis. Et ita tenuit Vin.Io.and.in c.sicut.& ibi Abb. Sicu.te net cõtrarium: quia tabellionatus & clericatus non sunt cõtra ria, neque incõpatibilia omnino, saltem in habitu. Et ideo di cunt, ꝙ clericus in minoribus nõ amittit, neque renuit priui legium clericale, vxoré ducendo simpliciter, nisi sit fortè cor rupta; neque similiter recipiẽdo militiam, nisi exerceat sæua: vt dicto c.quisquis. & xxxij.distinct. c.seriatim.c.contingit.c. in audientia.de senten.excommu. Et ideo sicut non perditur clericatus, ita non perdetur hoc casu tabellionatus. Dictũ ta men Vincen. posset intelligi, quando aliquis tabellio permit teret se ordinari ad sacros ordines, vel etiam quantum ad cri minalia, vel causas sanguinis: quia videretur renuntiare illis tanquam incõpatibilibus cum clericatu vel sacris ordinibus: sicut econuersò videretur renuntiare clericatui, qui permitte ret se ordinari ab aliquo Rege vel Principe ad criminalia & incõpatibilia. Specula.tamen in tit.de statu mona. versi.xxvij. dicit, quòd talis tabellio creatus clericus poterit solùm vete res rogationes cómplere, sed non poterit nouas facere: alleg. ff.fami.ercis.l.alienationes.ff. de postula.l.j.§. casum.ff. de ne go.gestis.l.nam & seruus.§. si vno. extrà de iudic.c. Iudæi de ciuitate, cum similibus, quod non placet Bar.in l.seruus.C.de testamen.qui se de hoc remittit ad Canonistas. & videte glo. in cap. vt officium.in verbo, ad præmissa.de hære.lib.vj. Expli cita causa materiali, ad formalem causam transitũ faciamus.

De causa formali, & quatuor requisitis in ea.

IN creatione autem quatuor considerantur. Primò, præ sentatio creandi tabellionis coram Papa, vel Imperatore, seu Comite, vel alio habente potestatem, & eius petitio. Se cundò, examinatio præsentati per ipsum creantem, vel alium de ipsius commissione. Tertiò, iuramentum notarij designa ti quidue ipsum debet continere. Quartò inuestituræ crea tionisque forma consueta. Præsentatio enim, vt inquit Specu lator in titu.de instrumen.edi.§. restat. versicu, sed quæro sub qua forma est, quòd in Romana curia præsentatur creandus coram summo Pontifice. Et idem sentit de alio habente po testatem.

testatem, volente talem ad id beneficium benignè suscipere. Vbi ego noto necesse fore, quòd talis sedeat pro tribunali, & in maiestate, vel aliàs in loco maiorũ: quia cùm iste sit actus voluntariæ iurisdictionis, intérque volentes factibilis, is profectò & à trãseunte, vel deambulante, seu in balneo, vel theatro incumbente, vel in cubiculo iacente, & per alienum territorium, seu diœcesim transeunte, poterit explicari: sicut de manumissione ac emancipatione dicere consueuimus, vt Institutio. de liberti. §. serui vero. & l. ij. & iij. ff. de officio procon sul. & legati. Item secundò noto, quòd necessariũ est, quòd sit præsens taliter ordinandus: quoniam iste actus exigit industriam personalem, quæ per alium quoque commodè non valet explicari. l. prima. §. ne autem. de caduc. tollen. & c. fina. de offi. deleg. Tertiò item noto non oportere taliter instrumentum aliquid petere, vel supplicare in scriptis, aut oraculo viuæ vocis, vt fit in toto ti. C. de preci. Impera. offer. neque opportunus erit similiter libellus, seu qualisqualis petitio apud acta: sicut fit in titu. extrà de libelli oblatio. & l. j. & auth. ibi posita. C. de lit. contesta. & clement. sæpe. de verborum signi. Nam tale officium concedi potest etiam proprio motu habentis istam authoritatem, & inchoari aditione sicut fit contractus dotis & donationis: vt not. in l. iurisgentium. in principio. ff. de pact. & l. fina. ff. de condictione ob causam. Secundus actus, qui debet interuenire, videtur esse congrua examinatio: vt asserit Specu. in loco antedicto. Et talis examinatio potest fieri non solùm per ipsum creantem, sed etiam per quemcunque alium aptum & idoneum, fiétque de tribus. Primò de Grammatica: quod intelligo non solùm pro congrua Latinitate, verùm etiam de orthographia. Secundò, de scriptura: quod intelligo in characteribus, & figuris literarum maioribus & minoribus aptè ac commodè faciendis, & punctis virgulísque subiiciendis. Tertiò debet examinari de formis diuersorum contractuum, quorum opus est, naturam, & conditionem probè calleat, vt habetur in summa & apparatu Notularum. Et eodem modo teneat practicam formulámque contractuum ipsorum conscribendorum. Eadémque ratione debet examinari, ac scire naturam formámque testamentorum, codicillorum & aliarũ vltimarum voluntatum, prout habetur in Flore testamentorũ. Quod etiã extendi potest ad alia iudicialia & extra-

iudicialia notariæ peragenda. Ex quo sequitur euidenter, quòd notarij tenentur scire leges & canones: quod confirmat glo. magna in l. generali. C. de tabu. lib. x. & Specul. in prææallegato §. versic. sed nunquid tabellio debet scire iura. Et ratio ibidē assignatur, ne notarij conscribentes cōtractus illicitos pœnā subeant: vt l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. c. si quis presbyterorū. de rebus eccle. nō alie. l. fina. C. de eunuchis. & C. vt nemo ad suum pa. lib. x. Quod tamen Barto. in d. l. generali. temperat, vt non exigatur scientia exquisita, qualis esse debet in Iurisconsulto, vel alio Doctore: Sed sufficit, si sciant tantū quantum de singulis continetur in summa Rolandi. appar. notularum, Flore, ac aliis libris ipsorum notariorū. Qua examinatione facta examinator debet repræsentare ipsum pro idoneo & sufficiente: iuxta c. j. de scrutinio. Et credetur sibi sicut alteri perito ad referendū de sua peritia deputato: qd' sentit Spec. etiā si est vnus, sicut dicimus de proxeneta, qui vnus sufficit: vt in c. j. de testi. lib. vj. & in auth. de testi. quoniā vero colla. vij. quoniā is est actus volūtariæ iurisdictionis. Sed tamē si commodè in loco possunt haberi plures, accipiētur duo: vt not. Bar. in l. j. in prin. ff. de vent. inspi. & allegat §. quod autē in authen. de non alie. coll. iiij. Similiter quoque dicit Spec. quòd credetur eidem relatori sine iuramento, ex quo electus est tāquā sufficiens: vt sentit gl. in l. j. in prin. ff. de vēt. inspici. & l. iurisiurandi. C. de testi. Sed tamen verius est, quòd debeat iurare: vt sentit glo. & Bart. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. & l. comparationes. C. de fide instrumento. Et ita sequuntur Bald. & Ang. Quod videtur esse securius, nisi iurassent à principio facere suum officium diligenter, quia illud iure fortè sufficeret: vt sentit ibi Bal. Tertius actus, qui debet interuenire, dicitur præstatio iuramēti, quæ secundū Hostiē. Ioannémque And. in c. sicut. ne cleri. vel mona. & Specu. in §. restat. versiculo, sed quæro sub qua forma ibi, & tunc vtrius Diaconus Cardi. debet sex continere. Primum, quòd fidelis illi erit, à quo constituitur, vel ordinatur notarius. Et quòd si scierit damnum, vel periculum sibi parari, quòd id sibi per se vel nuncium aut literas reuelabit. Et subdit Specula. quòd illa omnia ferè iurat, quæ continentur in tract. libel. sub tit. de feu. §. quoniam. in fi. versi. item iurat insuper. & xxij. q. v. c. de forma. & in tit. qualiter vasallus iurare debet fidelitatem. Secundùm, iurat quòd de his, quæ videbit, & audiet, ac requisitus

ctus fuerit sine deminutione veritatis, commixtione falsitatis, conficiet instrumentum. Specu. verò dicit, quòd potius iurat, q suum officium fideliter exercebit: vt extra de præscrip. ad audientiam. quódque celebratum contractum fideliter in scriptis rediget pro vtraque parte, cum fuerit requisitus. sed Speculator carpitur: tum quia vnũ dicit nimis generale, scilicet, de sui officij exercitatione: aliud verò nimis particulare, scilicet, de contractibus tantùm. Et tunc demum, cùm fuerit requisitus. Sed tamẽ sanè intelligẽti potest satisfacere: nã exercitatio sui officij restringitur ad illa, quæ suo cõgruunt officio, & nõ ad incõgrua, vt Instit. de verb. obl. §. sed hæc solẽnia. in verbo, quibuslibet verbis, & l. gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & ho. & per Barto. in l. j. §. item nuntiatio. ff. de ope. no. nuntiat. Sic verbum, instrumenti, amplissimè accipietur pro qualibet re, quæ causam instruit, vt dicitur in l. j. ff. de fide instrumen. Et similiter verbum, requisitum, latè patet. Et intelligitur non solùm, quòd sit requisitus à iudice, sed etiã à partibus quolibétve de populo, qui potest hoc tanquam à persona publica requirere: vt l. iij. ff. de officio præsidis, & c. relatũ. el ij. extrà de testamẽtis. & ideo communis practica tenet, q debet instrumentum exhibere requirentibus, sub pœna priuationis officij: quia est periurus nõ exhibendo, & sic nõ creditur ei periuro, sicut neque crederetur alteri testi, qui periurium cõmisisset: vt c. testimonium. extrà de testibus. Forma verò Host. & Io. And. videtur maioris esse substantiæ. Nã primum versatur circa ea, quæ videbit, & audiet: quoniam officium suum versatur solùm circa hos duos sensus, scilicet, auditum, & visum, non circa alios. Et ideo, si notarius faciat instrumẽtum, q vinum erat dulce, quia gustauit cum testibus: vel quòd corpus erat fœtidũ, quia cum testibus odorauit, videtur esse homo supinus, & ei non creditur: quia per odoratum suum non percipit, neque per visum, aut auditum, aut odoratum, aut gustum alterius. Sed tamen propter hoc non poterit puniri tanquã falsus. Imò aliquid, & nõ parum fidei habebit: vt not. Ioan. And. in d. §. sub qua forma. in addi. magna. & in titu. de accu. §. j. versic. quid si accusatus. Per eandem quoque rationem dico, q si notarius facit instrumentũ, quòd Titius numerauit tibi x. in præsentia ipsius & testium., creditur notario, quia vidit testes videre: secus si cæcus esset, vel non videret testes videre, vel non audiret illos audire. Se-

cundum hoc, quod in dicto iuramento ponitur, est circa ipsam veritatem explicandam, quæ consistit non solùm in relatione veritatis, sed etiam in falsitatis exclusione: quæ quidem debet tota simul & abesse, veritati admixta fore: quia par crimen est vera tacere, fictáque edicere, vel admiscere: vt in authen. sed iudex. C. de episcopis & cleri. Et sic effectu non multum in hoc discordat Hostiensis à Speculatore. Tertium, iurabit quòd secreta à quibuscũque iniuncta celabit, quod frequenter contingit in notariis Dominorum, & principũ, quos ob eam causam secretarios appellabant: & in aliis, quæ committuntur specialiter à partibus, vel consuetudine: vt certa ratione secreta sint, quod contingit in vltimis volũtatibus, vel in dictis testium ante publicationem, sicut practica obseruat. Aliàs verò nihil tenere secretum debet, cùm sit persona publica, ne homines se authore decipiantur: argumen. l. Barbarius. ff. de officio Præto. c. quoniam simoniaca. ad finem, extra de simo. & c. j. vt eccle. benefi. Quartum iurabit secundũ Hostien. & Ioannem Andræam, ꝙ super contractu vsurario, vel in fraudem vsurarum inito nullum scienter conficiet instrumentum. Specu. autẽ dicit eum debere iurare, ꝙ instrumentum aliquod non cõficiet de alio contractu, in quo sciat vim vel fraudem interuenire: quæ forma quidem est generalior. Sed tamen magis placeret mihi si iuraret, ꝙ nullos contractus illicitos faceret, secundũ quod dicit glo. magna in l. generali. C. de tabula. quæ allegat l. iubemus. C. de sacrosanctis eccle. l. fi. C. de eunuch. l. fin. C. vt nemo ad suum pa. lib. x. Et quod vltrà tenet Barto. in dicta l. iubemus. & Abb. Sicu. in dicto capi. sicut. ne cle. vel mo. Quintum iurabit, quòd de omnibus instrumentis, quæ reddet, protocolla tenebit. Et addit Speculator in dicto versiculo, sed quæro sub qua forma. quòd contractum in primam collationem, seu protocollum rediget. Et posteà non differt cum voluntate contrahentium, vel eius cuius est, super eo publicum conficere instrumentum, saluo tamen salario iusto & consueto. Sextum iurabit, quòd officium iniunctum sibi cupiditate, amore, odio, ac timore, remotis, & secundum conscientiam fideliter exequetur. Adde septimò ex Speculat. vbi suprà memorauimus, quòd iurabit, quòd omne sibi à iudicibus vel partibus iniunctum, in scriptis rediget, ac fideliter publicabit, nil addendo vel minuendo, quod sensum mutet. Octauum elicitur ex loco prædicto,

quòd

quod si aliquod instrumentum falsum ad eius manus peruenerit, destruet illud, si absque suo periculo, aut damno poterit hoc efficere: alioquin perferet istud in notitiam rectoribus prouinciæ, vel alterius habentis ibi iurisdictionem: bene facit ad hoc v.q.j. qui in alterius. & l.fina.ff.de famosis libel. Quartus actus est inuestitura & forma, qua Papa, vel Imperator, seu alius habens potestatem, concedit eidem potestatem audiendi, conficiendique contractus, & officium tabellionatus exercendi: & eum inuestit de prædictis per traditionem calami, & pugillaris, vel calamarij: vt dicit Rolandinus, & Ioan.And.in addi. Accipe potestatem condendi chartas publicas secundum iura & bonos mores. Et decernendo sibi fieri literam super officio antedicto. Sub formis infrascriptis.

Forma Papæ, qua vti decet breuitate ac grauitate. Forma instrumenti tabellionatus Papæ ac Imperatoris.

Xistus quartus Episcopus, seruus seruorum Dei L. minoribus ordinibus constituto vel laico, si laicus fuerit, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ne cōtractuū memoria deperiret, inuentū est tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam præsentiū, & memoriā futurorum manu publica notarentur: hinc est, ꝙ prædictū officiū, ad quod repertus fuisti idoneus, tibi duximus cōmittēdū: vt illud prudenter ac fideliter exequaris, & ad te, cùm necesse fuerit curratur. Nulli ergo omnino hominū, &c. & eodem fermè modo fiet forma Imperatoris. Forma verò aliorū Comitū, & aliorum interiorum, talis erit: De Imperialis plenitudine potestatis idcirco in egregiū virū Io.Iac.Canē, comitē creandorum tabellionū emanauit potestas, vt eiusdē potestatis gratiā imperiū refunderet in fideles: ea propter ex indulto eidem super hoc ab Imperiali culmine priuilegio speciali, prout in eodē euidētius cōtinetur. Idē comes L. publicū & authenticū tabellionē creauit, & fecit, ipsūmque corā se flexis genibus constitutum, deuotéque suscipientē de tabellionatus officio publicè exercendo, tam in instrumētis, & vltimis voluntatibus, & quibuscunque iudiciorū actibus authenticè cōscribēdis, quā in omnibus & singulis, quæ ad dictū spectant officiū per omnes terras, & loca, quæ Romanū profitentur Imperiū peragendis, cū penna, & calamis, seu calamarij traditione solenniter

& legitimè inuestiuit. Qui L. ipsi domino Comiti vice ac nõmine imperij Romani recipienti corporale præstitit fidelitatis debitæ sacramentum: iurans etiam ad sancta Dei euangelia, quòd instrumẽta tam publica, quã priuata, vltimas voluntates, & quęcunque iudiciorũ acta, & generaliter omnia, & singula, quæ sibi ex officij debito facienda seu scribenda occurrerent, iustè, purè, & fideliter omni simulatione, & machinatione, falsitate, ac dolo remotis scribet. Scripturas illas, quas in publicã formã debuerit redigere in mẽbranis, & nõ in chartis abrasis, vel de papyro fideliter cõscribendo, nec nõ sententias, & dicta testiũ, donec publicata fuerint & aperta, sub secreto fideliter retinebit. Et omnia fideliter & rectè faciet, quæ ad ipsum pertinebũt. Et eodẽ modo fiet de Comitibus, & aliis habentibus potestatem à summo Pontifice. Forma verò aliorum ordinariorũ, vt sunt Episcopi, & Barones, potest colligi ex duobus supradictis, quæ fuerunt Rolandini in v. parte, in fine. & in Specu. de instru. edi. §. nunc aliqua. ver. forma. Poterit tamen forma iuramẽti explicari magis copiosè atque distinctè, vt in præcedentibus annotaui.

De causa finali.

SEquitur modò causa finalis, scilicet, ad quem finem inuentus est vsus tabellionatus, & mos cõficiendorum instrumẽtorum. Et ista ex supradictis percipitur euidenter. Primùm enim hoc inuentũ est ad cautelã præsentiũ, & quę facilius meliúsque probãtur, quã per ipsos testes, qui quandoque morte, vel absentia, seu alia difficultate subtrahũtur. Secũdóque hoc ad futurorum memoriam patrocinatur, vt ea quæ præsentia nobis sunt, ad posteros certa fide transmittunt. Et hæc de causis dixisse sufficiat.

Quid agere debeat creatus tabellio.

POstquàm verò factus & creatus est tabellio, expedit videamus quid ipsum agere oporteat. Discurrendo autem per quatuor species notariorũ suprà positas, non immorabor circa primos tabelliones, qui ad latus principũ militare cõsueuerũt: quoniã, verbi gratia, cũ principib᷑ potiũdo nullis legũ laqueis vincti singulariter reperiũtur, missos itaq; hos facere cõstitui, de quib᷑ Leges ac Canones siluerũt. Circa verò notarios actorũ clarũ est, ꝙ eos libellorũ appellatoriorũ & refutatoriorũ productiones, citationes, misiónésque in possesionẽ & reliqua iudiciorũ acta scribere oportet, vt est tex. cũ gl. in l.

eos

eos.§.super his.C.de appel.in auth.item si appel.in corpore, qua vnde sumitur.C.de temp.appel.per Bar.in l.si finita. §. nil iure.in versi.iuxta prædicta.ff.de ope.no.nun.& per Bal. in rub. C.de fide instru.in j.col.De notariis quoq; rationũ dicere nõ grauarer, nisi putarẽ cognita conditione notariorum instrumentalium & actorũ naturã istorum per se patere,ac fore notissimam:cùm hi participent naturæ illorum,& ab ipsis deriuationẽ & primordialẽ originẽ sortiantur.Tota ergo vis & difficultas versatur circa notarios instrumentales,contractuũ testamentorum,& aliarum vltimarum voluntatum compositores,de quibus latius est dicendum.Et licet glos.in l.generali.C.de tabula.lib.x.duo tantum ponat documenta. Primũ negatiuum,ꝙ non debent conficere instrumenta per alium. Secundum,quòd debent adhibere nouem solennitates.Tamẽ quia in vtroque videtur loqui minus copiosè minúsque perfectè:simul,vt antiquitatis memoria renouetur, de vtroque loquar ad saturitatem.Erãt enim olim magistri stationis notariis præpositi,qui habebant sub se tabularios,qui audiebãt volentium se obligare contractus:posteáque tabellioni tabularius committebat,vt scriberet, ac ipse signum apponeret: vt dicit tex.cum glo.in verbo,tabellione,in auth.de tabellio. colla.iiij.quod ibi in §.nos autem.post fuit emendatum:cùm falsitates plurimæ committerent:quia qui conficiebat instrumentũ,& scribebat,non erat informatus, neque de veritate poterat attestari:iure igitur nouo statutum est, vt in notario iiij.& in scriptura xij.exigerentur, de quibus per ordinem differemus.

De quatuor requisitis in notario instrumentorum.

EXiguntur itaque quatuor in ipso notario,quorũ si quod defuerit,tabellio inutiliter faciet instrumentum. Primum rogitus.Secundum audientia & intelligentia negotij à capite (vt aiunt) ad calcem.Proximum,vt per se, non per alium conficiat documentum.Nouissimum verò, vt ipsum instrumentum non edat, nisi prius in mundum, vel protocollum redegerit. Primum ergo mandatum est, quòd notarius sit rogatus, vel adhibitus ad instrumentum conficiendum:vt in §.nos autem.in authen.de tabel. collat. iiij. Idque confirmat practica communis, qua notarius semper attest

attestatur,& dicit, Ego talis adhibitus vel rogatus,&c. Et est mirabile hoc quippe mandatum:quia licet testes etiam fortuiti, & transeuntes,recipi posſint & cõsuescãt, præterquã in quatuor casibus,de quibus per gl.& doct.in l.ad fidem. ff. de testi. §.& licet.in authen.eo.ti.coll.vij.tamen notarius nõ admittetur regulariter,nisi sit rogatus:vt tenet gl.in d.§.nos autem.in auth.de tabe.Et in hoc deterioris est conditionis, quã reliqui testes.Sed circa hunc rogitum quatuor suboriuntur dubitationes.Prima est,per quæ verba rogitus fieri debet.Secunda verò est,per quem.Tertia,vtrũ posſit tacitè fieri.Et denique si non apparet interueniſſe præsumatur.In prima quidem dubitatione,certum est dictum rogitum fieri poſſe per verbum,mando,rogo,delego,aliúdue simile:vt dicit text. in §.nos autẽ.in auth.de tab.colla.iiij.facit ad hoc tex. in l. j. ff. mand.in l.verbum volo.C.de fideiuſ.Insti.de leg.§.j.& §. sed hæc solennia,Insti.de verb.oblig.In secunda verò dubitatione,per quem rogitus fieri debeat?dicendũ videtur, quòd aut est contractus,vel actus,qui fit gratia vnius tantùm, vt est donatio,testamentum,hæreditatis aditio,gratia,protestatio, atque similia:& tunc sufficit rogitus illius tantùm,in cuius fauorem actus est celebratus: non autem requiritur voluntas alterius,contra quem actus est factus,quia fortè nunquam rogaret:& ita seruatur,vt l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.obl. c.j.de proba.Aut actus fit duorum gratia,& tunc Inno. refert duas opiniones.Quarum prima est,quòd sufficiat vnius rogitus:& ista communiter reprobatur.Altera opinio est, quòd requiritur rogitus amborum:vt tenet gl.& doct.in §.nos autem.in auth.de tabel.col.iiij.c.cùm P.tabellio.& c. j. de fide instru.Si verò actus respicit vtilitatem pluriũ, quã duorum, vtputà,trium,vel quatuor:& hoc tenetur communiter, quòd debet interuenire cõsensus pluriũ,per rationem positã suprà. Si verò nullius esset, vt quia non esset cõtractus,vel quasi: sed negotium gestum à natura,vt naufragium,mors,atque similia,putà,quia mortuus est equus,aut reliqua talia,& tunc notarius non debet facere instrumentum,nisi de mandato iudicis ita iubentis per se,vel per alium:vt dicit Io.And. in addi. Spec.in tit.de instr.edit.§.ij.versi.item pone. & versi. sed nunquid.& nisi rogetur ab eo,cuius potest in futurũ intereſſe ratione actionis vel exceptionis consequendæ:quoniam vix potest cõtingere casus,quin alicuius non intersit de præsenti aut de fu

de futuro:& ita sequitur Prosdo in d.c.j.de fide instru. Sed tamen tale instrumentum facit indicium secundum Bald. in rub.C.de fide instru.allegata l.videamus.§.pen.ff. de in lit.iurando.& no.in l.instar.C.de iure fisci.lib.x.Ex quo sequuntur plura corollaria.Primum, quòd tabellio non potest ponere in instrumento id,de quo non fuit rogatus:licet de eo possit tanquam testis deponere.Secundum est,quòd si vnus cōtrahens mandauit instrumentum scribi,alterverò non:quòd instrumentum pro mandante probat,non autem pro alio. Tertiũ,quòd instrumentum factum inter duos de ipsorum mandato præiudicat tertio,qui nihil fortè mandauit. Quartum, quòd si fiat instrumentum ad mandatum alicuius, cuius non interest,quòd non valebit,licet contrarium obseruetur:quia in futurum poterit interesse,vt c.j.de fide instru. Et quia instrumentum valet nisi vbi prohibetur:vt ff.de proba. l. ab ea parte.ff.de iure fisci.l.in fraudem.§.ex bonis.& §.seq. & not. in Spec.de instru.edi.§.postquàm.versi.sed nunquid in conficiendo.Vel posito,quòd valeat,tamen non poterit petere sibi edi,secundum Spec.prædicto loco superius allegatum,per l.si quis ex argentariis.§.ij.ff.de eden.In tertia verò dubitatione concludit Innocen.in c.j.de fide instru. quòd rogitus debet esse manifestus & publicus,sicut tabellio est persona publica,& habet publicum officium:vt dixi suprà nisi subesset iusta causa,ob quam pars non posset,vel non auderet palàm rogare,putà,propter metum vel potentiam alicuius, vt c. si iustus metus.de appel.Ex quo sequitur, quòd clādestinitas actus non vitiat instrumentum,sicut rasura, vel aliud intrinsecum,sed solũ facit ipsum esse suspectum:vt l. iubemus.C.de proba.& l.fi.C.de fide instru.In vltima verò quæstione, videlicet,verũ notarius in dubio rogatus esse præsumatur: maior est dubitatio:gl.nāque in §.nos autē.in auth.de tabel.coll.iiij. tenet ꝙ sic:quia est solennitas intrinseca,quæ semper præsumitur interuenisse:vt in §.si scriptum.Insti.de inutili. stipu. §.fi.Insti.de fideius.l.optimam.C. de contrahen. & committ. stipu.& sequitur Ang.expressè in dicta auth.super gl. dicens. quòd est solennitas formalis,quæ semper adesse præsumitur: vt §.pretium.Inst.de emp.& vend.idem sequitur Bal.in rub. C.de fide instru.per duas rationes.Prima.quia in tabellione præsumitur solennitas propter artis peritiam:arg.not.in l.j. C.de vsur.Itē,quia præsumitur,ꝙ notarius non scripsisset,ex

que

quo solitũ est fieri, nisi rogatus fuisset: allegata l. fina. C. de fide instru. Et idem tenet Spec. in tit. de instru. edi. §. j. ver. sed pone. & versi. iiij. in j. col. & Rota firmat conclusione cclxxvij. quinimò superaddit Bal. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. quòd notarius in dubio præsumitur etiã rogatus apponere in instrumento clausulas consuetas, per l. fi. C. de fide instru. Et ab hac opinione non esset recedendũ in iudicando, præsertim cùm Saly. in auth. nisi rogati. C. de testi. asserat eã tenere omnes: Inno. tamen in c. j. de fide instru. quem sequuntur ibi Io. An. Prosdo. & communiter Canonum Doctores, & Specu. in tit. de instru. edi. §. j. & Angel. in consiliis lxxiiij. & cclxxiiij. & Bart. in l. hæredes palàm. §. in testamentis. ff. de testa. & l. sciendum. ff. de verb. obl. & Vico. Mata. in rub. C. de fide instru. tenent contrarium, quòd non præsumitur rogatus in dubio per rationem: quia solennitas extrinseca, quoniam consistit in facto, non præsumitur: vt l. quæcunque. §. j. ff. de publica. Et secundo allegant l. fin. §. sinautem dubius. C. de iure deli. & auth. ad hoc. cum sua gl. C. de vsur. & istam opi. dicit Paul. de Cast. in l. hæredes. §. in testamentis. ff. de testa. esse cõmunem. & ita not. in clem. j. de iureiurão. super glo. in verbo, constitutis. nisi vel notarius expressè attestaretur de rogatu: quo casu sibi crederetur, vel tacitè dicendo se adhibitum, aut vocatum: vel nisi poneretur dictum instrumẽtum in quaternis instrumentorum rogatorum, aut apponeret signa & publicationes solitas apponi aliis instrumẽtis, de quibus est rogatus: Et ista opinio est tutior. Expeditus itaque iam est rogitus, Sequitur modò secundũ, videlicet, audientia Contractus à princi. ad fi. & istam si nõ adhibuit, non valet instrumentũ: vt d. §. nos autẽ. de tabel. coll. iiij. & ratio est, vt valeat attestari de serie rei gestæ corã ipso: cũ vice testis fungatur, vt l. Domitius Labeo. ff. de testa. & l. hac cõsultissima. §. j. C. qui testam. fac. pos. & quia solùm possit instrumenta cõficere de his quæ cadũt in duos sensus, videlicet, auditus & visus, vt dixi suprà. Circa partem primam reliquum erat, vt notarius per se, non autem per aliũ, conficeret instrumentũ: quia hoc specialiter prohibetur, vt §. nos autem. in auth. de tabel. col. iiij. & in c. cũ P. tabellio. de fide instrum. & ratio secundũ glo. in verbo, ipsis est: quia cũ nõ cõpetat iure magistratus, ergo aliis delegari non potest: arg. l. j. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdi. nam videtur hoc esse quædam iurisdictio voluntaria. Sed melior ratio

tio est, quia est electa industria personæ, vnde non potest explicari per aliũ: vt no. in c. si. de offi. dele. & §. ne autẽ. C. de cadu. tollen. Et tertiò, ne committatur falsitas, quæ faciliter cõmitti posset, si per alium explicari posset: vt sentit tex. Ex quo sequitur, ꝙ hodie magistri stationis alicui nõ possunt iniungere discipulo, ꝙ faciat aliquod instrumentum, de quo magister rogatus fuit, & non ipse discipulus. Imò est imposita pœna magistro ꝙ perdat præpositurã stationis, & lucrũ: vt in dicta auth. continetur. Fallit primò, vbi tabellio rogatus de instrumento conficiendo esset infirmus, & impeditus verè, nõ autẽ fictè, vt probat tex. in dicto §. nos autẽ. ver. nõ autẽ fingãt. quod tamen tutius erit, si interueniat authoritas iudicis, vel consuetudinis, aut statuti, quæ nõ minus valere consueuit: vt not. in d. c. cũ P. tabellio. Fallit secundò, vbi magister stationis imposuisset cõfectionẽ instrumẽti discipulo stationis, qui cõtractui à principio vsque ad finẽ interfuisset: quia nõ vitiabitur instrumentũ ratione discipuli, qui melius fecit obedire, quã si sacrificiũ obtulisset: vt no. in l. velle. & ibi in gl. ff. de re. iuris. & liberorũ. §. fi. ff. de reg. iur. neque ratione magistri, qui aliter punitur in d. §. nos autẽ: quoniã deponeretur à præpositura stationis, & fiet discipulus: vel expelletur, & ex discipulo magister fiet, si erit idoneus. Fallit tertio in præposito stationi apud magistrũ census in ciuitate Constãtinopolitana, qui poterat vni de statione hoc delegare, ac licentiã dare, dũmodo à magistro cẽsus instrumẽtũ subscriberetur: vt habetur in d. §. nos autẽ. Fallit quartò, vbi cõfectio instrumẽti fuisset iniũcta magistro atq; discipulo, ac cõtractui vterq; affuisset: quia scripto instrumento per discipulũ atque suscripto cũ suo signo, magister poterit subscribere, ac suũ signũ apponere: quoniã cautius est, vt plura signa & subscriptiones chartis plurimæ imponãtur: vt l. si quis ex argẽtariis. §. j. ff. de eden. & in auth. de fide instru. §. oportet. & tenet Goffre. in §. nos autem. in verbo ipsis, qui attestatur de consuetudine Florẽtiæ ita seruari. Fallit quintò, quãdo notarius vult facere scribi tenorem instrumenti per alium, & apponere posteà suã subscriptionem & signum, sic scripturæ fidẽ imponendo: quia tunc valebit, vt not. Host. in summa de fide instrum. §. fina. versi. quid si tabellio. qui dicit, ꝙ iura, quæ prohibent, loquuntur quando volebat committere alteri totum instrumentũ, secus si partem: vt sæpe dicto in authen. de tabel. §. penul. & antepe. Et de instru.

cau

cum.& fid.instr.§.in his. Et sequitur Prosdo.in d.c.cum P.tabellio.de fid.instru.§.per illum tex.qui dicit,completionem instrumenti. Et sic refert D.Card.esse in facto consultum,& seruari cōmuniter:ad quod facit,quod ipse tangit in c.inter dilectos.de fid.instr. Fallit sextò,quādo notarius,qui cōfecit instrumētū esset mortuus;quoniā alter notarius poterit id in publicā formā reducere,vt d.c.cū P.tabellio.de fid.instr.& facit ff.de offi.eius,cui mādata est iurisf.l.i.§.j.& tenet Bar.in d.l:generali,quasi ad fi.C.de tab.lib.x.& sequitur Ange.qui remittit ad Bar.& doc.in l.diuus.§.itē senatus.ff.de falsis.& l.j.ff.de off.cōsul.qd creditur esse verū;dūmodo hoc fiat cū authoritate iudicis ordinarij:Secūdò;q̄ releuans sit etiam ipse tabellio. Tertiò quòd fideliter hoc faciat,& redigat in publicam formam. Quartò,q̄ fiat vocatis illis,quorum specialiter interest:vt no.in d.c.cùm P.tabellio.& per ea,quæ no.in capi. Albericus.& c.significauit.extrà de testi.Et ita debet fieri, nisi per statuta locorum aliter prouisum sit: vt dicitur in d.c.cùm P. Fallit septimò secundum Ang.in testa. quod cum autho. iudi.potest semper per alium releuari & publicari:vt l. cōsulta.& l.publicati.C.de testa.& ita intelligit Ang.§. nos autem. de tabel.c.cùm P.tabellio.de fide instru. Fallit octauò secundum eundem Ang.quando instrumentum esset cōpletum in ipsius notarij protocollo:Et ipse notarius esset impeditus manu propria scribere,quia tunc posset per alium notariū instrumentum facere releuari,dummodo ipse mandans se subscriberet:& ita dicit seruari de consuetudine in ciuitate Perusiæ & allegat notata per Doct.in l.j.ff.de officio consulis. Nouissimum erat,vt notarius ipsum non ederet instrumentum, nisi prius illud in mundum protocolúmque redigeret. Nam olim protocolum fiebat ex chartis puris mundisque ; quibus inscriptum erat nomen Comitis sacrarum largitionum : vt in auth.de tabel.§.illud.coll.iiij. Et etiam ibi notarius scribens apponebat seriem rei gestę,& suum signum apponebat vt sentit Barto.in l.si quis.§.si initium.ff.de edendo.Sed hodie vsus illa immutauit,& reseruauit ipsa soli ciuitati Constantinopolitanæ. Et ideo debet attendi in ipsis protocollis consuetudo specialis locorum:vt no.glo.in dicto §. illud. quam ibi Angel.sequitur,& Barto.in l.testium.§.si quis.ff. de testa. per l.de quibus.ff.de legi. Et placet Ioan.And.in addi. Specu. de fide instrument.§.breuiter.ver.in fine. quòd signum non

sit

sit de substantia, quia iure cautum non reperitur. Et dicitur protocollum, à verbo græco, protos, quod est primũ, vt in prima constitutione Digest. §. in secundo. vt de eadẽ dicitur proto plasma, id est, primus plasmatus à Deo: & Stephanus protomartyr, id est, primus martyr post natiuitatẽ Domini & probatur. Et collum. i. collatio literarum, quia ibi erat originalis scriptura instrumenti: verbo autem Latino dicitur imbreuiatura, vt dicit gl. in §. illud. in fine in auth. de tabellionibus.

De solennitatibus, quæ in instrumentis exiguntur.

PEractis igitur, quæ in notario exiguntur, & sine quibus non debet conficere instrumentum, nunc de solẽnitatibus disseramus. Ante tamen sunt duo præcipuè consideranda. Primum est materia. Secundũ est forma. Circa autem materiam oportet cõsiderare, vt ipsa narratio sit breuis, dilucida, & verisimilis. Breuis est, si incipimus, vnde necesse fuerit. Nec bellũ gemino Troianum ordiemur ab ouo, neque vlterius progrediemur, quã opus sit: si non inseremus impertinentes res, neque ad illas transitũ faciemus: si non repetemus semel dicta, aut quæ ex iam dictis cõprehendi possunt. Dilucida erit, si seruabimus ordinẽ rerum, temporũ, & locorũ. Et si vtemur breuitate, vel si breuitatem fugiemus, vbi obscuritatem breuitas faceret. Verisimilis autem erit, si ad naturam & consuetudinem rerum accommodata sit, nec aliquid vltra veritatem admixtum sit, quod sensum mutet: vt inquit Cice. in primo lib. nouæ Rethoricæ: & gl. in l. generali. C. de tabula. lib. x. & Spec. in tit. de instru. edit. §. restat. versi. ratione autem formæ. Formam autem huius narrationis nec Spec. neque aliquis ponit: quia plura sunt negotia, quàm vocabula: vt l. iij. ff. de præscri. ver. Ideo etiam nos non ponemus, sed prudentiæ dicere debẽtis reseruabimus.

Hic incipiunt solennitates instrumentorum, & quæ sunt.

VIdeamus modò de solẽnitatibus. Et istæ sunt ferè xij. videlicet, Nomẽ Domini nostri Iesu Christi. Nomen Papæ, vel Imperatoris, Nomen consulis, Indictionis numerus, tempus cõditæ ciuitatis, mensis, & dies, & hora diei, locus, subscriptio testium, subscriptio tabellionis. Signum tabellionis, subscriptio iudicis, sigillum publi. & reliqua infrà dicenda. Vtrum autem ponendæ sint in principio vel in fine, dubitat

X

spec. in titu. de instru. edi. §. ij. ver. illud autem. vbi recitantur tres opi. Prima, quòd omnes ponantur in principio excepto nomine tabellionis, vt probatur xxiij. di. in nomine Domini. Secunda fuit Rolãdini, quam ponit in fine operis sui, videlicet, quòd præponantur anni Domini, indictio, dies, & nomen principis, in cuius prouincia actus geritur, si consuetũ sit: reliquæ autem solennitates ponantur in fine, vt est locus, tempus, testes, subscriptio tabellionis & signum. Quidam verò ponũt signum tabellionis in princi. & in fine; quod non seruatur in sententiis diffinitiuis, vel interlocutoriis, mihique non placet: quia videtur contra dictum capi. in nomine Domini. Vltima verò fuit opi. Ioan. And. ibi in addi. quòd hoc sit merè arbitrarium: attamen ego consulo, quòd ab vsu cõmuni loci non recedatur. Decens autem foret, quòd primæ sex solennitates præmitterentur, & reliquæ subsequerentur. Ordimur igitur à prima quæ est, quod præponatur nomen Domini nostri Iesu Christi.

Prima, scilicet, quòd præponatur nomen Domini nostri Iesu Christi.

EST igitur prima solẽnitas instrumenti, quòd præponatur nomen Domini: quod probatur per tex. in auth. vt præponatur nomen Imperatoris. in ij. collat. vbi tex. loquitur imperatiuè: & dicit in eo etiam mox authore Deo. quod intelligit ibi gl. inuocato nomine Domini. Secundò, quia eiusdem Imperatoris est habenda imitatio, qui etiam alios actus suos inchoat in nomine Domini vt in authen, de quæstore. in princ. & in authen. de armis. in prin. & in l. in nomine Domini. C. de officio præfe. Africæ. Et etiam Papa, vt c. in nomine Domini. extrà de testi. c. in nomine Domini xxiij. distinct. Et est argumentum à maiori propositione: quia si debet præponi nomen Imperatoris temporalis, vt in dicta authen. vt præpo. no. Imperato. multò magis debet præponi nomen Domini, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium: vt in clemen. Romani, de electio. secunda in authen. Gazaros. C. de hæreti. Possunt etiam hic assignari aliæ rationes Catholicæ ac spirituales. Vna, quòd omnia debent fieri in nomine Domini: quoniam tunc rectè geruntur, cùm principium sit decens & amabile Deo: vt in authenti. quomodo oportet episcopos. col. iij. quia non debemus loquendo à nobisipsis propriam gloriam quærere:

rere: quoniam quicquid habes, meriti præuentrix gratia donat, vt Ioan. vij. capi. & xxvij. quæstio. vlti. non obseruetis. & q. quinta non liqueat. Secunda ratio est à contrario: quia vbi Christus non est fundamentum, nihil boni operis superimponitur: vt j. q. j. cùm Paulus. & C. de epis. & cleri. l. Deo nobis. Tertia ratio: quia inuocans in principio nomen Domini, præsumitur Christianus: vt dicit gl. in prin. Instituit. Et istam solennitatem apponunt notarij de consuetudine: vt dicit Ioan. Fa. in d. prin. Et est triplex practica. Prima, quòd incipiant sic generaliter: In nomine Domini, amen. & ista probatur xviij. quæst. ij. quàm sit. in prin. & de dolo. & contu. c. veritatis. in fin. Secunda practica, quòd dicatur: In nomine Domini nostri Iesu Christi, vt probatur in capitu. in nomine Domini. xxiij. di. & l. in nomine Domini. C. de offi. præfec. Aphricæ. & in prin. ff. & C. ac Instit. & aliorum lib. iur. vel dicendo: In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. vt lxxiij. distin. In nomine Patris, vel dicendo simpliciter, Anno Domini, &c. vt sentit Specul. fieri de consuetudine quorundam locorum, in §. breuiter. versi. subsequenter. Fallit tamen hoc in rebus minimis, & paruo tempore duraturis, in quibus si notarius istam solennitatem omiserit, non vitiatur: vt sunt acta iudicialia, vel sententiæ interlocutoriæ, non autem diffinitiuè: vt no. Specul. in titulo: de instrumen. edi. §. breuiter. versicu. ante omnia. Fallit secundo, vbi notarius conficeret instrumentum inter aliquos Iudæos, vel Paganos, ne videretur quodammodo profanare veneranda mysteria illis indigna. l. prima & secunda. C. de hære. l. Iudæos. C. de Iudæis. sed tamen communiter doct. tenent, quòd notarius in talibus instrumentis potest inuocare nomen suprà dictum: quoniam illa inuocatio censetur esse notarij documentum scribentis, non autem eius, cuius gesta recitantur: & etiam, quia Iudæi & infideles nomen Domini nostri etiam inuocantes, non polluuntur per ipsummet iuramentum, sed tenentur ad obseruantiam eiusmodi iuramenti: vt no. Inn. in c. si Christus. extrà de iureiur. & no. Bar. in Proœ. Digesti Veteris. Facit j. q. j. inter Catholicã. c. multi. & c. quod quidã. & in aliis quã multis. Sed incidet dubitatio, an anni Incarnationis Dominicæ sint ponendi post eius inuocationẽ? & gl. in auth. vt præponatur no. Imperat. in verbo, authore. sentit quòd sic: imò aliàs vires nõ obtinet instrumentũ. Primò, quia hoc est de consuetudine, quæ circa instrumenti tempus est

specialiter approbata:vt in d. auth. in prin.ibi, si qua verò,& in prin.& ver.quotquot,&c.Item secundò,quia hoc est de cõsuetudine generali,q apponantur anni Dominicæ Incarnationis.Sed nos habemus regulam in l.de quibus.ff. de legi. & c.vlt.de consue.q consuetudo etiam contraria legi superat & vincit legem,multo,quã magis si legi non sit cõtraria,vt hîc: istam gl.expresè ibi approbat Ang. & Specul. in tit. de instr. edi.§.breuiter.ver.subsequenter.Et in §. instrumentũ. ver. inẽ quòd non est ibi inscriptus annus Domini, qui dicit probari etiã iure,quòd debet apponi annus Dñi,videlicet,per c.in nomine Dñi.xxiij.di.& ratione,quia tẽpus est pars ipsius rei:arg. l.ij.§.diẽ.ff.quẽad.te.ap.Sed ista opi.nõ est vera,tum quia non est cõsuetudo generalis:quoniã aliqui non inchoant annum à natiuitate Domini,sed potius in primo die Calendarũ Ianuarij,velut Romani,qui incipiebant à Iano antiquo Italorũ Rege.Alij verò incipiunt annum ab Incarnatione domini.s.viij. calend. Aprilis seu die xxv. Martij,vt sunt domini Veneti.Alij verò inchoãt annũ viij.Calen.Octobris.s.die xxiij. Septẽbris, vt attestatur Spec.in d.§.breuiter.ver.subsequẽter.& ver. præmissa,Item quia nõ videtur esse de iure:quia in l. In nomine Dñi.C.de offi.præfe.Africæ & c.in nomine Dñi. de testi.nõ apponitur annus Dñi.Dicendũ ergo videtur,quòd si consuetudo specialis loci habet quòd apponatur annus Dominicæ Incarnationis,vel Natiuitatis, apponatur:si nõ est cõsuetudo, est in arbitrio notarij apponere,vel non. Et similiter est in arbitrio eius apponere inuocationẽ,vel non apponere,si sic habeat cõsuetudo;vt suprà dixi. Nam etiã summi Pontifices inchoarũt sua opera sine inuocatione:quoniã licet non exprimatur ore, sufficit quòd ita geratur in corde,iuxta illud Gregorij suis in moralibus, qui dicit quòd veraciter orare est amaros cordis gemitus,nõ verba ipsa resonare:& quod no.gl.in cle.si dominum.ad fi.extrà de reliq.& venera.sancto. quanquã quidã putent nomẽ Dñi ab illis Pontificibus exprimi superuacuo,cum ipsi eius vicarij sint,vt in cle.Romani.de iureiu. & in c.in nouo.xxj.distin. Secunda solennitas instrumẽti,est appositio nominis Imperatoris;vt in auth.vt præpo.no.Impera.colla.v.Et ratio est, quia instrumẽtum ornatur per Imperij commemorationem,vt ibi dicitur.Et ita tenet gl. ibi,& in l.generali.C. de tab.li.x.Et addunt apponi debere annum Imperij, mẽsem, ac diem secundum glo.& Specu.in tit.de instru. edi.§. instrumentum.

mentum.versi.item quòd non est ibi scriptum. Et per eãdem rationem dicũt, quòd debet apponi nomen summi Pontificis, & eius annus, & nomen vnius vel alterius Principis regentis in loco: Verbi gratia dicẽdo, Imperij Federici in anno xx. vel Xisti pontificis maximi anno viij. vel Ioã. Mocenici ducis inclyti Venetorũ anno secundo. Tertia solennitas est, quòd apponatur nomen Consulis: & istud solũ sufficiebat per antiqua Romanæ reipu. tempora, in quibus dignitas Consularis anno tantũ perdurabat: vt l. ij. §. ex actis. ff. de orig. iur. l. j. ff. ad Mace. & Insti. de fideicom. hære. §. j. Sed secũdum posteriora tempora Imperatorũ, quibus Consularis dignitas durabat vltra annum, erat necesse apponere annum cõsulatus primũ, scilicet, vel reliquum vt in d. auth. vt præpo. no. Impera. & in auth. de tabe. in fi. col. iiij. vbi facit mentionem de secundo anno cõsulatus Bilisarij. Si tamen hîc solennitas de consuetudine loci omissa foret, non vitiaretur instrumentum, vt dicit gl. quam sequuntur doc. in c. quoties. j. q. vij. & gl. in c. inter dilectos. in verbo, indictiones. de fide instru. Quarta solennitas est indictio, & eius annus, quæ in instrumentis apponebatur: vt xxiij. q. v. de Liguribus. xxiij. di. in prin. C. de Iustin. Codi. fa. in fi. & auth. vt præpo. no. Impera. in prin. collat. v. cũ similibus, & ita seruatur. Indictio enim erat impositio & præceptum tributi soluendi ordinariè à personis subditis Romano Imperio pro patrimonio singulis tribus lustris, scilicet, singulis xv. annis. Lustrum enim quinquẽnium est, vt l. quæritur. §. qui implet. ff. loca. & ita no. glo. & doct. in rub. C. de indicti. lib. x. nam ibi dicitur. Primo lustro soluebatur aurum reponendum in ærario pro necessitatibus reipu. seruandum, vel ad idola fabricãda. Secundo lustro soluebatur argentum fortè militibus erogandum. Tertio lustro ęs ad arma fabricanda, vt ibi dicitur in rub. & in l. j. C. de Iusti. Codi. fa. in verbo septimæ indictionis. & videtur probari C. de collat. don. vel releuat. in rub. lib. x. & de colla. æris. & in authen. de colla. in prin. Licet gl. l. authen. vt præpo. no. Impe. in prin. col. v. dicat econuersò, quòd primo anno soluebatur ferrum, secundo argentum, & in tertio aurum: quã glo. secutus fuit ibi Ang. & Spe. in ti. de instru. edi. §. breuiter. versi. post hos. & sequitur ibi Ioan. and. in addit. Et licet gl. dicãt antiquitus à Romanis hoc institutũ fuisse, tamẽ Spe. dicit in dicto loco fuisse hui⁹ rei authorẽ Cæsarẽ Aug. à quo exiit edictũ tpe natiuitatis Dñi, vt quilibet descri-

beret æstimarétque bona sua, vt dicit glo. in prin. rub. Institu. Et hic mos seruabatur à Romanis ante Christi aduentũ. Sed nõ seruabatur à Græcis, qui cõputabant annos à quibusdam ludis, qui fiebãt Herculi in monte Olympo, de quadriennio in quadriennium. Et similiter nõ seruabatur ab Hebræis, qui computabant annos à diluuio, vt dicit glo. C. de indictio. lib. x. cũ qua Bar. transit. Sed fortè non bene: quia neque à Romanis introductum ante Cæsarem Augustum in historiis reperitur, neque sub ipso Augusto ante Christi ortũ crediderim inuenire, cùm ipse Dominus Iesus Christus sub Augusto Cæsare natus sit. Rursus cõputatione Græcorum, cũ per Olympiadũ numerũ scriptum reperiam, tamen nõ fatebor à ludis, qui Herculi fierent in Olympo monte, sed potius Olympiades fuisse ludos ac certamina Ioui Olympico apud Helidem vrbem totius Græciæ concursu celebrata, de quinquennio in quinquennium. Quibus in ludis certasse Herculem quidam putant eo tempore, quo apud Hebręos regnauit Laius ex tribu Manasse, & Carmenta apud Italos literas reperit. Et Carthago fertur à Tyriis condita, vel Olympiadas dictas ferunt omnium Græciæ ciuitatum per ea tempora, quibus regnum Assyriorũ in Medos translatum est. Et apud Hebræos Orias regnabat. Hebræi verò annos cõputant ab orbis creatione, vt Eusebius & Hieronymus tradiderunt. Sed quæri posset, quomodo indictionis cõputus fiat? Et duæ fuerunt præcipuæ opiniones. Prima est, ꝙ decursis quindecim annis cõputetur vna indictio, decursis xxx. cõputentur duæ, & decursis vij. vicibus xv. sit septima indictio: & ista opinio reprobatur per l. ij. §. leges. C. de vete. iure enu. vbi facit mentionẽ de indictione x. cũ tamen nõ fluxissent anni xlv. inter illam legẽ, & l. j. C. de Iustin. Cod. fa. quæ facit mentionem de indictione septima. Secunda ergo opinio est, ꝙ primus annus indictionis appelletur indictio prima, secundus annus appelletur secunda, tertius verò appelletur tertia indictio, & sic vsque ad decimumquintum: post xv. iterũ inchoatur à prima, & sequitur secunda, vsque ad aliã quindecimã, & iterũ inchoatur à prima, & sic proceditur in infinitũ. Et tempore natiuitatis Domini fluxerant tres anni currentis indictionis. Et ideo volentes tẽpore instrumẽti conficiẽdi cognoscere indictionem, debent annis Domini tũc currentibus, tres annos adiungere, & posteà omnes diuidere per xv. Et si nihil superest de vltimo numero,

nisi

nisi x.erit indictio xv. si verò superest numerus inferior. Et intra xv.putà,decẽ vel septẽ, tanta erit indictio,videlicet,decima vel septima:vnde versus dari solet.

Si tribus adiunctis domini diuiseris annos,
Per ter quinque solet indictio certificari. Vel sic.
Si per quindenos domini diuiseris annos,
His tribus adiunctis indictio certa notatur.

Et ita firmat glo.in d.l.j.in fi.C.de Iustiniano Codice fa.& in authen.vt præpo.no.Impera.in prin.col.v.& in c.inter dilectos.§.sed contra.de fide instru.& Specu.in titu.de instru.edi. §.j.versic.post hos.Iste tamen computus rectus est ac bonus apud eos,qui annum Domini computant ab Incarnatione, vel in principio mensis Ianuarij:secundũ eos verò,qui computant annum viij.Calend.Aprilis:tunc fiet mutatio indictionis,& nõ antè:secundũ eos etiam,qui annum inchoant viij. Calendas Octobris:tunc fiet mutatio indictionis & non antè. Et ita sentit Spec.in d.§.post hos.Seruabiturque in hoc cõsuetudo regionis secundũ ipsum,arg.lxxv.di.vtinã.xij.di.illa.xj. di.de his.ff.de legib.l.de quibus.Quid autẽ,si nõ sit in instrumentis apposita indictio,vel si apposita cũ annis Domini discordet?magna inter doct.est cõcertatio,& circa primã quæstionẽ dic.ꝙ omissio indictionis vitiat:quoniã omissio substantialiũ vitiat instrumentũ:vt l.cũ hi.§.si prętor.ff.de trãsac. Sed dicta indictio est de instrumenti substãtialibus,vt est expressum in authen.vt præpo.no.Impera.in prin.coll.vj.& authen.qui.mo.na.effi.legi.§.quantũ verò.ibi,sub illa indictionẽ illo die.de fide instr.c.inter dilectos.§.sed cõtra.xxiij.di. in nomine Domini in prin.facit qđ notatur xxv.q.ij.c.si quæ. de relig.do.c.cũ venerabilis.Et qđ not.Spec.de instr.edi.§.ij.in prima col.& §.instrumentũ.ver.itẽ ꝙ nõ est.& istã cõclusionẽ tenet Gof.& Io.And.super data Sexti.in Nouella. Fallit primò,vbi cõsuetudo habet nõ poni talẽ indictionem.Et ita seruãt Romani Põtifices,qui suis in literis nõ ponũt indictionẽ, nec annũ Domini:vt ibi attestatur Io.And.bene facit de fi.instru.cũ dilectus.iiij.di.§.leges.ff.de leg.l.de quib⁹.in fi.& huic accedit æquitas,quæ fundatur super cessatione causæ:quia cũ hodie non fiat illa indictio,vel solutio tributorum auri,argenti , ac ferri , quæ tamen fiebat,vt dixi suprà,consequenter debet cessare ipsius inscriptio: facit extrà de voto ma-

gnæ.in fin.& de renun.post translationem.in fi.& ibi concor. Fallit secundò, vbi constaret de indictione per alia, quæ contineren tur in pagina:vt d.c.magnæ.de voto.& de appel.c.secundò requiris.xxiij.q.vij.sed intelligo.quod vltimũ non placet, vbi consuetudo cessaret, vel maioris authoritas, vt dixi in prima fallentia. In quæstione verò secunda, quando videlicet, indictio discordat cum annis Domini, glo.in c.inter dilectos. in verbo, indictionis, tenet expressè. quòd instrumentum sit falsum:quia paria sunt non esse insertos annos Domini, vel esse insertos ambiguè per appositionem indictionis illo anno non venientis:ar.c.in præsentia.de proba.& per Bart.in l. inter stipulantem.§.j.ff.de verb.oblig. Sed Dy.consuluit contrarium:quòd valet instrumentum,& standum sit annis Domini, tanquam illi sint certi & indubitati:& non sit standum indictionis numero discordant ab annis ipsius Domini:quia in illo præsumitur erratum,& istam opi.sequitur Bart.in l.si librarius.ff.de regu.iur.& est quasi communis opin.quæ placet mihi:quia anni Domini concurrunt cum veritate, quæ subest:sed anni indictionis concurrunt cum fictione, quæ nõ subest. Item quia debet attendi quod est dignius & communius, vt sunt anni Domini. Sed tamen Ioan.Andr.super data Sexti,& do.Prosdo.in c.inter dilectos, concordant opiniones hoc modo:quòd si notarius fatetur errasse, ac corrigitur, antequàm det copiam parti, vel ex protocollo, vel ex aliis præcedentibus, vel sequentibus verbis instrumenti, constat de errore in indictione, valebit instrumentum, aliàs non:& hoc satis est æquum. Quinta solẽnitas est tempus vrbis conditæ:sicut Romani facientes computum ab vrbe condita 2234. vel Iliades à Troia capta. Iudæi post transmigrationem Babilonis anno tali, vel aliud simile indicium temporis secundum loci consuetudinem:quoniam solennitates suprà positæ non tollunt istam,& alias similes, imò accumulant. Et istam solennitatem ponit glo.in l.generali.C.de tab.libr.x. Sexta solennitas est mensis & dies celebrati contractus vel actus confecti,& istam solennitatem ponit dicta glo.in l. generali.& Specul.in titu.de instru.edi.§.breuiter.versicu.post indictionem, & versicu.& not. quòd tabellio.,& §. instrumentum. versicu.item quòd non est. Super qua solennitate quatuor recitat practica.

Practica solennitatis temporis.

PRima illarum est,quam Rolandinus asserit seruari Bononiæ,vbi in mensibus habentibus xxxj. dies, dicatur prima die intrante Maio. Secunda die intrante Maio,& sic de singulis,vsque ad sextumdecimum diem inclusiuè:Elapsis autẽ sexdecim diebus mẽsis,dicitur quintadecima die exeunte Maio,& sic de singulis,vsque ad penultimã diẽ,in qua dicitur penultima die Maij.Et vltima dicitur vltima Maij.Sin autẽ mẽsis habeat solũ xxx.dies,proceditur eodẽ modo vsque ad xv.per hãc dictionem,intrante:quibus finitis,per alios sequentes xv.proceditur per dictionẽ exeunte.& idem putat de Februario,quando habet xxix.dies,vt dicatur intrante vsque ad xv.& exeunte vsque ad finẽ:si verò habet solùm xxviij.dicatur,intrante,vsque ad xiij.Et posteà dicitur,exeunte:sed tamen nunquã in prima die mensis ponitur intrante,neque in penultima vel vltima dicitur exeunte: & ad hanc rem non inutile est scire,quot dies habeat quilibet mensis,quod Spec. docet per hos versiculos,

Iunius, Aprilis, Septémque,nouemq; tricenos.
Vnum plus relıqui,sed habet Februs octo vicenos,
Cui si Bissextus fuerit superadditur vnus.

Et no.in cap.quæsiuit.vbi Ioan.Andr.de verborum significa. Secunda est practica,quam Specu.asserit seruari à multis in Romana curia,q̃ dies mensis ponãtur per ascensum,hoc modo:prima,secunda,tertia,die.&c.& sic successiuè vsque ad vltimã & penultimã,in quibus dicitur die vlt.& die penulti. Tertia est practica,quæ seruari dicitur in regno Siciliæ,vt simpliciter dicatur:prima,secunda,tertia,& sic successiuè vsque ad mediũ mensis,posteà additur exeunte,vt suprà dixi. Quarta practica est,vt dies mensis ponatur per Calẽdas,Nonas,& Idus.Et tituli practica vtitur Iustinianus in C.videlicet,in fi.l.j.C.de nouo Cod.faciendo.& C.de emendatio. Iustiniani Cod.& in multis titulis Authenti. Et simili practica vtũtur summi Pontifices,vt patet super data Sexti,& clementinarum,& in multis rescriptis de curia emanantibus. Et ad hanc rem vtile videtur scire quot Nonas,Idus,& Cal.habeat quilibet mensis.Nã annus magnus, qui computetur à cursu Solis per circulum signiferum Zodiaci regulariter est dierũ ccclxv.& horarum sex. Et de ipsa loquitur Virgilius in pri-

mo Aeneidos dicens,

Triginta magnos voluendi mensibus orbes,
Imperio explebit.

Nam tantũ temporis spatium fluit, antequã Sol ad eũ punctum reuertatur, vnde inchoauerat. Sanè illæ sex horæ coaceruatæ in quatuor annis faciunt vnũ diẽ naturalẽ xxiiij. horarum, quæ dies additur ante sextum diem Calendarum Martij in vigilia beati Matthię Apostoli. Et dicitur bis, sexto Calendas Martij. Vnde versus,

Bissextum sextæ, Martis tenuère Calendæ,
Posteriori die memorantur festa Matthiæ.

Et dicitur Bissextus, ideo quia dicitur bissexto Calendas Martij. Et bis statur in eadẽ litera Calẽdarij. Talisque annus super excrescens dicitur embolismalis vel bissextilis: vt in d. c. quæsiuit. de verbo. signifi. & l. cũ bissextus. ff. de verb. sign. Is autẽ annus vario modo diuidebatur. Et apud Numã Põpiliũ & Iuliũ Cęsarem. Sed tandem nos circunscriptis opinionibus diuidimus in xij. menses, in quolibet autem mense fiebant certæ nundinæ, quæ durabant octo diebus. Et dies ille, in quo inchoabãtur, appellabantur Nonæ syncopato vocabulo. Et dies, quibus antè præconizabantur, erãt sex in Martio, Maio, Iulio, & Octobri: quia Martius erat caput veris, Maius caput æstatis Iulius caput autumni, & October caput hyemis. In aliis autem mensibus erant tantum iiij. quia illi alij nõ erant ita digni. Postquàm autem lapsi erant octo dies nũdinarum fiebat diuisio. Et mercatores recedebãt. Iduum ergo similiter fiebat computatio per numerum ordinariũ primum, secundum, &c. vsque ad septimum, qui etiam pridie dicebatur. Vnde datur versus,

Sex nonas Maius, October, Iulius, & Mars.
Quatuor & reliqui tenet Idus quilibet octo.

Deinde fiebat supputatio vsque ad primum diem sequentis mensis, qui Calendæ appellabatur, vel à colendo, ꝙ dies illa colebatur antiquitus: vel quia sic à calone seu à præcone, qui vocabat, denominabatur. calo enim idẽ quod voco significat.

Vnde dies reliquos ad primum iunge Calendas.

Habent enim quidam tantùm xvij. scilicet,

Iulius, October, Decemb. Mars, Maius, & epta.

Quidam xviij. scilicet,

Iunius, Aprilis, Septemq́; nouemq́; nouenos.

Qui

Quidam xix. Vnde,

Ianus & Augustus, December crescit in vno.

Februarius verò xv.

Sæpe sub octonis Febrius solet ire diebus.

Omnes enim dies præcedẽtes diẽ primã Calẽdarũ Ianuarij in Decẽbri appellabantur retrogradè procedẽdo primus, seu pridie, secũdus, & tertius vsq; ad xix. & ponebatur in ablatiuo, & subaudiebatur die ante, & posteà dicebatur, Calẽdas in accusatiuo, qui determinabatur per illã præpositionẽ, ante, subintellectã. Ipse autẽ dies Calendarũ dicebatur, Calendis in ablatiuo. Similiter in Ianuario quinta dies appellabatur Nonis in ablatiuo: & omnes quatuor dies præcedẽtes retrogradè procedẽdo dicebãtur primo, vel pridie: secũdo, tertio, & quarto subaudiebatur ante Nonas, quas similiter ponimus in accusatiuo. Tertiadecima dies Ianuarij similiter dicebatur, Idibus, & anteriores dies retrogradè numerati appellabãtur pridie, vel secũdo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, subauditur die ante, & subiicitur, Idus, in accusatiuo. Quartadecima verò dies dicitur decimanona. s. die ante Calendas Februarias. Et sic reliquis, vt habetur in Calẽdario. Quos modos non solemus literis distinctis scribere, sed ad cõputũ antiquarũ notarũ, in quibus x. stat pro decẽ. v. pro quinq;. & j. pro vno, duobus, tribus, aut quatuor, secundũ quod fuerit geminatũ: vt habetur in Prisciano de numeris & ponderibus. Sed an hora ipsius diei apponi debeat non inutiliter quæritur: nã Io. An. in addi. Spe. de instru. edi. §. breuiter. ver. post indictionẽ tenet ꝙ nõ, præterquã in vno singulari casu, videlicet l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clã. vbi debet inscribi dies, & bona nũtiãtis, cõtra illũ, quẽ ipse nũtiator intẽdit prohibere. Et ista fuit opinio gl. quã ibi sequitur Dy. & Bar. & etiã quia vtile videretur, si actus fieret de nocte. Sed tamẽ verius est horã nõ esse necessariò apponẽdã: quoniã hoc iure cautũ nõ reperitur. Sed bene vtile est ꝓpter maiorẽ facilitatẽ probãdæ intẽtionis illius, qui se in aliqua hora vult fundare: nã qui vult ꝓbare se appellasse infra x. dies cõputãdos de momẽto ad momẽtũ facilius probabit, si erit redacta in scriptis hora, & dies producti libelli appellatiõis: sed tamẽ si nõ esset redacta in scriptis, & probaretur per testes, satis esset, licet esset difficilius: vt c. ex tenore. de test. & c. cũ sint partiũ iura obscura. de reg. iu. lib. vj. Et ita potest intelligi l. aut qui aliter. quia facilius probabitur,

tur, si hora erit ibi inserta per nuntiantem, sed tamen si non esset inserta, non vitiaretur nũciatio. Sufficit ergo diem apponere: & si esset factũ de nocte, quicquid esset antè mediam noctem, tribueretur diei præcedenti. Et quicquid esset post mediam noctem, tribueretur diei sequenti, per regulã positam in l. more Romano. ff. de feriis. & c. consuluit. de officio delega. Et ita seruari debere ibi voluit Inno. quod est notandum. Quid autem si dies, vel Consul, non sit apposita in instrumento, vtrum ipsum vitiabitur? quidam quòd non. arg. C. de nouo Cod. compo. §. & si qua earum. ff. de ven. inspi. l. j. C. de episco. & cleri. l. nulli. §. cùm autem. C. de Iusti. Cod. confirmando. l. vna. §. hunc igitur. versicu. nulláque dubitatio. Alij verò dicunt, quòd non valet: vt in auth. vt præpo. no. Impera. §. j. & ij. collat. v. & in authent. quib. mo. natu. effi. legi. §. in maioribus itaque. colla. vj. C. de apoc. pu. l. j. lib. x. in authen. de exhi. & intro. reis. §. sancimus. extrà de fide instru. inter dilectos. §. sed contra. xxv. q. ij. si qua. xxiij. di. in nomine Domini. in princip. ff. quemadmo. testa. ape. l. ij. §. dicit. extrà de reli. do. c. cùm venerabilis. in auth. de instru. cau. & fide. §. pe. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. antepenul. & ista opi. est communis. Sed Specula. in tit. de instr. edit. §. instru. versi. quid ergo si dies vel consul cõcordat opiniones distinguendo: aut sit talis factum, quod debet fieri in scriptis, vt no. per glo. in l. contrahitur. ff. de pign. & c. j. de censi. lib. vj. & in Spec. de instr. edi. §. restat. & tunc vitiatur si illa desint: arg. l. contractus. C. de fide instru. aut est talis actus, in quo pro substantia non exigitur scriptura, & non vitiabitur, si illa desint. Et idem placet ibi Io. And. in addi. ad hoc no. in Spec. de procu. §. ratione autem formæ. ver. sed quid si in mandato. & in ti. de teste. ver. iam de interrogatoriis. & ver. item de tempore.

Septima solennitas est locus, in quo contractus vel actus celebratur: & bene, quia si apponitur tempus, vt dixi proximè, debet etiam addi locus, cum quo solet valere: arg. de tempore ad locum, & econtrà: vt l. vinum. ff. si cer. pet. & l. in hac. ff. de triticaria. Item secundò, quia testis interrogatur de loco: vt extrà de testi. cùm causam. iij. quæstio. ix. nihilominus. Sed probatio testium & instrumentorum æquiparatur. l. in exercendis. C. de fide instrumento. c. peruenit. de testib. cog. Item tertiò, quia in libello exprimitur locus, vt l. libellorum. ff. de accu. quæ est ij. q. vlt. Et idem seruatur in literis Papæ,

ergo

ergo debet exprimi in instrumento notarij. Et denique si aliter fieret, esset probatio talis per instrumentum tale perdubia: quod esse non debet, vt c. quoniam contra. de probat. & c. in præsentia. eo. ti. nam posset esse factum instrumentum per tabellionem, qui habet potestatem conficiendi instrumentū in vno loco, & ibi esset validum: & in alio loco non haberet potestatem conficiendi, & sic esset inualidum, vt not. in c. per tuas. extrà qui filij sint legi. c. ex tenore. de testi. l. qui optimá. C. de contrahen. & committen. stipu. & in Spec. de instru. edi. §. restat videre. ver. & not. quòd tabellio. & ver. quid de his. Et istam solennitatem ponit & sequitur glo. in d. l. fi. C. de tabula. lib. x. & gl. & doct. in c. Abbate sanè. de re iudica. lib. vj. Alij verò dicunt locum non esse necessariò ponendum, ex quo id nullo iure mandante cautum reperitur. Et ad superius inducta respondetur, quòd loquuntur in aliis casibus, vel notant facti accidentia potius quàm iuris ministerium. Et idcirco Vber. in l. optimam. C. de contrahen. & cōmit. stipu. dicebat, quòd licet instrumentum, in quo locus nō est positus, sit suspectū, tamen posset adiuuari, si per testes de loco probaretur: vt C. de proba. l. vlti. & C. de fal. l. fina. Dicebat ergo, ꝙ si consuetudo sit non ponendi, quòd non vitiabitur, si locus non sit appositus. Sed si consuetudo non sit contraria, quod intelligitur esse de consuetudine, ꝙ ponatur consuetudo, tantū operetur, quantum lex, vt l. de quibus. in fi. ff. de legi. & c. fi. de consuetu. Sed videndum est, an sit ponendus locus generalis, an specialis, vel specialissimus, & sic loci locus. Et de loco generali vrbis vel oppidi, & speciali, putà, quarterio, ponte, molino, vel contrata. s. Iacobi, non est ambigendum: vt l. quod si Ephesi. & in toto illo ti. ff. de eo quod certo loco. Sed tamen, quia talis locutio terræ ac contratæ posset esse dubia, & incerta, non determinans sufficienter ipsum negotium, doctores tenent etiam superaddendam nominationem specialissimam loci, putà, in domo talis, & loci illius loci, scilicet, in tali camera, vel in sala, vel in studio: vt probatur in l. libellorum. ff. de accus. & in authen. quibus modis na. effi. legitimi. §. quantum verò. col. vj. Et ita sensit Vber. de Bob. in l. optimam. C. de contrahend. & commit. stipul. & Dyn. in suo consi. xxj. Ioan. And. in c. Abbate. in glo. in verbo. donatio. de re iudi. lib. vj. & Spe. in titu. de instrumentorum edi. §. breuiter. versi. post nomen. & §. instrumentum. versicu. Item quòd non est.

Octaua

Octaua solennitas est testiũ inscriptio, quæ debet fieri per notarium: vt in auth. de instru. cau. & fide. §. si verò nullus. vbi dicit, quòd ante completionem instrumenti, adhibetur testiũ præsentia, quæ appellatur annotatio. Et istam solennitatem ponit glo. in sæpe allegata l. generali. C. de tabula. lib. x. Et est triplex practica. Prima, ꝙ exprimãtur testes per nomina tantùm, dicendo, interfuit talis & talis. Secunda est, quòd exprimantur per ablatiuum, dicendo, actum Paduæ præsente, vel coram tali & tali. Tertia practica est, quòd exprimantur per genitiuum, dicendo, actum in præsentia talis & talis. Sed tamen notarij per doctores admonentur, vt vtantur vna tantùm ex dictis practicis vniformiter, vt possit fieri comparatio facilius ad stylum suum, quàm si esset difformis: vt no. glo. in auth. de instrumentorũ caute. & fide. §. sed & si. & §. si verò nullus. Item admonent, quòd si per appositionem nominis proprij resultaret aliqua incertitudo, vtputà, quia erunt plures appellati illo nomine: tunc debet superaddi prænomen, cognomen, agnomen, & nomen patris, & originis, siue alia signa, donec res certa efficiatur: vt l. ad recognoscendos. C. de ingen. & manu. & no. in proœmio Digesti Veteris, Cod. & Institu. C. de testa. l. hac consultissima. §. j. l. ad testium. §. si quis. ff. eo. ti. Sed tamen non debet apponere, quòd fuerint rogati: licet consuetudo aliter seruet, nisi in aliquibus casibus specialibus: vt in Spec. de test. §. j. prope fi. ver. item quòd non fuit rogatus. & in d. ver. post locum. Vtrum autem testes teneantur se subscribere? communis conclusio habet quòd nõ, nisi in aliquibus casibus specialibus. Et ita tenet Spec. in d. §. breuiter. versi. post locum.

Nona solennitas est subscriptio tabellionis, & appositio sui nominis. Et istam solennitatem posuit glo. in d. l. generali. C. de tabul. lib. x. & probatur. j. q. vij. prope finem. xij. q. ij. cùm redemptor. de conse. dis. ij. ego Berengarius. Sunt tamẽ in tali subscriptione plura seruanda, de quibus in Spec. de instrument. edi. §. breuiter. versi. post testes. Primò, quòd vltra nomen proprium ponatur prænomen, cognomen, & agnomen, donec appareat certitudo: vt l. ad recognoscendos. C. de ingenu. & manu. & dixi suprà in præcedenti solennitate, putà, dicendo: Ego Iacobus Tuchini de Reuolono. Secundò, debet continere cuius authoritate sit notarius, dicẽdo notarius Apostolicus, vel Imperiali authoritate, vel talis Comitis, vel

Episcop

Episcopi authoritate notarius publicus. Tertiò, debet continere testificationem actus sui, scilicet, qualiter scripsit, vel in publicam formã redegit, vel exemplauit, vel publicauit. Circa quod esset vtile apponere tempus & locum, sicut fit in aliis testificationibus, quoniam videtur quodam modo esse testis: vt dixi suprà, circa septimam solennitatem. Quartò debet facere mentionem qualiter fuit adhibitus vel rogatus, de quo dixi suprà circa requisita in personam notarij.

Decima solennitas est appositio signi ipsius notarij quod probat primo text. Hieremiæ 32. c. in fine, vbi dicitur, quòd agri pecunia ementur, & in libro scribentur, & imprimetur signum, & testis adhibetur. Item accedit ratio: quia per illud signum & alia euidentius poterit fieri comparatio, cùm erit necesse: vt C. de asses. l. fi. & in auth. de fide instru. §. oportet autem. in prin. col. vj. Et tertiò adducebatur per Albe. Galleo. l. ij. C. de conuenien. fisci debi. lib. x. Et istã posuit Rolandinus & Spe. maximè in §. breuiter. ver. in si. autem. Et hoc asserunt honestum, & vtile, & obseruatum esse longa consuetudine, cui standũ est. Et ita tenuit Bar. in constitutione Digesti Veteris, dicens in hoc tantum valere consuetudinẽ: quod si fuerit omissum, non valebit. Et idem tenuit Prosdo. in c. j. de fide instrumentorum. Sed Io. And. in add. ad Spec. vbi suprà, tenet hoc esse minimè necessariũ: quia nullo iure hoc cautum est. Et ideo erubescimus, cùm sine lege loquimur. l. illam. C. de collat. Non obstat primo tex. veteris Testamenti, quia nos loquimur de iure Romanorũ cõmuni, ibi loquitur de iure Hebræorum particulari & singulari quo ad ipsos. Non obstat l. fi. C. de offi. assess. quoniam loquitur de signo consiliarij, non de signo notarij. Non obstat tex. in auth. de fide instru. §. oportet autem, quoniam ille tex. non loquitur purè disponendo, quod tabellio debeat signum apponere: sed loquitur conditionaliter, dicendo, quòd si tabellio signum apposuit, quod ex illo fiet comparatio. Et similiter nõ obstat l. ij. C. de conue. fisci debi. quoniam non loquitur de signo, sed de subnotatione, quã facit exactor fisci in apocha solutionis: quæ accipi debet pro subscriptione, potius quã pro signo: vt ibi nota. Et istã opinionem videntur habuisse gl. in d. l. generali. C. de tabula. libr. x. quæ istam solennitatem non posuit. Et ita seruatur Narbonæ, vbi tabellio solùm subscribit. Et dato quod iura suprà dicta ponerent & probarent istam solennitatem, tamen ista solẽnitas

tas est leuis, ita quòd eius omissio non debet vitiare instrumentum:ar.l.fi.§.primo.C.de iure delibe.& l.j.§.fi.ff.de ven. inspi.facit l.scio.ff.de in integ.resti. Ego verò in hoc starem locorum consuetudini.& in dubio ponerem:quia æqua & honesta est:vt suprà dixi. Et apponerem in fine,vt fit communiter,licet non sit limitatum,neque determinatum,in qua instrumēti parte ponatur,scilicet,in principio,medio,vel fine: vt no.Bal.in l.non aliter.ff.de adoptio. Vndecima solennitas est subscriptio ipsarum partium:vt habetur in l.hac cōsultissima.C.qui testa.facere pos. Et C.de fide instru.l.contractus.§. j.& C.qui potio.in pigno.hab.l.scripturas. Et si ipsa pars nescit scribere,alius notarius subscribet pro ipsa parte:vt no.in d.l.hac consultissima.& l.fi.§.sinautem dubius.C.de iure deli.& in auth.de fide instru.§.sinautem oportet.Et istam solennitatē tanquā necessariam ponit gl.in l.generali.C.de tabul. lib.x.Sed Spec.in tit.de instru.edi.§.breuiter.ver. post locum. tenet contrarium:quia non requiritur ista subscriptio partiū, quia iure nō cauetur.Nec obstant iura superius allegata:quia ponunt casus speciales,qui indicant esse ius cōmune in cōtrarium.l.ius singulare.ff.de legi.& l.j.in fi.ff.ad munici.

Duodecima solennitas est subscriptio iudicis dicētis: Ego talis iudex me subscripsi, & tale instrumentum publicū fieri feci:& ratio est,quia si literis Episcoporum,& aliorū prælatorum ordinariorum creditur,quādo scribunt, vt euitetur talis tanquam excōmunicatus in iudicio:vt c.post cessionē.de proba.& c.cùm dilectus.de fide instr. Et similiter creditur in his, quæ nō sunt in figura iudicij,vt xj.quæst.iij.curæ. Ergo debet credi eisdem de his quæ scribuntur in instrumento potius quàm vni notario,cùm sit maioris authoritatis. Sed Specul. in supradicto §.breuiter.versi.post testes.dicit illam solennitatem non esse necessariam,neque de ipsa iure cautum fore, neque similiter esse in vsu,nisi forsan in sententia iudicis ordinarij:vt in Spe.in eo.titu.§.restat.ver.in summa. Non obstant quæ dicuntur in c. post cessionem. & c. cùm dilectus. quia illud est speciale in sententia excommunicationis, quæ est medicinalis:vt in c.j.de senten.excommunica.lib.vi.Non obstat c.curæ:quia illud est speciale in his, quæ sunt modici præiudicij.

Tertiadecima solennitas est sigillum publicū. Et ista sicut præcedens nō semper est necessaria,& appellatur maioris authoritas,

thoritas,secundum Bal.& Nic.de mata.in rub.C.de fide instr. Nam quãdo instrm publicũ notarij habuit antecedẽtes solennitates,& superadditur sigillũ magistratus,illud auget fidem probationis per locũ ad authoritatẽ, maximè si officiũ publicum sigillationibus talibus est deputatũ:allegat c. Romana. de foro cõpe.li.vj.Si enim scriptura tabellionis, qui fortè pauper & vilis est,facit plenã fidem, vt c. cùm P.tabellio. de fide instru.& l.optimã.C.de cõtrahen.& cõmit.stipu.c. quoniã cõtra.de probatio,multò fortius sigillũ vnius Episcopi , vel Comitis,qui est dignus,& diues,debet facere maiorẽ fidem : per quam rationẽ Hugu.& Hostien. putabant ꝙ sigillũ Episcopi, vel Comitis faceret plenã fidem,sicut instrumentũ notarij,donec probaretur cõtrariũ.c.cùm dilectus.§.is igitur.de purga. cano.c.cũ à nobis.de testi.& in multis aliis iuribus, quæ enumerare potius esset laboriosum,quã subtile.Sed tamen rei veritas se aliter habet:quia sigillum Episcopi, vel alterius principis,quãtumuis excellentis regulariter per se nõ sufficit ad plenã fidem,sicut etiam ad plenam fidem nõ sufficit vox viua vnius hominis dignitate qualibet præfulgentis : vt c.cùm à nobis.de testibus.c.solam.eo.tit.Neque tantum probat,quantum scriptura tabellionis:quoniã ex vna scriptura tabellionis potest sumi argumentũ comparationis ad aliam scripturam eiusdem tabellionis.Sed ex sigillo apposito per aliquem deputatum ad sigillandũ nõ potest sumi argumentũ cõparationis: quia posset esse appositũ furtiuè per alium.Est ergo necesse,ꝙ scriptura vel documentum, cui superadditur sigillum, sit facta manu publici tabellionis:vel si non sit ibi vsus tabellionis, ꝙ sit scriptura priuata subscripta saltem à duobus testibus.Et ista est opinio Bernaldi Hispani,quam glos. & doct.regulariter sequuntur in c.post cessionẽ.de probatio.Aliàs autem sigillum per se non probat , nisi aliquibus in casibus specialibus. Primò enim probat sigillum Episcopi , quando habet secum sigillum capituli:vt c.statuimus.xix.q.iij. Secundò,quãdo habet secum sigilla plurium Episcoporum:vt c.j. de cleri. peregri.xxxviij.di.per totũ.l.si qua per calumniã.C. de epis. & cle. Et ratio secũdum Gof.est, quia sicut creditur duobus testibus vel tribus:licet nõ credatur vni soli,vt c. cùm in nomine Domini,de testi.c.nouit.de iudiciis.ita etiam licet non credatur vni sigillo,credetur duobus,vel tribus , vel pluribus. Tertiò, probat sigillum etiam solum cõtra sigillãtem, sicut scriptura

contra scribentem: vt l. si procuratorem. ff. de procura. c. significauit. de appel. l. publici. in fin. ff. depo. Probat quartò sigillũ solùm in his, quæ de cõsuetudine loci habent vim plenæ probationis: quoniam sicut consuetudo potest dare iurisdictionẽ faciendi notarios, vt c. cùm P. tabellio. de fide instru. l. j. C. de sum. Tri. & fide catho. ita etiam potest dare sigillo vim plenæ probationis. Quintò probabit in facto valde antiquo. c. tertio loco. de proba. l. si arbiter. ff. eod. tit. Sextò in his, quæ sunt facta extra iudicij figuram, & magni non sunt præiudicij. xj. q. iij. curæ. Et ideo per sigillum probabitur mandatum procurationis, dummodo sit cognitum: vt tenet Rota conclusione clxij. facit d. l. si procuratorem mandati. & c. significauit. de appel. & quod no. Ar. & Io. And. in c. ij. de procu. lib. vj. Et eodem modo probabitur cõmissio delegationis secundum Vincen. in c. cùm in iure. de officio deleg. Et similiter monitio & citatio, vt lxv. dis. non debet. vij. q. j. Pontifices. ita Inn. in c. j. de fide instru. Septimò probabit in sentẽtia excõmunicationis, quòd aliquis euitetur, quia est medicinalis, vt dicto c. curæ. xj. q. iij. & c. post cessionem. de probationibus. Quæ tamen limitãtur, vt vera sint, nisi verteretur ad interesse ipsius sigillantis: vt no. Rota conclu. xxv. vbi dicitur, ꝙ si bene impetrauit beneficiũ à Papa Cal. decẽbris, non credetur literis Episcopi asserentis se contulisse beneficiũ in præiudiciũ impetrantis: nã testificaretur de facto suo: quia præsumitur ꝙ vellet collationẽ suam tenere, in qua liberalitatem habet in cui dando: vt c. relatum. de præben. Idem esset, si iudex sigillans se partẽ constitueret: ad quod facit quod not. gl. in c. statutũ. de rescrip. li. vj. Et idẽ, vbi essent res magni præiudicij, secundum Butr. putà, quia opponitur excõmunicatio in vim peremptoriæ, quod debet principaliter attendi. ar. l. j. ff. de auth. tuto. & l. suus. §. j. ff. de hære. insti. nam in rebus maioris præiudicij requiruntur maiores probationes. l. sciant. C. de proba. c. fi. de iureiur. vbi in criminalibus habentibus pro se vnum testem, non defertur iuramentum in supplementum probationis, secundum Cardi. & Prosdocinum.

Consilia data notariis.

PRæceptis autem à notariis solennitatibus quas oportet instrumentis apponere, discant quoque hæc, quæ illos seruare consulimus, tum ad decorem, tum etiam ad vtilitatem.

Expedit

Expedit igitur, vt discant primùm characteres literarum minutos ac magnos bene diligentérque formare. Dehinc eos simul componere atque disiungere. Facient autẽ literarũ figuras, siue characteres quidẽ egregiè, si primùm ex Geometruo didicerint, lineam rectam sursum deorsúmq; ducere: in dextrum, sinistrúmque latus eandẽ mediã integrã protrahere. Et semicirculũ, circulúmq; formare. Harũ autẽ maiusculis figuris capita versuũ, orationũ initia, & elegantia nomina distinguet, minoribus autem elementis totã planitiem decorabit: pro quibus rectè formãdis quatuor tenuissimas lineas rectas per obliquam chartã fieri velim, æquo inter se spatio distantes: intráque duas interiores lineas claudi corpora literarũ, ea quidem lege, vt superior linea capita, & inferior characterum pedes terminet: pari quoque ratione totum chartæ marginem versibus siue literarum protractionibus adimplebit. Quanquàm in primo ac vltimo literarum tractu fieri cõsueuit, vt prioris capita sursum, & inferioris deorsum pedes in immensum protendantur. Secundum est, vt literæ omnes seruato more vetustissimo copulẽtur: verbúmq; quodlibet cõnexis contieneatur ex literis, intérque vnum verbũ, & aliud, idoneum spatium relinquatur: placerent quoque puncta cum comis, & virgulis, & orthographiæ mensura, congruitásque sermonis. Sed tamen hæc errore vel imperitia prætermissa, non vitiant, vt l. Plautius. ff. de auro & argento legato. nisi sint literæ Pontificiales, quæ per plures manus transeunt, ac multa maturitate decoquuntur capitu. ad audientiam. de rescrip. Admonendósque in hac re notarios duxi, quòd cùm in suo protocollo instrumenti alicuius tenorem conscribunt, quòd prosequi eandem lineam curent nullo maiore spatio derelicto, vt notat Paul. de Eleaza. in clementina secunda. de sepultu. Et similiter, cùm scribunt aliquid inter lineas instrumenti, debent in subscriptione id particulariter attestari: vt notat Archidia. trigesimaquinta quæstione nona loci. Tertium est, vt notas antiquas & visitatas calleant, quarum aliquas Probus Aemylius collegit, nonnullas Priscianus, & Apollonius tradiderunt, cum x. pro decẽ. v. pro quinque. l. pro quinquaginta. c. pro centum. d. pro quingentis. m. pro mille ponere consueuerunt. p.c. pro partibus conscriptis. p.r. pro populo Romano. r.p. pro republica. s.c. pro senatusconsulto scribere visitatum sit, in quibus rudem esse magna erit ignominia,

cùm notarius ab illis notis sit præcipuè nominatus: porrò si non visitatas, sed nouas, quibus amatores vel mercatores vtuntur, inscripserit, pœna potius quàm laude dignus iudicabitur: vt l. quoties. §. j. ff. de hære. insti. Quartum consilium est, vt seruet stylum vniformẽ, & non trãseat de numero plurali ad singularem, neque de prima persona ad tertiam: nec econtrà, de singulari ad pluralẽ, neque de tertia persona succedat ad primam: vt c. quàm graui. de crimine falsi. quãquàm propter hoc falsarius minimè censeatur. c. dudum de cõuersio. cõiu. Seruare quoque debet stylum regionis, pro quo facit quod not. in l. ex ea parte, ff. de verb. obli. & Bal. in l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. ff. de ædi. edi. per illum tex. quod tamen non obseruatur. Eodẽ quoque modo concludimus, quòd quando notarius in publicam formam redigit rogationes alterius tabellionis, ꝙ debet seruare stylum illius, cuius ipsæ fuerunt. Sed tamen non poterit supplere defectus illius: vt no. Io. And. in additio. Spe. de instrumen. edi. §. ostẽso, vers. quid si imbreuiatura, & instrumẽtũ. & versi. hoc autem puto. Quartum documentũ est, vt scribat in charta munda, & pura, seu pergamena, siue alia: vt dicit tex. in auth. de tabel. §. illud quoque. col. iiij. pergamena nãque à Pergamenis regibus & Pergami tenetur inuenta; qui corium ex membris animalium detractum, siccatum, & depilatum pergamenum appellauêre, sicut Varro testatur: eámq; membranam nostri appellarunt, ꝙ ex membranis animalium eripitur altera parte, qua versus carnem inhæret, candidiore politioréque, & altera suffusca, qua pilorum & aëris inclementia fuit horridior: sicut Persius noster expressit, cùm inquit;

Iam liber & positis bicolor membrana capillis,

Et gl. Insti. de re. diui. §. literæ. Eas quoque mẽbranas croceo, luteo, viridique colore veteres, antequã scriberent, pro luxuria pingere consueuisse Iuuenalis cõmemorat, dum inquit, Croceæ membrana tabellæ; idque Græci euchariften vocant: sicut Torteleius meminit, & chartas quidem antiquo tẽporis non fuisse in vsu, Sed solitos illos veteres, aut palmæ foliis, aut arborum libris inscribere multi prodiderunt: posteà verò monumẽta publica in libris plumbeis, & priuata linteis, vel schedis notabantur, vt Varro testatur. Sed posteà quàm Alexãdria in Aegypto condita est posse Magni Alexandri tempora, Varro tum demũ putat papyro contexta repertam esse tum chartam. Quod multis argumentis Plinius Secundus lib. xiij. naturalis

turalis historiæ falsum esse conuincit. Nam Cassij Heminæ veteris historici vtitur testimonio: qui Marcũ Terentiũ scribam repastinantẽ agrum suum in Ianiculo annis cccccxxxvj. postquã decesserat, ait reperisse arcam Numæ Põpilij Regis cum multis libris è maiore charta conscriptis. Et refert tres libros cõstanti opinione à Sibylla tempore superbi Tarquini conscriptos, quorũ tertius vsque ad Syllæ tempora durãs cum capitolio conflagrauit. Et prætereà Mutianum ter consulem refert solitũ attestari cũ Lyciæ præsideret, Sarpedonis à Troia scriptum quodam in templo chartam inspexisse, ac legisse. Nunc verò charta è lineis telis contusis glutinóque permixtis in vsu habere constat, quam bombicinã cõmuni nomine appellamus, à bombice vermiculo magnitudine apis in Assiria, quo solitæ mulieres candidissimas vestes contexère. Et ab eo candore nomen mutuata, chartáque dicitur bõbicina. Quem lino contuso glutinóque permixto formis æreis extẽdunt, ac siccant nõ solũ Pisis ac Ianuæ, vt inquit gl. in §. chartæ. institu. de re diui. verũ etiã in Italia. & extrà multis in locis. Quarũ prima maxime amplitudinis olim Hieratica, & posteà, Augusta, sic apud nos Imperatoria dicitur. Secũda verò, quæ minus est ampla olim Liuia, sed apud nos Regalis edicitur. Quã verò ipsi amphitheatricã, nos mediam nũcupamus. At verò quã ipsi Saiticã siue Tenioticam appellabant, credimus esse cõmunem. Vltima verò ex vilioribus ramentis fæcibúsque cõposita Emporetica, apud nos verò infima dicitur: magis in volucris, quã literis accõmodata. Quarũ longitudo, latitudo, pondus, & candor pro qualitate regionũ, & excellentia operũ iudicatur. Charta verò alia, quã pergamenũ nos dicimus, Græcũ est nomen. Et apud eos est masculinũ. Et per ch scribi debet, & texili. Et idẽ in Latino, quod liber significabat: sicut Ouidius libro tertio de Tristibus obseruauit, cùm dicam de illo libro:

Nullus in hac charta versus amare docet.

Et Cassio Iuriscõsulto videtur placuisse, ꝙ scriptæ chartæ appellatiõe libri cõtinerẽtur. At verò Vulpianus nõ putauit chartarũ appellatine libros cõtineri, nisi aut manifesta sit testatoris volũtas, aut loci cõsuetudo: vt l. liberorũ. §. qđ tamẽ Cassius ff. de leg. iij. Et sicut chartæ à mẽbranis noïe, sic re quoq; differre cõcludimus: nec appellatiõe chartarũ mẽbranas credimus cõtineri, sicut ex latiorib⁹ Digestorũ libris deprehẽdimus: nisi aliud mos regionis inducat. l. liberorũ. §. quod tamẽ. & §. char-

cis,& l.chartis.ff.de leg.iij.& l.chartæ.ff.de bo.pos.contra tab. Et licet chartarũ nomen veteres nouásque cõtineat,nõ tamẽ lautitiã, quã abrasam dicimus,Iurisconsultus ibidem voluit cõtineri.Papyrum autẽ fuisse olim materiã papyreis ex iuncis in Nilo prope Alexandriã & Memphin nascentibus in tabula rectis,atque transuersis glutino adhibito fabricatam ad libros & bibliothecas Ptolemęi, Eumenis,aliorúmque Aegyptiorum Regum temporibus extruendas,vt Varro est nobis testis:& Lucanus expressit,dum inquit,ꝙ Nondũ flumineas Memphis cõtexere biblos Nouerat.Ante autẽ Troiana tempora. Et posteà initio vrbis Romæ tabulásque in vsu fuisse apud Varronem,ac veteres legum scriptores inuenio,cũ & leges veteres tabulis licet Hebręis scriptas legamus. Et testamenta tabulis signari,& secundũ tabulas,& cõtra tabulas bonorum possessiones Prætores edixerint.Codicillos verò codicibus,& arborũ libris,inscriptos antiquis tẽporibus quis non temerè edixerit.Aere quoque,ac plumbi laminis,& in silice monumenta perennia conscribuntur.Is ergo,quẽ notariæ artis documẽtis imbuimus,his mẽbranis,ac chartis puris,mundis suas annotationes gestáque cõscribat,ne famæ nitorẽ materia coinquinata deformet,puro quoq; attramẽto & nigerrimo,quantũ fieri potest,vtatur:quoniam id melius candori chartarum opposito colore secernitur:nisi fortè in rescriptis principũ,quæ purpureo colore & encausto sacri muricis licet inscribi:vt in l.sacri affatus.C.de diuer.rescrip.ipsum autem atramentũ è terra manare salsuginis modo Plinius affirmat, quãquàm nonnulli ipsum ex fuligine resinæ ac picis,quidam ex viol.tædísque contusis, Apelles elephantino ebore cõbusto,pictores vinaceis vinísque fæce cõbustis,plerique vitriolo,galla,phalernóque concoctis efficiant.Sacrũ verò encausto cõchijo cõbusto & sacri muricis sanguine permisceretur: si gl.in l.sacri affatus.de diuersis rescrip.credere voluerimus. Sextũ quoque cõsiliũ est,ꝙ tabellio nõ cõficiat instrumẽtũ inter personas sibi nõ notas:quia nõ valebit instrumẽtũ factum inter ignotos,vt no.Io.And.in additio.Spe.super Rub.de instru.edi.bene facit lex,si nõ speciali.cũ ibi nota.C.de testam. Et eodẽ modo non debet facere instrumentũ inter personas, quarũ linguã seu loquelã non intelligit:quia non intelligẽs habere pro absente:vt l.corã Titio.ff.de verb.sig. Et ideo notarius Latinus cõficiẽs instrumẽtũ inter duos Gręcos,debet adhibe

hibere duos interpretes, si potest: quia in ore duorũ vel trium stat omne verbũ, vt in Spe. de instr. edi. §. restat. vers. itẽ quero. & in c. nouit. de iudi. Et si nõ potest adhibere duos, vnũ saltẽ adhibeat: quoniã attestatione facta per notariũ de qualitate psonarũ cõtract⁹, seu verbis, aut nutu, talib⁹ & talib⁹, & audita interpretatiõe taliũ interpretũ assumptorũ, vel solius talis interpretis: vt no. Bar. in l. j. §. fi. ff. de verb. obli. & l. mutũ. ff. de acqui. her. & no. p tex. & Bar. in l. Theopõpus. ff. de dote prele. p quos interpretes concluditur sic in effectu, & ei credetur & ei⁹ instrumẽtis: vt no. Bar. & doctores in d. l. j. ff. de verb. obl. & l. mutũ. ff. de acqui. he. p Feded. de Senis cõsi. xxxvj. qđ incipit, Lex. & p Canon. in ca. ex literis el j. extrà de spõ. Septimò tibi tabellio cõsulimus, vt nisi rogat⁹ nõ scribas instrumẽtũ: & idcirco suadem⁹, vt in fine cuiuslibet instrumẽti te rogatũ fuisse subscribas: quoniã hoc tibi ad multa proficiet: vt no. Inn. in c. j. circa mediũ. de fide instr. & idcirco nõ scribat rogatũ se ab altero cõtrahentiũ, sed tantũ id scribat ab omnibus cõtrahẽtibus requisitus: vt in Spec. de instr. edi. §. iij. ver. itẽ nunquid. & ibi per Io. And. Eodémque modo nõ scribat: si ab eo, cuius nõ interest, requiratur: vt no. Inno. in d. c. j. de fide instr. & ideo si vult redigere in publicã formã instrumẽta vel rogationes alterius tabellionis, nequibit eius supplere defectus: vt notat Io. And. in addi. Spe. de instru. edi. §. ostẽso. ver. quid sit imbreuiatura. Et similiter nõ attestẽtur, nisi de his quę fieri vidit tẽpore rogitus cõditique testamẽti: aliàs qđ egerit, nõ valebit: vt no. Inn. in c. quoniã cõtra. vers. psonas. de prob. & de fi. instr. c. ij. Arch. in c. si Papa. de priui. li. vj. & Io. And. in addi. Spec. de instr. edi. super Rub. nõ scribat, ꝙ Titius Seio numerauerit, si nõ præsens viderit numerari, sed audiuit tãtũ de numeratione cõfiteri: vt no. Bar. & doc. in l. si ex cautione. C. de nõ nume. pecu. & Io. And. in Spec. de instru. edi. in fi. additionis magnæ. & Bal. in l. fi. C. de cõdi. ex lege. Neque scribat ꝙ Titius spõtè ac liberè cõfessus est, si tortura precessit, licèt falsus nõ sit: si sic scripserit in absentia torturę, vt no. Bal. in l. j. C. de cõfessis. Si ecõuersò scribẽs testiũ iuramẽta nõ debet omittere, qualiter literam manu tetigit: vt not. glo. in cap. vt circa. in verbo, prestito. de elect. lib. vj. Octauo quoque decens esse arbitramur, ꝙ tabellio minimè vtatur verbis nouis & inusitatis, sed vti debet intelligibilibus & claris. Et iuxta Iulij Cæsaris scriptã de analogia sentẽtiã, fugiẽdũ tanquam scopulũ insolens ver-

bum. Quod à Bar. probari summè animaduerti. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. Vtatúrque verbis facti potius, quã iuris, vt not. glo. in c. penul. de electio. lib. vj. & Inno. in c. quia propter. de electio. tit. eodem. Similiter vtatur verbis vsitatis secundũ dispositionem iuris, ac consuetudinem regionis: vt l. ex ea parte. in prin. ff. de verb. obli. & l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edicto. & ibi pulchrè Bal. Nonum erit consilium, ne scribat in aliquo contractu vsurario, vel aliàs à iure prohibito: quoniam non solũ quod lucratus est, tenebitur restituere, verũ etiã aliàs puniri poterit: vt not. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. & c. si quis. extrà de re. eccle. nõ alie. Et similiter si sciet se inhabilẽ, & minus idoneum, abstineat, ne teneatur & obligetur parti læsæ ad interesse: vt no. Bart. in l. generali. C. de tabula. lib. xj. Decimũ quoque munus est, vt nisi aliud sit dictum vel cautum lege municipali, solui sibi faciat, non ab vno, sed à quolibet contrahente: vt no. glo. x. q. ij. hoc ius. in verbo dispendio. Vndecimo videtur esse perutile, vt commissa sibi aliis non subdeleget, neque committat: quoniam quod sic egerit, non valebit: & ipse tenebitur parti læsæ ad interesse: vt not. Bald. in l. fi. C. de magistra. conue. Duodecimum consilium erit atque nouissimum, vt postquã extraxit instrumentum, illúdque parti assignauit, non omnino cancellet imbreuiatura: quoniam quandoque instrumentum refici debet quandoque non refici: necessaria igitur primo casu erit cancellatio, addita ratione, quòd parti restitutum est. Secundo verò casu nullo modo est cancellandũ: vt no. Bald. & Nico. Mata. in Rub. C. de fide instr. per l. dissolutè. C. de cõdi. sine cau. ff. ad exhibẽdũ. l. fi. ff. de probatio. l. si chirographum. l. huiusmodi. §. si cui. ff. de leg. j. & l. indultũ. C. de solu.

De conditionibus, quas notarij habent non bonas.

Conditiones verò malas notarij solent habere permultas, in réque honesti momenti videtur illos contingere non parua iactura, quòd serui publici nostro iure appellati sunt: vt Insti. de adop. §. cùm autem. l. non enim. ff. eo. ti. l. seruum. ff. rempub. sal. fo. c. quanquàm. de vsur. lib. vj. propterea, quòd eorum officium vile est, ac humilibus passim, infamibúsque permittitur: vt not. Bart. in l. iiij. ff. ad legem Iuli. pecu. & dixi suprà circa creationẽ eorum, cùm loquerer de causa materiali. Et idcirco nec aduocatis, nec decurionibus, aut

facer

ſacerdotibus officium illud permitti ſolet:vt l.vniuerſos.C. de decurio.lib.x.l.ſi quis decurio.C.de falſis.& c.ſicut.ne cle. vel mo.neque digna cũ indignis ſe officia compatiuntur.l.iubemus.§.is quoque.C.de ſacroſan.eccle.& no.Bal.in l.ſenatores.ff.de ſenato.Vel forſitã appellantur,ꝙ eodem nomine viliſsima quoque mãcipia nuncupantur:vt Inſti.de iure perſo. §.ſerui autẽ.& l.libertas.§.j.ff.de ſtatu ho. Diuerſa tamen id euenit ratione.Nã captos in bello ſeruos appellamus,ꝙ Imperatorum iuſſu ſeruantur,nec occiduntur. At verò hi notarij ſerui publici dicuntur,ꝙ publicè ſeruire omnibus cõpelluntur.Et ob cauſam ſi rogati fuerint,vt de cõtractu publicũ cõficerent documentũ:& id agere nolint,inuiti cõpelli poſſunt:& his,quorũ intereſt,ſeruire coguntur.l.prætor.in prin. ff.de eden.Logophragi enim tabularij,ac Scribę,ad perſonale munus ſubeundũ,ſicut magiſtratus compelli queunt:vt l. munerũ.§.hi quoque.& §.maſtigophori.ff.de munerí.& honor.quod ibi ſpecialiter notauit Bar.allegans etiam l.j.§.viatorum.ff.fur.aduerſus nau.caup.ſtabul.& l.fina.C.de aſſeſſ.& l.ſancimus.C.de aduo.di.iu.Et ſi prædicti rogationẽ admiſerint inſtrumenti,cogentur poſteã rogationem ipſam perficere.Et in formã publicã roborare,nulláque ſuffragabitur excuſatio:ſi poſt admiſſam rogationem is artẽ pu.ſcriba dimiſerit.l.Prætor.§.is autem.ff.de eden.vel ſi poſt ſuſceptum hoc munus factus eſſet clericus,aut monachus,ſeu aduocatus,nobiliſque decurio:vt no.Ioan.And.in glo.c.vt officium.de hæreti.lib.vj.& doct.in l.ſi quis decurio.C.de falſis.Et bene quidem,quoniã in hoc,tẽpus cõtractus vel rogitus attẽdi debet: iuxta l.nam ſeruus.ff.de neg.geſt.ſiétque cõpulſio,fortè non ſemel,ſed toties,quoties opus fuerit,recepto tamẽ ſalario cõpetente,vt no.Spec.de inſtru.edit.§.reſtat.verſi.ſed quid poteſt.Quinimò,& ſi ſemel ediderit inſtrumentũ,attamẽ illud imperfectum vitioſúmque repertũ ſit,tenebitur ipſum retrò accipere,& refectum emendatúmque præſtare:vt no.Bald.in l.ſi.C.de eden.per l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.& l.vbi.& l. iiij.§.ſed & rectè.ff.de edẽ.Nec pro hac noua editione aliud lucrum valebit expoſcere:non enim niſi ſemel mercedem habere debet,cùm etiam niſi ſemel in publicam formam releuare præſtaréque cogatur:vt not.in c.dudum.de cõuerſio.coniuga.& per Bart.in l.fin.ff.de bonis autho.iud.poſsi. Editio quoque inſtrumentorum à tabulario fieri debet,non ſolùm

illis, ad quorum instantiam instrumenta confecta sunt, verum etiã ad instantiã creditorũ, quibus omnia debitorum bona fuerint generaliter obligata: quoniã in dicta obligatione generali continetur etiã instrumentũ nominis sui debitoris, quod sibi edi potest expectare: vt no. Bar. in l. Aristo. ff. de iure deliberã. & gl. in l. iiij. C. quãdo & quibus quarta pars deb. lib. x. & glo. in l. penul. ff. de cessio. bono. Edere quoque fisco notarius debet instrumẽta debitorum debitoris, cuius bona sunt cõfiscata: sicut Bald. asseruit in l. facultas. C. de iure fisci lib. x. Quo quidem casu, si de ipsius rogatione constiterit, neque requisitus ediderit, aut amissionẽ allegatam testibus non approbauerit, ad interesse conuenietur: vt l. si quis ex argentariis. §. vlti. ibique per glo. ff. de eden. Et in Spe. de instr. editio. §. postremò. versi. quid ergo. & ibi per Io. And. & in versicu. quid de notario. Sed dubitari posset quo iure tenetur notarius edere. Super quo mihi placet sententia Bart. super l. j. ff. de tabu. exhiben. qui concludit, quòd si pertinet instrumentum ad vltimam voluntatem, quod agetur interdicto, testamenta quemadmodũ aperiantur: vel interdicto, de tabulis exhibendis: vt l. j. §. j. & ibi no. ff. de tab. exhiben. Si verò aliud est instrumentum, de quo tabellio sit rogatus, tunc compelletur per officium iudicis: quia ex edicto de edendo proficitur: vt l. argentarius. ij. respon. ibíque not. ff. de eden. Cogetur quoque librarius in iudicio acta conscribere, illorúmque copiã mandato iudicis exhibere: vt l. cùm domini horreorum. & ibi gl. ff. de locato & conducto. & l. munerum. §. hi quoque ac. §. mastigophori. ff. de mune. & hono. Et cùm is scribere incœperit, arctandus quoq; prosequi, & acta perficere: vt l. j. & ij. C. de sportu. & l. cùm sententia. C. de senten. & interlo. omnium iudi. & vtrobique per Bart. & in authen. de hæredi. & falci. §. si verò absint. & ibi gl. col. j. Idem quoque scriniarius edere tenebitur imbreuiaturas, seu protocolla, cum quinternionibus, quos Bastardellos vulgariter appellant: si neget se instrumentum fecisse, aut rogatum non fuisse confirmet: quo quidem casu, si nihil in eis reperiatur, expurgatus censebitur. l. fina. & ibi per Bald. C. de edendo. Quod si suspicio contra eũ fuerit, quòd ex scripturis aliquid vitiauerit, illas quoque iudici præsentare, & in publicum exponere iubebitur: sicut no. Ioan. And. in regula cùm quid vna via. de regu. iuris. lib. vj. in Mercurialib.

De pœnis notariorum. Prima falsitas.

PVnitur quoque notarius multipliciter, & quidem falsi crimine maculatur: si quid in rationibus, tabulis, cerísue, aut aliqua ipsarum signauerit, amouerit, vel falsum effecerit: vel si testamentum mouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, subiecerit, resignauerit, scripserit, dolo vel malo quid horum fecerit: vt ff. de falsis. l. j. §. qui in rationibus. & l. qui testamento. Vnde singulariter statutum est, quòd is, qui simul scripsit cũ eo, qui fieri procurauit, vno eodémq; libello simul accusari possunt: vt l. Anathaletus. §. vlt. in gl. de falsis. Nec minus falsi accusatione tenebitur, si solennitatem omisit requisitam. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de sacrosanct. eccle. vel irrequisitus se ingesserit: vt l. iubemus. §. fi. C. de testamentis. Et no. Bal. in l. si veteres. C. de fi. instru. Quod locum quoque sibi vendicare Dy. existimauit, etiam si nullum & inane sit instrumentum, quod ipse notarius fabricauit. Idque probari dicit ex l. j. ff. de extraor. criminibus. & l. si quis legatũ. ff. de falsis. Et ipsum illa ratione cõfirmat, quòd notarius animo quidem malo prauóque falsitatem commisit, licet conatus effectũ non habuerit. Et in atrocioribus quale falsum existimatur, voluntas pro scelere reputatur, vt l. is qui cum telo. C. de sica. & l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. Quod ipse quoque inducebat ad testes, qui testimonium falsum, licet inutile, perhibent, quòd hi de falso similiter condemnari possunt quoniam deponũt animo malo prauóque, idémque etiã nõ iurati aures iudices offendũt, cõsequentérque pœnã videntur promereri. l. nullum. C. de testibus. Sed de teste dicetur aliàs, de notario videamus. Opinionem Dy. secutus est Cyn. in l. j. C. de sepulcro viola. per supradictam legem, cùm vitium falsitatis est inuisibile, per text. l. si quis legatum. ff. de falsis. quòd si visibile falsitatis est vitiũ, id putat irregulare de extraordinaria pœna stellionatus puniendum. Quæ quidem sententia nec Barto. placuit, quoniã videtur aduersa dictæ l. si quis legatum. Item, quia quãdo falsitas vni non prodest, & alteri non nocet, illa non est punienda: vt l. j. C. de his qui sibi ascrib. in testam. ff. de falsis. l. impuberem. §. primo. & C. de prec. Imperat. offer. l. rescripta. & ff. de falsis. l. quid sit falsum. Item, quia deficiente forma deficit rei essentia. l. Iulia. §. sed & si quis. ff. ad exhibend. sed

sed quãdo instrumentũ est nullũ, ibi deficit forma, & essentia, noménque instrumenti: vt l. nõ putauit. §. nõ quæuis. ff. de cõtra tab. l. iiij. §. cõdẽnatũ. ff. de re iudi. ergo nõ debet posse cõmitti falsum. Deniq; pœna ordinaria, cũ lex resistit, locũ habere nõ debet. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. sed lex resistit instrumẽti validitati, & illud vetat, prohibétq; dici, haberíq; pro instrumẽto: igitur clarè cõfeſtũ est falsi pœnã sibi locum vendicare nõ posse. Richardus Malũbra, qui disputauit quæstionẽ, tres casus distinguebat: Aut enim (dicit ipse) falsitas cõmittitur circa substãtialia instrumẽti rẽmq; in eo cõprehensam, putà, quia falso sibi ascripsit legatũ, qđ tamẽ erat inutile vt l. j. C. de his qui sibi ascri. & de falso tenebit. l. si quis legati prin. ff. de falsis. Aut falsitas cõmissa est circa solennitates, & accidentia, quæ vltra rei substantiã per notarios accõmodantur: qualis est appositio cõsulis, & diei, aliorũmque signorũ in chartis: Et tũc, si nulla est falsitas, nõ punietur. l. si quis legati ij. respõ. & l. qui falsum. ff. eo. tit. cũ enim nullius intersit, non est æquũ adnimaduerti: quod Bar. tamen demũ probat nihil peti à publico posset, & ex ea parte prẹiudiciũ generari. l. diuus. ff. de falsis. Si verò falsitas est circa extrinseca: verbi causa, tutoris authoritatẽ, institutionẽ, vel exhæredationẽ. Et illa quoque falsi pœna castigatur: vt l. si quis legatũ. ver. sed institutus. eo. tit. de falsis. Et licet hęc doctrina sit digna notatione, Salic. tamen in d. l. j. C. de sepul. vio. ampla distinctione plures casus complexus est. Nã primũ, quando ipsum vitiũ falsitatis annulat instrumentũ in toto, vel in parte, tũc clarũ est pœnã legis Corneliæ de falsis locũ sibi vendicare. Secũdo verò casu, quãdo instrumẽtũ est falsum, quia fit nullũ propter nõ adhibitã solẽnitatẽ requisitam, vel propter adhibitã solennitatem à iure prohibitã, tũc quoque similiter falsi pœna succedet. l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. l. iubemus. C. de testa. Tertio verò casu, quãdo instrumentũ est de se nullũ, falsitásq; circa ipsum cõmissa est, tũc hoc in iiij. quoq; articulo diuidit. Nã vt vtilitas cõtingit circa formalẽ causam, & hoc casu falsum cõmissum, punibiléque existimat secundũ Dy. opinionem, quoniã quantũ in se fuit, voluntatẽ ad actũ deducere voluit, nisi pœnitẽtia, vel inaduertens error occurrisset: cui nõ omnino parcendũ censuit, sed potius existimauit tale falsum extra ordinem puniendũ. Idémque si dubitetur, quo animo fecerit. Ex quo enim non deleuit de libro suarũ rogationũ bonus iudex arbitr

arbitrabitur eũ nihil falsi voluisse cõmittere. Quando autem defectus nullitatis in causa efficiente contingit: verbi causa, quis in libris suarũ rationũ scripsit sibi aliquem debitorem, quæ de se non probant: vt l. instrumenta. & l. exẽplo. C. de proba. vel notarius scripsit aliquẽ debere sibi, sicque in propria causa, & ad propriũ emolumentũ, quod simili modo non valet: vt notat Hosti. in c. quoniá contra falsam. de proba. & Bar. in l. ex sententia. ff. de testa. tu. túncque nõ punietur: quia nullius interest. l. damus. C. de falsis. Quando verò nullitas cõtingit in causa materiali circa contractum, rémque in eo deductam: vt quia sacra, vel à cõmercio cõmuni exempta, vel persona inhabilis est, aut forma essentialis institutionis est prætermissa, tunc pœna legis Corneliæ de falsis punietur: vt l. si quis legatũ. ff. de falsis. Quòd si circa extrinsecam causam, vt quia redacta non est res in memorialibus, vel publico archiuo, putat similiter, pœnam falsi locum sibi vendicare: vt d. l. si quis legatũ. ff. de falsis. Quam quidem opinionẽ in eo, quòd superiori concordat, non violandam crediderim. Sed in eo, ꝙ duos primos casus paruæ dubitationis superaccumulat, ipse non probo. Nec placet in eo, ꝙ sentit plus obesse defectũ causæ materialis, quá causæ formalis: cùm longè diuersum, & contrariũ quis dicere debuisset. Tenendúmque censeo falsitatem cõmissam circa rei substantiá, siue intrinseca, siue potius extrinseca sit, falsi accusationem nunquá excludere. Sed subsequens nõ ignobilis est dubitatio, vtrũ scriniarius, dicens non recordari de instrumento, de quo ipsum rogauerá, videatur malitiosè celare, falsúmque cõmittere? Quod Lambertinus de Rampo, vísus est cõprobasse: quoniá celando falsum sæpe cõmittitur: vt l. Paulus scribit. & l. qui testamentũ. in principio. ff. de falsis. Idque potius ex malitia quàm secordia facere præsumẽdus: quoniá in facto proprio nõ est tolerabilis ignorantia: vt ff. de iuris & facti ignoran. l. plurimum interest. C. de rescinden. vend. l. quisquis. Et quia argentarius, qui habuit codicem rationum, præsumitur nunc habere, si non probet se perdidisse. l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de edendo. Quod rationabile iudicandum est, cùm tabelliones iustos, cautósq; fore oporteat, nec propter suam requiem, atque delicias alienas vitas corrumpere, vt in authẽt. de tabellionib. §. vt igitur. collat. iiij. Idque sequitur Ioannes And. super additio. Specu. de instrument. edit. §. instrumentum. versiculo, illius addi.

quæ incipit, Sed quid de notario, in prin.ij.col. nisi notarius esset honesta laudabilísq; persona minimémq; suspecta, factūq; nō recens, sed post longū tēpus, quod ab instrumenti rogatione fluxisset quoniam memoria labilis est, cursuque temporis obumbratur, atque minuitur. l. peregrè. in princ. ff. de acquir. possessio. l. si arbiter. de proba. l. iij. §. duæ causæ. ff. ad Carbo. Et ratione cōditionis personæ non debet præsumi dolus, qui super falso requiritur: vt l. nec exemplum. ff. de dolo. & l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. Saluo tamen sibi iure ad damnum & interesse: arg. l. sancimus. C. de testam. Nec secus quàm falsum censent doctores, Scribam publicum condemnandum, qui signa solita, nulla rationabili causa subsistente, commutat absque superioris authoritate: vt not. Guliel. de Cun. in l. penult. C. de fide instru. & Bal. in prima Codicis constitutione. Comperta verò falsitate nō solùm homines huiusmodi capitaliter feriuntur, aut deportantur, bullantur, & excommunicantur, & degradātur, beneficiisque exuuntur: vt l. vbi. C. de falsis. c. ad audientiam. & c. quàm graui. de crimine falsi. Verùm etiam instrumenta, quæ ab ipsis fuerint post condemnationem facta, non valent: licet ea quæ prius facta fuerint, debeant tolerari: vt not. Innoc. in cap. fraternitatis. extrà de hæreti. & dicam infrà cùm de tabellionum beneficiis memorabo. Non poterit quoque talis tabellio decætero sedere cum Consulibus mercatorum: vt not. Bal. in l. ij. §. miles. de his qui not. infamia. Punitur etiam tabellio, cùm aliquem cancellauit de libro æstimóque communis, aut falsum immunitatis, cuiquam fecerit priuilegium: ipsum enim diui Principes igne cremandum censuerunt: vt est textus, qui singularis dicitur, in l. j. C. de immu. nemini concedenda, libro decimo. Punitúrque tabellio irreuocabilis exilij pœna, si scripserit super prohibita ecclesiæ rei alienatione: vt l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de sancrosanct. eccle. cap. nulli. & cap. si quis. de rebus eccle. non alienan. xij. quæst. ij. monemus. & in authen. de non alienan. aut permutan. rebus eccle. §. si verò etiam. colla. ij. Plectitur quoque scriba publicus manus amissione, perditionéque officij, si scripserit instrumentum super Imperialis feudi alienatione: vt l. Imperialem. §. Scriba verò. de prohibita feu. alie. per Fed. ix. collat. Suo quoque notarius falsus in perpetuum priuatur officio, sicut, vt ad ipsum nunquam decætero reuertatur: vt not. gloss. in l. si aliquid. C. de

de suscep.& arca.lib.x. Et glos.in authen.de non alienan. aut permut.reb.eccle.§.ad hæc.colla.ij.per glo.& per Bart. in l.si quis.§.j.in verbo,additionis.ff.de eden.per tex.cum gl.in authen.de armis.prope fi.in verbo,solicitudine.col.vj. per Bar. in l.eadem.ff.ad leg.Iuliam repe. Et Spec.de inst.edi.§.restat. ver.quid si tabellio. Quòd si notarius pro causa scribat hæreticorum,cum nota infamiæ officio spoliabitur:vt c. si aduersus.extrà de hære. In exilium verò quandoq; scriniarius propulsatur ad tempus:vt C.de nume.& adiu.l.ij.lib. xij. & not. glo.in d.§.ad hæc.in verbo,reuersionem. Punitur etiam librarius scribens in contractu vetito, maximéque vsurario, ad salarij suscepti restitutionem:vt not.Bald.in l. iubemus.§. his tabellionibus.C.de sacrosan.eccle.non enim debet in eo scribere ratione iuramenti,quod solet ei præstari tẽpore suæ creationis:vt not.Hosti.in summa,de vsuris.§.penult. versic. quid de notariis.& Archid.in c. sicut. xlv. dis.per illum text. Puniuntur quoque vniuersi tabelliones etiam citra falsitatis vitium ad restitutionem salariorum vltra permissionem iuris indebitè perceptorum:vt c.statutum. §. notarium. de rescriptis.lib.vj.

Restrictio authoritatis notariorum.

AVthoritas & firma fides ipsorum quoque tabellionum in multis articulis restricta est. Primò enim non creditur instrumento tabellionis, quo enuntiatur actus habitus non coram se sed aliis: Verbi causa, cùm dicit, presbyter Ioannes capellanus institutus & confirmatus per R. dominum Episcopum in tali beneficio, locauit decimam talis villę G. Seio in præsentia taliũ testiũ, ac mei. Nã si vertatur in dubiũ de institutione vel confirmatione dicti presbyteri, talia verba non probabunt: quoniam ẽnuntiatiua propter aliud regulariter non disponunt, nec probant, maximè in actu, qui non dependet à potestate proferentis:vt not.in c.fi. de successio.ab intest.per But.& Ancha.& in c.si Papa. de priuileg.lib. sexto.& in clemen.j.de proba.& ibi per Card.& Imo. Sed iste actus enuntiatus non dependet à facto tabellionis, nec ex officio, igitur non probat:vt habetur in l.cùm tale.§.fi.ff.de condi.& demon.& l.cùm quis.§.codicillis. ff. de legat. iij. quod approbat Cardin.secundum Host.& But.in c.Abbate.de verbo.signific. Nec possunt tabularij fidem facere de veritate alterius

alterius priuilegij:quia miseri tabelliones possent decipi, vt inquit Butrig. in d.c. Abbate. quoniã percipere nescirent omnes falsitates, quę possunt in cera, chartáque cõmitti: vt no. gl. in c. cũ olim. de crimine falsi. Et ideo cùm inserant ad verbũ totum tenorem priuilegij, cautius tacerẽt transumptũ id ponere cũ iudicis authoritate: vt c. j. & ij. de fide instr. & c. significauit. & c. Albericus. extrà de test. optimè facit authentica. si quis in aliquo. C. de eden. Item notario non creditur, si attestetur in documento de re, quæ non percipiatur sensu aliquo corporis: nam cũ notarij pro testibus accipiantur, vt l. Domitius. C. de testamen. & l. hac consultissima. §. fi. C. qui testa. facere pos. & in §. nos autẽ. in authẽ. de tabellioni. col. iiij. & testes nõ probẽt regulariter, nisi de his, quæ in sensum corporis cadunt: vt l. testium. C. de testi. c. quoniam contra de proba. in authen. de hære. & Falci. §. si verò absunt. igitur & in notariis non id conuenit obseruari. Et hanc sententiã firmant maximè Butri. & doct. in d.c. Abbate. de verb. sig. Quinimò plus voluit Ioan. And. super rub. Spec. de instru. edi. in v. col. & §. restat. versi. sed quæro sub qua forma. ꝙ nõ creditur notario attestanti, nisi de rebus cadentibus in sensum visus, sensúmque auditus, quoniã illi sunt sibi cum aliis propè cõmunes: quo fit, vt si attestetur vas vini dulcis mihi obsignatũ, aut præstitum caseũ durum, & vnguentũ odoriferũ, illi nõ credatur, quando quidem, licet ipse percipiat dulcedinẽ gustu suo, & duriciẽ, odorem manibus, ac naribus propriis: tamen ipse nõ percipit his sensibus, ꝙ cùm testes hidẽ illis percipiãt sensibus. Et ideo co licet falsus non sit, quia absque dolo id fecerit, tamẽ stulte ac temere, idque extra suum officium fecisse conuincitur, nisi fortè attestaretur de auditu ab illis quoniam non parum fidei faceret, si diceret vnum dulce, prout gustauit: & sic à testibus gustantibus audiuit, & intellexit. Quo quidem casu erit testimonium de auditu ab alio, vt no. Bald. in rubrica C. de fide instrumentorum. de quo etiam suprà disserui satis sufficienter. Similíque modo falsus non erit notarius, qui scripsit Titium confessum habuisse pecuniam mutuam re vera, licet id fuerit sub spe futuræ numerationis. l. si ex pretio. C. si cert. peta. Et similiter si scripserit Titium Germanum promisisse decem Seio Græco per interpretem, cùm non appareat, quomodo id cadat in sensum notarij. Sed tamen non probabit veram numerationem, nec veram stipulationem.

Non

extra de rescrip.& c.ex literis.de fide instru. & placet Bald.in dicto §.pacta.de pace Constantiæ.& Barto. in l.si librarius.ff. de regulis iuris.per l. ambiguitate.l. error.& l.præposteri.C. de test.Eadem ratione, si perpendatur error per verba præcedentia vel insequentia. Nam si prædixerit: Petrus corpore sanus, licet mente languens, considerans mortis periculũ,& nolens intestatus decedere, sic ordinauit: nam cùm ex sequentibus appareat, quod voluit dicere sanus mente, licet corpore languens, hunc errorem ipsemet poterit amouere: vt l. Stichus imò.ff.de manu.testamento. Et notat Bal.in l.Imperator.ff.de statu homi.idémque sentit, si notarius rusticanus dicat, Martinus volens testatus decedere, hũc edidit codicillum, in quo B.vniuersalem fecit hæredem: nã appellatio codicilli inepta non vitiat:& attenditur potius quod apertè sentit, quàm quod ineptè profert: vt l.testamentũ non ideo.C.de testa.& dicta l.si librarius.ff.de regulis iuris. Item potest notarius suum corrigere errorem in eo, quod ad partem pertineat, si fecerit id incontinenti: quòd notarius æquiparetur testi, vt l. Domitius.ff. de testa.l.hac consultissima.C.qui testa.facere possunt. sed testis potest corrigere dictum suum incontinenti, vt capit.præterea.de testibus cogen.& in §.quia verò, in authẽ.de testibus. in glo.magna.colla.viij. Ergo in notario idem est concludendum, secundum Gulielmum de Cun. in dicta l. Imperator. & Bar.in dicta l.si librarius.& ita fecit Ioan. And. super data sexti libri, in vlti.glo. vbi dixit, superflua, defectuosa, vel falsa, corrigenda se offerunt. His autem casibus non erit necessarium mandatum, vel iudicantis authoritas, sed ipse notarius proprio hæc aget arbitrio: quoniam notarius sententiæ comparatur: vt l.emptorem.ff.de actionibus empt. Item, quia ipse notarius est author veritatis, & in officio suo iudex ordinarius, qui potest emendare, quando emendatio sua cum verisimilitudine concordat ac veritate: & totum, quod egit, ad boni viri arbitrium redigi deceat: vt l.continuus.§. cum ita.ff. de verborum oblig. bonus autem vir concordando se rationi, ratum habere debet id, cui lux veritatis assistit: arg.l. ob carmen.§.fi.ff.de testa. Quòd si mandatum iudicis exigendum videretur, is tamen (nemine citato) id facere poterit: quoniam non est facti quæstio, sed potius iuris: quoniam est veritas probata, notoriáque, nulla indigens fori discussione, cui nihil contrarium allegari potest: vt asserit Cy. per l.nam ita diuus.

ff.de adoptioni.notatur per Inno.in c.cùm inter vos.de cōsuetudine.facit textus cum glos.& Inno.in c. quia sacris. de filiis præsbyter.Item habet tabellio prærogatiuam addendi atque supplendi,quod in instrumento erat omissum,verbi causa, in instrumento dies erat omissa, & non constabat quæ dies ibi deficeret:Credendum putant maiores nostri fore notario, qui meminisse se dicit,permittendúmque sibi est diem illam apponere.Quod Bart.in l.si librarius.ff.de regulis iuris duabus cōprobat rationibus:prima,ꝙ credi debet officiali iuxta officium sibi demandatum:vt C.de exactoribus tributorum.l.apparitores. & C.de fal.l. si quis decurio.l. magis puto. §. ne tamen.ff.de rebus eorum.& ff.de officio præfecti vrbis.l.prima. §.cura carnis.& §.sequenti. Item quia dies reputatur res minima;Quod ex eo patet euidenter:quoniam si testis de die nō recordetur,nihilominus probat:vt l.testium. cum gl.C.de testibus.Idem putarem dicendum, si diei hora in instrumento fuerit omissa,& scriniarius recordari se diceret.Nam plerunque propter horæ breuis omissionem dirimitur dubitatio: quod documentum prius,quódue posterius fuerit celebratū, vt cap.si eo tempore.de rescrip.in nouella.l. si pluribus:& ibi glo.ordinaria,quam Andræas Zaffi.dicit,alibi non inueniri. ff.de solu.& gl.Io.An.in c.duobus,quæ incipit,Sic infrà de rescrip.lib.vj. Quòd si se fatetur oblitum, secus existimarem: quoniam annus,mensis,dies,& hora de memoria facilè decidunt:vt no.Inno.in c.qualiter.de accus.l. census.ff.de probat. & ff. de furt.l.qui tabulas.Item notarius supplere valebit necessarium verbum ad orationem perficiendam, si reperietur omissum:quoniam sic scribens testamentum suum alteriúsue solùm impresserit:Titius hæres,poterit posteà verbum, esto, supplere:vt l.j.in fi.ff.de hære.instituen.& l. verbum, volo.C. de fideicommis.Sufficit enim verbum principale in mente retentum,quod per expresionem minimum operatur:virtus nanque actuum humanorum non in modico atramento, sed in mente hominis,quæ maximè regitur,designatur,atque cōsistit.vt l.iij.ff.de leg.j.l.iuregen.§. pactorum.ff.de pac. Item quoque si de Pontifice Sixto fecerit mentionem,poterit quarto superaddere, cùm ex annis Domini percipitur euidenter: argumento l. verbum, volo.C. de fideicom. & l. hæredes palàm.§.sed si notam.ff.de testament is,quæ de testatore loquentes ad tabellionem trahi non incommode possunt: sicut Bal. in l.

in l. Imperator. ff. de statu hominum. nobis est author. Nec eorum probanda videtur opinio: quòd postquàm parti copia facta est, nil addi omnino debeat: primum, quia sicut testis, & iudex, vel arbiter postquàm suo sunt officio functi, amplius testificari, & iudicare non possunt: vt l. iudex postquàm. de re iudicata. c. in literis. de offi. delega. l. ne in arbitris. C. de arbi. c. quoniam contra falsam. de probationi. sic neque tabellio: vt §. si verò. in auth. de tabel. colla. iiij. item quia factum ab initio videtur legitimum, sed quod successit, suspicione non caret: vt in authen. de æqualitate dot. §. sed ne contingat. collat. vij. Quinimò illo probari videtur authen. quòd nec volentibus partibus tabularius aliquid superaddat: & malignitas exerceatur. l. cùm in fundo. ff. de rei vendicatione. l. Seia mancipia. ff. ad Velleianum. Nemo duplici officio, scilicet, factoris & correctoris abuti debet. l. fi. C. de assessoribus. l. hac parte. C. de proximis sacrorum scriniorum. libro xij. Necessaria quoque (vt dici solet) omissa vitiant: vt l. testamētum non ideo. C. de testamen. Quod licet referat, & sequi videatur Spec. & Columbus quidam, in titu. de instrument. edit. §. instrumentum. versicu. sed nunquid confecto. Ioan. tamen Andr. in additio. tanquam nimis rigorosum & durum non esse obseruandum iudicauit. Nec insuper seruandum credo, quod dixit Albertus Papiensis, vt retulit Specu. in dicto loco: & secutus videtur Guido de Suzaria in l. j. §. editiones. ff. de edendo: quòd possit notarius sæpe dictos errores incontinenti, & non ex interuallo, corrigere, per textum in dicto authentico, de dotis æqualitate. & per l. j. §. primo. ff. de verborum obligationibus. capit. officij de electione. de testibus cog. c. præterea. Et quia memoria est labilis, vt dicitur in l. peregrè. ff. de acquirenda possessione, fine iudice ac causę cognitione fieri non solet: vt lege tertia. §. causæ. ff. ad Carbonianum. Nam illa tantùm in causis grauioribus obseruanda indicamus. Item potest liberius addere, atque supplere, cùm extenditur instrumentum in publicam formam, quòd sub compendio erat positum in protocolo: quoniam ipse, aliúsue succedens ei, potest, ea ponere, quæ ad contractum sunt vtilia, seruata tamen forma, substantiáue contractus: argumen. l. j. §. adiicientes. C. de nouo Codice componendo. & C. de veteri iure enuclean. l. j. §. sed & hoc studiosum. ff. de re iudi. l. actorum. & Specul. de instrument. edit. §. ostenso. versicu. illud quoque. & versicu.

sequenti. Et in §.restat.versi. item opponitur, quod res aliter fuit. Item tabellio supplebit permulta, quando à partibus est sibi data potestas addendi, & minuendi, ac instrumentū conficiendi, vt melius poterit, ad sensum sapientis: quoniam, cùm contractus ex conuentione legē accipiant, vt l.cōtractus.ff.de reg. iur. l. j. §. si cōuenerit.ff.deposi. æquum erit, vt verba suprà posita debeant aliquid operari: sic etiam operantur in legatis & priuilegiis, vt l.si quando.ff.de lega.j.l.ij.ff.ad municip.c.si Papa.§.j.de priuileg.li.vj.& no.in l.j.C.de procur. Qui licet nō possit addere vel detrahere circa pretium & rem, vt l. si mandato.§.si.ff.mandati, poterit tamen circa reliqua, quæ sunt accidentalia. Et in vltimis voluntatibus addere apertius poterit id, quod testator senserit explicando clarius, lucidius, ac seriosius, & tutius, vbi opinionum insurgere posset varietas, ac dubitatio. Et idcirco Ioannes An. super additionibus Spec. ad §. instrumentum. versic. quid si à contrahentibus, ait obseruari, quòd si appositum est verbum, reliquit, in testamento, ipse addere poterit, iure institutionis: quoniam hoc verbum etiam institutioni coaptatur; vt notatur in authen. de hæred. & Falcidia.§.hæc quidem, & ff. de testam, & l.ex ea.§.j. & de hæred. instituen. l.his verbis, in prima glo. Et quod no. in cap.j.de testam.lib.vj. licet Richardus Malumbra in sua quæstione xvij. quæ incipiebat, Titius ex prædefuncta, tenuerit contrarium. Idque sequantur Iaco. de Arena, Guido de Suza, nonnullíque alij, qui distinguebāt hoc tantūmodò seruandum esse, quando certus sapiens electus est, secus si incertus: vt C.de contrahen. emptio. l.si.ff.locati.l.si merces.j.& ij.respō, C.de nouo Codice cōponen.l.hæc quæ necessario.§. ideóque. bene facit extrà de arbit.c.innotuit, de electio.capit.secundo, lib.vj. Item tabellio in contractibus qui facilius in alterius arbitrium conferuntur, vt l.iij.ff.de testamen.& l.in ementis.C. de contrahen. empt. & vendi.supplere valebit naturalia & consueta, licet nō dicta fuerint: vt l.quod si nolit.§.qui assidua.ff. de ædilitio edicto.& ita intelligitur l.ex ea parte.§.j.ff.de verborum obligationibus.& l.si prius, ff. de aqua pluuia arcenda. Consuetudo enim altera videtur esse natura: vt l.si quis posthumos.ff.de liberis & posthu. Quare addere valebat pœnam apponi solitam, iuxta notata in l.emptorem.§. qui autem. in principio magnæ glo.& l.si quis seruum.in glos.ij.ff. de actión, emptio. Item addere poterit arbitrium boni viri: vt l. in personam §.

primo

primo.ff. de regul.iuris. propter quod etiam inconsueta suppleri valebunt, quæ vir bonus arbitraretur, dummodo nō sint multùm extranea, remotáque: quoniā de his nec cogitatum, nec actum iudicatur: vt cap. in nostra, de iniuriis, & c.pen. de iureiur. Item in contractu donationis, venditionis, aut alio, quo dominium transferri solet, inseri valebit constitutio precarij: quiā sic consuetum est, & efficacius ad interpretandam mentem contrahentium: facit ff. de manumis. testam. l. si quis locuples. in fine. & ff. de lega. iij. l. si quis. & l. prima. circa medium. C. communia de legatis. Item addere poterit fideiussoris præstationem. pro quo vide in Specul. de emptione & vendione. §. primo. super verbo, fideiussoris præstatione. Item addere poterit illa, quæ iuris esse cēsentur, sicque ordinare, vt iuris effectum obtineant: non autem illa, quæ meri sunt facti, secūdum Bal. in l. Imperator. ff. de statu hominum. alleg. l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. j. & l. illa institutio. ff. de hæredibus instituendis. quanquàm notarius absque clausula supradicta rogatus intelligatur, vt instrumentum conficiat in forma cōmuni: vt C. de fideicommis. l. fin. Item, quia ex solenni rogatione præsumitur solēnitas instrumēti: vt not. in l. j. C. de vsur. Nec secus addere valet ipse librarius, cùm in suis imbreuiaturis, aut protocollis verbū, & cætera, de more inseruerit: quoniam adeò extendere poterit instrumentum, quòd includentur omnia, quæ sunt de natura, vel more contractus: sic enim eius verbi natura videtur exigere, de quo habetur in l. Gallus. post prin. & §. idem credendum. & l. nunc de lege. ff. de liberis & posthu. l. si duo patroni. in principio. & §. ibidem scribit. ff. de iureiuran. l. si fundus. ff. de euictio. l. quòd si nolit. §. qui assidua. ff. de ædilitio edicto. l. testiū. §. fi. ff. de testibus. & l. si prius. §. j. ff. de aqua plu. arc. per Specul. in l. j. de instr. edi. §. ostenso. versi. qui si imbreuiatura. qui allegat ff. de nautico fœnore. l. periculi. ff. de euictio. l. si ita qui. & l. seq. & c. Apostolicæ. & vt ad præsens. de re iudic. lib. vj. licet in aliquibus libris iuris nō habeatur ibi, &c. & ibi per Io. And. & facit C. de vet. iure enuclean. l. j. §. sed hoc studiosum. & l. item veniunt. §. si petitā. ff. de petitione hæreditatis. l. si quis. §. si initium. ff. de edē. & per Io. And. in additionibus ad Spec. in §. instrumentum. versicu. quid si à contrahentibus. Quod tamen non placuit Barto. dicenti non probari lege. Item secundū Barto. in §. idem credendum. ipse tabellio poterit addere illud, quod deficit in illo

sermone, secundum consuetudinem loquẽdi in illa materia, vel simili: nã per illud verbũ, &c. positũ in l. Gallus. §. nunc de lege. cõprehenduntur verba testamẽti per Gallũ apposita in prin. l. Iulius. Et eodẽ modo si præcessit instrumentũ emptionis extẽsum, & posteà sequitur in protocollo instrumentũ locationis abbreuiatũ dicto verbo, &c. intelligẽtur repetitę omnes similes clausulę per ipsum expressæ: cũ ipse cõtractus locationis sit similis emptioni: vt l. j. ff. de loca. & cõdu. & §. adeò. instit. eo. tit. Fallit primò, secundũ Bar. quãdo esset cõtractus, vel similis actus, qui exigit scripturã pro substãtia: vt l. cõtractus. C. de fi. instru. l. j. C. de sen. & interlo. om. iud. c. fi. extrà de re iu. quoniã tunc exẽplare debet, vt iacet. Fallit secundò, vbi nulla esset consuetudo loquendi in materia, vel simili: quia tunc debet in arbitrio ius dicentis relinquere: arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legatis j. & l. voluntatis. C. de fideicõmissis. Fallit tertiò, vbi esset verbum, & cætera, scriptũ extẽsè literis copulatis: quoniam cõprehendit omnia, quæ sunt de natura contractus, vel rei, cui superapponitur: nisi determinet verbũ aliquod, ad quod reduci debet: vt l. cæterorũ. ff. de verborum signific. c. vlt. de libelli oblatione. coniuncto c. exhibita. extrà de iudi. l. nam quod. §. si quis compulsus. ff. ad Trebellianum. l. ita tamen. §. quoties. ff. eo. titu. & l. item quæritur. §. exercitus. ff. locati. In reliquis autem causis, quæ pertinent ad partẽ, vel ad notarium ipsum, si erratum est, errórque notorius nõ existit, sed de ipso versatur in dubium: quia fortè liberũ scripsit, quem seruum debuit appellare: vel album pro nigro nominauit, tunc notarius per se scripturam nequibit corrigere: quoniam tanquam iudex, vel arbiter, aut testis suo functus officio, nil amplius valet efficere. l. iudex. de re iudicata. l. qualem. ff. de arbitris. c. præterea. extrà de testibus. & notatur in l. quicquid astringendæ. ij. respon. secundũ vnam lecturã. ff. de verb. oblig. Sed error iste cognoscetur, emendabitúrque, ius dicentis authoritate: vt notant Gulielmus, & Cy. & Bald. in l. Imperator. ff. de statu homi. & Bal. idẽ in tit. de pace Constantiæ. §. pacta. & Spec. in tit. de instru. edi. §. instrumentũ. versic. sed nunquid. per Iacobum de Beluisio in authentico, de æqualitate dotis. §. j. Nec caret ratione, quoniam causa facti ad iudicis spectat examen, qui nisi citatis partibus, & de facto alieno, non potest discutere veritatem: vt C. de testamen. l. hac consultissima. §. penul. & l. iubemus. C. de liberali causa. Sed

notarius non potest neque citare, neque de suo errore cognoscere: & testis, cui notarius solet esse persimilis, vt l. Domitius. ff. de testib. minimè auditur, si vno dicto aliud contrariũ velit asserere: vt l. qui falsa vel varia. ff. de testibus. Error autẽ ipse multis modis coram ius dicente probabitur, nonnunquam simplici tabellionis assertione, si fuerit fortè circa tempus, vel aliam non magnam solennitatem, vt l. si quis decurio. C. de falsis. nonnunquã per testes in ipso documento descriptos, vt l. j. in fi. ff. quemadmo. test. ape. & institut. de inutilibus stipulationibus. §. item verborum. Nonnunquã per vnũ de illis testibus, qui negotio affuerant, atque notarium, quẽ in numero testium diximus computari: nisi sit actus, qui ad esse sui plus quã duos testes videatur exigere: quoniam tunc plures testes exigentur ad errorem iudici comprobandũ: vt l. cùm proponeretur. ff. de le. ij. nonnunquam error per ipsosmet cõmittentes facile comprobabitur. Si enim vniuersitas syndicũ constituerit, ipsimet de vniuersitate poterunt comprobare, vt c. tertio loco. de probationibus. Interdum error probabitur per mediatores, ac proxenetas, vt in §. si verò moriantur. in versi. in his. in glo. quæ incipit. ad numerationem. de instrum. cautela & fide. Interdũ per aliud instrumentum, quod est plenius, & supplet aliud: arg. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edendo. Et ita not. Bart. in d. l. si librarius. & Bal. in d. l. Imperator. Puto tamen ꝙ tabellio in sua subscriptione attestari debebit de dicta cancellatione, atque emendatione, vt notatur in l. cancellauerat. ff. de his quæ in testamento delentur. Aliam quoque tabellio habet prærogatiuã, ꝙ proprium signũ valet commutare absque vllius authoritate, dummodo sine fraude id esse contingat: sicut dicimus de nominis mutatione, vt l. j. C. de mutatione nominis. Et notatur in proœmio Sexti, & tenuit Bal. in prima codicis constitutione. Potestis etiam, cùm parti originale tradidit instrumentum: si contigerit protocolla comburi aliásve perire, sicut in vrbibus popularibus plerunque contingit, ab eo, cui ediderit expetere, vt originale sibi restituat exemplãdum, vt exinde nouum sibi faciat protocollum, vel alteri parti simile faciat instrumentum: quandoquidem editio ista fit æquitate subsistente, vt tenuit Iacobus Butrigarius, & Bald. in l. fin. C. de eden. Prærogatiuam etiam non minimam is habet ad lucrum: quoniam non solùm pro confectione instrumenti

simplam potest recipere solutionem, sed etiam de vno testamento quandoque plura potest authentica conficere instrumenta si sunt plures hæredes, vel contrahentes, & habere pro ipsis plures solutiones: vt not. Bar. in l. j. & l. vnum testamentum. ff. de testa. & l. libellorum. §. sed si aliud. in fine. ff. de solutionibus. & tenet Salicetus in l. si quis homicidij. C. de accusa. & Ange. Aretinus Instit. de testam. §. nihil autem. Idem erit, si quis velit vnum instrumentum secum portare, ac aliud domi relinquere: vt not. Bald. & Paul. in dicta l. vnum testamentum. Quod etiam fieri posse credimus, si vnum, quod habuit, iuret se perdidisse: quoniam sibi debebit aliud fieri, vt in Spe. de instru. editione. §. sed postquã. versi. sed nunquid. & versic. vbi autem. Idem quoque poterit plures tradere copias, subsistente causa, licet iuramento non fuerit comprobata: vt not. Bart. in l. fi. ff. de bonis author. indic. possid. & Innocentius, reliquique doctores in c. dudum. de conuersi. coniuga. Habebúntque prædicti vnam solutionem pro copia, & aliam pro instrumento: vt not. glo. in l. multis. in verbo, exemplaria. C. de principibus agentium in rebus. lib. xij. Prærogatiuã quoque noster habet tabellio in retinendo tabellionatus officio, quoniam ipsum non facilè amittit. Quinimò, si à iure, vel à iudice prohibeatur exercere notariatus officium: quod de iure ciuili contingit propter vtilitatem in decurionibus & aduocatis, & de iure canonico propter temporalitatem in sacerdotibus & aliis clericis, non conuelletur ipso iure in eis radicata potestas ad instrumenta conficienda: imò, si qua confecerint, nihilominus valebunt: vt not. Bart. in l. vniuersos. C. de decurionibus. lib. x. & c. sicut. ne clerici vel monachi. licet fortè pro transgressione posset in illos animaduerti. Quod etiã Bald. in c. j. §. j. de lege Corradi. videtur esse verissimum, etiã si tabellio instrumenta confecerit, postquàm ab officio erat amotus, licet nondum condemnatus extitisset. Idem dicendum erit, si tabellio fuerat condemnatus ob vnam causam, quæ ad suum non pertinebat officium: putà, quia fuit confessus, condemnatúsque de furto, iniuria, vel homicidio: quoniam nihilominus poterit instrumenta conficere, factáque robur poterunt obtinere: vt Bar. no. in l. iij. ff. ad leg. Iuliam repe. in l. si quis ex argentariis. ff. de eden. vbi idẽ tenet Odof. Bal. & Ang. & Bal. in l. militibus. C. de testamẽto militis. pro quibus est tex. in l. penul. C. de transact. vbi transactio fuit facta

cta prætextu falsorum instrumentorum. Quinimò Bart.in suo consi.quod incipit, Ser Ioan.de Cast.dicit notarium condemnatum de falso, quòd duas chartas extraxerat de libro communis,& qui erat infamis,non videri priuatum confectione reliquorũ instrumẽtorum,cùm officium nõ fuerit illi interdictum:vt l.si aliquid.C.de susce.& arca.lib.x.Sic etiam hæretici,quos appellamus infames,vt in auth.Gazaros.C.de hæreticis.non arcentur à tabellionatus officio,nisi per annũ in hæresi perseuerauerint:vt c.excommunicamus.§.credẽtes. de hæreticis.Sic etiam infamis potest esse procurator,tutor, arbiter,ac prætor,vt not.Innocen.in c.sciscitatus,extrà de rescrip.quo fit:vt si esset notarius,esse nõ desinat. Nec me mouet,ꝙ infamis testis esse non possit,vt c.testimonium.& c.super eo.de testibus.& no.in c.j.de accusat.à cuius similitudine non abhorret ipse notarius,vt sæpissimè diximus,quoniã notarius plusquã testis est iudicãdus:quoniã testis ab vna tantũ parte adhibetur,sed notarius ab vtraque. Itẽ notarius est publica persona,& per decretũ iudicis approbata: sed testis est persona priuata,& à nemine cõprobata.Itẽ,quia instrumentũ capit vires à iuramento ipsius tabellionis,quod fuit præstitũ, antequã infamiam incurreret:vt no. Inno.aliique plerique in c.cùm P.tabellio.de fide instru.in c.veniens.de verb.sign. in c.fraternitatis.de hære.& l.Domitius.ff.de testamẽtis. Nisi fortè tutius videatur,vt dicamus tabelliones infames nõ prohiberi ab instrumenti confectione,ac reliquis extraiudicialibus:vt Bar.voluit,sed solũ propter infamiã nõ posse ad banchũ sedere,& alia iudicialia gesta cõficere:vt no.Bal.in d.l.j. de lege Corradi.& Bar.in d.l.iij.ff.ad legem Iul.repe.Insuper nõ vitiabitur instrumentum,si reperiatur falsitas in nomine proprio vel cognomine alicuius ex cõtrahentibus:vt no.in l. eos.versi.quæro quæ dicatur.ff.de fal.Et idẽ putat Innoc.in c. fraternitatis.de hæreti.cõcludendũ,si sit falsitas circa originẽ terræ vel affinitatis ipsorũ cõtrahentiũ,seu alias circumstãtias nõ substãtiales:verbi causa,in verbis narratiuis,in quibus notarius suũ non fundat instrumentũ,per id,ꝙ Inno.no.in c.cũ in iure.de off.dele.& Arch.in c.si Papa.de priui.li.vj.& refert Dominicus in c.ad sacras.viij.di.Nec secus dicendũ videtur, si instrumẽtũ cõtinet plura,diuersáque capitula distincta,& separata:quoniã propter falsitatẽ commissam in vno,reliqua nõ cassantur,nisi fortè cõnexa forẽt,& vnũ dependeret à reli-

quo:quoniam corrupto vno, reliqua cassarentur:ar.l.etiam si §.j.ff.de minoribus.l.eum actum.ff.de neg.gest.c.Raynutius. & c.Raynal.extrà de test.& sequitur Io.Gof.viij.di.ad sacras. Gof.& Io.An.in c.ecclesia.el iij. Et voluit gl.quã Io.de Ana.reputat singularẽ,in c.fraternitatis.de hæreticis.dum loquens de libro falso in vno,ꝙ vitiatur in totũ:licet secus in instrumentis,quod placet Bar.& Ange.in l.pe.C.de transac.Sed in dicto testis forsan est secus,quia totum vitiabitur,quia illud vnicum est,& fundatur super vnico iuramento,licet capitula sint plura:vt l.iurisiurandi.C.de testi.& ar.l.si gẽma.ff.arborum furtim cęsarũ.l.cùm eiusdẽ.ff.de ædilitio edic.& viij.di. pura & simplex.& d.c.ad sacras. Et placet Inn.in d.c.fraternitatis.de hære. Quid autẽ si fecit aliqua instrumẽta prius,quã condemnaretur de falso per iudicẽ,nunquid instrumẽta per eum prius facta valebunt?& videtur tenendum ꝙ valeãtur. eorum,quæ habentur in l.si quis ex argentariis.§.j.ff.de edendo.Idémque censendũ,si esset condẽnatus à iure,sed tamen nondũ esset publicata condẽnatio nondúmque nota foret priuato:quoniam instrumẽta facta interim ante publicationẽ, valebunt ex eo:quia toleratur in possessione publici officij. vt in auth.de tabellionibus.in fi.colla.iiij. Et facit quod habetur in c.cum secundum.de hæreticis.lib.vj.Itẽ quia gesta ratione publici officij non reuocantur propter publicam vtilitatem,vt not.in l.Barbarius.ff.de offi.præto.& l.j.C.de test.iij. q.vij.§.tria.vers.verũ.c.ad probandum.de re iudicata.c.veritatis.de dolo & cõtu. Et ad hoc allegat Bal.in l.cũctos populos. C.de sum.tri.& fi.cath.gl.quã dicit esse singularẽ in authẽ.de tabellionibus.§.pe.quę incipit, Hic est argumẽtum.coll.iiij. Quod ipse mirabiliter extẽdit,vt notarius qui condẽnatus & infamis est in Germania,locóve alio vltra montes Italicos,si nõ sit in Italia notus,possit Florẽtiæ,vel Paduæ instrumenta cõficere:pro quo allegat no.p Io.An.in c.ij.in nouella,de ordinatis ab episcopo,qui renũtiauit episcopatui. Quinetiã si tabellio de falso extitit condemnatus,propterea quod addidit in instrumento pœnam,quam nõ debebat apponere,tantùm instrumentum non censebitur falsum,quo ad debitum principale, quoniam ex accessorio non infertur ad principale, sed potius econtrà: vt not.in l. ex pupillari. ff. de vulgari & pupill.& l.quod per manus.ff. de iure codicillorum. Et hæc fuit sententia Bald. super l. ij. C. de fals. Quod si librarius

brarius confessus sit se multa falsa instrumenta conscripsisse, non infringentur alia, quæ fecerit documenta, donec toleratus est, aut minimè condemnatus: vt l. si quis decurio. & ibi Bal. C. de falsis. Sin autem publicè de falso fuerit cōdemnatus, clarum & indubitatum est, quòd nequibit amplius instrumenta conficere, nisi per iudicem in sententia sibi fuerit fama seruata, quoniam tunc etiam decæterò poterit instrumenta conficere: vt no. Bart. in l. ex militari. ff. de testamento militis. vel nisi vellet perficere instrumenta incœpta prius, quàm fieret condemnatio, & absoluere rogationes antè inchoatas: vt not. Bar. in l. testium. in prin. ff. de testam. Quòd si de falso condemnari contigerit, eò quòd producebant, vel vtebantur falsis documentis, sententia illa non obest notario, nec reliquis volentibus vti similibus, aut talibus instrumentis: quoniam contra ipsos non infert necessariò: vt no. Bar. & doct. in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia. Quanquàm non dubitem, quòd contra tabelliones alios vtentes talibus instrumentis subesse non leuem iuris suspicionem: vt l. si duo patroni. in prin. ff. de iureiur. Quid autem si notarius in scribendis documētis errauerit? ego minus errorē, quā falsitatē obesse cōcludo: quoniā falsitas in se dolū habet qui ab errore prorsus excluditur: vt l. si quis per errorē. de iurisd. om. iud. Quo fit, vt si scriptura tabellionis reprobetur in parte tanquā erronea, in reliqua bene probéq; valere nō dubitetur, vt no. Bal. in l. nec exēplū. C. de fal. & Io. de Ana. in c. fraternitatis. extrà de hæret.

Priuilegia tabellionum.

VLtra prærogatiuas, Scribæ publici habere videntur aliqua priuilegia non aspernanda. Primū quidem, vt ad exercitum proficisci nullatenus sint cōpellendi, sed ne vadāt maximè defendendi. l. præcepit. C. de canone largitionalium titulorum. li. x. Quod extendūt doctores ad omnia munera, quæ personalem laborem exigunt: sed, mea sententia, illo iure nō probatur, nisi de notariis Cameræ, quo habent retractare titulos largitionales cuiusq; prouinciæ. Sed Bar. dicit in l. j. C. de immunitate nemini concedenda. li. x. quòd quicunq; officiales à muneribus personalibus excusantur, in quibus labor onúsue cōsistit, quo ab iniūcto sibi officio aduocarētur: vt d. l. præcepit. ab aliis verò nō habēt vacationē: vt l. curiales. C. de decur. li. x. Secundum est priuilegiū quòd existēs tabularius potest

test esse decurio, vt no. in l. si quis decurio. C. de fal. & in Spe. de instru. edit. §. restat. ver. itē decurio. & l. vniuersos. C. de decur. lib. x. Sed tamen hoc esse nō arbitror priuilegiū: Nam etiam alij obscurioris cōditionis homines ad decurionatū, & alias dignitates aspirare nō prohibentur, nisi fortè dicatur, quòd is retento priore officio decurionatum poterit retinere: sicque duo hæc officia possunt in eiusdem persona concurrere, maximè quando prius erat tabellio: quod si prius decurio extitisset, tabellio esse nō posset: quia de officio digniore ad vile ac indignius officiū deueniret: sicut tabellio potest fieri doctor, licet doctor nō debeat esse tabellio: vt dicit gl. in d. l. si quis decurio. ibidémq; Cy. & Sali. Tertiū est priuilegiū, quòd ipse notarius dignitatē assequitur, si principis scriniarius constituatur: vt l. j. C. de mand. prin. Sed tamen hoc vniuersis tabellionibus non conceditur priuilegium: sed illis tantùm, qui iure ac merito ad illam conscenderint dignitatem. Quartum priuilegium est, quòd tabellio dicitur, & habetur esse persona publica: vt l. generali. C. de tabul. lib. x. Insti. de adop. §. cū autem. l. Orphanotrophos. C. de epis. & cle. l. hac consultissima. §. fi. C. qui test. fac. pos. Quod altero de duobus modis debet intelligi: vel quod est persona publica, id est, de iure publico introducta, sicut est sacerdos, & magistratus: de quibus meminit l. j. §. ius publicū. ff. de iust. & iu. & j. dis. ius publicū. Vel sic secundò appellatur, quia publicè seruire obligatur, ac si seruus publicus foret: vt l. seruum. ff. rem pupil. sal. fore. c. quanquàm. de vsur. lib. vi. Eámque ob causam Pontifices in prooemio Decretaliū Sexti atque clementinarum, aiunt se seruos, esse Dei seruorum: quia publicè non tenentur subditorū cōmodis inseruire, vt in dictis prooemiis cōtinetur. Quo fit, vt talis tabellio, tanquam publica persona, posit alteri stipulari: vt l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. obl. Insti. de inutil. stip. §. alteri. & §. si quis aliū. Sed de quatuor dubitari solet. Primò, vtrū hæc in omnibus stipulation. sit vera, intemeratáque sententia. Proximè, vtrum qualiscunque verborū conceptio sufficiat. Dehinc, vtrum quęrat absque vlla facta per eum cessione. Nouissimè, vtrū de illa stipulatione notarius ipsemet possit instrumentum conficere. In primo nanque articulo reperi doctores antiquos apertissimè concludentes hoc stipulandi priuilegiū solū in stipulationibus iudicialibus atque prætoriis (non autem conuentionalibus) esse concessum: quoniā
cùm

cùm iura de his iudicialibus atque prætoriis tantummodò loquantur, ea nõ debemus ad alias stipulationes extendere. arg. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obl. Quod eò firmius censendũ videtur, ꝙ regulam habemus, quòd nemo alteri stipulari potest: vt §. alteri. supradicto, quæ generaliter & indefinitè debet intelligi: vt no. gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & omnes doctores in rub. eo. ti. lib. vj. Idq; probabilius videtur, ꝙ in iudiciis magis æquitas, quã rigor debet attendi: vt l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. & l. in cõuentionalibus. & l. quoties quis. ff. de ver. obl. & j. q. vj. quoties cordis oculus. quã sententiam tenuit Inn. in c. dudum. de cõuersione coniugatorum. & Io. An. in c. quanquàm. in nouella, de vsuris. lib. vj. Cy. & Bal. in l. nõ aliter. & l. nõ enim. ff. de adopt. qui attestantur idẽ tenuisse Guidonem de Suzaria: quẽ secutus est Ang. in suo consi. lxxiij. in fi. Bar. tamen in l. seruum. ff. rem pupilli saluã fore. tenet notarium posse stipulari aliis, etiam in conuentionalibus stipulationibus, inducítque glo. Insti. de inuti. stipu. §. si quis alij quàm. Casus, in quibus quis alteri stipulari valet, enumerans, istum casum simpliciter enuntiat non ad prætorias potius, quàm cõuentionales, quasi sentiẽdo de omnibus. Commemorat etiam Dy. hoc tenere in l. j. §. exigere. ff. de magistr. conuen. Accidit Guliel. de Cun. hoc affirmans, in l. non aliter. ff. de euict. allegátq; l. Caius. ff. de vsur. quæ intelligi potest de notario, qui est seruus publicus, & stipulatus erat vsuras cõuẽtionales secundũ vnam lecturam. Et intelligi potest de alio publico officiali, qui reipublicæ potest stipulari. Idq; credibilius existimant, quòd ex stipulatione cuiusque publici officialis, siue tabellionis sit, siue nõ sit, nobis acquiri potest. De notario autem patet in l. seruum. ff. rem pup. saluam fore. & l. non enim. cũ l. sequen. ff. de adop. de aliis verò probatur officialibus in auth. vt sine prohib. matres debi. & credit. §. quia verò. vbi notatur coll. & in auth. de conueniendis reconueniendis. cũ ibi notatis. coll. j. vnde sumpta est auth. libellum: vbi hoc etiã notatur. C. de lit. conte. Et in auth. de litig. §. ad excludendas. coll. viij. vnde sumitur auth. generaliter. vbi hoc notatur. C. de episc. & cle. Et in auth. de hære. quæ ab intesta. §. ex his. col. vnde sumitur auth. matri & auię. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest. vbi etiam not. Nouissimè id Bar asserit: quia inter stipulationes conuentionales atque prætorias extra iudiciũ stipulandi modo non est differẽ-

tiæ:vt Inst. de satisdatio. §. si verò aliquis. quo fit vt esse non debeat differentia in acquirendi vtilitate: quoniam per notariũ debet posse nobis quęri per vtrasque. Et ita Pau. de Cast. & Rapha. Comens. aiunt esse communem opinionem consuetudine comprobata, à qua nõ est recedendũ, vt sequitur Abbas Sicu. in cap. dudum superius allegato. Verùm, si nõ acceptet is, cui tabellio fuerat stipulatus: nec illi, cùm non potuit, neque sibi quod noluit, aliquid penitus acquirere: sicut superius inter tabellionum detrimenta notauimus. Circa secundò propositam quæstionem, dic q̃ si notarius est præsens, qui fuerat stipulatus, eiúsque copia faciliter haberi potest, tunc cùm in persona sua radicatas habeat actiones, vt l. j. C. de actio. & obl. l. quis ergo casus. ff. de peculio. l. quæcunque. ff. de act. & obli. æquum est, vt ipsas cedere compellatur: vt l. possessio. §. & si possessio. ff. de acqui. pos. Si verò præsens non esset neque copia eius haberi posset, tunc sine dubio actiones vtiles sine cessione competerent: vt in l. j. in fi. C. de actio. & oblig. l. damni infecti. ff. de damno infecto. Et per Bart. in l. in prætoriis la prima. ff. de prætoriis stipulationibus. & in d. l. seruum. ff. rem pupilli saluam fore. In tertia quæstione dicendum videtur, quòd si notarius sibi tan quã personæ priuatæ stipulatur, non valeat stipulatio. Si autem tanquam persona publica nomine omnium, quorum interesse potuerit, clarum & apertum est valere stipulationem, alteríque acquirere. Quod si simpliciter fuerit stipulatus, Bar. putat tanquam publicam personam videri fecisse, ac nomine omnium, quorum interest, si tanquam notarius est stipulatus: vt l. cùm post. §. j. ff. de administratione tutorum. & l. vltima. ff. de instit. act. Nouissimè Bal. in l. si consul. ff. de adoptionibus. in octauo quæsito, nostram terminat quæstionem, asserens notarium, qui nobis est stipulatus, de hoc actu suo conficere posse publicum instrumentum; nisi proprium aliquod sentiat commodum: Verbi causa, si nomen amici vel consanguinei simulatè inserit stipulationi, vt sibi quærat, sibique habeat, fraúsque predicta per indicia comprobabitur: vt l. si per impressionem. ff. quod metus causa. & l. Sulpitius. ff. de donatio. inter virum & vxorem. cum aliis similibus.

FINIS.

INTERROGATORIA

generalia, quæ fieri solent omnibus testibus.

Quomodo,& qualiter scit,& quid vidit,cur sic dicat.
An sciat alias causas suæ depositionis,quàm supradictas.
Quibus anno,mense,die,& hora.
In quo loco,& loco loci.
Quibus præsentibus,& si eos cognoscit,& ad quid.
Quibus vestibus erant induti præsentes.
Per quæ verba formalia.
A quibus dici audiuit.
Si fuit aduocatus,procurator,vel solicitator.
Si nominauit alios testes producenti.
Si fuit mediator vel proxeneta,
Si est affinis,agnatus,vel compater,
Creditor,debitor,vel colonus, vel operarius,
Amicus,vel inimicus,
Familiaris,seruitor,vel domesticus.
Si fuit rogatus de sic deponendo.
Si fuit instructus,vel reductus ad memoriam,
Si contulit cum aliis testibus.
Si sciebat tenorem capitulorum.
Si fuit sibi prælocutū de huiusmodi materia,de qua deponit.
Si obtulit se spontè depositurum.
Quare venit ad deponendum.
Vbi comedit,& quis facit sibi sumptus.
Si fuit sibi solutum,vel promissum soluere quicquam.
Si sperat habere commodum,vel incommodum,
Quam partem mallet obtinere,
Cuius ætatis est.
Quam artem exercet.
Quantum habet in bonis,& quibus & qualibus.

FINIS.

LVGDVNI,
Excudebat Iacobus Forus.

doſo para con todos, y para con vueſtro hijo riguroſo, grandes ſon las olas y tempeſtades que han llegado a mi anima y por todo os doy infinitas gracias. Baſta que vos lo querays para que yo me conſuele, por las alegrias y conſuelos que me aueys dado os bendigo, y por los martirios y trabajos tābien os bendigo, por lo vno y por lo otro os bendigan los angeles, y todas vueſtras criaturas. Todo ha ſido encaminado por vueſtra prouidēcia, para que aſsi como vueſtro hijo traxo la cruz ante los ojos, deſde el dia de ſu cōcepcion, aſsi yo tambien la traxeſſe, deſde que el ſancto Simeon me anuncio eſte dolor, pido os ſeñor que eſte ſea el poſtrero de mis martirios, y que yo acompañe a mi hijo en la ſe-

bre todos eſta el throno dela ſereniſsima reyna de los angeles q haze choro por ſi, y ſobre todo eſta la ſantiſsima humildad de Ieſu Chriſto ala dieſtra de la mageſtad de Dios.

La ſegunda excelēcia dela gloria, es la compañia delos bien auenturados: ſi aca en el mundo la compañia y conuerſacion de los buenos cauſa alegria, que ſera tratar y conuerſar en la tierra de amor y paz, cō tanto numero de eſcogidos todos adunados en caridad, porq̃ todos ſon miembros de vn meſmo cuerpo: y todos participā de vna meſma forma y gloria eſſencial: aNi la gloria del vno es gloria del otro: y como ſant Gregorio dize. Eſta herencia celeſtial para todos es vna, y para cada vno toda, porq̃

miſmo dei
cruz fue vēci
ſe aprende la verdad
quādo la verdadera
uid dio a ſiete vozes
ue armonia. A qui p
ſtiano Aſtrologo mi
llas lumbres del cielo
das no adeuinar, ma
la redempcion de lo
y la muerte del pec
meſma muerte. A qui
ſiderar el Geometra
gnifica la figura de
cabo eſta hincado e
el otro eſta derecho
lo: porque por el m
cruz ay ya camino d
cielo: y eſtan hechas
des entre Dios y los
los dos braços de la

...el mundo el mi
...ssima Trinidad
...ixo. Dios mio, Dios
...ue me desamparastes?
dize, Dios mio: signi
persona del padre, y
...sancto, solo dixo ter
...orque el era vna delas
...nas diuinas y auiendo
...s vezes, Dios mio, pu-
...s verbo de singular, en
...a pluralidad de las per
vnidad de la essencia:
certificarte dela proui
Dios, no ha menester
...r libros, sino conside-
...le tanto el cuydado y
que Dios tuuo de no-
...le por remediar nos fo
...muerte de cruz. Aqui
...consideras quan gran
do

mosura, que seran ... que tiene edificados desde el principio del mundo? Pues los moradores en gran manera hermosean estos diuinos tabernaculos, porque son muchos en numero, y perfectos en hermosura. Si vn solo angel (aunque sea dela menor Hierarchia) es mas hermoso de ver que todo este mundo visible, que sera ver millares de millares siruiendo: y diez vezes cien mil millares en presencia de Dios ministrando: y finalmente aql numeroso exercito (que como sant Iuan dize.) no basta nadie para podello cõtar, y con ser tantos en numero estan en marauilloso concierto. Porque vn lugar ay para los Patriarchas y prophetas, otro los Apostoles

dos juntamente llorauan con lagrimas inremediables.

Lloraua el glorioso Euangelista sant Iuan, y abraçado con el cuerpo de su maestro, le dezia. O maestro mio, y señor mio, anteanoche estube reclinado en tus sagrados pechos, y agora ya muerto os tengo en los mios: este es el rostro que yo vi trasfigurado en el monte Thabor? Esta es aquella figura mas clara que el sol de medio dia. Lloraua tambien la Magdalena, y regaua con lagrimas los pies, donde hallo perdon de sus pecados: y toda aquella sancta compañia lloraua y lamentaua, regando con lagrimas aquel cuerpo sagrado, y llegada la hora embuluieron el sancto cuerpo en vna sauana